





Handwritten label with illegible text and numbers, possibly '03' and '76'.



11823409



11823409

R. 2187

IACOBI SALIANI

SOCIETATIS IESV ANNALIVM ECCLESIASTICORVM

VETERIS TESTAMENTI,

EPITOME:

IN QVA RES SACRÆ PROPHANÆQVE, AB ORBE

Condito ad Christi in cœlum Ascensionem, per annos ferè singulos
digeruntur & explicantur.

EDITIO NOVISSIMA.

Indice præsertim ab innumeris numerorum erroribus, quibus ante omnes editiones scatebant,
diligentiâ sumè expurgato.

*Ad usum
puro ordi
et pertinet ad
impres. anno 1747*



*Joannes Facius
13. 10. Aug.
Cens. Barb.
Frisco 36. 1. 52*



LVGDVNI,
Apud IACOBVM FAETON.

M. DC. LXIV.
CVM SVPERIORVM PERMISSV.



EMINENTISSIMO CARDINALI,
EXCELLENTISSIMOQUE DVCI,
ARMANDO IOANNI PLESSIACO,
RICHELII, TOPARCHÆ, &c.

I.



OST diuturnam aliquot non solum mensum, sed annorum etiam cunctationem meam, Armando Purpuratorum Ecclesie Principum decus, ab amicis aliquando persuasus Annalium nostrorum Veteris Testamenti Epitomen ipse conficere, & confectam emittere in lucem: cui potissimum viro illam addicerem, cuius gloriosum nomen fronti eius inscriberem, haud sane diu inquirendum putavi. Dua omnino res omnem mihi ademere dubitationem, Eminentissima primum ista dignitas tua; tum grata aduersus eam memoria beneficiorum, quibus Societatem hanc nostram iampridem obstrictam tenes.

II.

Certe vel hic vnus splendor sapientie, auctoritatis, ac dignitatis tuae, hunc omnem a nobis honorem promeretur & cultum, ut nullum inde emolumentum in tenuiores redundaret. Nam supremum illud, ac beatissimum diuina Maiestatis Numen, quamuis nullum vnquam in genus humanum beneficium contulisset; aut esset aliquando collaturus, omnis ei nihilominus honor & gloria, ipso illo sempiterna diuinitatis, ac dignitatis nomine, deberetur. Dicam, si potero luculentius ac paulo enucleatius. Quamuis diuina illa Maiestas, qua nihil animo fingi maius, aut prastantius vsquam potest, ab omni retro aternitate statuisset nullos vnquam caelorum orbis architectari, nullas Angelorum legiones educere in lucem; nulla elementa, nullos e terra procreare mortales: & sicut ad primam illam mundanae conditionis diem, solus steterat in rerum natura (omnium rerum creatarum expers, & nullarum penitus indigens:) si eodem modo statuisset etiam in omnem deinceps perseuerare aternitatem, esset tamen dignissimus, qui sui honorandi ac celebrandi causa, se ipse miraretur, sibi immensam gratularetur felicitatem, seque dignissimum duceret, cuius vnus honorandi causa, sexcenta mundorum myriades conderentur.

Operis Dedicatio.

III.

Tanta est, quippe infinita, diuina huius præstantia dignitatis; Quin etiam illi ipsi mundi, in vastissima illa inanitate procreati, quorum singuli, si placet, pares huic nostro ambitu forent; atque complexu, & infinitiore etiam rerum creatarum numero constarent, licet omni studio in Dei Optimi Maximi honorem, cultum, ac venerationem incumberent, nunquam ipsum pro eius merito, ac dignitate predicarent. Adde etiam, tantulam rem fore ad Deum, orbis hosce uniuersos, ut coniuncti Deo, non facturi essent aliquid melius neque præstantius, quam solus Deus. Finitum quippe omne infinitum additum, non facit maius, ut constanter affirmat uniuersus Philosophorum senatus. Quæ si vera sunt, ut sunt profecto verissima, Imperatores ac Reges, caterique Principes, qui præpositis Dei vices in terris gerunt, siue Pontificiâ, siue laicâ dignitate præsent, summam quandam gloriam hoc ipso promerentur, quod eminentissimâ dignitate fulgentes, propius ad diuinam ipsam maiestatem accedunt, ut qui vicariam ab ipso potestatem exercent, & illius nutu subiectos sibi populos moderantur: & ipse vicissim mundi procreator, ac primarius moderator Deus, in eorum mentes liberalius influit, & illorum ex ore sua oracula, atque effata profundit.

IV.

Sed accedit etiam, gloriosissime Antistes, ad commendationem huiusce dignitatis tuæ, quâ proximè ad summum accedis Regem, summumque Pontificem, mirabilis utilitas, quæ toto Francorum Imperio latissimè funditur, ob quam maximis honoribus meritisque cumularis. Hoc est enim maximum premium, quod magnis viris mortales conferre possunt, ut hac quoque re accedant ad Deum, cuius est illa vox, Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me. Hinc nimirum profecta sunt verissima illa iustissimæque laudes tuæ: ex hoc fonte manarunt illa præconia, quæ tam multi hætenus, & nostri & externi celebrarunt: siue cum Panegyricos vel tibi priuatim dixere, vel, quod necesse fuit, coniunctim cum Christianissimo Rege nostro: cuius virtutes & herõica gesta, ita nexa sunt, & iugata cum tuis, sicut in clypeo Mineruæ Phidiasculptoris imago: ut alterius sine altero laudes constare non possint: siue cum libros tibi iam tam multos, decem ferme hisce annis publicis elogijs, epistolisque consecrarunt, quam multos vix vnus aliquis maximorum principum à plurimis sæculis, vidit sibi, ab eruditis hominibus, esse dedicatos.

V.

Neque sanè iniuria. Virtutes enim illas, quibus proximè acceditur ad æternum Numen, in te optimo iure predicare voluerunt. Perspicacem, inquam, illam Providentiâ, quæ tota necessitatibus hominum, commodisque famulatur, quæ perspicua paucis ac peruisa, mortales omnes agit in stuporè: Magnificentiam, quam

Operis Dedicatio.

ades sacra, profanaque, arces urbisque testantur; quæ non de singulis tantum hominibus bene mereris atque magnificè, sed de populis uniuersis; maximèque de amplissimo ac florentissimo Gallorum Imperio, cuius vi tu, Vir maximè secundum Deum, ipsamque Regem Optimum Maximum protulisti fines, ita idem te Rex, eademque Gallia tantum quantus es fecit; & in eam tu vicissim accepta granditatis flumen, gratus refundis atque magnificus.

VI.

Prædicarunt incredibilem animi præsentiam atque fortitudinem; quæ cum in aggrediendo, perpetiendoque cernatur, vtriusque partis, ut cætera taceam, obsessa, expugnataque Rupella, propugnatum conseruatumque Casale, centena oppida, à fidei regni que perduellibus occupata, fortissimi Regis auspicijs, regno postbluminio restituta, tuæ quoque fortitudini ac sapientiæ illustre testimonium præbent. Prædicarunt istam animi Equitatem, ac moderationem singularem, siue rebus ad arbitrium tuum, nutumque fluens; siue huius publicæ rei negotijs, quasi maris fluctibus, turbulenta tempestate exasperatis. Laudarunt Fidem illam admirabilem in Regem Christianissimum, & Gallorum gentem uniuersam: fidem in te perpetuò spectatam ac cognitam: virtutem in pacis & militia principe laudatissimam, in primisque necessariam: nec priuatis modo commodis, & virorum principum offensionibus, sed capiti quoque ac rebus omnibus, si à Deo discesseris, anteferendam: quando ea vel leuiter titubante, fundatissima imperia inclinant in ruinam. Laudauerunt denique Felicitatem, cui iure inuidere queant, qui pristinis illis sæculis Felicis cognomen, quasi secunda semper fortuna vsi, ab adulatoribus sunt adepti.

VII.

Optimo ergo iure nos, in dedicatione libri huius, qui sex voluminum Epitomen pollicetur vnus, in vnum illum Virum contecimus oculos, qui cum cæterarum virtutum flores, in quandam quasi Epitomen animo collegit, tum in sex illis regijs, quas attingi, obtinuit sine controuersia principatum. Et habent illa quidam omnes iam pridem in populis, non Gallia vnus, sed Europa totius non vlgarem iactationem, ut minimè necesse sit, in iis celebrandis operam à nobis poni longiorem. Istos tamen, nisi ingrati audire voluerimus, perpetuos beneficentiæ tuæ fontes, non possumus, vel obiter non attingere, quibus societatem nostram plerisque in locis, per te tuosque liberaliter irrigasti: in quibus Patres nostri Parisienses, merito numerari possunt? non solum, qui in hac Claromontani Collegij studiorum palestra versantur, sed illi vel maximè, qui Sanctissimo Francorum Regi Ludouico, templum augustissimum, in hac regia ciuitate construnt: & quidem præclara tua magnificentia vehementer adiuti, ut in egregio illius propylæo marmora ipsa loquuntur.

Operis Dedicatio.

VIII.

Nec primatâ contentus beneficentiâ, regiam quoque nobis, gloriosissime antistes, qui diuina locupletissimus es, propemodum effudisti. Nam quæ à Rege Christianissimo iam tot annos, tam in templi nostri fabricam, quam ad deuotæ Christo Iesu Domino nostro paupertatis sustentationem liberaliter accepimus, profectò beneficentiæ debentur tuæ. Nam, ut inquebat ille,

— Tu scepra Iouémque —

— Concilias,
Et inclinantem in nos suâ sponte humanissimum Principem, reddis ad bene merendum de nobis, eximiâ ista charitate promptiorem. Quid igitur nos inopes precemur, aut optemus tibi, Eminentissime Cardinalis, nisi ut ad supremos usque dies, tibi cum Christianissimo Rege sit cor unum, & anima una, ad maximam Dei gloriam hominûmque salutem? nisi ut gaudeas hoc tanto tamque singulari beneficentiâ tua bono, quo gloriosam istam Purpuram longè gloriosorem reddidisti, utque quod olim Romanus orator in C. Cesare ornando, ego non ita pridem, in Paulo V. Pontifice maximo magna de re compellando, usurpauit, demittas in sacrarium pectoris tui. Nihil habere fortunam tuam maius, quam ut possis, neque naturam tuam melius, quam ut velis conseruare quamplurimos, & de omni mortalium genere, si fieri posset, propter ipsorum parentem Deum, bene mereri. Hanc Dei gratiam in te, Vir maxime, fieri quæstidiè cumulationem, quotidie precatur à prepotenti omnium bonorum largitore Deo,

Eminentissimo Dignitatis tuæ,

Inutilis in CHRISTO IESU Seruus

IACOBVS SALIANVS
è Societate IESV.

LECTORI



LECTORI BENEVOLO, ac Breuitatis amanti S.

In Pref.
l. to. cap. 6.
n. 6.



N primo ipso Annalium nostrorum limine (Candide Lector) cum tibi primum rationem redderem instituti mei, sponderam non inuitus, et si maiori gratificandi studio, quam necessitatis, aut utilitatis opinione, me eorum Epitomen, vel in tenuiorum gratiam, vel eorum qui maioribus, aut necessariis occupationibus distenti, multis, ut Neoptolemus ille, philosophari non possunt, aliquando confecturum, si eam vehementius à studiosis desiderari cognoscerem. Nunc autem decem istis duodecimve annis, quibus iidem Annales legi cognoscique potuerunt, tota penè Europa tot habuimus, talesque viros, qui Epitomen à nobis amica, sed quotidiana penè flagratione postularent, ut victas denique manus dare, & fidem nostram liberare cogeremur. Alienior profectò eram, fateor, à dispendiosis hisce compendiis, non solum quia contractio & breuitas dignitatem non habet, ut ait Tullius, & multas legendi excludit illecebras; sed quod ea in perniciem legitimorum operû, procudi iam pridem nascique didicissem; ut propterea alia omnia cogitarem, & laborem meum, ac tempus, & si quam industriam aliò transferendam putarem.

Urgebant illi nihilominus, res enim non semel in disputationis contentionem venit, & constanter affirmabant, id malum vitari non posse hoc tempore, atque hoc penè infinito multarum gentium breuitatis amore, & impatientia studij prolixioris: multosque eum contrahendi laborem, incòsulto atque inuito authore partim iam aggressos, partim propediem aggressuros, qui rem minùs fortasse feliciter confecturi essent, quam Author ipse. Quibus cum responderemus, Epitomen quidem ab Authore confectam, gratiorem Lectoribus atque acceptiorem fore, non dubitantibus eam, in re de qua agitur intelligenda & contrahenda, cæteris palmam prærepturum, quamuis id ipsum dubitatione non caret; dicebamus tamen neminem celerius, ac facilius, opus quod contrahendum suscipitur, authore proprio sepelire posse. Lector quippe non imperitus rerum æstimator, iure ac meritò dicturus est, authorem operis alicuius non improbari abundè cognouisse quæ in eo memoria, vel lectione digna cense-ret, eaque in Epitomen suam coniecisse; cætera valere posse blattis tineisque nutriendis. At de alio quopiam breuiatore rectè dicet, ita quidem coarctator iste iudicauit; iuuerit tamen ipsum adire authorem, atque consulere. Atque ita fiet ut primarium ipsum opus apud studiosiores conseruetur & viuat.

At illi contra. Non absurdè tu quidem ratiocinaberis, inquiunt, de periculo amittendorum librorum. Et sanè magnis operibus metuendus esset interitus, nisi singulari Dei Prouidentiâ, erudito isti sæculo, atque illi periculo arte typographica prouisum fuisset, quæ facili negotio, multiplicatis ad multa millia exemplaribus, annos, & bella, incendia, &

I.
Autor scripsit Epitomen ad liberandam fidem suâ.

II.
Quæ de Epitomis in vtrâque partem dici possunt.

III.
An iis maiora opera periclitentur.

Abundantes

inundantes imbres, animosa prouocat ad certamen. Non ita res habet in manu scriptis codicibus, quorum, vt pauca olim extabant exemplaria, & in paucis erant Bibliothecis, facile eis afferebatur interitus, vt res ipsa docuit etiam in optimæ notæ scriptoribus, quorum vix vllus est, qui luculentam aliquam plagam ab edaci vetustate non acceperit; & longè etiam pluribus supremam cladem attulisset, nisi solers quæpiam diligensque prouidentia, chartis istis aut membranis calamo exaratis opem tulisset.

IV.
Neminem
iis doctum
euadere.

Sed est nihilominus; inquebam, quod studiosos à compendiis aut scribendis aut lectitandis, cum integra ipsa volumina non desunt, meritò deterreat; quoniam omnium confessione doctorum, nemo iis ne mediocriter quidem doctus possit euadere. Hæc enim in pauca redacta facile præteruolant, neque altas defigunt in mente memoriæve radices, vt solet plena & accurata narratio, quæ causas, adiuncta, peristafes, euenta modosque rerum gestarum recenset; defluxum autem memoriæ mera ignorantia consequatur necesse est. Videtis vt in istis opificum artificijs, non pauci dies delibandæ scientiæ, sed plurimi anni, atque adeò ad perfectionem aliquam, tota vita pertinaciter impendatur? Videtis pictores, statuarios, sculptores, aurifices, cæterosque paulo nobiliores artifices, operi quemque suo non immorari, sed immori? & erit nihilominus qui Medicinam vel Iurisprudentiam, Oratoriam, Historiam, Poësim, variarum linguarum peritiam, Philosophiam, Theologiam, Mathematicasque disciplinas quasi per trasennam intueri contentus sit?

V.
Doctis nihilominus,
indoctisq;
prodesse.

Instant illi rursum, & Vt cumque, aiunt, ista dicantur, negari profectò non potest, contractiores hæc narrationes posse repeti sapius in subsidium memoriæ, cum ingentia volumina lectores suâ mole deterreant, ne ea vel semel legenda suscipiant. Et si verum fateri volumus, Epitome commodè & ratione confecta, & ieiunitatem inter & vbertatem media, non tyronibus modo, sed eruditis quoque prodesse potest. Nam illi rudi quadam specie informantur eruditionis, & quasi iniantur, puta historia, temporum rerumque gestarum, vt non vltra ignorent vter antecesserit Abrahamus an Dauid, Iulius Cæsar an Alexander: quæ prioribus sæculis Imperia in Orbe floruerint, quæ nationes diutius imperarint, quæ fines Imperij latiùs propagarint. At doctus ille, diu multumque in omni doctrinarum genere volutatus, cum decursum coactæ in augustum tractationis audiuerit, legeritve, facile memoria reperet, si qua cœperant esse fugitiua, & memoriæ thesauro postliminio restituet: auditis cursim assensum vel dissensum dabit: nec pœnitebit, beneficio breuiculæ lectionis, compendium facere laboris ac temporis.

VI.
Quid in
hac Epitome
ab Authore
præstitum.

Nos igitur vel vtrisque gratificari, vel de vtrisque bene mereri cupientes, non cursim in hunc laborem incubuimus; præsertim cum nos tardiores, & ætas iam dudum reddiderit, & natura ipsa finxerit: sed tres ipsos annos in hac Sparta, atque etiam amplius collocauimus, dedimusque operam, non vt strictim omnia, & quàm breuissimè diceremus, sed vt optima quæque pleniùs, vt totidem sæpè verbis, quibus in Annalibus eramus vsi; cætera, vel præteriremus planè, vel cogere in pauca: & nihilominus studiosum Lectorem ad Annales amandaremus, indicatis subinde locis, ex quibus res vberius explicatæ petendæ forent. Itaque vix vnquam, ac ne vix quidem, varias authorum opiniones congeffi, nedum eorum verba

descripti



ANNALIUM ECCLESIASTICORVM VETERIS TESTAMENTI EPITOME.

APPARATVS AD ANNALES ECCLESIASTICOS.

DE STATV AVTHORIS MVNDI
arte Mundi constitutionem.

CAPVT. I.

I.
Euangelistæ
oraculū de
Authore
mundi ante
mundi crea-
tionem.



N in principio^a erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, hoc erat in principio apud Deum, Diuina planè vox, & diuino Euangelistâ dignissima, qua ora impia, & profana loquentium hæreticorum obstruantur. Iesu Christi Domini nostri diuinitatem negantium, & à Iosepho, beatissimâque Virgine initium accepisse garrientium: conceptum, natum, educatum more modòque cæterorum. Diuina vox, qua peccatorum etiam hominum, qui in profundam peccatorum, atque impietatis delapsi voraginem, ausi sunt insuper dicere^b in corde suo, non est Deus, impudens facies, quodam quasi fulmine verberetur. Diuina denique vox, qua sublimiorum etiam ingeniorum studiis & desiderijs satisfiat, in quorum corda antiquæ cogitationes ascendunt, & qui cum Propheta regio, c^c annos æternos in mente habent.

b Ps. 13. 1.

c Psal. 76. 6.

II.
Eo Cerinthus
refellit.
d Matth. 13. 35.

Principio enim hoc oraculo profanus Cerinthus, qui tam abiectè de filio Dei, eodemque hominis filio sentit, intelliget ab eo qui è dilectissimi magistri pectore, copiosè hausit abstrusa, & occulta diuinæ sapientiæ, atque naturæ, vt nobis sine parabolis eructaret^d abscondita à confi-

tutione mundi: ab eo, inquam, intelliget ab vltima vsque æternitate, a^a antequam quidquam faceret à principio, fuisse Deum Patrem, & apud ipsum Filium eius; in quem essentiam suam totam, cum omnibus illius bonis, æterna generatione transfudit: fuisse Verbum eius, conceptum sapientiæ, diuinæ mentis actione vitali progenitum, imaginem eius, quæ non externos quosdam oris ductus; & lineamenta repræsentet, sed quæ sit^b figura substantiæ eius; à Patre ad eum repræsentandum procedens: fuisse splendorem gloriæ eius, & candorem lucis æternæ, coruum ipsi fonti luminis, sine vlla motione, aut mutatione propagatum: eadem numero cum Patre sapientia, potentia, bonitate præditum, cæterisque omnibus diuinæ naturæ attributis. Intelliget denique c^c primogenitum omnis creature, cuius ortus omnem rerum creaturarum productionem antecessit, qui que illas ipsas initio temporum produxit ex nihilo, ad eas peccatum corruptas, restituendas in integrum, humanam in vtero Virginis assumpsisse naturam, eamque sibi indissolubili vinculo socialisse; in ea, quæ in sinu Patris didicerat reuelasse, mirabilia opera fecisse, & multò admirabiliora pertulisse.

a Prou. 8. 22.

b Hebr. 1. 3.

c Col. 1. 15.

Hoc ipso Ioannis oraculo Protagoræ isti, & Diagoræ Melij, & Theodori Cyrenaici, qui diuinum numen vel indubium vocant, vel è medio nefariè tollunt, mendacijs omnium scelestissimi, atque impudentissimi arguuntur. Cum enim nihil à seipso factum esse possit, & in causis efficientibus progressio in infinitum dari nõ possit, ad vnã aliquam veniendum est, quæ non

III.
Et omnes
Athei, quo-
ratio ipsa
arguit falsi-
tatis.

fit ab alia & à qua facta sint omnia, quam vocamus Deum; id est Patrem, per Verbum suum, ac Spiritum sanctum omnia producet: atque conseruantem. Illa porro causa, quæ ab alia non pendet, à qua sumere possit initium, necessariò semper fuit: semperque futura est, cum nulla sit causa potentior, quæ illi interitum afferre possit; sed ab ea vim omnem suam cætera perpetuò mutuentur, ac mendicent

I V. Eadè personarum pluralitas in diuinis traditur. a Rom. 1. 20. 21. b Sap. 13. 5.

c Psal. 18. d Ps 99. 3

e Ps 22. 6. f Gen. 1.

V. Vbi esset Deus ante mundum conditum. g 1. Cor. 1. 10.

h in Ps 112. i Hom 16. de varijs. k contra Praxeam c. 5. l 5. de Conf.

V I. Quid tum faceret.

Et diuina quidem natura inuisibilis & æterna, per hæc ipsius opera, quæ sub aspectum cadunt intellecta conspicitur, ita vt sint inexcusabiles ij, quorum corda eò insipientiæ progressa sunt, vt Deum non cognoscerent, vel cognitum debito honore fraudarent, vt testatur Apostolus, a Sipienti consentiens, b qui tanto ante dixerat, ab excellentia & pulchritudine rerum creatarum, potuissè earum Conditorum agnoscere, c Cæli quippe enarrant gloriam Dei. Verum quoniam creata omnia clamant quidem, Scitote quoniam Dominus ipse est Deus; ipse fecit nos, & non ipse nos: d sed personarum numerum non producit: quippe quæ à Deo vt vno, non autem vt trino profecta sunt: ideo Euangelista illum Creatorem non vna tantum, sed pluribus personis constantem denunciat. In principio, inquit, erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, omnia per ipsum facta sunt, quod de cælis ante significauerat Dauid, Verbo Domini inquit e cæli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Et Moses vniuersè de omnibus, In principio creauit Deus cælum & terram, f Spiritus Domini ferebatur super aquas.

Sed quid canit nostra hæc Aquila regina quæ non solum nubes, sed vniuersos cælorum globos transgreditur? quid, inquam, canit, quo satisfiat iis, qui & scrutantur etiam profunda Dei? Qui etiam atq; etiam requirunt vbi esset Deus ante mundum conditum, quæ eius regia, quod palatium, quis locus habitationis gloriæ eius, quid ageret seculis innumerabilibus, qui famuli ministrarent ei. Respondet Euangelista. In principio, antequam quidquam crearetur, Verbum fuisse, & ab omni retrò æternitate fuisse apud Deum Patrem, & cum ipso, & in ipso, vna cum Spiritu sancto egisse atque agere beatissimam vitam. Quibus consentanea scribunt Augustinus, b Basilii, aliique sancti Patres. Concinnè k Tertullianus. Ante omnia, inquit, erat Deus solus & ipse sibi, & mundus, & locus, & omnia. D. etiam Bernardus l cum ostendisset cælum & terram diuina præsentia ac maiestate esse repleta, subdit. Alias vero vbi erat antequam mundus fieret, ibi est; non est quod quæras vltra vbi erat, præter ipsum nihil erat, ergo in se ipso erat. Ex quo non ineptè Poëta quidam.

Dic vbi tunc esset, cum præter eum nihil esset, Tunc vbi nunc, in se, quoniam sibi sufficit ipse.

Ante mundum igitur conditum ipse sibi regia erat, & palatium, nullo definitus loco, quippe nullus erat locus: ipse in seipso seculis innumerabilibus, & annis æternis sua sapientia, pulchritudine, bonitate fruebatur: intuebatur admirabiles perfectiones suas, cum inæstimabili gaudio, in quarum contemplatione producebat Verbum suum, & cum eo infinitum amorem personalem Spiritum sanctum. Cogitabat

de condendo mundo suo tempore, & ciuitate Electorum: quos iam tum sigillatim intuens, ac benedicens summo amore complectebatur; de reparando, per incarnationem Verbi, humano genere per peccatum perituro, & in meliorem statum reuocando cogitabat. Hæc aliæque id genus erant opera eius, hæ ipsius cogitationes antiquæ, quas per a annos æternos in mente habuit, re nulla extra se ad summam beatitudinem indigens: sicut nec factus est, omnium rerum creatarum accessione, beator. Sed hæc ipsa, & id genus alia, luculentius suggerunt Annales ipsi, b illudque nominatim, fuisse tum Deum nihilominus, & esse nunc, pro sua immensitate, in infinita spatorum inanitate, in qua hunc mundum condidit, plurimosque alios creare potuissè.

DE PRODVCTIONE MVNDI eiusque auctore.

CAPVT II.

OMNIA per ipsum facta sunt. Hæc est altera pars diuini oraculi Ioannis Euangelistæ, quo omnium creatarum rerum productio Dei Verbo, quæ est increata Sapientia, tribuitur; sicut eidem postea earundem instauratio, per mysterium Incarnationis tribuetur. Neque tamen ea fuit Euangelistæ mens, vt Pater, aut Spiritus sanctus ab opere Creationis excluderentur. Indiuisa quippe sunt opera Trinitatis. Sicut enim in Deo vnus est in tribus personis intellectus, & vna voluntas, ita & vnica operatio, quæ ex directione intellectus, & voluntatis electione proficiscitur. Itaque Patri quoque creatio vel maxime tribuitur in symbolo Apostolorum ac Nicæno, & eo quod in sancto Missæ sacrificio recitatur. Accedit Paulus Apostolus b. Nobis tamen, inquit, vnus Deus Pater, ex quo omnia. Sed & Spiritum sanctum mundi creatorem agnoscit Elaias c cum recensita productione cæli, terræ, & aquarum, quibus omnia, quæ ex nihilo creata sunt, comprehenduntur, sicut & initio Geneleos, subdit. Quis adiunxit Spiritum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Agnoscens videlicet, & conficiens Spiritum Domini rerum omnium opificem atque architectum.

Quam veritatem non planè videtur antiquitas ignorasse, cum legamus Orpheum Lebetrium, mundum à tribus diis fabrefactum mystico poemate decantasse, cæterosque olim sapientes, poëtas, philosophos theologos, Sibyllas, mundi auctorem Deum mille locis enunciasse; quorum nonnulla testimonia, in Annalibus nostris, quos hic contrahimus, seorsim reperies. Aristoteles autem etiam per manus traditam de mundi productione veritatem vehementer labefactare conatus est, asserta, omnique studio probata vt putauit, eius æternitate; Deum nihilominus Mundi conditorem, videtur agnoscere, ipsumque ex naturæ necessitate producentem. Scribit enim d esse quoddam principium mouens immobile, atque actu, omnique ratione necessarium, & addit ex tali principio calum ipsum, naturamque pendere.

Quamuis autem nonnulli ex antiquis illis

a Ps. 76. 6.

b Appar. c. 1. n. 10.

a Ioan.

I. Omnia per Verbum, totamque Trinitatè condita.

b 1. Cor. 8. 6.

c c. 40. 11.

II. Tota antiquitas Deum Mundi auctorem agnoscit.

d 12. Metaph. c. 7. text. 38.

poëtis

III. Idque certè est veritatis argumentum.

a l. de Diu. person. c. 1.

Opiniones falsæ vade.

IV. Quod ratio quoque demonstrat. b Rom. 1. 3. 2. c Pro. 8. 31.

Poëtis, imo & Philosophis, non pauca falsa miscuerint acceptæ per manus veritati, tam ornandi delectandique studio, quam illius occultandæ; ipsum tamen narrationis solum ac fundamentum tam antiquum, tam latè per omnes gentes sparsum atque fufum, quo Deus mundi auctor asseritur, non potuit non esse certissimum. Nam opinio in quam omnes gentes consentiunt, vix potest esse falsa, vt auctor est Arist. a Opiniones enim fabulosæ, quæ sæpe mētibus hominum insinuauere sese, nec fuerunt vnquam omnibus nationibus communes, & sensum sine sensu euauerunt. At hæc opinio, & maxime communis in orbe fuit, & altiores in dies in hominum mentibus egit radices. Neque mirum; falsæ enim opiniones duplici ex capite ortum habent, vel ex deceptione sensuum, vt qui Solem pedalem, aut cælum cæruleum putant, vel ex perturbatione affectuum, quibus persuasum est plerisque in voluntate esse summum bonum. At hæc opinio cum ex sensuum iudicio minime pendeat, nec humanis affectibus blandiatur, sed eos potius ratione contineat, & summi Dei non venerationem modo, sed etiam timorem inducat, non potuit, nisi ex certa ratione, aut originem, aut stabilitatem habere.

Quæ sunt à Deo, ait Apostolus b, ordinata sunt, non potestates solum, sed planè res omnes? Ab illa vtique sapientia, cuius est illa vox c, Cum eo erant cuncta componens: vt planè dementissimi cerebri sit tam admirabilem in rerum natura distributionem & ordinem qui sui spectatores in stuporem agit, casui, fortunæque tribuere. Et cum nauim, horologium, picturam, vestem, ædificium, aut quoduis aliud arte factum, nemo sanus aut sobrius nisi artificii tribuat, quomodo maximæ atque sapientissimæ industriæ opus, quale est mundus hic totus, alteri quam summo atque sapientissimo architecto tribuatur? Adde quod insita est omnium hominum mentibus illa de Deo notio, illum vt omnium rerum perfectissimum credamus, & omnium perfectionum quæ esse possunt abundantissimum: at nisi Deus esset causa rerum creatarum, vna illi de maximis perfectionibus deesset, quas in rebus creatis agnoscimus; nimirum esse causam, quod excellentiam quandam secum inuehit, vt docti omnes, indoctique consentiunt.

QVARE DEVS MVNDVM produxerit.

CAPVT III.

Quoniam & Scripturæ autoritas, & ratio omnium nationum consensus, & ratio ipsa confirmat Deum opt. max. mundi opificem atque auctorem esse; age videamus quænam illam intelligentem naturam causa impulerit ad magnum hoc productionis rerum opus: tum de tempore modo atque ordine huius operis breuiter disputandum erit: sic enim ordine congruo ad susceptam de rerum productione cum Mose narrationem delabemur, quo scilicet spectat noster hic omnis apparatus.

Tres sunt de fine huius productionis sententiæ celebriores. Affirmat enim Sapiens a omnia fuisse à Deo creata vt essent; non autem vt ea

Ordo dicendorum.

Prima causa condendi mundum. a Sap. 1. 14.

mox pro potestate dissiparet, ac perderet. Nam, vt ibidem ille ait, Deus mortem non fecit, nec deleatur perditione viuentium. Scitè enim Chrysippus inquit M. Tullius a vt chrypei causa inuolucrum, vaginam autem glady, sic præter mundum, cætera omnia aliorum causa esse generata. Quæ sententia non ait mundum nullum ad extrinsecum finem, puta laudem & gloriam conditoris sui esse productum. Voluit enim eius architectus, vt, per creatarum rerum contemplationem, ad Creatoris cognitionem, venerationem, atque amorem, per quosdam quasi gradus ascenderemus. Sentit potius vniuersum esse quoddam Totum, ex pluribus conflatum partibus, quarum singulæ sint propter actus & operationes suas, vt auris ad auditionem, oculus ad visionem; omnes autem propter perfectionem Totius. Sic rectè dicitur Vniuersum esse propter semetipsum, cum non sit pars alicuius totius, ad quod referatur.

Altera sententia Mundum hunc hominis causa conditum esse docet. Cum enim finis sit quid optimum auctore Philosopho; b nihil autem sit in hoc mundo aspectabili homine melius, consequens est vt eum eius finem esse fateamur. Dicit enim non potest propter spirituales illas mentes licet sint homine præstantiores; creatum esse Mundum, siue vt eius beneficio intelligant, siue vt conferuentur. Cum enim corpore vacent, neque victu egent neque vestitu ad conseruationem sui: sed neque ad intellectionem, siue quia in Deo ipso melius abiecta vident, quam in creatis rebus; siue quia Angelis ingenitæ sunt species quibus intelligunt, nec eas à rebus haurire coguntur. Aristoteles certè c nostra causa omnia parata esse fatetur, ideoque nos eorum esse quoddammodo finem. Ex eademque sententiâ scribit d plantas esse animalium causa, & cætera animalia causa hominum: denique naturam, quæ nihil frustra facit, omnia hominum gratia fecisse.

Nec dissentit Latinus Orator, e qui hominis causa cætera omnia, ipsum autem hominem ad iustitiam natum esse contēdit. Lactantius hunc ipsum locum ex instituto tractans, f longa disputatione, & enumeratione rerum, quæ terram, mari cælo continentur; confirmat Stoicorum sententiam, putantium omnia facta esse propter hominem. Quibus cum Academici obicerent multa pestifera, & homini noxia, quæ in rerum natura existunt; respondebant multa esse quorum vtilitas latet, eamque temporis progressu patefieri. Quæ ille responsione repudiata, causam refert in diuinam prouidentiam, quæ cum vni homini sapientiam inspirasset, proposuit etiam bona & mala, in quibus diiudicandis illa versaretur, eiusque ductu vt bonis frui, ita & mala cauere posset. Gregorius Nyssenus, lib. de hominis opificio, g pluribus docet omnia propter hominem esse condita. Quod cum Dauid, h tum Paulus ipse confirmat. i Omnia vestra sunt, inquit, siue mundus, siue vita, siue mors, siue presentia, siue futura: omnia enim vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei.

Quibus verbis commodè nos quasi manu ducit Apostolus ad verissimam illam certissimamque sententiam, quam Sapiens apertè tradidit. k Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus. Nimirum sicut ipse vnus primum est princi-

An propter se conditus fuerit. a l. 2. de Nat.

II. Secunda propter hominem. b l. 2. Phys.

Non propter Angelos.

c 2. Phys. c. 24. Confirmatur ex Arist. d 1. Polit. c. 5.

III. M. Tullio, Lactantio, Nysseno, &c. e l. de leg. ma. inaque ad hominē, &c. f l. de Ira. Dei c. 13. & 14.

g Vniuersum creaturam thesaurus, &c. h Psal. 5. i 1. Cor. 3. 22. k Rom. 16. 14.

IV. Tertia causa condendi.

Mundum Deus ipse omnium finis.

a Ia Apolo.

b I. de Ira. Dei. c. 14. Sicut mundum, epe.

V. Diuinum conitium in coadendo mundo.

Pium rerum omnium, & ad eum relatæ causæ omnes principiæque in effectis numeranda sunt: ita etiam vltimus est finis ad quem fines omnes referuntur, & mediocum rationem induunt. Hunc mundum, inquit Iustinus martyr, a non temere conditum esse dicimus, sed generis hominum causâ; ipsum verò hominem, vt esset Dei authoris sui. Quæ copiosius diducit Lactantius b eique consonat Epictetus

Certe quod fuerit à principio consilium Dei, ex effectis intelligendum est quibus tanto ante prouisis ad agendum videatur inductus. Voluit nimirum sanctam Electorum omnium societate in celo, quasi regiam quandam ciuitatem cõdere, cuius princeps esset ille idem, per quem facta sunt omnia, qui factus homo, pater etiam fieret futuri seculi, & omnium hominum, qui æternâ beatitudinem consecuti, diuinam potentiam, sapientiam, bonitatem, in omnem æternitatem prædicabunt. Eam vero felicitatem, quia mercedis nomine dare voluit, simul etiam voluit hunc Mundum esse quasi decurrendi stadium, quasi armorum palæstram, & militiam, quasi vineam diurna vitæ huius contentione excolendam. Ad id meritum quia necessaria erat gratia, filium suum futuri seculi patrem, & præsentis reparatorem dedit, qui pro suæ dignitatis infinitate, meritis locuples, & gratiarum omnium thesaurus eas in omnes omnium seculorum mortales, vt caput in membra, vt fons in riuos, vt radix in truncum ramosque diffunderet. Sed quoniam non spiritali tantum, sed terrena quoque parte constamus, quarum ignobilior nobiliori famulatur, ad eamque, vt ad proximum finem referretur, hanc immensam rerum corporearum syluam produxit Deus, quæ homini feruiat, eum nutriat, vestiatur, oblectet, & ad finem illum suum consequendum iuuet.

QVO TEMPORE MVNDI CONDITOR Mundum produxerit.

CAPVT VI.

DE tempore, & quasi ætate Mundi con- certatibus philosophis silentium imponere videtur Moses cum ait a, In principio creauit Deus cælum & terram. Quamuis enim principij vocabulū rerū ordinē hoc loco significare videatur, interprete Salomone b, Initio, inquit, viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio. Principium tamen temporis recte quoque significat: vt intelligamus non solum nihil aliud creatum ante cælum & terram, non Angelos, non informem materiam: sed etiam creationem cæli & terræ non fuisse ab æterno, quod aliqui ingenij subtilitate confisi, se demonstraturos confidebant, sed initium durationis habuisse, & quandoquidem mox primus dies numeratur, & alij deinceps vsque ad productionem Adami ex quo anni Mundi consequenter recensentur. Certè concilium Lateranense definit c Deum initio temporis vtramque simul de nihilo condidisse creaturam, angelicam & mundanam.

In principio ergo rerum & temporum factus est mundus; ab æterno autem is fuit d, qui solus habet immortalitatem & æternitatem. Nam in eternitate mundi refutanda non est quod operam ponamus non necessariam, ne actum aga-

mus. Quin etiam maxima pars Christianorum Philosophorum eò progressa est, vt ne potuisse quidem esse ab æterno rem vllam creatam, siue spiritalem siue corpoream, omni ratione contendant.

Ad hunc etiam locum pertinet celebris illa controuersia de anni parte, in qua Mundus conditus esse videatur. Sed præcipua est de Vere & Autumno controuersia. Autumno enim Scriptura a videtur fauere, quæ dum agit de mense egres- sionis ex Ægypto, quæ vocat mensem nouarum frugum, qui postea appellatus est Nisan. Mensis iste, inquit, vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni. Apparet nouam eo loco fieri constitutionem de anno in Vere inchoando, in memoriam accepti beneficii. Alium ergo mensem primum habuerunt Hebræi ad id vsque tẽpus. Nam si is iam primus erat ab orbe condito, frustra statuebatur vt is primus esset in mensibus anni. Deinde Eua fatetur arbores non fructibus oneratas cum ait b, De fructu lignorum qua sunt in Paradiso vescimur. Fauet etiam huic sententiæ festum Tabernaculorum, quod constat septimo mense fuisse celebratum, quod Dominus in exitu anni celebrari iubet c, quando fruges omnes de agro collectæ sunt. At exitus vt in circulo, cohæret initio, Ideoque Iudæi festum Tubarum, quod primo die Septembris celebrabatur, vocant caput siue principium anni: nec nisi ratione festorum, Nisan primum mensium à Moysè dici arbitrantur: in cæteris negotiis publicis, priuatisque annos à Tifri, siue Septembri numerati, quibus præit Iosephus d.

Quibus priusquam respondeamus, videamus quæ pro Vere faciunt. Facit autem in primis quod pro eo multo plures, præstantioresque sententiam dicunt, vt ij quoque fatentur, qui initium, mundi Autumno tribuunt, quos inuenies in Analibus e longo ordine numeratos. Probatio petitur ex Scriptura f, Germinet, inquit, terra herbam viuentem, & lignum pomiferum faciens fructum, quod Veri maxime conuenire nemo negare potest. Ex eoque loco S. Damascenus g hanc sententiam probat, Per Solem, inquit, quatuor anni conuersiones constituuntur, quarum prima verna est, in qua Deus res vniuersas condidit, idque ex eo constat, quod nunc quoque vere flores germinant. Ex eodem quoque loco probat hanc sententiam Cyrillus Hierosol. & Theodoretus h.

Probat quoque hæc sententia ex 12. Exodi, quo ex loco prior quoque sententia probari videbatur. Mensis iste vobis mensium primus erit in mensibus anni. In Hebræo textu vtrumque membrum caret verbo substantiuo. Septuaginta suppleunt tempus præsens isv, quomodo legunt Sancti Patres, qui ex hoc ipso loco initium Mundi verno tempore tribuunt, in quibus eminent S. Ambrosius k, & S. Gregorius Nazianzenus l, prout à Niceta quoque explicatur & plerisque Rabbiniis, quos vterque memorat. Eadem est Ruperti sententia m. Neque est qui non facile videat Mundi origini & productioni rerum, Ver potius quam Autumnum conuenire, cum Ver ortui sit aptius, Autumnus interitui. Ver adolescentiæ respondeat, Autumnus senectuti: sed hæc ex responsione argumentorum illustriora fient, atque certiora. Ille enim Exodi locus pro nobis facit, vt ex Ambrosio, &

III. An in Autumno fuerit creatus. a Exod. 12.

b Gen. 32.

c Exod. 23. 16.

d I. 1. Ant. cap. 4.

IV. An potius in vere.

e Appa. c. 6. f Gen. c. 11. g I. 1. de fid. c. 7.

h in Exod.

V. Altera probatio. i Exod. 12. 2.

k I. 2. Hezæm. c. 4. l Orat. 42. m I. 4. in Gen. c. 25.

Respondeatur loco Exodi.

I. Mundus creatus in principio rerum, & temporum. a Gen. 1. b Prou. 8. 21.

c cap. Firmiter, de sum. Trin. & fide catholica.

II. Nec fuisse ab æterno. d I. Tim. 16.

Nazianzeno diximus. Nec textus Hebræus aut Græcus priorj sententiæ fauet, Latinus autem, qui cæteros illustrat, nihil nobis nocet. Significatur enim eum mensem, qui primus est ordine atque origine, deinceps primum fore etiam dignitate, propter Paschalem celebritatem, quæ cæteris festiuitatibus moderatur.

VI. Satis fit loco Gen. 1. p. d. 5. 13. p. 23.

b Matth. 6. 26.

VI. c Gen. 3. 2.

VIII. Annus ciuili in Autumno inchoatus. d Exod. 23. 17. Et qua de causa.

Sed de his pro instituta breuitate satis; plura de illustri hac disputatione studioso lectori suggereret Annales ipsi a, ubi de cyclo Solis & Lunæ & anno periodi Iulianæ, quibus Mundus fuerit conditus, inutilem ostendimus esse inquisitionem. Sed hanc nos cum illo Poëtæ notissimo carmine claudimus; quod ille ex prisca traditione panxit b.

Non alios prima crescentis origine Mundi Illuxisse dies, alimvæ habuisse tenorem Crediderim, ver illud erat, ver magnus agebat Orbis, & hybernis parcebat statibus Euri, &c.

QVOMODO A DEO MVNDVS productus fuerit.

CAPVT V.

AD hunc modum pleraque pertinent, quorum nonnulla ad opificem ipsum, alia ad opus eius referuntur. Quæri enim potest, an liberè produxerit, an verò, vt malè putauit Aristoteles, ex necessitate naturæ. Deinde an generatione physica, an potius productione aliqua supernaturali: tertio in instantine, an cum temporis successione. Sed duabus illis questionibus omissis hoc loco, quæ ex ipsis Annalibus a peti possunt, tertiam dubitationem breuiter expendamus; quæ re ipsa petit, An Deus Mundum sex dierum intervallo produxerit, iuxta Mosaicam narrationem, an vnico instanti: cum Scriptura quoque dicat b, Qui vixit in æternum creauit omnia simul. Quin & Moyses postea c, testatur eodem die non solum cælum & terram, sed omne virgultum agri, & omnem herbam regionis esse productam: præsertim cum ne Sol quidem esset adhuc, qui tres primos dies efficeret: nec illa temporis mora, & rerum distincta productio, & ornatus, diuinæ omnipotentis satis conueniat.

Ita sensu Philo, Procopius Gazæus, & fortè S. Augustinus, qui sex dies ad cognitionem angelicam refert, sed maxime Caietanus: qui in ea verba fiat lux, existimat vno die creata esse omnia; imò non principio diei artificialis Deū creasse omnia. Et quamuis Moyses sex dies enumeret, vt perueniat ad septimam Dominicæ quietis, secundum veritatem tamen, inquit, vnus tantum referendus erat dies, cum constet secundum diem non nisi repetitionem primi esse. Nec propterea finxit opera sex dierum, sed accommodauit sex dies sex perfectionibus vniuersi ordinatè se habentibus, ad significandum, quod res vniuersi sunt à Deo disposita, ordinata, & consequenter se habentes inter seipsas, quemadmodum sex dies naturales, Hæc ibi Caiet. quæ capite quoque secundo inculcat.

Verum hæc sententia à Scriptura aliena est, eique aperte vim facit: & communi sensui, & interpretationi sanctorum Patrum repugnat. Si enim momento creata sunt omnia, qualia communis sententia tradit post sex dies extitisse, sequitur non cælum ex aqua, neque hominem ex limo terræ, sed ex nihilo esse productum: quæ enim puncto temporis creata sunt, ex nihilo creata sunt. Deinde si hæc omnia simul producta sunt, quomodo ordinatè, & non potius confusissimè à Moysè digesta sunt? Nonne oportet

a hoc 4. cap. Apparatus.

b Georg. 2.

I. Mundus productus ne sit in instanti.

a c. 5. Appar.

Vt videri potest. b Eccli. 18. 1. c cap. 2. v. 4.

II. Et qui ita sentiant.

III. An potius sex dierum successione.

Ab absurda prioris sententiæ.

tuit ante lucem corpora luminosa produci, & ante illa corpora firmamentum, in quo collocarentur? Quod si omnia simul cum luce producta sunt, falsum est tenebras fuisse super faciem abyssi, neque id de vltimo instanti verum esse potuit. Neque item terram fuisse inanem & vacuum, fuit enim in eodem instanti ornata plantis, arboribus, animalibus, æque ac post sextum diem: aliæque multa admittenda sunt, quæ sunt absurdissima.

I V. Audiendus potius magnus Gregorius, qui ait Deum dici omnia vno die condidisse, licet Moses sex dierum mutatione variante, cuncta distinctè creata describat, quod rerum substantia simul creata sit, species autem non simul formata fuerint, verum sex dierum progressu. Non Scriptura, cum simul omnia creata dicitur, cogit nos ad instans mathematicum, sed licet illud simul de certo spatio temporis, puta sex dierum interpretari, quibus simul, id est continenter, & sine vlla dierum interruptione produxit omnia. Quid etiam prohibet illud simul referre ad creationem propriè sumptam, quæ sit ex nihilo, qua ante primum diem cælum, terra & aqua cum Angelis creata sunt, quæ fuerunt quasi materia omnium producendorum, iuxta ea quæ ex S. Gregorio iam diximus. Denique illud simul rectè potest non ad temporis identitatem, sed ad communem comprehensionem referri vt cum dicitur simul insipientes & stultus peribunt, id est æque vtrique sunt morti obnoxij, nullus excipitur. Cui expositioni fauet Græca vox κοινῶν, cōmuniter, æque, pariter.

V. Nam quando Moses ait eodæ die creatum non solum cælum & terram, sed omne quoque virtutum agri, facile est diem de tempore interpretari; vt cum ait Dominus, exultasse Abrahamum vt videret diem eius, & Iudæos reprehendit, quod non cognouerint diem visitationis sue. Tres autem illi dies, qui Solis creationem præcesserint, per vicissitudinem lucis & tenebrarum facti sunt ab illa luce primigenia, sicut postea facti sunt à Sole. Neque vero diuinæ potentie quidquam derogat ista dierum successio. Sed fauet sapientie. Voluit enim mortales docere vt exemplo suo sex diebus operarentur, & septimo recolendis diuinis beneficiis vacarent, qua ratione Scriptura ipsa crebro vtitur. Voluit quoque non solum potentiam in creando ex nihilo demonstrare, sed sapientiam etiam & libertatem, illa ipsa quæ creata fuerat ornando, & digerendo per partes, prout placuit eius sapientissimæ voluntati. Alias quoque rationes Annales hoc loco suggerent.

QVO ORDINE MVNDVS, EIVS QVE PARTES PRODUCTÆ FUERINT: & primum de cælo Empyreico.

CAPVT VI.

Dvo sunt genera rerum à Deo, in hoc Mundi exordio, creaturarum; quædam enim de nihilo, & per creationem presè sumptam extiterunt, cælum videlicet, quod vocatur Empyreum, terra & aqua; cætera ex terra & aqua producta sunt postea. Priora illis Prophetæ verbis comprehensa sunt, *In principio creauit*

Deus cælum & terram, terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi, & Spiritus Dei ferebatur super aquas: cætera reliqua capite continentur. Itaque Moses in principio narrationis suæ ponit ea quæ primum omnium creata sunt, quasi solum & fundamentum molitionis sex dierum, quibus nullum tempus assignat: quoniam intelligi voluit ea non in tempore & cum motu esse generata, sed puncto temporis, & sine vlla successione fuisse creata. Dixi cælum Empyreum; quoniam cælum illud aspectabile, & stellis, aut planetis vndique collucens, ex nihilo creatum non est.

Postquam igitur aduenit illud instans æternitatis, in quo placuit diuinæ bonitati res extrase producere, quibus se pro earum modo atque mensura communicaret, principium operum eius fuit cælum Empyreum, quæta atque immobilis Beatorum sedes, coruscans splendore mirabili, licet mortalibus oculis inaccessa. Empyreum cælum, inaccessibilis pulchritudinis theatrum, in quo sese Deus sanctis Angelis, atque hominibus videndum præbet, sicuti est, eis que immensas diuitias gloriæ suæ exhibet possidendas. Conueniebat enim diuinam sapientiam de fine cogitantem rerum à se creandarum, etiam locum corporeum beatis corporibus debitum principio producere, infinita illa maiestate dignum, & omnium electorum præstantissima ciuitate: & sicut à principio paratus est locus, qui esset carcer dæmonum, ita rationi consentaneum fuit parari locum destinatum gloriæ beatorum, omnium opinione magnificentiorum; vt de ipso etiam loco accipiatur illud Apostoli, *Nec oculi vidit, nec auris audiuit, &c.*

Hæc fuit antiquissima S. Clementis sententia in Recognitionum libro, in quo refertur disputatio S. Petri cum Simone Mago: & inter alia dicitur à Petro, *Factum esse visibile hoc cælum, quod aliquando resolendum est propter presentem vitam, vt esset interiectio quadam, & diuisio, ne quis forte indignus habitationem cælestium, & Dei ipsius sedem videret, quæ iis solis, qui mundo sunt corde, videnda præparantur. Nunc autem, id est agonis tempore, invisibilia esse placuit ea, quæ vincuntibus ad præmium destinata sunt.* Et iterum Simone asserente satius esse vnum dicere cælum in vniuerso mundo. *Non ita, inquit Petrus, sed vnum quidem consiteri conuenit Deum, qui verè est: cælos autem esse qui ab eo facti sunt, sicut & lex dicit: quoniam vnum cælum sit superius, quo continentur etiam visibile firmamentum: illud esse perpetuum & æternum, cum iis qui habitant ibi: istud autem visibile in consummatione seculi resolendum esse, &c.* quæ ed probabiliora sunt, quod similia iis, quæ à S. Petro in epistola canonica scripta legimus, & nullis hæreticorum scècis patrocinantur, ne forte liceat ab iis corrupta suspicari.

Eadem est Philonis in libro de Mundi opificio sententia, eadem Origenis & Ruperti, Theodoretii, atque Procopij. Sanctorum item Hilarij, Augustini, Damasceni, Anselmi & Brunonis. Venerabilis Bedæ, Diodori Tharsensis, Hieronymi, maximèque magni Basilij, qui circa hoc ipsum cælum, paulò etiam quàm par sit liberalior videri potest: quorum testimonia leges in ipsis Annalibus cum fide descripta. Denique pro eodem cælo sententiam dicunt Alcuinus, Rabanus, Strabo, Magister senten-

II. Cælum Empyreum & quale illud sit.

a 1. Cor. 2.9.

III. S. Clementis de eo testimonij.

IV. Et multorum Patrum.

I V. Respondetur obiectis ex lib. Eccl. a l. 32. Mor. c. 10. b. Eccl. 8. 11.

V. Et ex 1. Genes.

Et rationi. Cur Deus sit vsus pluribus diebus. c. Exod. 20. 11. & alib. passim.

I. Quænam à principio ex nihilo creata fuerint.

a Gen. 1. 1.

Quibus male repugnat Caiet.

a in 2. Cor.

b Psal. 113. 16.

I. Propositio dicendorum de Angelis.

Qui sunt puri Spiritus.

c Psal. 103. 4.

II. Plerique putarunt creatos ante mundum corporeum. d. Hom. 1. in Hexa. c. Orat. 38. f. l. 2. c. 3. de f. d. or. g. 9. 3. & 6. in Gen. h. Trad. 9. in Math. & hom. 1. in Gen. i. Collat. 8. cap. 7. k. 1. p. 9. 61. a. 1. ad 1. l. 12. Conf. cap. 15. l. de Gen. imperf. l. 11. de Ciu. c. 13.

III. Simul cum eo fuisse conditos. m. c. Firmiser de S. Tri.

n Gen. 1.

tiarum, S. Thomas, cum omnibus doctoribus Scholasticis, frustra contradicente Caietano, qui negat tertium cælum, ad quod raptus fuit Apostolus, esse cælum Empyreum, quod nullibi in Scriptura reperitur, sed primum mobile. At reperiri in ipso aditu Geneleos communissima sententia est, vt ex tot Patrum testimonio patet. Eodemque modo tertium cælum D. Pauli, Basilij, Damasceni, & Theodoretus interpretantur, & alij cælum cæli Davidis, vt in prædictis testimoniis reperies.

DE PRODUCTIONE ANGELORVM, ubi, & quando ea facta fuerit.

CAPVT VII.

DE Angelis, quos in cælo Empyreo creatos Doctores Theologi cum D. Thoma consentiunt, deinceps, quæ ad principem hanc historiam mundi pertinent, breuiter explicanda sunt. Tria porro sunt quæ de eorum productione queramus, quò scilicet tempore producti sunt, quo loco, & quo in statu. De ruina deinde dicemus duo, quæ scilicet eorum culpa fuerit, & quæ pœna: iis prætermisissis, quæ subtilioris sunt disquisitionis, & aliis, quæ in Annalibus diligentius explicata, ab hac Epitome minore iactura abesse potuerunt. Ponimus autem eos ex nihilo esse productos ab omnium rerum opifice Deo, vt puros Spiritus, & materiæ omnis expertes. Id enim nunc extra controuersiam est: & à Psalte regio confirmatur, *Qui facis, inquit, Angelos tuos Spiritus, id est, vt Gregorius interpretatur, qui eos quos semper habet Spiritus, etiam cum voluerit Angelos facit.*

Plerique igitur antiquorum Patrum Angelos ante mundum corporeum creatos fuisse censuerunt, in quibus SS. Basilij & Gregorius Nazianzenus, qui censent Deum primum angelicas & cælestes virtutes procreasse; Mundo autem spiritali creato, alterum hunc Mundum materiæ constantem condidisse. Gregorio nominatim Damascenus consentit, sicut Theodoretus, Basilio, eadem videntur Chrysostomi sententia in Cate. in Job & maximè Origenis, Severiani quoque apud Eugubinum. Et Cassiani, cuius verbis inductus videtur S. Thomas, qui in eius libri lectione multus erat vt diceret Græcos omnes concorditer sentire, Angelos ante mundum corporeum fuisse creatos. Nec desunt Latini. Nam præter Cassianum, qui ea de re negat quemquam fidelium dubitare, ita sentiunt Sancti Hilarius, Ambrosius, Hieronymus, Isidorus item, ac venerabilis Beda, Diuus Augustinus, admodum anceps fuit.

Verior tamen turiorque sententia est, & post Concilij Lateranensis definitionem omnium Catholicorum communis, Deum simul ab initio temporis vtramque de nihilo condidisse creaturam, spiritualem & corporalem, Angelicam videlicet & mundanam; & deinde humanam, quasi communem ex spiritu & corpore constitutam. Cum ergo definit Concilium ab initio temporis simul cum mundo corporeo creatos Angelos, eam vtrique damnat sententiam, quæ ante tempus & mundum corporeum, cum quo tempus cœpit, conditos Angelos affirmat. Idem exigit perspicua Moysi assertio, dicen-

tis in principio creasse Deum cælum & terram id est ante alia omnia, vt eadem Scriptura videtur interpretari, cum ait, *antequam quidquam faceret à principio, quod mox explicans, & quasi intuens locum Geneleos, subdit, antequam terra fieret, & cum nondum essent abyssi, quæ scilicet prima omnium creata sunt.* Atque ita hunc locum clarè explicat, Epiphanius, & Augustinus, magnus quoque Gregorius. Idem Theodoretus sentire necesse est, qui putat Angelos sine loco esse non posse: quanquam mox in Basilij sententiam declinat.

Hanc veritatem confirmat illa D. Thomæ ratio, quod cum Angeli pars sint vniuersi, cum toto vniuerso creati debuerunt, & quia ex nihilo cum rebus ex nihilo factis. Hæc autè ratio priorè opinionè euerit: quia si Angeli ante mundum corporeum conditi sunt, vel multis ante seculis, vt ait Hieron. vel aliquandiu; si diu, ergo multis seculis in sanctitate perseuerarunt, nam statim à lapsu detrusi sunt in Tartarum, & sic Angelorum via longissima fuerit, quæ breuior est quam hominum: si aliquanto ante, nulla id ratione factum apparet, cum simul creati potuerint, & reuera creatos esse Ecclesia definiuit, cuius definitioni omnino acquiescent Patres illi; qui prioribus seculis vixere, quando res minus fuerant explorata. Cætera quæ pro eadem opinione afferuntur leuiora sunt: illud etiam Cassiani ineptum, ne quid grauius dicam, Deum ne esset otiosus, aut ne non haberet in quos beneficia conferret, debuisse maturius Angelos creare. Nam quodcumque instans animo finxeris, ante cæli & terræ creationem, infinita spacia in æternitate accipi possunt, de quibus recurrat eadem dubitatio, donec peruenias ad æternitatem eis tribuendam: quod hæreticum est.

Iam vero de loco, in quo fuerint conditi non multa disputatio est. Et si enim Rupertus existimat de hac quæstione idem proportionem dicendum, quod de loco in quo primus homo conditus est; quem constat extra Paradisum creatum, in eoque postea à Deo collocatum, omnes tamen ferè Theologi cum S. Thoma censent eos in cælo Empyreico creatos. Decuit quippe, vt idem sanctus Doctor ait, Angelos, qui naturæ omni corporeæ longe præstabant; eiusque præfides futuri erant, in corpore nobilissimo produci. Quæ videtur fuisse mens Apostoli, *In ipso condita sunt vniuersa, in cælo & in terra sine Throni, sine Dominationes, &c.*

QVO IN STATV CREATI SINT ANGELI.

CAPVT VIII.

Consequens est vt videamus, an in statu beatitudinis & gloriæ creati sint Angeli, aut gratiæ potius: aut certè in puris, quæ dicuntur, naturalibus. Quam quæstionem non satis clarè vel in sacris Literis, vel apud sanctos Patres reperias definitam: adeo vt S. August. quærat à S. Hieronymo, num Angeli, qui postmodum peccarunt, præsciuerint peccatum suum, quæ scientia sine dolore esse nequiverit, & quidem maximo, quique repugnet beatitudini. Quod supponit Angelos ante peccatum fuisse beatos. Verum ea beatitudo ita accipienda non est, quasi

a Prou. 8.

b Her. 65. conf. Samos. c. l. 11. de Ciu. c. 9. d. l. 32. Mor. c. 9. vel 10. e. 9. in Gen.

I V. Probatum ratione.

Refelluntur quæ contra faciunt.

f Col. 3. 6. 7.

V. Quo loco fuerint creati.

g Gen. 27. h 1. p. 9. 61. art. 4.

i Coloss. 1. 16.

I. An beati fuerint, & quatenus.

Epist. 11.

statum à conditione sua illam Angeli possederint, sed quod ius ad eam propter gratiam, meritaque habuerint, certique fuerint se beatos fore, si in ea perseverarent. Qui autem peccaverunt eo modo dicuntur beatitudinem perdidisse, quo filius familias exheredatus à patre, dicitur hereditatem, quam nunquam re ipsa possederit, perdidisse. Quale est illud ^a, *Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam*, tibi scilicet aut debitam, aut paratam.

rum fuisse dicendum est. Ita autem sensit D. Cyprianus ^a, Isidorus ^b, Chrysostomus ^c, & Author libri de Mirabilibus sacrae Scripturae, apud Augustinum ^d. Vide in eadem sententiam Cassianum ^e, & Venerabilem Bedam. ^f

DE CVLPA ANGELORVM.

CAPVT IX.

Lerosque diuina gratia fuisse abufos satis constat, in primisque principem eorum Luciferum, quem plerique inuidia peccasse putant, plures autem superbia, quae inuidiam antecedit. Nonnulli, inquit, August. ^a *dicunt ipsum ei fuisse casum à supernis sensibus, quod inuiderit homini factò ad imaginem Dei. Porro hanc inuidiam sequitur superbia, non precedit. Non enim causa superbiendi est inuidia, sed causa inuidendi superbia &c.* Ceterum qui inuidia censent Luciferum cecidisse, diuersum eius culpae obiectum constituunt. Quidam enim Patres crediderunt illum doluisse, quod homo ad eandem cum Angelis felicitatem destinatus esset: alij quod ei creata omnia subiecisset. Alij denique malunt illum homini vnionem hypostaticam inuidisse; quorum sententias in Annalibus reperies ^b. Irenaei videlicet, & Tertulliani, Cypriani & Leonis, Basilij atque Chrysologi.

Communissima tamen Doctorum sententia est superbiã peccasse Luciferum, eamque in eo fuisse positam, quod beatitudinem supernaturalem propriis viribus, sine Dei gratia obrinere desiderauerit. Quae videtur mens Magni Gregorij ^c *Relicto inquit, eo cui debuit inherere principio, suum sibi appetit quodammodo esse principium. Relicto eo, qui illi vere sufficere poterat, se sibi sufficere posse iudicauit: & tanto magis infra se cecidit, quanto magis se contra gloriam sui conditoris erexit.* S. quoque August. ^d *Qui cum praeseres, inquit, Angelos quosdam per elationem, qua ipsi sibi ad beatam vitam sufficere vellent, tamen boni desertores futuros, non eis ademit hanc potestatem; potentes & melius esse iudicans etiam de malis benefacere, quam mala esse non sinere.* Eadem senserant S. Ambrosius ^e, Isidorus ^f, & Cassianus ^g.

Est & alius, si tamen alius, superbiae Angelicae modus, notatus à Patribus, quod inordinate optauerit praesse alijs, subesse nemini. *Ei quippe*, inquit Gregorius ^b, *à quo conditus fuerat subesse desepxit: ita enim Deus super omnia est, vt sub nullo sit. Leuiathan vero iste eius celsitudinis culmen aspiciens, ius peruersa libertatis appetiit, vt & praeset ceteris, & nulli subesset.* Et August. ^a ait illum quasi quodam tyrannico fastu elegisse gaudere subditis, quam esse subditum, sicque de spiritali Paradiso cecidisse. Vide in eadem sententiam S. Bern. sermone 17. in Cantica. Hinc autem etiam colligi potest, primi omnium peccati authorem Luciferum, omnium Angelorum fuisse principem. Nam nisi eminentissimis naturae & gratiae donis ceteris omnibus praestitisset, parum probabiliter omnibus praesse, & nemini subesse desiderasset: nec alius inferior ipso tantam ruinæ materiam habuisset, nec facile tantam inferiorum Angelorum multitudinem ad idem apostasiae barathrum, exemplo aut iustione deiiecisset; tanto

a l. i. sent. c. 10. sen. 7. b l. de ieiun. c. 1. ten. c. hom. 22. in Gen. d. fo. 3. l. 1. c. 10. f. iom. 8. lib. 99. var. q. 9.

I. An inuidia peccat.

a l. 11. de Cen. ad tit. cap. 14.

Et quomodo.

b c. 9. Appo. n. 2.

II. An potius superbia, & quomodo.

c l. 34. Mor. c. 17.

d l. 12. de Civ. c. 1.

e Epist. 35. f. l. 1. sent. c. 10. g. l. 12. c. 4.

III. Alius superbiae modus.

i l. 14. de Civ. c. 11.

Lucifer omnium Angelorum primus. Multitudo desertorum.

a Apoc. 3.

II. Non supernaturali beatitudine. b l. sa. 14. 14. c. Ezach. 28. 12.

Creata sunt in gratia.

d Appa. c. n. 3. & seqq.

III. Promeriti sunt beatitudinem suam.

IV. Pactum Dei cum Angelis. e Haref. 64.

f Molina in 1. p. q. 63. a. 6. concl. in fin.

Quata fuerit eorum via.

a Apoc. 12. 4. b l. 1. con. Marcio. c hom. de Adam & Eva. d In P. 23. c. 4. Mor. c. 13. & l. 9. c. 2. &c. f l. p. q. 63. art. 7.

DE POENA ANGELORVM. desertorum.

CAPVT X.

I. Poena irreparabilis culpam statim secuta est.

b l. 2. c. 4. fin. c. 1. p. q. 64. art. 2.

II. Eaque multiplex, in intellectu & volutate.

c l. de com. offent. l. Epist. ad Animum 1. l. 21. de ci. iur.

Obstinatio eorum eiusque causa. g l. Tim. 2. 4.

III. Poena damn.

IV. Et sensus hie doloris. h 2. Petr. 2. 4.

Poenam primam Angeli à conditore suo superbia defecerunt; statim secuta est sua poena nocentes. *Nihil ille fecit*, inquit Bernardus ^a *nihil operatus, tantum cogitauit superbia, & in momento, in actu oculi irreparabiliter precipitatus est.* Vtique irreparabiliter: quia quod hominibus mors est, hoc Angelis lapsus exitus. Post lapsum enim conclusa est illis omnis respiscendi facultas, quemadmodum & hominibus postquam ex hac vita migrarunt, vt scribit S. Damascenus ^b, & cum eo Sanctus Thomas ^c, Scholasticique Doctores.

Multiplex porro poena in demonibus à Dætoribus agnoscutur; Prima est in intellectu, et si enim cognitio naturalis in eis imminuta non est, quia dona naturalia in eis integra remanserunt vt author est Areopagita Dionysius ^d. Practica tamen quae ad bene operandum mouet, in eis non remansit: quippe quae pendet ex rectitudine voluntatis, quae in illis deprauata est, itaque deprauata, vt corrigi omnino non possit, nedum illi poenitentiam aliquando sint acturi, quod sensisse Origenem authores grauiissimi, Athanasius ^e, Hieronymus ^f, Augustinus ^g prodiderunt. Obstinatio porro, & impotentiae poenitendi causa in subtractionem diuinæ gratiae referenda est, sine qua nihil boni fieri potest. Immutabili quippe decreto constituit Dominus, nunquam eis gratiam ad respiscendum necessariam concedere, sicut neque hominibus extra viam constitutis. Gratiam porro sustulit, non solum efficacem, sed etiam sufficientem, quae reprobis in hac vita, conceditur; quae cum simpliciter dici posset eos posse saluari, imo velle Deum eos saluos facere. Dat enim reprobis in hac vita gratiam ex voluntate generali & antecedente dandi omnibus gloriam ^h. *Vult enim omnes homines saluos fieri.*

Hæc porro immortalis, & quae in bonum inlecti non possit demonum obstinatio, ad poenam damni pertinet; sicut & priuatio diuinæ visionis, quae omnium consensu, summa est dæmonum, omniumque damnatorum poena. Et rectè quidem. Si enim poenam, vel damnum aliquod hoc maius esse necesse est, quod maiore bono priuati, certè cum, citra omnem controersiam, Deus sit summum bonum, eius vtrique priuatio summum erit malum; praesertim cum nullo fine terminari, nulla ratione mitigari possit: & in eos cadat, qui ad tantum bonum fruendum nati, maximis insuper gratiae donis fuerant ad illud consequendum instructi.

Tertia est poena doloris, quae in demonibus verissima est, & longe grauiissima. Affirmat enim Petrus Apostolus ^h Deum Angelis peccan-

tibus non perpercisse, sed rudentibus inferni detractos in Tartarum tradidisse cruciandos; certè cruciatus sine dolore esse non potest: qui non in passione corporea sensibus inimica positus est, sed in quadam repugnantia voluntatis, malum cognitum & coniunctum repudiantis, ac propulsare modis omnibus satagentis. Cuius doloris magnitudinem ex eo suspicari licet, quod nullam secum delectationem patiat, quae sempiternum illum cruciatum aliquo modo mitiget.

In hoc immenso dolore includitur immortalis ille vermis conscientiae, qui est quasi stimulus infixus in corde, & in memoria, reum perpetuo fodicans; & dolore tam sauo crucians. vt aliquos ad suspendium impellat, vt de Iuda scariote constat. Includitur sera poenitentia de missa beatitudine, quam tam facile acquirere potuerunt: & desperatio infinita de reparanda tanta iactura, aut finiendis vnquam tot & tantis malis. Includitur carcer detestabilis, tenebricosus, sordibus foetens cum aeterna amissione libertatis. Includitur compulsio intellectus ad actualem & perennem poenarum, & miseriarum suarum considerationem; voluntatis autem ad iugem ac perpetuum earundem horrorem, ac detestationem, vt auertere se à tali cogitatione non possit, aut omnino cogitare aliquid nisi infaustum, luctuosum, execrandum. Includitur postremo ignis ille corporeus, qui miris modis, sed tamen veris dæmones, animalque damnatorum excruciat alligatas; tanquam seuerissimum diuinæ animaduersionis instrumentum. Dicente Domino. *Ite maledicti in ignem aeternum, qui parati estis diabolo, & Angelis eius.* Sed hæc accuratius tractata sunt à nobis, in opere de Timore Dei ^b.

DE AQVÆ ET TERRÆ PRODUCTIONE primaria.

CAPVT XI.

In explicanda creatione Mundi eò deuenimus disputando, vt quo singulae illius partes ordine productae essent, traderemus. Ab illis autem duximus initium, quae ex nihilo per creationem pressè sumptam productae sunt, caelo Empyreo, terra & aqua, vt supra exposuimus ^a. Cum ergo de caelo Empyreo, eademque opera de Angelis, qui in eo creati sunt, pro argumenti nostri necessitate dixerimus, consequens est vt de terra & aqua dicamus. Terram autem & aquam ex nihilo productas, ex hoc in primis loco Geneseos agnoscamus, & ex sequentibus inferatur; nullam quippe aliam productionis eorum mentionem Scriptura facit.

Ea veritas antiquorum scriptorum mentibus impressa fuit; qui cum chaos omnium rerum antiquissimum facerent, quippe quod erat.

Ante mare & terras, & quod tegit omnia caelum Primum appellarunt, antiquum, *αἰώνιον*, id est primum omnium, vel primum in primis, & antiquissimum. Nomine autem chaos terram & aquam permista intelligebant, quas Trifmegistus in Pimandro modo narranti quandam humentem in explicabiliter turbatam, modo terram & quam inter se commista; quae coniuncta potius erant, aqua terrae globum vn-

V. Aliæ dæmonum poenae.

b l. 1. c. 4. n. 6. & seqq.

I. Ordo tractationis huius.

a c. 6. n. 1.

Aqua & terra ex nihilo productae.

II. Quas Ethnici dixerunt chaos.

in 1298
79.
a l. de Gen.
cont. Manic.
b iz auzp
ulas. Alia
significatio
& vltus ip-
sius chaos.

dique suo complexu cohibente. Orpheus in
vocalit, id est limum, Hebraei quoque Apha-
id est limum terram scilicet cum aqua confu-
sam. Alij nomine chaos omnium elementorum
confusionem intellexerunt, vt Poeta ex eodem
Trimegisto, quae nomine informis materiae
plerisque antiquis, sancto maxime Augustino,
appellata est, secuto Sapiensem, qui ait Deum
creasse orbem terrarum ex materia inuisa^b, siue
informi, vt est in graeco.

III.

An terra
inuisibilis,
& in com-
posita, &
cur ita di-
cta.
c hom. 2. in
Hex.
d l. 1. h. 30.
c. 6. & 7.
e l. 2. de fin.
de c. 10.

Verum haec de elementorum confusione sen-
tentia passim nunc improbat: imo iam olim a
S. Basilio^c damnata est. Ipse autem, eumque se-
cuti Ambrosius^d & Damascenus^e, terram quae
a Septuag. dicitur inuisibilis & incomposita, vo-
catam dicunt inuisibilem siue inuisam, vel quia
nondum erat creatus homo, qui eam spectaret,
vel quia in imo abyssi fundo demersa latebat,
vel quia nondum lux producta erat, sine qua vi-
deri nihil potest. Incompositam vero siue inor-
natam vocant, quia carebat adhuc plantarum
ornamentis. Illa porro sententia ex eo improba-
tur, quod violenta interpretatione caelum, ter-
ram, abyssum, & aquas ad informem materiam
significandum trahit: cum his verbis nihil mi-
nus aut Iudaei, quos alloquebatur Moses, intel-
ligerent, aut nos ipsi intelligamus, nisi iam hac
opinionem occupati, ac deprauati. Praeterquam
quod productionem aquae & terrae a Deo ex ista
informi materia factam probare non potest.

IV.

Terrae crea-
tio.

Maneat ergo terrae nomine intelligendum esse
quartum hoc elementum quod calcamus: quod
Deus quasi centrum mundi, rotundum planè ac
solidum ex nihilo, sicut & caelum condidit, ab
eoque immenso quodam spatio, & vndique
aequali discreuit: quod spatium omne aquis pa-
riter ex nihilo productis simul impleuit, vt ter-
ra vnde quaque obruta planè dehisceret, donec
iubente mox Deo, semotis hinc & inde aquis
die tertio emergeret, plantis conuestita nite-
sceret, & mineralibus, caeterisque mixtis eius
viscera farcirentur.

V.

Et aquarum.

Quod ad creationem aquarum attinet, etsi ea
cum terra puncto temporis producta diuinitus
intelligenda est, ne quis fortè aeternam aquarum
abyssum facere cogatur, cum nulla eius produ-
ctio referatur, quærit Theodoretus cur Moses

non docuerit nos, Deum creasse aquas. Et re-
spondens, Cum dixerit, inquit, terra autem erat in-
uisibilis & incomposita, & tenebrae erant super abyf-
sum, demonstrauit cum terra creatas esse simul aquas.
Idque confirmatur ex Apocalypsi^a vbi de crea-
tione pressè sumpta, rectè potest illud accipi,
*Adorate eum, qui fecit caelum & terram, mare, &
fontes aquarum.*

a c. 14. 7.

VI.

Abyffus
quid ex Ba-
filio.
b vide l. 2.
de Timore
Dei c. 2.
n. 1. & seqq.
c hom. 2. in
Gen.

Nomen porro abyssi immensam quandam
aquarum voraginem significat, vt pote fundo
carentem, vt exigit vocabuli notatio^b. Sed au-
diamus Basilium^c. *Erat inuisibilis terra, quam ob
causam quæso? quia circumfusa vndique erat abyf-
so. Quid Abyffus significat? copiosam aquam ad cu-
ius fundum haud facillè penetrari poterit deorsum
versus. At complura corpora per tenuem & transpa-
rentem aquam scimus non raro videri. Quamobrem
igitur pars terra nulla tunc per aquas visendam se
offerebat: quia eatenus lumine carebat aer: obtene-
bratusque adhuc erat, qui totam ambiens aquae na-
turam.* Sic Basilus, quem mirum est aeris hoc
loco meminisse, cum de aeris creatione nondum
quidquam dictum sit, nec dicatur deinceps: mox
autem ex aquis educendus fuit, vt vapores, &
venti & nubes, & pisces & volucres; ne sit opus
eum ex nihilo productum existimare; cui ne
locum quidem vllum sub caelo empyreo abyf-
sus relinquebat. Quin etiam ignis caelestes-
que orbis eundem ortum habuisse suo loco
dicitur.

Aer vade.

VII.

Spiritus sa-
ctus incu-
bat aquis.

Ad eam porro virtutem seminalem aquis
impertiendam, vt fierent ad tam multas diuer-
sasque res productas idoneae, Spiritus Domini
ferrebat^a super aquas. Vel vt Hieron. in Tradi-
tionibus interpretatur, eis incubabat, siue confoue-
bat, in similitudinem volucris oua calore animantis.
*Ex quo intelligimus non de spiritu mundi dici, vt
nonnulli arbitrantur, sed de Spiritu sancto, qui &
ipse viuificator omnium a principio dicitur.* Hæc
Hieron. Quam expositionem ex Syro quodam
referunt Basilius atque Ambrosius: pro qua
Martinengus sex & triginta Patrum testimonia
in sua glossa magna recitat: quibus recentiores
merito subscribunt. Caeteri autem vnde ventum
istum producant non intelligo, aut cur primigenia
luce faciant antiquiorem. Et de Apparatu
hactenus.



EPITOME
ANNALIUM
ECCLESIASTICORVM
VETERIS TESTAMENTI

MVNDI ET ADAMI ANNVVS PRIMVS, ANTE
Christi ortum quater millesimus quinquagesimus secundus.

DIES PRIMVS.



EXPLICATA sunt hactenus,
quæ Deus Opt. Max. ex sin-
gulari bonitate condidit, cum
extra se prodire quodammo-
do voluit, rebus caelestibus
terrenisque producendis. Quo
in opere ex nihilo puncto temporis crea-
do, cum immensam quoque potestatem pa-
tefecisset, consequens etiam fuit vt iisdem
rebus certo dierum spatio digerendis, atque
ornandis parem sapientiam demonstraret. Ipse
quippe est, vt ait Ieremias^a, *Qui facit terram
in fortitudine sua, & præparat orbem in sapientia,
sua, & prudentia sua extendit caelos.* Ipse est
cui Propheta regius cum laeta admiratione canit^b:
*Quam magnificata sunt opera tua Domi-
ne omnia in sapientia fecisti.* Ipse est, qui illam
c large ac liberaliter effudit super omnia opera
sua. Et harum quidem rerum accuratior con-
templatio vt iucundissima est ita dignissima, in
qua moralium omnium, in quorum gratiam
conditæ sunt desudet industria, vt in beneficen-
tissimi Creatoris cognitionem altius quotidie
assurgant, & in eiusdem amorem vehementius
incalescant.

I.
Diuina sa-
pientia elu-
cet in ope-
re sex dic-
tum.

a c. 10. v.
12.

b Psal. 103.
24.
c Eccli. 1.
10.

II.
Atque adeo
primi diei,
& produ-
ctione lu-
cis.
d c. 60. 1.
e Eph. 5.
14.
f Gen. 1. 3.
4-5.

lucem quod esset bona, & diuinitus lucem a tene-
bris, corporum opacitate interiecta, appel-
lauitque lucem diem, & tenebras noctem, factum-
que est vespere & mane dies vnus. Ecce aqua &
terra, quæ iacebant in tenebris viderunt lu-
cem magnam; diuino imperio coruscantem;
& non abyssum modo longè lateque permean-
tem, sed superficiem quoque terræ illustran-
tem. Lucem magnam, quam vera illa lux^a,
*Quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc
mundum,* ex diaphano aquarum corpore pro-
ductam, vt aut visum est aliquibus, ex empy-
reo caelo quasi expressam, & profusam, nu-
tu potentissimæ voluntatis suæ emisit in lu-
cem. Nihil enim deinceps ex nihilo produ-
ctum a Deo, quod sub aspectum cadat, constan-
ti Doctorum communique consensione firma-
tum est.

Vnde pro-
ducta.

a Ioan. 1. 9.

III.
Quæ fuerit
ista lux.
b Orat. 43.

Facta igitur est lux: conueniebat quippe ma-
gno lumini, & candori lucis aeternæ, opificium
suum a luce auspiciari, vt ait magnus ille Na-
zianzenus^b. Sed quæ tandem fuit ista lux? non
ponam in variis Patrum doctorumque senten-
tiis recensendis, & expendendis operam longio-
rem. Plerisque ea meritò sententia probatur,
quæ ipsis Scripturæ verbis in simplici, maxime-
que historico loquendi vsu acceptis maxime
quadratur, vt lux, quæ primo die facta memoratur
vera lux sit, mera qualitas, verum accidens a
Deo in aquis, & ex aquis cum successione pro-
ducta, & in aquarum tractus successiue diffusum.
Ita profus sensit magnus Basilius^c; *Prima Dei
vox, inquit, Lucis naturam creauit, tenebras dispulit,
mundum illustrauit & exhilarauit, &c.* non ait
corpus lucidum, aut luminosum, sed naturam
lucis productam. Quarto enim duntaxat die so-
lis corpus eò conditum est, vt illi primigenia luci
vehiculum esset, vt idem postea^a tradidit. Ea-
dem

c hom. 2.

DIES MUNDI TERTIUS.

I. Opera dici huius.

d Gen. 1.9.

II. Quomodo congregatae sint aquae. d disp. 11. de perc. 6. dier.

III. Terraeque vbi que paratae.

IV. Cui vsui aquae in terra.

hic dies, congregatione aquarum in eum locum, quem nunc obtinent, quo tellus apparere cepit, & indita terrae fecunditate ad plantarum omnium ipsiusque terrestres Paradisi productionem. Prius opus a Mose hoc loco verbis hinc describitur, Dixit vero Deus d, congregentur aquae, quae sub caelo sunt in locum unum & appareat arida; & factum est ita, & vocauit Deus aridam Terram, congregationesque aquarum vocauit Maria. Posteriùs autem partim hoc primo capite, partim sequenti explicatur. Quo autem modo factum sit vt terra nudaretur, vt animalium vsibus, hominumque in primis deseruiret, multa est apud antiquos recentioresque scriptores disputatio.

Mihi in primis probabilis visa est S. Basilij sententia, quae fuerat Tertulliani aduersus Hermodogenem, quam accuratè explicauit noster Molina, & ad historiam veritatem commodissimè, hoc ferè modo e. Mundi opifex Deus terram à principio planè rotundam ac solidam, sine montibus & vallibus, & in sui Elementi puritate condidit, quam permisit biduo aquis obrutam in medio mundi loco, quem eius grauitas postulabat, subsidere, Tertia vero die, quoniam finis ad quem mundus erat conditus, exigebat vt tellus magna ex parte ex aquis emerit, id hunc in modum perfectum est. Eleuauit omnipotenti vi sua terrae globum multis vndique locis, eademque operà factum est, vt montes multis in locis existerent, ad quorum radices valles deprimerentur: variæ quoque cauitates, tam in terrae visceribus, quam in eius superficie formarentur, in quas aquae defluentes, ad vitandum vacuum, naturali sese pronitate recipere. Sicque terra facta est, non vbi que solida, vt prius, sed multis passim, magnisque cauernis perforata, & quasi spongia aquis impleta, dilatata est, & longè quam antea maiorem occupauit locum.

Ea eleuatione non solum facta est Europa, Asia, Africa, America, & quidquid est terrarum continentium ad polum arcticum, atque antarcticum; sed quidquid etiam est insularum in Oceano, & mediterraneo mari, & omnino vbi que locorum, vbi terra fluctibus eminet Grandiores porro cauitates occupauit Oceanus, cum omnibus sinibus suis, Arabico Persico, Indico, Gangetico, aliisque ad orientem & occidentem Solem, ad Septentrionem & Meridiam. Occupauit & mare, quod in medijs influit terras, vnde & nomen accepit, à columnis quae dicuntur Hercules, vsque ad Syriam, cum omnibus quasi restagnationibus in mare Superum, quod & Adriaticum, in Propontidem, Euxinumque pontum. Occupauit mare Caspium, & Balticum, omniaque freta, lacus omnes, ac paludes cum fluminibus vniuersis.

At cui tandem vsui dicat aliquis. Nempe vt venarum instar essent in magno isto terreno corpore, quod per ingentes hoscæ aquae ductus quasi alimenta in viscera recepto, & fecundius redderetur, & pinguis. Has porro aquas huminum ac paludum Deus non magno admo-

modum intervallo disiunxit: tum vt plures per se terras vicinas irrigarent, dum vicinum illæ humorem continenter exugunt; tum vt facilius emissis vaporibus, quasi collato certatim studio, Solis ac syderum actionibus deseruirent, quorum vi elati vapores, in nubes obuiò frigore concreverent, & in pluias opportunè soluerentur. Sed & illud quoque fuit diuinæ prouidentiae, vt montes, & conualles, & loca subterranea ad fontium productionem ita disponeret, vt aptissimis intervallis fontes exorirentur, quorum coalescentibus riuis, flumina fierent apta nauigijs, siue in iterum commoditatem atque compendia: siue vt terra ipsa adeundi, & vltro citroque commendi facilitate incitante, pene vbi que ab hominibus, cæterisque animantibus habitari posset: siue vt res quarum vno in loco sat magna esset copia, in alias atque alias regiones in quibus earumdem esset penuria, commodè transportari possent.

Quota porro terrae pars extet ab aquis, & omnè ne aquae continuæ sint, quòve modo flumina ex mari orta videantur, nec tamen Scriptura cum Aristotele pugnet, in Annalibus ipsis reperies: ea siquidem studiosè lector hic indicata duntaxat, studium breuitatis amputauit. Cæterum in hac eleuatione terrae diuina prouidentia multipliciter & intrus eluxit & foris. Primùm enim prouidit ne in multis hinc cauernis, & aquarum receptaculis, in sese tota terra corrueret atque subsideret, sicque aquas exprimeret, quibus iterum terra mergeretur; itaque longè maiorem in profundo terris soliditatem dedit, quam ad superficiem, quod iis qui puteos aut metalla effodiunt, aut ædium fundamenta iaciunt liquidò constat: sentiunt enim terram quodammodo lapidescere. Adde etiam cum Molina, Deum cum eleuaret Terram, vt aquae in depressiora loca circumfluerent, simul etiam in centro terrae ingentem omnino cauitatem, & multò cæteris omnibus ampliorum aperuisse, vt ille esset locus tormentis impiorum destinatus, & à sedibus Beatorum longè remotissimus: eamque cauitatem materiâ sempiternis incendijs idoneâ repleuisse.

Hoc ipso tempore è terrestri materia metalla omnia, cæteraque fossilia, omniaque Lapidum genera, & mixtorum vita carentium, diuersis produxit in locis, licet productionis eorum peculiaris mentio in sacra Historia non fiat; neque enim apparet commodius tempus, quam vt ante plantas ista producta sint, vt fieret in istis sub-lunariis, ab imperfectioribus ad perfectiora progressio, ab elementis ad inanima mixta, ab his ad plantas, à plantis ad mutas animantes, pisces, atque volucres, à quibus ad perfectiora terrae animalia venirent, vt in homine denique eorum omnium Domino, longèque perfectissimo, cuncta sex dierum opera finirentur.

Elucet etiam foris eadem prouidentia in hac eleuatione terrae. Eam enim proportionem seruauit Deus, vt terra vndique versus mare & flumina decliuis esset; quo factum est, vt sicut hoc die tertio aquae ad aperiendam terram huc illucque defluerunt, ita deinceps flumina motu naturali vndique in mare decurrant, per varios licet inæandros & flexus, dum montium aut collium impedimenta deuiant. Itaque cum aquis terra sit eminentior, nihil illi timendum est, ne ab

Diuina circa eas prouidentia.

Vide Conimb. in Meteor. tr. 9. & in 3. de celo cap. 5. quat. 3.

V. Eadem prouidentia circa terram.

a Vales. de sacra phil. 1. cap.

Cauerna in ferorum.

VI. Productio metallor. & aliorum mixtorum.

VII. Terra superior aquis.

aquis

An possit ab eis obrui. b Psal. 103. 9. Job 36. 8. 9. Prou. 8. 29. Jerem. 5. 21. Vniuersitas que globus.

VIII. Salsedo maris, cuiusque commoditates & cau. c. 1. 3. Hebraem. d. disp. 11. c. 5. e. tract. 10. in Meteor.

X. Terra subterranæ germinare.

Iuxta speciem tuam, locum, & tempus. f. Marc. 2. 9. etc.

g In appar. c. 4. n. 6.

X. Herbas noxias, & arbores infrugiferas. h. 1. 1. de Gen. contra Manich. cap. 13.

aquis nutu suo defluentibus obruatur, nec necessarium est eas perpetuo miraculo diuinitus retineri, etsi aliquando Scriptura sacra b, quæ se ad vulgi captum sensumque accommodat, id significare videatur. Vnicusitem ex vtroque elemento factus est globus, cuius vnum est idemque centrum, sicut priusquam terra ex aquis extaret. Neque enim mutatio quædam loci, aquæ naturam & propensionem mutauit, vt quæ ante ad centrum vniuersi vergebat, nunc ad aliud centrum feratur, quasi ad alium quendam mundum pertineat.

Etsi autem properamus, addamus nihilominus hoc loco aliquid de salsedine maris. Deus enim, qui aquas omnes dulces initio creauerat, vt author est Anastasius Sinaita c, cui Molina d, & Conimbricenses e assentiuntur, salsedine hoc tertio die perfudit Oceanum, magna adustarum exhalationum copia in ipsum congesta. Neque enim dubitandum est adustas huiusmodi exhalationes salum saporem contrahere, vt ex sudore liquet. Id autem à diuina sapientia, cum vtriusque elementi vtilitate perfectum est. Terra enim, huiusmodi leuata exhalationibus, reddita est fecundior; aqua verò, & ad piscium nutritionem sapidior, & ad onerâ ferenda densior, & ad frigori resistendum validior, & ad putredinem vitandam instructior reddita est. Denique effectum vt sal inde collectum multis ac necessarijs hominum & brutorum vsibus deseruiret. Id quia perpetuum esse debuit, mare deinceps, additione similibus exhalationum, quas solis ardor, aliorumque astrorum actio continenter producit, eandem retinet amaritudinem. Partes enim subtiliores, dulcioresque eliciuntur, quo fit etiam vt summa maris aqua salior sit, quam profunda.

Cum primum terra patefacta est, noluit Dominus aliquandiu otiosam & inertem iacere, sed eodem ipso die germinare iussit plantasque producere, potenti omnino atque efficaci iussione. Eodem quippe verbo, quo eam germinare iussit, etiam fertilitatem indidit, & germinandi potestatem. Quomodo Christus f cum iubebat paralyticum surgere, tollere grabatam & ambulare, surgendi simul & ferendi lecti, & ambulandi præbebat facultatem. Statim ergo terra germinare cepit, & inditum vigorem herbis propalam, frondibus, floribusque testari, atque adeo fructibus, qui primo illi Veri conuenirent, iuxta ea quæ superius, disputata sunt à nobis g. Quò etiam non repugnantem trahas hoc loco Mosem, qui ait iussam terram lignum pomiferum producere, faciens fructu iuxta genus suum, vt scilicet non solum vt nux nuces, & amygdalus proferret amygdalas: sed vt pro conditione temporum ac locorum, quibus huiusmodi plantæ naturaliter secundum genus suum gaudent, fructus darent. Itaque sicut non omnes locis omnibus, sic nec omnibus temporibus prouenire iussæ sunt.

Non omissamus autem illam hoc loco quaestionem, quam plerique Patrum mouent, an herbæ virentis nomine, etiam herbæ noxiæ intelligendæ sint: & an lignum fructiferum etiam sterile arbores comprehendat. Eam dubitationem cum posuisset S. August. h plane respondet, hæc in pœnam peccati contigisse, &

consequenter die tertio non prodidisse. Cui sententiæ adhæret Beda in Genesim, subscribunt Rupertus, Rabanus & Alcuinus. Rosas quoque spinis hoc tempore caruisse credidit Basilius i, qui habet sibi consentientem de more Ambrosium k, Damascenum l, atque Procopium m.

Verum & de plantis noxijs primum respondeamus, communissima nunc est probatissimaque sententia, omnes omnino arbores; plantasque à principio Dei iussu esse productas. Et ecce inquit Basilius n, cum iis quæ edules sunt, & nobis alendis opportuna, ex v. t. e. sunt mox ipsæ etiam exiiales herba, venenosaque, cum frumento cicutâ, cum esulentis cæteris helleborus, aconitum, mandragora, atque papaueris succus. Sic ibi. Et longius postea, pleraque noxia reputari ait quæ non sunt vniuersè noxia, sed quibusdam animantibus, cum sturni impune cicutâ vescantur, helleborus coturnicibus sit cibus. Et rursum quædam morbis vtilia sint, quæ nutritioni officerent. Idem sentiunt Theodoretus & Philo b, Nec S. August. illi sententiæ semper adhæsit, sed alio in loco c fatetur omnes quidem plantas à principio fuisse productas, noxias tamen, post peccatum duntaxat homini in pœnam fuisse.

Idque authoritas Scripturæ d videtur exigere: quæ habet Dominum die septimo ab omni opere producendo cessasse, quia deinceps non produxit aliquas plantarum nouas species, siue infrugiferarum, siue noxiarum. Et mox ibidem ante vllam peccati mentionem, imò ante productionem hominis dicitur Deum fecisse omne virgultum agri, omnemque herbam regionis. Qui omne dixit, nihil exclusit: præsertim cum nec peccato hominis plantarum natura violata sit nec absurdus sit ante peccatum noxias plantas, & infrugiferas na'ci arbore, quam serpentes, lupos, scorpiones & dracones. Ex his autem intelligitur quid de rosarum spinis dicendum sit, quarum natura non magis mutata est quàm cæterarum plantarum: at spinæ ab interna plantæ dispositione ipsi congenita permanant: qui est communis hominum sensus, atque iudicium.

DE PARADISO TERRESTRI.

Is vniuersè de opere huius diei breuiter explicatis: ingrediendum est nobis in difficilem, atque operosam de Paradiso terrestri disputationem. De quo primùm dicimus eius productionem ad hunc tertium diem Mundi pertinere, etsi S. Basilius e, atque Hieronymus f dissentire videantur; quorum ille die sexto potius, iuxta seriem narrationis Moisaicæ; hic ante caelum & terram Paradisum à Deo conditum significat. Verùm Scriptura ipsa aperte significat se in eius descriptione rationem temporis non seruasse, cum post expositam hominis formationem ait g. Plantaue- rat autem Dominus Deus paradysum voluptatis à principio, quando scilicet iussit terram germinare herbam virentem, atque omne plantarum genus. Quod notauit etiam. Rupertus h, qui tacito nomine sanctum Augustinum impugnat, qui libro sexto de Genesi ad litteram, videtur sentire sexto die fuisse productum;

i hom. 5. k c. 3. Hexa. c. 9. & 11. l. 1. 2. de fid. c. 10. m in cap. 1. Gen.

XI. Simul fuisse creatas.

a hom 5.

b l. de mundi opif. c. 1. 3. de Gen. ad lit. c. 18. & 61. 65. 99. 9. 38.

XII. Probarur ex Scriptura.

XIII. Quòd productus fuerit.

d Gen. 2. 2. e l. de Parad. f in Trad. Hebr. g c. 2. 8.

h l. 1. in Gen. cap. 37.

quamuis mox libro 8. ad hunc tertium Mundi diem eam productione referat, vt ceteri passim.

XIV. Statuitur dies mundi tertius.

Neque vlla causa videtur idonea, cur aut prius aut posteriori conditus dicatur, quam eo tempore, quo terra vniuersè germinare iussa est, & arbores, reliquasque plantas de sinu suo profundere, quibus maximè deliciosissimus ille locus constabat. Nec potest dici conditus post formatum hominem; sic enim dici non posset Deum creato homine, ab omni opere producendo quiescente. Seposuit autem Moses huius paradisi expositionem, sicut & peculiarem narrationem formationis Adami & Eua, quamuis illa ad tertium diem, hæc pertineret ad sextum, quod hæc res maximè memorabiles essent, & fufius exponendæ, neque breui illi catalogo operum sex dierum inserendæ. Quod notauit etiam Bellarminus, & minus à quibusdam animaduersum, eos induxit in fraudem. D. autem Hieronymus ex Hebræorum sententia, quorum ibi traditiones scribebat, locutus est.

l. de grat. primi hom. c. 11.

XV. Vbi fuerit conditus.

De loco vti tam certa dicere liceret: Omissis autem nunc quidem variis opinionibus parum probabilibus, etsi authorum alioqui valde probatorum, existimamus à Deo conditum paradysum hunc circa Mesopotamiæ fines, in iis regionibus quas Tygris & Euphrates præterlabuntur: quam sententiam viri graues, atque eruditione præstantes, amplexi sunt & hoc ipso prætulerunt cæteris, quod paucioribus incommodis obnoxia sit, & sacro textui in primis consentanea videatur. Cum enim Scriptura dicat fluuium, qui egrediebatur à paradiso, inde diuisum in quatuor flumina siue capita, quorum duo sine controuersia sunt Tygris & Euphrates, certè satis docet illos non multum à Paradiso abfuisse. Nam ad hanc Moses topographiam nihil pertineret longè distantium fluminum meminisse.

XVI. Videri in Mesopotamia.

Itaque crediderim in medio circiter Paradisi magnum quandam fontem siue gurgitem ascēdisse de terra, de aquarum videlicet abyfso, in terræ cavernis retrufarum, eundemque se mox quadripartitò, ad quatuor mundi plagas, diuisisse, effecisseque quatuor illa flumina, quæ à Mose memorantur. Cui expositioni Hebraum plurimum fauet, quod Hieronymus fontem, Oleaster inundationem, Cornelius gurgitem vertit. Est enim gorges profundus in aquis locus, in quo circumuoluitur ac versatur vnda, siue erumpens, siue influens atque absorbens. Adde Rupertum, qui hunc fontem de abyfso promanare ait, esseque quasi terræ mammam, in qua salsa Abyfso aqua lacteam dulcedinem assumat.

l. 1. c. 29.

XVII. Vbi primi homines habitauerunt.

Præterea, vt rectè Eugubinus, Pererius, & Cornelius argumentantur, in eo loco putandum est fuisse paradysum, iuxta quem tam Adam, quam eius filij familiæque habitauerunt, & multo deinceps tempore posteri, antè & post diluuium. Eo siquidem suauiter trahebat amor naturalis soli generis humani, & eximia terræ paradisi proxima fertilitas, ærisque gratissima saluberrimaque temperies, suppar ipsi paradiso: quæ causa fuit antiquis illis Patriarchis tam longiquæ ac diuturnæ vitæ. Satis autem constat Adamum paradiso pulsum, iuxta eum habitasse cum suis. Nam Scriptura, Et emisit, inquit, eum Dominus Deus de Paradiso voluptatis, vt

a Gen. 3. 23.

operaretur terram de qua sumptus est. Illam ipsam terram, ait Chrysofomus, de qua sumptus est. Quis autem dubitet Adamum iuxta paradysum formatum, vt inde mox in ipsum hortum induceretur? idque affirmat Abenezra apud Eugubinum. Nam eiectione, inquit Chrysofomus, & propinqua habitatione castigationem, & in posterum securiorem faciens, re ipsa docuit quantus impostor fuerit dæmon.

b Hom. 18. in Gen.

XVIII. Quod ex Scriptura confirmatur.

Atqui satis constat ex cap. 4. 10. & 11. Genesios primos illos Patriarchas Mesopotamiæ, Assyriæ, & Babylonis, siue Chaldææ regiones incoluisse. Certè Cain habitauit ad Orientalem plagam Edem, vbi & condidit ciuitatem. Et ex Babylonia factam esse diuisionem in omnes terras argumento est turris Babel: & Scriptura, quæ ait præfectos ex Oriente, id est, ex Armenia, in qua arca subsisterat, & habitasse in terra Sennaar. Fauer eidem sententiæ celebrata à Scriptoribus, Chaldæorum antiquitas, quam ipsi, liberali sane mendacio, ita auxerunt, vt ab origine sua, si superis placet, quadringenta & septuaginta annorum, millia numerarent. Verum hæc obscuriora esse necesse est, cum Scriptura multa breuiter perstringat, multa vix innuat; à qua tamen vna necesse est nos edoceri. Adde tum nondum conditas ciuitates, nondum diuisas nominatasque regiones, nihil vt istis de rebus, præter probabilitatem afferri possit.

XIX. Non videri nunc existere.

Huic quæstioni affinis est alia, exetne hoc tempore ille paradysus, an iam pridem diluuiò, aliòve casu, aut ipsa certè tot sæculorum diurnitate perierit. Existere necessarium credunt illi omnes, qui in eo viuere Enochum & Eliam tradidere; grauiissimi scilicet, antiquissimi que Patres, in quibus Iustinus Martyr, Irenæus, Athanasius, Hieronymus, Isidorus, alique. Verum hac de re infra diligentius cum de Enoch translatione dicendum erit. Nunc autem cum negante sententia dicendum videtur, terram quidem illam, in qua Adamus aliquandiu habitauit, seposito ornatu illo aduentitio, quem Deus illi loco in fauorem innocentie attribuerat, extare vti que, sicut & reliquas eiusdem elementi partes, terra enim in æternam stat. Illas autem illius loci delicias, ex arboribus & plantis, ex floribus, fructibusque omnis generis ex aère temperatissimo, ex fontibus aquisque saluberrimis, & omnium rerum ordine, compositioneque mirabili, quæ ipsum deceret authorem, exoleuisse, siue id aquis diluuij tribuendum sit, siue ipsius architecti desertioni, & temporis edacitati, quod non patitur plantas multis seculis perdurare. Cum igitur hæc esset forma horti huius, formæque vi res ipsa subsisteret, eaque sublata concidat, consequens est vt simpliciter fateamur istum paradysum nunc planè nullum esse.

c Eccl. 1. 4.

Quod ad eius formam, atque delicias.

XX. De Paradiso ipso, eiusque plantis.

Eum nihilominus cogitatione ingrediamur; sua enim admirabili, atque inusitata am cénitate iam dudum nos ad se allecat. In loco ergo ipso nihil arboribus æque omnium sermone celebratum: in pomercio vero; nihil fluminibus ex horto promanantibus cognitione dignius, de vtriusque ordine breuiterque dicamus. De arboribus hæc habet Moses, Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad uescendum suauis, lignum etiam vitæ

d c. 2. 9.

in medio Paradisi, lignum scientie boni & mali. Vbi vides redintegrari narrationem productionis arborum, omniumque plantarum, quæ tertio die facta est, & Paradiso applicari. Notat autem Chrysof. beneficentissimum Dominum operam dedisse, vt hisce plantis aspectus delectaretur, & gustus, tam omnium varietate & multitudine, quam eximia bonitate singulorum. Neque verò mens est Moses solas arbores frugiferas, quæ visum oblectarent esse productas, sed eas etiam, quæ ad delectationem tantum videntur productæ, cum tamen multis præterea vrbibus deseruiant. Adfuisse enim cedros, & abietes, & platanos, fraxinosque & alias id genus arbores ramis pulchras, & frondibus nemorosas, & proceritate excelsas, ex allegoria Ezechielis, colligitur. Adfuisse quoque genus omne florum, quæ vtrumque illum sensum, & præterea odoratum iucundissima suauitate rescierent.

e c. 31. 8. 9.

XXI. Eximiæque horti pulchritudine.

Et hæc quidem, quæ Propheta attingit per summa capita: minimè dubium est dispositione pulcherrima in diuino illo horto digesta fuisse, atque dispensata: flores, inquam, atque arbores vt singulorum venustati ordo perelegans, & mirifica distributionis varietas, & margines, & ambulacra, tum loco longè plurimum ornamentum homini multum suauissimæ iucunditatis, afferrent: tantumque superaret in hoc genere principum virosum delicias hortenses, fortunataque nemora; quantum decebat & ipsum Paradisi artificem, cuius est hæc infinita potentia, sapientia, effusaque benignitas; & illos quibus præparata erat isthæc habitatio, sanctitate & innocentia Dei filios, principes vniuersæ terræ: & illam cæli solique bonitatem, quæ totius orbis terrarum facillè palmam ferebat, Quantum denique Paradysus ille æternæ felicitatis requirebat, cuius specimen aliquod, figura, atque adumbratio hoc terrestri Paradiso parabatur.

vnde collecta.

XXII. Arbor vitæ eiusque fructus.

Nominatim autem duas nobis arbores Moses commendat, lignum vitæ in medio Paradisi collocatum; viuificam scilicet arborem, vitæ instaurandæ ac diuissimè conseruandæ à Deo è terra iussam existere, eo ex loco, in quo æquali vndique spatio, ex extremo Paradiso distans omnium incolarum vrbibus commodè deseruiret. Iam quod ad fructus eius, veros vtique naturalisque fructus fuisse fateri necesse est, sed eorum efficacitas ad immortalitatem, naturalis ne fuerit, an supernaturalis merito inquiritur. Si enim, vt disputat Pererius, hic affectus supernaturalis fuit, nihil prohibet quo minus hæc arbor similis cæterarum esset. Potuit quippe Deus effectum illum supernaturalem per quamlibet arborem efficere; quando non illa ipsa arbor, aut fructus eius, sed Deus illi assistens id operabatur. Sin naturalis erat, & ex propriis naturæ ipsius principis emanans; consentaneum est huiusmodi arborem à reliquis omnibus specie diuersam fuisse, vt quæ tam diuersum à reliquis producebat effectum.

a q. 2. de hac arbor. n. 63.

XXIII. Efficacitatem eius fuisse naturalem. b in cap. 2. Genes. c ibid. d in eodem tract. e l. 3. in Gen. q. 4. n. 78. f l. p. q. 97. art. 4.

peccatum mansit eadem vis arbori, propterea que Adam, ne ea vti posset, exclusus est à paradiso: at si fuisset supernaturalis, & à speciali Dei concursu dependens, non affuisset illi post peccatum, frustra que à peccatore sumptus fuisset ille cibus. Denique finita illa vis, & vitam præstare poterat, longissimam illam quidem, non tamen æternam, vt communis est Doctorum sententia, at supernaturalis vis, cum ex rei natura & virtute non pendeat, sed à diuinæ potestatis arbitrio, immortalitatem simpliciter præstare potuisset. Sicque suauis se prodidit diuina prouidentia, cum effectum naturali, vitæ diu propagandæ causam naturalem ei congruentem adhibuit, quàm si perpetuo miraculo ad hunc effectum sine necessitate vteretur, non secus ac si ad præsentiam ignis ipse calefaceret, aut ingesto cibo ipse nutrirer.

XXIV. Arbor scientie vnde dicta.

Alterarum arborum vera ipsa quoque ac naturalis fuit, ab ipso rerum omnium opifice producta, specie ipsa visenda, & quæ fructus ferret, qui edis suauiter possent, vel primorum parentum iudicio & experientia infelici. Quam porro causam huius denominationis affirmamus, aut quam scientiam boni & mali, de qua constat diabolus esse mentitum: Arbitror & promissam à diabolo, & ab hominibus expetitam scientiam aliquam humana maiorem, de rebus bonis & malis, qualem Deus habet. Ait enim, eritis sicut dii scientes bonum & malum, vt tentatio non sit de scientia boni & mali simpliciter, sed de multo maxima. Idque Dei verba confirmant, cum decipris insultans, cum ironia dixit; Ecce Adam vnus ex nobis factus est, sciens bonum & malum. Arbitror etiam, cum communi Doctorum sententia, hanc arborem, ab eventu tam futuro quam præterito, nomen esse sortitam. Nam & Deus futuri præcius, cum eius esum prohiberet, sic eam appellauit, & Moses, ex eo quod acciderat homini comedenti ex eo fructu, idem nomen vsurpauit. Contigit autem homini propria experientia scire, quid inter bonum obedientiæ, quam felicissimus ille status comitabatur, & malum inobedienciæ, quæ tot bonorum iacturam inuehebat, interesset. Hæc est planè Augustini, sententia, Theodoretus, Damasceni, Cyrilli, Eucherij, & aliorum.

g c. 3. 5. Qualè de mon scientiam promitteret. h c. 3. 22.

Hinc autem illud simul intelligitur, non fuisse hunc affectum illi arbori naturalem, sed merè aduentitium, & cuius applicabilem, quàm Deus ad probandam hominis obedientiam eligere voluisset. Cuius autem speciei fuerit nemo certo definire potest. Quidam de ficu ex Adæ perizoniæ suspicantur, alij de malo, cerasis, aliisque: quibus hoc merito possit obici. Nam cum de vnica arbore, quæ erat in medio paradisi datum sit præceptum, poterat vti que eludi prohibitio in altera eiusdem speciei arbore, in eaque facile vinci Satanæ tentatio, in cuius fructu ipsum mendacij impunè conuincerent. Quod minimè concedendum videtur, vt parum consentaneum diuinæ Legislatoris sapientiæ; potiusque dicendum arborem scientiæ fuisse singularem, & specie à cæteris omnibus discretam. Idemque etiam eodem iure de vitali illa arbore dici posset, cuius cum vis naturalis esset, vt supra demonstratum est, alia eiusdem speciei & naturæ, & quod consequens est efficacitatis, extra paradysum reperiri potuisset, & flammeus gladius eludi

i l. 8. de Gen. ad lit. c. 6. & l. 11. de Civ. c. 17. k q. 26. c. 27. l l. 2. de sic. cap. 11. m l. 3. con. tra Iulian. Non fuit hunc effectum isti arbori naturalem. Sed speciei cuiusdam singularis.

Sicut & prior.

XXVI. Sequitur vt de fluuiis è paradiso erumpentibus, dicamus, si tamen prius eorum fontem, in medio paradiso profuse scaturientem, contemplati fuerimus. Fontem vtique magnum & profundum, atque ita aquis abundantem, vt irrigaret, *uniuersam superficiem terræ*, aut circumpositæ, aut Asianæ, ad quam solam hæc flumina pertinent, vt mox dicetur. Quem porro fontem ^a vocauit, cum mox fluuium appellat, & quem dixerat ascendisse de terra, postmodum distinctius explicans quæ esset illa terra, ait egressum de Eden, sine de loco voluptatis, qui idem est paradisi. Vt sit sensus, Magnum illum fontem, qui propter aquarum abundantiam, & violentiam, eruptionem instar fluuij erat, in editiore paradisi loco emeruisse, indeque defluentem per plurimos circumquaque alueos paradisi totum irrigasse, moxque in quatuor capita confluisse, pluribus scilicet alueis, pro loci vicinitate in vnum concurrentibus, versus quatuor mundi plagas.

XXVII. Sed quæ fieri potest, vt ex vno fluuiio quatuor illi propagentur, qui iuxta communem Geographorum consensum longissimè à se distant? Nec satisfaciunt, qui putant diluuij Noëtici aquis fluuiorum istorum origines vno in loco obrutas, in aliis longè distitis erupisse. Nam Moses eorum situm describit, non quem à principio habuerunt; sed quem habebant dum ista scriberet nongentis circiter annis à diluuiio, ideoque tempore præsentis, vbique vititur. Assyrios etiam & Æthiopes memorat, qui erant tempore Moysi, nec nisi post diluuium exorti sunt. Si ergo Phison, & Gehon, id est, vt plerique iam olim interpretati sunt, Ganges & Nilus, Tygris & Euphrates, vno ex capite Moysi tempore nascebantur, quæ tanta vsquam memoratur post natum Moysen rerum & fluuiorum in Asia perturbatio, vt quatuor fluuiorum maximorum fontes ita distraherentur?

XXVIII. Itaque Phisonem alium esse à Gange necesse est, idque ex Scriptura, si attenderimus quem illi cursum tribuat facile intelligitur. Ait enim circumferre omnem terram Heuilath: quæ Prouincia respicit Ægyptum, & pertinet, ad desertum Pharam in Arabia; eamque Ismaël, eiusque filij incolauerunt, vt eadem Scriptura testatur, vt nullo modo ad Indos, quos Ganges aluit, transferri possit. Eandem Prouinciã tempore Saülis Amalecitarum inhabitauerunt, & Israëlitis ex Ægypto ascendentibus, armati occurrerunt. Phison ergo, qui illum circuit Prouinciã in Arabia, non in India inquirendus est, quamuis cum geographicæ tabulæ non prodant; sed instar omnium tabularum est Moyses, & Iesus Sirach in Ecclesiastico ^b, qui eum, post mille & ducentos annos à morte Moysi, prædicat, & quidem tam amplum, vt possit cum amplissima Salomonis sapientia comparari. Quid illi autem postea factum sit, ex arueritne absorptus à terra, & alueum cum nomine mutarit, geographicis inquirendum relinquo. Satis nobis est docere illum non esse Gangem, sicut nec Gehonem Nilum, quamuis cum Moyses dicat circuire terram Æthiopiæ.

XXIX. Sed Æthiopiã intelligit, non Meridionalem illam, Israëlitis prorsus ignotam, sed Arabicam, sine Madianicam, diu à Moysi cultam, ab Israëlitisque lustratam. Nam ibi Moyses Se-

phoram duxit vxorem, quæ cum esset Madianicis, vt ex 2. Exodi constat ^c, Æthiopiã tamen Numerorum 12. appellatur ^d. Sed hæc copiosius in Annalibus disputata reperies. Sit ergo positum Phisonem & Gehonem duo fuisse flumina, quæ prope Tygrum & Euphratem exorta, cursu ad occidentem Solem conuerso, Arabiam, & vicinas Iudæis prouincias irrigarunt, quæ à Moysi hoc loco Genesios ^e, nomine Heuilath & Æthiopiæ intelliguntur.

XXXI. De Tygri & Euphrate, nulla est quæstio peculiaris hoc loco, nisi quod ad eorum fontes attinet, qui in Armenia constanter à Geographis celebrantur, à Lucano autem in Perside ^f. De quibus illud cum S. Augustino ^g respondere possumus, ea flumina, quorum fontes noti esse dicuntur, alicubi esse sub terras, & post tractus prolixarum regionum, locis aliis erupisse, vbi tanquam in suis fontibus nata esse perhibentur. Cui consentit Hugo à Sancto Victore, Seuerianus apud Lipomanum, Theodoretus ^h, Beda, Caiet. & alij. Lucanus ⁱ certè de Tygri.

*At Tygrum subito tellus absorbet hiatus
Occultoque legit cursus, rursusque renatum
Fonte nouo flumen, pelagi non abnegat undis.*

De Nilo eadem scribit Plinius ^k, & alij de aliis, de quibus consule Conimbricenses ^l. Et de Paradiso quidem terrestri hætenus, quod ad tertium hunc diem attinet. Si quid præterea de eo dicendum erit, postea cum hominis productione perstringetur.

DIES MVNDI QVARTVS.

Sequitur productio cælestium luminarium, quæ die quarto à Deo conditæ, & in firmamento collocatæ sunt, vt aperte tradit Legislator, cum eorumdem astrorum officijs. Sex dierum circulum destinaret productioni mundi eius opifex Deus, quos si bipertito diuidas, vtriusque partis initium luci reperias attributum. Sed medius hic circulus, quasi annulus, rutilantibus astrorum gemmis ornatur. De quibus non leuis est recentiorum Peripatericorum cum antiquis Patribus disputatio, Græcis inquam ac Latinis, qui primigeniam lucem quarto die soli attributam putant, vt ei quasi vehiculum esset. Hæc est sententia Magni Basilij, & Nazianzeni Gregorij, Maximi, Didymi, Damasceni, Apollinaris, Theodreti, Athanasij, Nicetæ, Anastasij Sinaitæ, Procopij Gazæi, qui eam lucem igneam dixerunt, ex eaque Solem & Lunam, & reliquaque astra facta esse crediderunt. Ad quos ex Latinis accedunt Tertullianus, Ambrosius, Augustinus, quorum sententias in Annalibus ^m perscripsimus. Cum autem ex eorum constantissima sententia dictum sit cælos ex aquis constitutos esse atque compactos, iidemque vt mox dicetur, sydera ignea esse diserte pronuncient ⁿ, consequens etiam est doctrinam ipsorum Peripatericorum esse consentaneam, quæ vult astra eiusdem esse cum suo orbe substantiæ ac naturæ, & quasi in ligno nodos; partes scilicet orbis

c. 2. 15. 21 d. Dio. 3. n. 64. 65.

c. 2. 11. f. segg.

XXXI. De Tygri & Euphrate. f. l. 7. Pharf. g. l. 8. de Gen. ad lit.

h. 9. 1. in Gen. i. l. 7. Pharf.

k. l. 31. c. 4. & 5. i. tract. 9. in Meteor. c. 9. §. non pauci.

I. Quæ die quarto productio.

Lux Soli attributa.

m. n. 3. & segg.

n. 4. segg. Partibus cū Peripatericis non cōuenit.

denso

I. Illorum de syderibus igneis sententia. Et vt omittam antiquiores Philosophos, qui Solem & Lunam reliquaue astra, modo ignitas nubes, modo ferrum candens, modo lapides ignis ardore flagrantes, & id genus aliis nominibus vocitarunt, vt fusiùs tradit Theodoretus ^o, omittam & Poëtas, qui eam opinionem magno consensu carminibus celebrant Ethnicos inquam & Christianos, cum quibus Ecclesia ^p.

*Quarto die qui flammæam.
Solis rotam constituens, &c.
Et alibi.
Iam Sol recedit igneus, &c.*

II. Certe Tertull. ^q. Sol inquit, corpus est, siquidem ignis, sed quod aquila confiteatur, neget noctua. S. Basilus ^r ait deliras & aniles esse opiniones eorum, qui Solem negent esse calidum, nec veram esse illorum sententiam, qui Solem ignea natura præditum negant. Ambrosius Basilium de more sequitur ^s. Sed insignis est Cyrilli ^t Hierosolymitani sententia. *Aqua est cælum & igneus in illo Sol, & Luna, & sydera. Et quomodo ignea in aqua currunt? Quod si quis de hoc propter contrarias naturas dubitat, recordetur ignis istius in Ægypto, tempore Moysi exurentis in grandine, & consideret sapientissimum Dei opificium.* Adde Casararium & Theodoretum, Chryostomum & Nyssenum Gregorium, Procopium & Anastasium Sinaitam, Arnobium, Lactantium, Anselmum Cantuariensem, Alcuinum & Bedam. Isidorus id de Sole asserit, de cæteris tacet. Hugo Victorinus Solem igneam, astra cætera facit aërea ^a.

III. In hoc ergo tanto antiquorum Patrum consensu, sicut nihil verat cælestes orbis ex aqua confectos cum ipsis fateri, ita & sydera ex ignis substantia diuino artificio genita, in gratiam venerandæ antiquitatis fateri probabile est; addita vtriusque forma, cui nulla vis, præter diuinam, interitum afferre queat. Probabilius, nihilominus videret, iuxta receptissima Peripatericæ Philosophiæ dogmata, astrorum omnium naturam à suorum orbium natura minime discrepare, nec vllam esse in cælis qualitatum pugnam aut violentiam. Sicut autem vim diuinam fatemur cælis aliquando interitum allaturam, idem quoque de astris nos credere par est: vt in nobiliorem statum ab vltimo iudicio commutentur, Vt diligentius in Annalibus ^b explicatum est.

IV. *Quid lucidius Sole?* ait Sapiens? & hic desinet, non vtique vulgari defectione luminis, sed noua & insolita instauratione mundi referuata; quo & illud referre licet ^c, *Stella cadent de caelo.* Sed certiora testimonia referamus. Nam quod hæc ad aduentitiam immutationem elementorum plerique referunt, cum cælos accipiunt, in quibus nubes, & volucres vago cursu circumferuntur, vim afferre videntur apertæ D. Petri assertioni; qui cælos ab elementis apertè fecernit ^e, *Adueniet autem, inquit, dies Domini, vt fur, in quo cæli magno impetu transierint, hæc de veris cælis accipienda sunt, nam sequitur, elementa vero calore soluentur, terra autem, & que in ipsa sunt, opera exurentur. Cum igitur hæc omnia, purâ cæli & elementa, quæ proximè di-*

xerant, dissoluenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus, expectantes & properantes in aduentum dñi Domini, per quem cæli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent: ecce hic iterum cælos sepositos ab elementis, nonos verò cælos, & nouam terram secundum promissa ipsius expectamus. Quis non videt violentam esse interpretationem, Cæli ardentes soluentur, cæli sicut fumus liquefcent, cæli magno impetu transierint, id est purgabuntur, nitescerit, & quasi à rubigine detergentur? Quomodo non est inanis denunciatio, cælos vt fumum liquefactum iri, si cælos aërem accipimus, qui iam liquidus est, nullamque habet soliditatem. Sed hæc accuratius in Annalibus nostris.

V. Sed redeamus ad Moysen, astrorum, Solis præsertim & Lunæ munera describentem, quæ sunt totidem quasi fines, propter quos Deus sydera produxit. Primus est terram alternatim diu noctuque illuminare, quin etiam aquas & aërem, & cælestes ipsos orbis. Alter finis est vt sint in signa non vana illa & coniectanea Astrologorum, quæ Dominus apud Ieremiam ^g, reprehendit, sed signa naturalia pluuia, serenitatis, ventorum, tempestatum, &c. aut supernaturalia, qualia in victoria Iosue ^h, in valitudine Ezechia ⁱ, in Christi morte ^k contigerunt, & in extremo iudicio contingent. Tertius vt sint in tempora puta quatuor illa quæ dicuntur anni tempora, quæ Sol suo cursu accedens ad nos, & recedens moderatur, ver, æstatem autumnum, & hyemem, vt Basilus & Philo annotarunt, & quæ his connexa sunt seminandi, plantandi, metendi, vindemiandi, aliisque plurima.

DIES MVNDI QVINTVS.

AGGREDITVR deinceps diuinus Interpres ad opus quinti Diei, quo productio auium & piscium continetur, in aëris, & aquarum ornamentum, & quasi supellectilem, & hominis mox venturi vsum, atque famulatum. Quintum porro iam Dominus operatur super aquas. Prima actio fuit in creatione abyssi cum facta est ^l, *Vox Domini super aquas multas.* Altera fuit in communicanda illis virtute productrice, & fecunditate, cum ^m, *Spiritus Domini ferebatur super aquas, & facta est, Vox Domini in virtute.* Secuta est, *Vox Domini in magnificentia*, cum diuisæ sunt aquæ, & in medio earum expansum est magnificentissimum illud firmamentum, cuius superiora tecta sunt aquis. Quarta fuit congregatio aquarum, quæ sub cælo sunt in vnum locum. Quinta est hodierna geminorum animantium ex aqua productio, qui est effectus datæ fecunditatis, à Spiritu Domini incubante aquis.

II. Ea fecunditas tanta fuit, vt ex iis non solum aëris latissimè fufum elementum, vt de igne nihil dicam, sed ipsa etiam orbium cælestium immensa corpora producerentur, & nunc innumerabilia piscium genera volucrumque, ad aëris & aquæ profundum natum. Quam multitudinem innuit ipsa vox Hebræa sarath, qua diuinum præceptum elatum est, quæ non solum producere, sed scaturire, ebullire;

f. loc. cit.

Astrorum officia.

g. c. 10. 12.

h. cap. 38. 8. E. i. Luc. 23. 44. 45.

I. Opera Domini super aquas.

l. Psalm. 28. 1. &c. m. Gen. 1. 2.

II. Fecunditas aquarum.

& in magna copia gignere significat; sed ipsa... u l. 5. Hex. cap. 2. o Ouid. 1. Metam.

Res creat

Ideoque Plinius P ait humoris luxuriam causam esse cur complura sint animalia in mari maiora... q l. 3. de generat. anim. cap. 11.

III. Pisces u ex sola aqua producti?

Neque tamen intelligendum est pisces, autscque, ita ex aquis productas, vt cetera elementa nihil in eorum productionem contulerint...

IV. Varia eoru genera. a Hem 8. in Hexa.

Si quis porro piscium non solum summa genera hodie producta percensere, sed de us accipere differere studeat, inquit Basilius a, perinde est, atque si quis agnoscere uisus enumerare, aut metiri poculis aquas maris aggredietur.

V. balænarum moles immanis.

Non omitto tamen vel obiter intueri illa Cete grandia, quamuis ipso aspectu horifica, quæ textus Hebræus Dracones magnos, Chaldaea paraphrasis Colubros magnos appellat...

ne quaternum ingerum, præstes ducentum cubitorum: quippe ubi locusta quaterna cubita impleant, anguilla quoque in Gange amne tricenos pedes, &c. Plurima enim apud illum leges. Illud ex eodem addo memorabile e, Iubam ad Cæsarem Augusti filium scripsisse, cetos sexcentorum pedum longitudinis, & trecentorum sexaginta latitudinis in flumen Arabiæ intrasse, idest, vt arbitror Arabicum sinum. Si enim crassities isti latitudini respondebat, quod flumen in Arabia eius capax?

c lib. 32.

VI. Piscium & Volucrum affinitas.

Quod ad volucres attinet, earum productio piscium creationi coniungitur, propter magnam inter utrosque cognationem. Nam plurima volucrum genera natant, & amphibia sunt, vt alcyones, mergi, fulicæ, arduæ, cygni, grues: & piscium progressio in aquis, instar est volatus auium in aère; utriusque alæ & branchiæ proremis, & cauda pro gubernaculo, vt notauit Ambrosius. Et quoniam ab imperfectioribus ad perfectiora progreditur, Mundi opifex, orsus à piscibus ad aues transit; quarum perfectionem maiorem, maior organorum internorum externorumque distinctio significat, plurimumque sensuum etiam internorum vsus, vt pleræque facile cicurentur, & sonos etiam suos in loquelam vertant. Inde ad terrena animalia, ipsumque hominem venietur.

VII. An aues e terra productæ.

De loco porro productionis auium, fautores textus Hebraici, editioni vulgatæ litem intentant, simulque ipsis 70. Interpretibus, & Chaldaicæ paraphrasi, quod in Hebræo legatur, & volatile uolet super terram, vt non cogaris, inquit Eugubinus, ex aquis uolantia producere, separatim enim precipitur ut aqua ebulliant piscibus omnigenis, & ut volucres uolent super terram. Ex aquis tamen aues productas esse tam ratione, quam experientia confirmat. Priorem nihilominus sententiam amplectitur Caiet. vultque ex terra fuisse productas. A quo non multum absunt Lippomanus, Catharinus, Vielmus, Rabbini, & in suis versionibus Montanus, Pagninus, Vatablus.

Aut potius ex aquis.

Verum & horum sensibus, & Hebraico textui præponderat vulgata editio Hieronymi ab Ecclesia probata, præsertim consentiens 70. Interpretibus, & Chaldaicæ paraphrasi. Nam & Græci dum legunt uolantia uolantia, & Chaldaeus auem qua uolet, eandem omnino sententiam retinent, & auium originem cum Hieronymo aquis tribuunt. Et satis absurdum est, si ex terra productæ sunt aues, vt ipsi volunt, earum productionem quinto diei traditam, & non sexto referuatam. Cum Latino autem Græcoque textu non mirum est Latinos Patres, Græcosque sentire. Nam S. Ambrosius in hymno, quo Ecclesia semper utitur d,

d fer. 5. ad Vesp.

Magne Deus potentia, Qui ex aquis ortum genui Partim remittis gurgiti, Partim leuas in aera.

Demersa lymphis imprimens, Subuecta calis irrigans, Vt stirpe una prodita, Diuersa rapiant loca.

Nec aliter sensit in Hexam. e Idem sentiunt e l. 5. c. 14.

Cyrl

f l. 1. in Genes. g Homil. 7. in Gen. h l. 2. 9. i De mundi opificio. k Hom. 8. r l. 5. diu. decret. m l. 1. c. 49. in Gen. n l. 3. de Gen. ad lit. c. 3. & l. 6. cap. 5.

VIII. Quanta varietate & copia. o Loc. cit.

IX. Produxit perfectæ magnitudinis.

X. Nec bina tantum, sed plurima. e l. de opif. hom. f disp. 20. in op. sex dierum.

XI. Præterquâ in homine & l. 12. de Civ. c. 21.

Cyrillus i, & Chrysostomus s, Damascenus h, & Philo i qui propterea volucres vocauit germanas aquatiliam, quem secutus est Basilius k. Eodem modo intellexerunt, atque interpretati sunt scripturam, Theodoretus l, Rupertus m, & qui multorum instar esse possit S. August. n quorum sententias in Annalibus leges.

Prima igitur auium productio diuina virtute atque imperio tanquam efficiente causâ ex aquarum materia facta est: quanta autem varietate & copia, quis pro dignitate dixerit? Excitant in id argumentum Sancti Basilius, atque Ambrosius o. Illius inter alia hæc verba sunt. Sunt tamen & in volucrum natura generum innumera differentia, quas sibi quispiam eodem transegerit modo, quo piscium etiam aliqua ex parte discrimina nos tetigimus. Vnum & idem commune volucrum nomen, infinitis autem inueniet differentias, & inenarrabilem inter ipsas magnitudine, formis, coloribus, vita, moribus, actionibusque varietatem. Inde multas recenset auium differentias, maxime ex alarum modo petitas, quas apud Aristotelem quoque leges p.

Perfecto hoc utroque opere, Deus in eo sibi complacuit, bonumque pronunciauit, atque utrumque genus larga benedictione, ac beneficentia profecutus est, vim illis ac propensionem multiplicationis impertiens, ad extremam vsque mundi periodum. Est autem idem hoc loco hæcscere, quod multiplicari, non enim Deus hæc animalia produxit imperfectæ magnitudinis, roboris, & ætatis, sed planè perfectæ, atque idoneæ ad sibi simile producendum. Nam pauca tantum, & quidem bina in quaque specie producta censuerunt Basilius, Lactantius b, Theodoretus c, Iustinus Martyr d, atque Procopius in Genesim.

Quibus resistunt S. Augustin. l. 12. de Ciuit. c. 21. ubi perspicue docet animalia tam soliuaga, quam gregalia, plura simul iussa esse existere, Deum autem voluisse omnes homines ab vno capite promanare. Idem sensit Gregorius Nyssenus e, Moses, Bar-cepha Syrus, S. Ephrem, & recentiores, in quibus Molina. f Idque diuinæ liberalitati consentaneum est, & ipsius Scripturæ verbis, quibus iubetur vt aquæ producant, id est scaturiant, & ebulliant in magna copia, piscibus volucibusque producendis. Id in duobus verbi causa hæcibus aut delphinis; duobus passeribus vel lusciniis qui verum esse possit? quomodo non diuturna atque immanis solitudo fuit in vastissimis marium tractibus, cum in exiguo tantum spatio esset quidquid erat vnus generis animantium; Quid si Lucius in fluuio, aut Delphinus in mari pisciculum aliquem deuorasset, aut accipiter in aère passerem, aut ouem in terra carnifex lupus dilacerasset, antequam illa similes sibi procreasset, species vna, imò plurimæ mundo defuissent, nisi ad hæc vitanda infinita miracula introducantur. Pro quibus plurima in quoque genere individua fateri à Deo condita, conuenientius videtur ac pulchrius.

Nec par est ratio humanæ speciei, in qua duos tantum productos esse constat, apud quos mutuus amor naturali consanguinitatis vinculo colligandus erat, vt pluribus eodem loco differit S. August. s Nec facile illis immineret interitus, diuina gratia, & propria prouiden-

tia, & bestiarum subiectione communitis. Neque par est regem, sicut subditos multiplicari. Nec iussit Dominus homines de terra erumpere, sicut volucres & pisces ex aquis scaturire, sed illos Deus sigillatim formare dignatus est, hos ab aquis turmatim magna copia profundi iussit.

DIES MVNDI SEXTVS.

DEEST postremus Diuini opificij dies, quo innumerabiles animantium species, vltimo quasi Dei labore procreantur: eius nihilominus de quo veritas ipsa dicit h, Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Nouas mirum rerum formas ac species producere desinit, ab illius autem conferuandis gubernandisque nunquam cessauit. Quod notauit hoc loco magnus Basilius i. Bipertitum autem est huius diei opus: pars vna continet ortum pecudum ratione carentium; in altera sanctius his animal atque diuinius à Deo ipso formatur, & ab authore suo magnificentissime locupletatur. De priore diuini huius operis parte hæc habet Moses. k Dixit quoque Deus, Producat terra animam viuentem in genere suo, iumenta, & reptilia & bestias terra, secundum species suas, factumque est ita. Idque tam in animantibus, quæ ex putri materia propter imperfectionem suam gigni possunt, quam in reliquis, quæ ex semine procreantur; vt hoc loco tradunt Tertull. August. m Basilius n, & Ambrosius o.

Horum porro animantium tria quæ summa genera scriptura constituit, iumenta, reptilia, bestias, de quibus elegans est Ruperti commentario. p Nota, inquit, diligenter præiudicium Dei inuestigabilium prouidentiam. Ab vna namque specie, id est à reptili homo seductus est, ab vna, id est, à bestiis terræ iuste peccator idem infestatur: ab vna, id est, à iumentis, eiusdem miseri hominis debilitas, misericordia Dei refouente iuuatur. Omisit Basilius hæc ipsa genera distinctius explicare. In variorum tamen animalium è terra productorum proprietatibus & naturis explicandis, quod in aibus, piscibusque ante præstitit eleganter immoratur. Nobis ad alia properantibus non licet ea in re moras trahere longiores. Illud tamen non omitto, idem de hisce animalibus dicendum videri, quod ante de volucibus, piscibusque dictum est; non bina scilicet tantum, sed magnam indiuiduorum copiam diuinitus productam, & fortè ad copiam, fœminei sexus plures, vt Vielmio, & Afanio Martinengo placere video.

Iam video quod ad species animalium è terra productorum attinet, non sunt omitte dæ dubitationes duæ, altera de noxiis animantibus, fuerintne tunc à Deo immediatè productæ; altera de speciebus: quæ dicuntur adulterinæ, quæ ex diuersorum specie animalium commixtione nascuntur, quales pleræque contingant in siticulosis Africæ locis, ubi ad aquas feræ conueniunt, an scilicet hæc animantium species Dei iussu in illa prima productione in lucem prodierint. Et quod ad priorem attinet, iam præiudicium in herbis noxiis arboribusque stercilibus factum est, vt non sit opus Patrum per-

I. Opus sexti diei bipertitum. h Ioan. 5. 17.

i Hom. 9. in Hexa.

k c. 1. v. 24.

l l. contra Marc. c. 14. in lib. 3. de Gen. ad lit. 14.

m l. 5. Hex. c. 1.

n Hom. 9.

o Brutorum tria summa genera.

p l. 1. in Gen. c. 55.

III. An noxia animalia à principio producta.

rogare

rogare sententias. In eo enim passim consentiunt, ut quæ nunc noxia sunt, ante peccatum fuerint innoxia. Ita docent plurimi omnino Patres Græci, Latiniq. Vnus nobis Chryostomus 9 sit instar omnium. Neque enim, inquit, huiusmodi fera antea homini terribiles, nec ab eo fugiende, sed cicures & mansuetæ. Eas itaque deduxit Deus ad Adam, & ipse eis nomina imposuit. Serpens Euam a' oquitur, & Eua non refugit; Postquam autem præteritum est mandatum, plurimum honori detractum est.

q Hom. in Psal. 148

IV. Et quem ad finem.

r L. 1. c. 16. de Gen.

s Hom. 7. in Gen.

a In Gen.

V. An etiam adulterina.

b n. 7. & seqq. Pars negas probabilior. c 9. 73. a. r. ad 3. Lir. 14. in Gen. d L. 1. c. 57. in op. f. xti dei disp. 20. lib. 5. q. 3. punct. 6.

f Leuit. 19. 19.

Condita ergo fuerunt hæc animantia ab initio ad integritatem & perfectionem huius Vniuersitatis, in qua diuina Sapientia tot animalium species desiderari noluit: voluit potius, teste Lactantio, hominem sapientiam sibi daram diuinitus exercere, æstimareque, vt egregie disputat S Augustinus contra Manichæos, omnia pulchra esse conditori, licet minus appareat rem temerè spectantibus. Inuecto autem in mundum peccato, prouidit vt peccatoribus pœna essent; iustis autem patientiæ, & meritorum palæstra. Vt egregie docent Sancti Basilius, Ambrosius, atque Chryostomus, qui ait non minus utilitatis afferre mortalibus animalia quæ noxia dicuntur; quam mansuetas & cicures animantes. *Ista enim, inquit, sunt apta ad usum corporis; hæc vero & tibi metum afferunt, & vt sis modestus, & temperatus efficiunt, & ad certamen instruunt, & peccatum primi parentis tibi in memoriam redigunt, & ostendunt quantum malorum causa sit inobedientia.* Sic ipse, cui consentiunt Theodoretus, & Ruperrus. Adde postremo varios vsus, quos ab illis mutuauerunt, maximèque saniratis, de quibus iidem Patres consuli possunt.

Quod ad alteram dubitationem attinet, de animalibus istis adulterinis, fuerintne à Deo creata hoc sexto mundi die, pars aens probabilitate non caret, nec desunt rationes idoneæ quibus fulciatur, quas in Annalibus b accuratè propositas refutatasque reperies. Probabilior est enim contraria sententia, quæ est S. Thomæ c, qui ait has species non recens productas, post opus sex dierum, quia casualiter præcesserunt in illis operibus, in eorum videlicet creatione, ex quibus postea progenita sunt Quæ est etiam Rupertii d sententia, & recentiorum, Molinæ e, Gregorij de Valentia, Vielmi apud Ascantium Mart & Cornelij à Lapide, & aliorum, quibus libenter assentior. Nam quæ animalia Deus è terra immediate produxit, ea secundum species quæque suas produxit, at hæc non secundum species suas, sed alienas producuntur. Non enim mulus ad speciem equi vel asini pertinet: nec cerua & lupus similem sibi lyncem procreant, & ita de cæteris. Adde quod animalia quæ Deus creauit, voluit esse quasi semen cæterorum, ideoque crescere iussit ac multiplicari, quod adulterinis istis animalibus, quæ sterilia sint, conuenire non potest. Denique tota productio, quæ facta est ab authore naturæ, secundum naturam est, illumque ordinem quem ipse in illa constituit. *Et harum hybridum generatio contra naturam est, illiusque legitimum ordinem, & ad monstrum pertinet, proptereaque à Deo in lege f*

DE HOMINIS CREATIONE.

AD alterum iam nobis dici sextæ opus admodum est, opus diuinæ liberalitatis ac magnificentiæ, opus exquisitissimæ absolutissimæque sapientiæ; opus supremæ potentia, singularisque bonitatis. Neque enim vlla res est, in iis omnibus quæ sub aspectum cadunt, & natura constant, in qua plura diuinæ maiestatis attributa se prodant, nulla quæ magis, vel ipsos Angelos eam contemplantes, mouere ad admirationem queat. Magnum plane opus, & magnus omnino dies; quo id perfectum est. Dierum enim præstantiam & magnitudinem, non ex Solis circa terram latone quatuor & viginti horis distincta metiri oportet, quippe quæ dies omnes pares inter se, & æquales facit, sed ex operum in eis paratorum dignitate, qualis est hominis productio, in statu longè pulcherrimo, atque beatissimo.

Sed vt ad rem ipsam admoveamus manum, neque in campo immenso temerè diuagemur, eum sequemur in hac narratione ordinem, quem ratio ipsa temporis exigit, quæ nobis esse debet antiquissima. Et quoniam Moses in hominis productione narranda primò catalogum rerum sex diebus productarum breuiter texere voluit, ad quem cum duo eximia pertinerent, Paradisi terrestis, & hominis productio, seorsim de vtroque sibi dicendum putauit, licet intelligeret Paradisum ad tertium diem, hominem ad sextum pertinere; nos totam huius diei narrationem, temporis ordinem secuti, digere, quem suis deinceps, vt res feret, locis confirmabimus.

Iussit Deus è terra produci terrena animalia b. *Producat terra animam uiuentem, &c. Producta sunt, & à Deo approbata, factumque est ita, &c. Et vidit Deus quod esset bonum.* Diuina Trinitas de homine cum amplissima dignitate, & potestate producendo quasi deliberat, *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram & præsit, &c.* Tum hominis productio in genere traditur, secundum vtrumque sexum, vt catalogus operum sex dierum breuiter, *Et creauit Deus hominem ad imaginem suam; &c.* Sed mox capite sequenti describitur particulariter productio viri secundum corpus è terra fictum & inspiratam animam. *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terra, & inspirauit in faciem eius spiraculum vite, &c.* Factus homo in animam uiuentem inducitur in paradysum triduo ante præparatum. *Plantauerat autem Dominus Deus paradysum, &c. Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis, &c.* Deliberat Deus de producenda muliere in adiutorium Adami. *Non est bonum esse hominem solum, faciamus ei adiutorium simile sibi.* Interim animalia in hortum diuinitus inducuntur ad Adamum, vt agnoscat se socia necessaria carere, & animalibus sibi naturaliter subditis nomina tribuat. *Formatis igitur de humo cunctis animalibus, &c. Appellauitque Adam nomina suis cuncta animalia, &c.*

His ita confectis, obdormiscit Adam: sopito accipit costam Deus ad formandam mulierem.

V I. Eximia hominis dignitas.

V II. Propositio futuræ narrationis.

V III. Eadem ordine temporis.

h Cap. 2.

v. 8. & 15.

v. 18.

v. 19. & 20.

IX. Ex ipso Mose digesta.

Ex

v. 21. v. 22. v. 23. & 24.

Cap. 1. 8.

v. 29. & 30.

C. 2. v. 16. v. 17. C. 3. v. 1. & 3.

Cap. 2. 25.

X. Vsq. ad diem septimum, & creationem. m C. 2. v. 2. & 3. n C. 3. v. 1.

X I. Deliberat Dominus de homine producendo. a Cap. 1. 26.

b Hom. 10. In quo S. Trinitas manifestatur.

Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam, &c. Ex ea Dominus ædificat mulierem eam animat vt Adamum, & adducit ad eum. *Et ædificauit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem, & adduxit eam ad Adam.* Agnoscit eam Adam, vt os de ossibus suis, & carnem de carne sua. *Dixitque Adam hoc nunc os de ossibus, &c.* Eam accipit vxorem, & legem matrimonij condit. *Quamobrem relinquet homo patrem suum, &c.* Deus benedicit coniugibus, eisque dat fecunditatem, & dominium in animantia i. *Benedixitque illis Deus, & ait; Crescite & multiplicamini, &c. & dominamini piscibus maris, &c.* Deinde hominibus de cibo, cunctisque animantibus liberaliter prouidet. *Eccè dedi vobis omnem herbam, &c. vt sit vobis in escam & cunctis animalibus terra, &c.* Esuriam tamen fructus arboris scientiæ boni & mali prohibet vtrique sub pœna capitis. *Præcepitque ei dicens. Ex omni ligno paradisi comedite, de ligno autem scientiæ, &c.* Et repetitur præceptum cap. tertio, vbi Eua sibi quoque præceptum à Deo datum fatetur. *De fructu lignorum, &c.* Viuunt aliquandiu in innocentia, sine pudore nuditatis, *Erant autem vterque nudus, &c.*

Secutus est dies septimus & quies Domini & diei sanctificatio. *Compleuitque Deus die septimo, opus suum quod fecerat, & requieuit die septimo, &c. Et benedixit diei septimo, &c.* Successit post dies aliquot tentatio, & ruina & exuulsiõ è paradiso. *Sed & serpens erat callidior cunctis animalibus terra, &c.* toto capite tertio. Et hic quidem fuit ordo rerum gestarum circa hominem hoc tempore, qui est etiam perspicuus ipse per sese, confirmabitur tamen suis locis, vt diximus, cum necessarium videbitur, aut opportunum. Nunc singula eodem ordine seruatõ videamus, initio ducto à deliberatione Domini de homine producendo, quoniam de animalium terrestrium productione iam satis pto suscepta breuitate dictum est.

Productis igitur hoc ipso sexto innumeris animalium terrestrium formis, iisque probatis, maius opus moliens ait a, *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Duo tanguntur his verbis, quæ partim spectant ad suscepti operis gloriam, partim ad Opificis maiestatem. Est enim hæc quasi consultatio Dei, & deliberatio quædam de opere præstantissimo parando, qui tamen in cætera molitione rerum; aut mole, aut multitudine maximarum, orbium inquam cælestium cum astris & luminaribus suis, & omnium plantarum & animalium quæ cælo, terra & fluctibus continentur, nuda iussione contentus fuit. Notatur hic quoque locus quasi illustre testimonium sanctissimæ Trinitatis. Nam Basilius, b *Et quidem dixit nunc, faciamus; vt hoc insigni agnoscat Patrem & Filium, & Spiritum sanctum. At posterus, fecit, Deus hominem, diuinam vt vnus maiestatem. Sane vt vnus non eas qua vnus dicitur, hoc est ipse tres personas, sed quatenus id vnitatem concernit potentia, vt vnus in diuinis retineas gloriam & maiestatem.*

Proposuit quid facturus esset Deus Pater, cum filio suo magni concilij Angeli, per quem facta sunt omnia, & Spiritu sancto, qui thesauros bonitatis suæ in hominem; præ cæteris

animantibus, erat effusus. Nunc videamus quid fecerit. *Et creauit Deus, inquit Moles, hominem ad imaginem suam, masculum & feminam creauit eos.* Hæc ille capite primo, de hominis productione summariò; sed mox distinctius de formatione corporis humani, & animæ productione. *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terra, & inspirauit in faciem spiraculum vite, & factus est homo in animam uiuentem.* Ne quid autem mulier viro suo minus habere videretur, de illius quoque productione diuinum concilium celebratur. *Dixit enim Dominus, non est bonum esse hominem solum, faciamus ei adiutorium simile sibi, &c.*

In ista porro productione hominis, sicut anima, quæ vel sola, vel maxime diuinam præfert imaginem, corpus dignitate præit, ita corporis formatio animam tempore antecedit. Non enim anima, nisi in corpus iam dispositum immittitur. De corpore igitur primum dicamus, in quo & materia eius, & membrorum conformatio consideranda est, quæ diuitias sapientiæ, prouidentia, & bonitatis diuinæ mirificè prædicat, & prodit. Materia porro terra est, vel limus terræ, vel iuxta Hebræum pulvis terræ minutissimus, qualis ambulantiibus adhærescit ex puluerulento solo. Quo pertinet illud, *Quia puluis es, & in puluerem reuertis.* Formauit igitur Deus hominem puluerem de terra, vel puluerem de terra in hominem, vel hominem de puluere terræ. Sed illud formare, in Hebræo Græcoque textu, est idem quod ab aliis dicitur fingere, plasmare, figurare, quomodo scilicet figuli solent. Significat enim Tertullianus Deum ipsum per se, non Angelorum opera, eam quasi statuum famulari manu elaborasse. Inde Adamum Sapientis, & deinceps alij *πλάσσω* dixerunt. Et Iob 6, *Mānu tua inquit, fecerunt me, & plasmauerunt me coram in circuitu:* alludens ad formationem Adami, sicut & mater septem martyrum Machabæorum: quod notauit Sanctus quoque Chryostomus b.

Minimè porro ignorandum est, in Deo, qui spiritus est, metaphoricam manum intelligendam esse, vt pacet D. Augustino i vbi prima fronte hanc assertionem videtur reuicere; ex eo maxime quod infra dicitur k, Deum formasse de humo omnia terræ animalia; sed ibi formare idem est quod producere, vt notauit Oleaster. Et rursum Augustin. *Quid ergo nunc dicendum est, in eo quod scriptum est, Sufflauit Deus, nisi quia sicut non manibus corporeis finxit, ita nec faucibus, labijsque sufflauit.* Verum de hominis formatione, quatenus dici possit à Deo facta, vel Angelis, consule Pererium l. 4. m vbi concedit simulacrum illud corporis humani ab Angelis figurari potuisse; sed cum id nisi animæ beneficio, quæ solo à Deo est, non sit corpus humanum, certe Angeli corporis humani effectores dici non possunt n. Quia ergo puluis, propter d'fluentem siccitatem, in solidum corpus conformari non potest, diuinis plastes puluerem aquæ miscuit, & lutum fecit, quod Hieronymus, Tertullianum imitatus o, limum vocauit in editione

v. 27.

Cap. 2. 7.

d c. 2. v. 15.

XIII. Ordo productionis huius.

Corporis materia, 789 Chapbar.

c Cap. 3. 19.

Vnizer. tradidit.

f L. 2. cent. Marcio. Quis dignus incolere, &c. g c. 10. 8.

h Hom. 13. in Gen.

XIV. Deus hominis plastes. i l. 6. de Gen. ad lit. k c. 2. 19.

l l. 7. c. 1.

m n. 92. 93.

o luto. n Vide D. Thom. 1. p. q. 91. art. 2. ad 1. & a. 4. ad 1. o l. de anim. c. 23.

vulgata.

vulgata. Hinc frequens illa comparatio figuli & luti in sacris literis & prophanis; sed egregiam dissimilitudinem notavit Gregorius Nyssenus in illa verba, *faciamus hominem. Nunquid formavit hominem*, inquit, *quemadmodum è luto figuli aliquid effingunt, aut quemadmodum ex are constant aliquid statuarij? Minime verò. Nam statua quidem extrinsecus tantum speciem ac similitudinem præfert, at opus formatum à Deo non est huiusmodi: sic enim hominem constituit, ut omnes illius partes intus etiam formaret, atque distingueret. Sic ipse.*

XV. Et tamen ex 4. Elementis. q. l. i. Ant. c. i. Potro terram, de qua formatus est homo, fuisse terram rufam notavit Iosephus 9, idque ipsum Adami nomen notat, quo nomine, non sine mysterio in Græca lingua quatuor mundi partes comprehenduntur, *αἰθήρ, ἕρως, ἄρτι & γῆ*. Facta est autem in productione Adæ mentio terræ, siue limi, aut luti ex terra & aqua coalescentis, et si constat ex quatuor elementis: quia terra & aqua, secundum quantitatem & substantiam in homine abundant, licet alia in eo secundum virtutem prædominentur, ut ita posset esse aliqua mixtionis æqualitas, ut notavit. S. Thomas.

XVI. Iamdudum expectas, amice Lector, ut ex hoc quasi spineto educaris in amœniorem planiciem, in quam divinam sapientiam agnoscamus, in humano corpore fabricando. Sed qui possum obsecro, ad Compendij compulsi angustias præfertim cum in eo curriculo, studiosè permulti antiqui, recentioresque decurrerint, ut in opere Deo in primis, hominibusque glorioso. Et nominatim Ambrosius in Hexaem. & toto libro de dignitate conditionis humanæ. Gregorius Nyssen. libro de hominis officio, & Orat. 2. in ea verba, *faciamus hominem*. M. Tullius, ex quo nonnulla Lactantius, cum alibi, tum toto libello de Officio Dei, ubi applere se ait, quæ ille in quarto de Repub. lib. 1. de leg. aliisque locis magis tentavit, quam executus est. Adi etiam Nemesium 10 philosophum Christianum in lib. de Natura hominis, & ex Recentioribus Ludovicum Richeomum 11 in Valedictione animæ. Sed fortassis aliquod à me quoque in hoc quasi conuiuio symbolum peris. At ego in Annalibus 7 gessim voluntati tuæ, quæ huc breuitatis studio transferre non ausim, nec faciliè contrahi possunt. Ea igitur tu ibi, ut spero, non sine utilitatis fructu leges.

XVII. Itaque de primorum parentum corpore hoc vnum ferè superest, ea non infantilis ætatis ex terra vel costa fuisse producta, sicut hoc tempore ex matris veteris educimur, sed ætatis perfectæ. *Facile enim fuit*, ait Augustin. 12, *illi qui per ordinariam temporum moram vinum producit ex vitæ, & illud in Cana Galilææ puncto temporis produxit ex aqua, hominem etiam quem longo tempore format in utero, & eductum longiore etiam ad perfectionem ætatis deducit, in ætate perfecta è terra producere*. Itaque rationi consentaneum est utrumque in ætate perfecta esse creatum, apta ad productionem similis sui in eadem specie, sicut in cæteris animantibus factum apparet. Alioqui pene frustra eis dictum esset, *Crescite & multiplicamini*: quis enim id infansculo dixerit, qui neque præceptum intelligere possit, neque exequi. Vtrum autem Adamus

gigantæa corporis mole fuerit, disputat Peregrinus 13 in Genesim.

Veniamus nunc ad illud spiraculum vitæ, quod Deus in faciem hominis inspiravit: quamquam erat illud adhuc hominis simulachrum, non homo, donec illi anima vitam & naturam hominis tribueret. Dum autem constet animam ratione præditam vera à Deo creatione fuisse productam, quid causæ est cur inspirata dicatur, aut per inspirationem producta? An quia voluit Moses, innuere eam corpus non esse, sed spiritum? vnde Christus Dominus moriens in manus Patris commendavit spiritum suum. An ut doceret philosophos eam non educi è potestate materiæ, ut cæteras, sed à solo Deo produci, ut halitus à solo spirante proficiscitur? quod mirificè cum Aristotelis 14 sententia congruit, asserentis animam extrinsecus aduenire. An ut intelligeremus eam non esse quandam divinæ substantiæ particulam, sicut nec halitus de substantia eius est, qui spirat respiratve, sed aëre infuso vel circumfuso ut rectè disputant Chrysostomus 15, & Augustinus 16. An ut per hieroglyphicum inspirationis facilitas divinæ huius operationis ostenderetur, ut ait Theodoretus 17. An etiam ut doceret eam simul creati, & in corpus infundi. Et si alterum altero prius natura est. Postremò ea ratione significatur animum quodammodo ex ore Dei prodiiisse, quod divinæ gratiæ, sapientiæ, & vitæ factus sit particeps. Nam sapientia dicitur ex ore Altissimi prodiiisse? & participando gratiæ eius, divinæ naturæ sit consors. Ferebatur porro hæc divina inspiratio in faciem hominis, siue quia ibi omnium sensuum organa collocata sunt, quibus animal vitam, vitæque præsentiam patefacit, siue quia in facie tanquam in speculo imago animi dignoscitur, quippe quæ tristitiam, lætitiã, iram, timorem, admirationem, cupiditatem, desperationem, aliasque animi perturbationes prodit. Hinc illud, *Hec quam difficile est crimen non prodere vultu!* Hebraeus textus pro facie habet nares, quæ scilicet sunt respirationis, de qua nunc agitur, organum, sed ex parte intelligendum est totum ideòque 70. *αἰσθητῶν* Hieronymus faciem vertit.

Ad imaginem porro Dei, & similitudinem factus est homo, non secundum corpus, quo comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, sed secundum, animum, qui est substantia spiritalis, intellectu, voluntate, & libertate prædita, sicut Deus. Et hinc intelligitur triplex rerum ordo: primus est intelligentium, qui sunt meri spiritus, ut Deus & Angeli eius; secundus est corporearum, quæ nihil nisi corporeum habet & materialium, ut cæli, elementa, mixta, plantæ, animalia: tertius est spiritus & corpore constantium, quo in ordine solus est homo, quem propterea horizontem vocamus rerum creaturarum: Nyssenus autem 8 mixtum quendam mundum duobus mundis cognatum, ex incorporea, immortalis, & incorruptibili anima; & ex materiali, & aspectabili corpore, & ex quatuor elementis composito coagmentatum & iunctum, qui primum postremumque gradum attingit; imò ipsum Deum lucem inaccessibleem, & abyssum tenebrarum materiam; ipsum Deum, spiritum infinitum spiritu suo, &

b. l. 4. n. 99. & 100. Vide Aug. de Civ. l. 13. c. 24.

XVIII. Anima cur inspiratione creata.

- 1.
2. Anima extrinsecus educavit.
3. c. l. 2. de gen anim. c. 3. d. hom. 13. in Gen.
4. c. l. 7. de Ge. ad lit. c. 1. & c. 28. in fine.
5. f. q. 23. in Gen.
- 6.

XIX. Cur in faciem inspiratio facta sit.

XX. Imago Dei in anima.

Triplex rerum ordo.

Homo horizon rerum creatarum. g. 4. de ima. & simil. Dei.

lutum ipsum ac pulverem terræ corpore suo, ut quantum eleuaretur ex vno tantum deprimeretur ex altero. Denique minuit illum paulominus ab Angelis, qui illum eodem die condidit, quo iumenta, reptilia, & bestias terræ: ne illi fortasse contingeret quod reprobis spiritibus, quorum excellentia, nulla humilitate degrauata, facta illis fuerat in ruinam.

XXI. An in eodè gradu Deus & Angelus. a Hom. 9. in Hexam. At, inquit, Deum & Angelos in eodem ordine graduque ponimus, repugnantibus Patribus, magnoque in primis Basilio 18, qui Iudæos refellit, qui diuinum colloquium, & de liberationem de homine fabricando, non inter personas diuinas, sed cum Angelis à Deo habitam mentiebantur; refellit inquam ex eo quod non sit eadem imago Dei & Angeli; ex quo etiam concludi possit, ne hominem quidem esse imaginem Dei. Respondetur autem filium Dei esse imaginem Dei, & splendorem gloriæ, & figuram substantiæ eius. Angelum autem & hominem non imaginem Dei esse, sed ad imaginem Dei accedere, quasi imaginem imperfectam, ut docet D. Thomas 19, quod videtur ex Augustino mutatus: nec hominem ad imaginem Angelorum factum esse, cum sint conserui eius, nec eos habeant suæ creationis authores, ut rectè argumentatur Basilius, Iudæorum malitia egregiè repræsentata, ut in Annalibus 20 leges.

XXII. Homo vniuersè ad imaginem Dei in omnibus quibus bruta superat. d. l. 6. cap. 8. in c. Tom. 1. in Gen. f. l. 6. de Gen. ad lit. c. 1. g. c. 40. 18. Porro imaginem Dei ad solùm hominis animum pertinere, perpicuè docent Ambrosius 21, Origenes 22, & Augustinus 23. Hoc, inquit, *excellit in hominem quia Deus ad imaginem suam hominem fecit, propter hoc quod dedit ei mentem intellectualem, qua præstat pecoribus*; ex quo etiam patet pecora ad Dei imaginem non pertinere, vnde subdit. *Nam & pecora Deus fecit, sed non ad imaginem suam*. Eo denique pertinet illud Isaia 24. *Cui ergo similem fecistis Deum, aut quam imaginem poneris ei?* negat enim corporea, & artefacta hoc titulo decorari posse. Sed in qua re peculiariter hæc imago consistit? Vniuersè dici potest hominem esse ad imaginem Dei, secundum omnem rationem, qua, propter gradum intelligendi, cæteris animantibus antecellit: his quippe omnibus accedit ad Deum, qui naturam intelligentem habet, in qua similitudo hæc, & imago consistit. Sed ea placet breuiter explicare singillatim.

XXIII. Primo in dominio faciamus hominem h. hom. 10. in Gen. i. Orat. 1. in illud. & l. de opif. hom. cap. 4. 20. In similitudine diuinarum virtutum. Et primo quidem cernitur in dominio, quod homini datum est in cæteras animantes; idque satis intelligitur ex Domini verbis, qui cum dixisset, *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, quasi explicans, in quo ea sita esset, subdidit; *Et præstet piscibus maris, & volatilibus cæli, &c.* Idque ita intellexerunt S. Basilius 24, eiusque frater Gregorius 25, & Chrysostomus, & ex Latinis Sancti Ambrosius & Augustinus. Secundò sita est hæc imago in similitudine diuinarum virtutum. Ita Nyssenus pluribus, Origenes, Ambrosius & Bernardus. Tertio in modo existendi in rebus ut ex S. Ambrosio, & Gregorio Nysseno constat: nimirum neque Deus, neque animus hominis, cum spiritus sint, circumscribuntur loco. Quarto in arbitrij libertate. Ita Nyssenus, Damascenus, atque Bernardus. Quinto in eius

incomprehensibilitate, qua in comparatione latius excurrit idem Gregorius, & S. Ambrosius.

Sexto in vacatione materiæ, & immortalitate Ita sentit August. Et Eusebius Cæsariensis apud Lipomanum in Catena; Et Nyssenus in libro de hoc ipso argumento. Septimo in cogitatione Dei, cui addi potest amor religiosusque cultus; nihil enim horum habet homo commune cum bestiis, ut acutè vidit in extremo suo Gryllo Plutarchus. Itaque imaginem Dei interpretatur Nyssenus in libro de hominis officio, & S. Bernardus explicatius, in Meditationibus suis, & S. August. tract. 8. in primam Ioannis epistolam. Denique eadem imago in humana sapientia ac prouidentia elucefcit, quatum ope finem agnoscit actionum suarum, & mediã ad illum idonea scienter eligit, quod bestiæ minimè possunt; & si quid in eo genere rectè faciunt, instinctu potius aguntur alieno, quam agant proprio & suo: neque reuera sciunt quid faciant, aut qua de causa faciant. Sed de his satis, quæ pluribus cum ipsis Patrum testimoniis in Annalibus 26 reperies.

Verùm hanc similitudinem, non tantum ad naturæ vnitatem, sed ad Trinitatem quoque personarum pertinere Scriptura ipsa significat, cum ait: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*. Quæ verba Sancti Patres, ut supra significauimus, magno studio de sanctissima Trinitate interpretantur. In quo autem huius imaginis ratio consistat, fusè disserit Gregorius Nyssenus 27 ex Methodio, & Augustinus 28. Quibus breuitatis studio prætermisiss, ex communi Theologorum sententia dicimus nullam magis hominem diuinam in se Trinitatem referre, quam cum intelligendo rem aliquam, eiusdem rei verbum producit: ex verbo autem, quod est quid amabile, & notitia procedit amor eiusdem. Sicut Deo Patre contemplante atque intelligente seipsum, producit per eam intellectionem Verbum, qui filius est, veraque substantia Patris, inter quos ut summe perfectos atque amabiles, Amor producit, qui est Spiritus sanctus, eadem cum utroque substantia, sed distincta ab utroque persona. Quæ similitudo in homine esset expressior, si verbum nostrum atque amor non essent accidentia: sed subsisterent ipsa per sese, sicut in diuinis.

Neque absurdum est Verbum in sanctissima Trinitate vocari filium. Imò iustiore titulo id ei nomen conuenit, quam cuiquam filiorum hominum. Neque enim homo producit filium: quæ homo est, & rationis particeps, aut præditus vi aliqua, atque operatione rationis, sed ut animal, atque ea vi præditus, quæ est illi communis cum brutis, quorum scriptura ipsa filios vocat 29, *ut pullum filium asinae*. Sicut ergo quam maximè propriè filius hominis diceretur is, qui ab homine quatenus homo est, ratione & intelligentia præditus, esset genitus; Ita maximè propriè Verbum, Filius Dei appellari debet, eo quod à Patre ut intelligente, & per vim intelligendi productum est.

XXVI. 6. In vacatione materiæ, & immortalitate.

7.

8.

a à num. 40. ad 50.

XXV. Hominis cum Trinitate similitudo.

b. q. de ima. & sim. Dei. c. Epist. 102. Ut explicetur.

XXVI. Verbū maximè propriè filius.

d. Zachar. 9. 6. & Mat. 21. 5.

XXVII. Quatenus perionæ corporeæ sunt, neque in humano corpore illæ reperiuntur dotes, quibus ad diuinæ maiestatis consortium allurgimus, ideo negamus hominis corpus esse ad imaginem Dei, nisi remotè admodum atque improprie, nec secundum lineamenta figuræque membrorum, sed potiùs secundùm id quod in cælum receptum est; denique quatenus in eo præstantia humanæ mentis elucescit, in qua proprie & per se est imago Dei. Ita S. August. quem sequitur S. Thomas b, qui ait illam imaginem in corpore per modum veltigij representari. Certè ad corpus quoque aliquo modo pertinere imaginem Dei, docet hoc ipso loco Moses; qui cum de illa loqueretur, statim nihilominus subiecit c, masculum & feminam creauit eos: Et rursus postea d, Quicumque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius; ad imaginem quippe Dei factus est homo. Si ad solam animam imago diuina pertinet, quid facit hæc ratio ad culpam effusi sanguinis exaggerandam, cæm sanguis ad animam non pertinet?

l. 83. q. 7. 1. 51. & l. 6. de Gen. ad lit. c. 11. b. 1. p. 993. art. 9. ad 3.

c. c. 1. 27. d. c. 9. 6.

XXVIII. Cæterum non desunt e qui arguant Eugubinum in sua Cosmopœia, & Hieronymum ab Oleastro, quid censeant Deum, in Adami corpore fabricando, speciem quandam humanæ ac corporeæ naturæ induisse, vt hominem ad illius similitudinem conformaret, quasi Dei imago corpore debeat, & non potiùs animo æstimari. Verùm neutrius hæc mens fuisse videtur. Nam Oleaster ad summum voluit Deum finxisse corpus ad similitudinem assumpti à se corporis; in anima vero, diuinitatis imaginem procreasse. Nam inter alia, Voluit, inquit Dominus hominem se referre, & quantum ad corpus assumptum, & quantum ad spiritum, vt corpore corpus assumptum, animâ vero spiritum, qui Deus est, monstraret. Eugubinus autem cum eleganter excurrisset in describenda pulchritudine corporis à Deo assumpti, ad hominis corpus formandum, ita concludit. Non exclusa igitur interiore mentis similitudine, ad illam quoque formosissimam speciem dicitur homo creatus, in qua creatis omnibus, homini se conspicuum spectabilemque exhibuit, vt creatorem suum omnibus modis cerneret, agnosceret, omnique posteritati prædicaret.

Ab Oleastro.

Eugubinus.

XXIX. Sed nec absurdum est ipsum Dei filium in humana forma Adamo apparuisse. Plerique enim Patrum senserunt multas visiones Patribus veteris Testamenti factas, ab ipso Verbo factas. Sanctus certè Augustinus f, vt plurima Patrum testimonia taceam, ait se inconcusse credere; & intelligere, Deum non per diuinam naturam atque substantiam, sed per assumptam visibilem speciem sicuti voluit, iis apparuisse quibus apparuit, quando per corporis oculos in Scripturis sanctis visus esse narratur. Hinc pertinet ille hymnus Ecclesiæ g, Qui mundi in primordio Adam plasmasi hominem, cuius imagine vultum dedisti similem. Imagini autem tam decoræ vt humanam omnem pulchritudinem superaret, vt Eugubino placet, qui eam speciem ei persimilem dicit, quam Petrus vidit in monte Thabor, Moses in Sina, aut qualem Elias & Moses in Transfiguratione exhibuerunt h, quando visi dicuntur in maiestate.

f. Epist. 99. & 111.

g. Dominie. in Albis.

h. Luc. 9. 39.

Expositis hætenus, quæ ad productionem corporis & animi Adami pertinent, sequitur vt eum in Paradisum deducamus, si priùs tamen aliqua, de eximiis dotibus, quibus animo & corpore ornatur fuit, dixerimus. Quo de argumento, etsi pleni sunt omnium doctorum, tam antiquorum quam recentium libri, ne tamen in tanta copia rectorem planè ieiunum dimittamus, pauca quædam libabimus, quæ primi hominis dignitatem vehementer exaggerant, quinque ex capitibus petitam, sapientia & scientia, qua Deus intellectum eius ornauit? gratia & virtutibus, quibus ditauit voluntatem, immortalitate, dominio in animantia, & originali iustitia, quibus totum hominem mirificè decorauit.

Deus igitur Opt. Max. qui hominem considerat, vt esset non solum Dominus & princeps orbis terrarum, sed etiam parens totius humani generis ac magister, in eum liberaliter scientiam rerum naturalium infudit, quantam mortalium nemo, quamuis longâ experientia, consequi posset. Neque enim conueniebat, vt qui in ea supellectile, quæ ad corpus pertinet, liberalissimus fuerat, in scientia, quæ verum est animi pabulum, largienda parcus esset. Id ipsum probant communiter Doctores ex impositione nominum animantium, quæ nisi ab eo qui naturam ipsorum & proprietates nosset, perire fieri non poterat, vt præclare docet Chrysostomus a. Sed vniuersè Hugo Victorinus b, Rerum omnium, quæ cum homine, & propter hominem factæ sunt, perfectam cognitionem hominem accepisse nulli dubium esse debet, quantum videlicet vel ad animæ eruditionem, vel ad corporalis vsu necessitatem pertinere videatur. Sic ipse. A qua scientia, non satis scienter Caiet. Astrorum cognitionem & elementorum excepit. Exciperet potiùs cognitionem futurorum contingentium, aut secretorum cordis, aut indiuiduorum omnium, quæ certa scientia naturali comprehendere non possunt. Cætera ita tenuit, vt amplitudine cognitionis, & certitudine mortales omnes antecederet.

Supernaturali etiam scientia præditum voluit, quandoquidem ad finem supernaturalem conditus erat, & de eo filios, nepotesque suos docere debebat. Fidem ergo habuit de Deo, nõ solum vt auctore naturæ, sed donorum etiam supernaturalium, & remuneratore bonorum operum, per eadem bona, quæ naturæ gradum superant. Secundo, fidem habuit distinctam & explicitam sanctissimæ Trinitatis. Tertio, quia Deus ab æterno constituerat vt per incarnationis mysterium homines finem supernaturalem æternæ salutis consequerentur, non oportuit Adamum; eiusve discipulos id mysterium ignorare. Itaque D. Thomas faretur hominem ante peccatum habuisse explicitam fidem de Christi incarnatione, quatenus ad consummationem gloriæ referebatur, non autem ad redemptionem à peccato non enim præsciis fuit peccati fuit, vt docet S. August. e iam enim fuisset miserimus; quæ miseria cum florentissimo Innocentiæ statu coherere non potest.

Quarto, sentiunt viri eruditi, Adamo cognitam fuisse historiam conditionis & ruinæ Angelorum

XXX. Adami dotes quinque primariæ.

XXXI. Scientia rerum naturalium.

a. hom. 14. in Gen. b. l. i. de Sac. p. 6. c. 13.

XXXII. Multorum quoque supernaturalium.

Eriam mysterij incarnationis.

c. l. 11. de Gen. ad lit. cap. 18.

XXXIII. Conditio nisitem, ac

ruinæ Angelorum.

a. l. de lib. Arb. c. 12. b. 1. part. 9. 94. art. 4.

c. l. 11. de Gen. ad lit. ap. 30.

XXXIV. Ornamenta voluntatis Adami.

d. D. Thom. 2. 2. 5. art. 3.

XXXV. Ipsiusque corporis.

Nobilitas.

Pulchritudo.

e. Psalm. 44. f. num. 28. & 29.

XXXVI. Robur.

Angelorum geminæ vtilitatis causa, diuini primum timoris, ne & ipse peccaret, & pari pœna plecteretur. Amoris item in Deum, à quo creatus erat, vt amissam ab ipsi felicitatem, ipse, eiusque posteritas consequeretur. Nec probabile est Deum homines hoc gemino fructu priuare voluisse. Denique tanta fuit Adami sapientia ac scientia, ante peccatum, vt in fraudem induci non posset, ne circa illa quidem quorum cognitio illi diuinitus data non erat: in ipsis enim sustinisset assensum, neque temerè de illis pronuntiaffer. Quod D. August. a & Doctoris Angelici doctrinæ b consentaneum est. Nam quod Euam constata serpente fuisse deceptam, nihil mirum: iam enim peccato superbia fuerat infecta. Quando enim, ait idem August. c hic verbis Serpentis; crederet mulier à bona atque vili re diuinitus se fuisse prohibitos, nisi iam inesset menti amor ille proprie testatis, & quædam de se superba præsumptio qua per illam temptationem fuerat conuincenda, & humilianda. Sic ipse. Et hæc de ornamentis intellectus.

Iam quod ad voluntatem attinet, diuina gratia Adamus, statim ab ortu suo donatus fuit, vt cum ea æternam beatitudinem promereri posset, quæ ipsi quoque proposita fuerat, quasi corona iustitiæ. Cum ea vero simul infusa sunt dona Spiritus sancti, & illæ virtutes, quæ gratiam perpetuo comitantur; quorum officium est tam superiores, quam inferiores animæ vires rectè componere. Aderant autem cum aliqua differentia d. Nam quæ nullam supponunt imperfectionem, vt charitas iustitia, &c. in eo tum habitu fuerunt, tum etiam actu; at quæ imperfectionem supponunt, illi felicissimè statui non congruentem, vt penitentia & misericordia, in eo habitu tantum fuerunt.

Iam quod ad dotes, quæ ad corpus quoque pertinent, præter omnia illa ornamenta, quæ nunc quoque in humanis corporibus cernuntur, nobilitatis, pulchritudinis, roboris, staturæ, constitutionis corporis, optimæque dispositionis organorum, vt posset egregiè functionibus animi famulari; aliud etiam additum est, quod his omnibus præponderaret, impassibilitas, atque immortalitas. Nobilitas certè terreno corpori maior optari non poterat, quâ habere parentem? atque architectum ipsum Deum: nulla gloriosior affinitas, quam animæ, quæ imaginem Dei, indelebilem ferat, esse quasi coniugio iucundissimo, atque inseparabili copulatum. Nulla pulchritudo maior, quàm vt quàm simillimus esset Adamus, qui fuit e, Speciosus forma præ filiis hominum, qualem in Taboræ monte enituisse dicebamus, f qualem decebat esse eam, quam Dominus Deus sua ipse manu figurasset, cum internas omnes externasque partes elegantissima proportione commensurasset: cui suo illo halitu suauissimo lucis fulgorem, atque amabilem coloris suauitatem dedisset.

Quantum porro fuerit eius robur, quæ firmitas laterum, quis neruorum vigor, qui contextus musculorum, docet non gentorum & triginta annorum ætas, nullo, quod sciat, languore debilitata; eademque in multorum seculorum posteros propagata: etsi fortaffis

illam totius corporis firmitatem, nonnihil cum diuturna penitentia, cum tristitia multiplex de tot tantisque bonis, sibi, suisque amissis, afflixit. Statura non solum recta fuit, vt ceteri mortalium, sed cæssa atque erecta, qualem elegit Dominus in Saule primo rege populi sui; qualem decebat Imperatorem orbis terrarum. Et sanè communis est nunc sensus hominum omnes illos Patriarchas grandiore statura fuisse præditos, vt ab ipso initio futuris corporum decrementis prouideretur. Iam vero attemperata illa humorum proportio, quam complexionem dicunt; si qua vnamquam excellens in aliquo mortalium fuit, in primo certè atque secundo Adamo fuit, quoniam vtique immediatum habuit fabricatorem Deum, cuius omnia perfecta sunt opera: & qui, si quo alio in opere, hic certè omnia in numero, pondere, & mensura disposuit: cuius rei validum testimonium inuolaturiusque sanitas esse potest. Denique ne id quidem dubitandum est, quin organa externis internisque sensibus necessario, perfectissime digesta essent, vt quæ diutissime vitæ functionibus, rectè constanterque obeundis, seruire oportebat.

Quæ tamen omnia necesse erat tandem aliquando marcescere, & ad interitum vergere, vt exigit elementorum inter se pugnantium compages; nisi Deus hominem singulari munere immortalitatis, quæ maximè esu pomi vitalis arboris constabat, ab interitu vindicasset; vt propterea istius modi immortalitas non esset impotentia moriendi, qualis est in anima rationali, in Angelis, & maximè in ipso Deo; sed potentia non moriendi, qualis modo in hominibus nulla reperitur: vt docet Augustinus a. Verum quoniam aliunde etiam morbi & interitus in hominem irruunt; quomodo funestæ causæ ab innocentia statu excluderentur. consule Pererium b, nos hunc locum breui illo Augustini elogio concludimus. Mortalis erat conditio corporis animalis, immortalis autem multiplici beneficio conditoris.

Quod ad dominium in animantia, non prius quidem verbo datum est homini, quam producta esset Eua, vt ex ipsi Dei verbis apparet, quæ simul ad vtrumque coniungem diriguntur. Hoc ipso tamen datum est homini, quod ad imaginem conditus est omnium Domini & conditoris, vt supra dicebamus c. In signum autem tam destinari, quàm naturaliter debiti Adami dominij, animantia ad ipsum, Eua nondum creata, Dominus adduxit, vt illis quasi seruis suis nomina imponeret, vt copiosè disputat Chrysof. d. Post Euam autem conditam, Deus vtrumque in huius dominij quasi possessionem misit. Id etiam legitimus ordo, quem Deus in rebus creatis constituerat, exigebat, vt creata omnia legitimo sibi ordine subiecta essent, imperfectiora perfectioribus; inferiora superioribus, humana diuinis; & essent sibi mutudè alia aliorum fines. Terra enim ad germinandam herbam exerit vires suas, herbæ vsui sunt animantibus brutis, eisque quodammodo seruiunt, bruta hominibus, homines Deo. Adde quod dominium sine ratione & prudentia quibus bruta carent exerceri non potest;

Statura.

Complexio.

Sanitas & membrorum compositio.

XXXVII. Immortalitas.

a. lib. 6. de Gen. ad lit. cap. 25.

b. l. 6. c. 14.

XXXVIII. Dominium in animalia.

c. num. 25.

d. Hom. 14. in Gen.

Gen. 3. 16 Ideoque iure ipso naturæ mulier, quæ minus prudentia valet, quam vir, audiuit a, sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.

XXXIX. Quæ tributum homini pendunt. Quin & illud quod aliqui olim ingrati infulseque iactabant, quasi idoneam in diuinam munificentiam querelam, quod hominem sine armis, sine vestibus, ceterisque rebus necessariis produxisset, non tam aut illius parcitatem, aut huius inopiam prodit, quam eiusdem imperium atque dominium; in cuius, vt principis sui, vsu, ac seruitutem, omnes animantes tributum perpetuo penderent. Præterquam quod mens & manus, quibus donatus est homo, instar sunt aliorum omnium, vt eleganter disserit Gregorius Nyssenus b. Neque si homo Dominus est mundi huius aspectabilis, ideo nulla re indigere debet, imò multis omnino, ad tantum imperium administrandum. Dei vnus summi omnium principis prærogatiua est, vt bonorum nostrorum non egeat c, & è contrario eo indigeant vniuersa.

XL. Ad hoc porro obsequium conciliandum duo maximè valebant in statu innocentia; alterum erat singularis hominis solertia, atque industria in brutis edomandis: quod pendebat ex accurata cognitione naturarum, proprietatum, & propensionum huiusmodi animalium, quibus vtens homo facile illa mitigasset, & in propriam redegeret seruitutem, vt de iis vsurpari posset, quod Sapiens de Dauide dixit d, cum leonibus lusse quasi cum agnis, & in vrsis similiter fecit, quasi in agnis ouium.

2. Alterum fuit eximia & singularis Dei circa hominem innocentem cura, quam per Angelos suos exercebat, qua fiebat vt animalia non solum homini non nocerent, sed illi etiam facile subicerent sese. Cuius rei argumentum est illa omnium animantium ad Adamum deductio, & rursus illa, quæ imminente diluuiò, ad Noëmum virum iustum facta est. Quibus adde illam quam vocant æstimationem brutorum, apprehendentem hominis potestatem in particularibus rebus. Dominium autem hominis in homines fuisset, non quod seruituti sed quod subiectioni oppositum est, vt eleganter docuit S. Thomas: e illa enim pœna peccati est, hæc necessaria est gubernationis bono.

XLI. Superest de quinque dotibus iustitiæ originalis, quam ad totum hominem pertinere diximus, & facile intelligitur ex iis, quæ præclare disserit Bellarminus f. Hominem scilicet naturaliter anima & corpore constare, quorum, illa, vt pote spiritus, spiritualia naturaliter appetit, & cum Angelis cognitionem habet. Corpus autem, quod illi est commune cum brutis in sensibilia sibi cognata propendet. Ex quibus diuersis propensionibus, nascitur in vno eodemque homine pugna non leuis, & ex ea grauis, ad bene agendum difficultas, dum vna propensio alteram impedit. Huic morbo ex conditione materiæ orto, vt diuina prouidentia mederetur, dedit homini donum insignis iustitiæ originis, qua veluti aureo quodam fræno, pars inferior superiori, superior Deo facile subiecta contineretur. Sic autem eo dorso caro spiritui subiecta fuit, vt non posset ipso inuito moueri, neque ei rebellis fieri,

nisi ipse fieret rebellis Deo: in potestate tamen spiritus, propter arbitrij libertatem fuit rebellis fieri Deo, vel permanere obsequentem.

Fuit autem hæc iustitia non vnus aliquis habitus, quo totus homo rectus ac perfectus euaderet, sed multorum habituum complexio, quibus omnes hominis vires, & facultates perficiebantur, & reddebantur idoneæ ad perfectè & expedite exercendas actiones omnes naturæ suæ congruentes. Non poterat quippe vnus & idem habitus tam diuersas inter se corporis & animi facultates regere, aut in subiectis tam differentibus residere. Et sanè multiplicia naturæ vulnera, quibus per peccatum afflictus est homo, id non obscure indicant; quæ Theologi cum Diuo Thoma a quatuor agnoscunt, vnum in intellectu obscurato, alterum in voluntate deprauata, tertium in concupiscibili exardescente, quartum in irascibili languente; quæ sunt ignorantia, malitia, concupiscentia, & infirmitas: quibus iustitia originis per varios habitus medebatur: quorum complexio rectè dicta est iustitia originis, iustitia quidem, quia erat perfectio totius hominis omniumque facultatum eius, tam inter se, quam in ordine ad suos cuiusque actus, ratione cuius dicitur Deus fecisse hominem rectum. Dicitur originis, quod eam ab origine sua homo habuerit, & deinceps habituri essent omnes homines per originalem generationem, non quidem potestate seminis, aut vllius causæ naturalis, sed proximè à Deo, sicut ipsam animam rationalem.

Alia quædam exterior homini excellentia conueniebat, ex loco cuius fiebat incolæ præstantia & dignitate. Illico enim in Paradisum, triduo ante præparatum, inductus. Extra illum enim formatum esse constat, cum Moses aperit dicat hominem à Deo sublato, & positum in paradiso voluptatis. Extra paradisum quidem, inquit Chrysostomus b, formauit illum, sed mox introduxit, vt re ipsa sensu beneficiorum fruereetur, sciretque quantus illi honor esset concessus, Vox introducendi ἄγγελος, innuit speciem visibilem deducens, de qua paulò ante dicebamus c. De terra porro vnde translatus est Adam, cum tacuerit Moses, constare non potest; præsertim cum nondum diuisæ ac denominatæ essent regiones. Plerique agrum Damascenum, Iudæi terram suam ambitiosè suggerunt, neutrum satis probabiliter propter distantiam; statim enim cum nouo miraculo in hortum, per multa terrarum spatia transferendus erat. Cur autem ed translatus? Nimirum vt illic habitaret, & vt operaretur, & custodiret illum. Noluit otio Adam torpescere, aut prosperitate insolescere, vt ait Chrysost. d sed rationem habere cum terra, & agriculturalum innoxias degustaret voluptates, laboriosa operatione seclusa. Voluit quoque hortum sibi custodire, ne ipsum peccando amitteret, vt eleganter tradit August. e qui addit etiam à bestiis vultu custodierit, ne rebus eius nocerent.

Dum autem Adamus in horto solitarius ambulat, & delicias sibi à Domino Deo præparatas studiosè contempletur, intuitus eum Dominus dixit apud se f. Non est bonum esse hominem solum: ab eo enim sole genus humanum propagari non poterat. Iraque de socia illi

XLII. Non fuit vnus habitus.

a 1. p. q. 85. art. 3.

Ostenditur ex naturæ voluptibus.

XLIII. Hominis excellentia ex loci præsentia.

b hom. 13.

c n. 28 29. Vnde translatus fuerit Adam.

d hom. 14. in Gen.

e 1. 8. de Gen. ad lit. c. 9. et 10.

XLIV. Deliberatio de condenda muliere. f c. 2. 18.

danda quasi deliberans, vt productionem quoque feminae honoraret. Faciamus ei, inquit, adiutorium simile sibi. Id adiutorium ad solam liberorum procreationem refert Augustinus a; referunt quoque Ambrosius & Rupertus. Negat porro idem August. esse vllum aliud negotium, in quo non melius per virum, quam per mulierem prouideri possit. Audi & Hieronymum b; Quod si propter dispersionem domus, & languoris solatia, & fugam solitudinis ducuntur vxores, multo melius seruus fidelis dispensat, obediens authoritati Domini, & dispensationi eius obtemperans, quam vxor, qua in eo se existimat dominam, si aduersum viri faciat voluntatem. Sic ipse. Intelligi tamen possunt alia bona adiutorij nomine comprehensa, quæ Scriptura c de bona muliere celebrat, quæ eam vocat viri bonum, auxilium, gaudium, donum, benedictionem, coronam, vt notauit quoque hoc loco Lipomanus.

Hanc condendæ mulieris deliberationem, excepit deductio Animalium ad Adamum, iuxta ordinem Mosaicæ narrationis, siue quia, vt placet D. Chrysostomo d, voluit Dominus ostendere, ipsum quidem in animantibus multos inuenturum adiutores, adiutorium autem simile sibi nullum; proptereaque tale aliquod esse producendum. Ideoque rectè subditur, Ada vero non inueniebatur adiutor similis eius. Eua autem producta videtur dicere se tale adiutorium reperisse, cum ait, Hoc nunc os de ossibus meis, idest, mihi simillimum adiutorium, ante quaesitum nec inuentum. Siue quia volebat intelligi ab Adamo, in humana specie sicut in cæteris, vtrumque sexum debere inueniri, vt notauit Ambrosius e. Sed quomodo adducta sunt hæc animalia ad Adamum; Responder Augustinus f, visis quibusdam, quæ ministerio Angelorum ipsis obiecta sunt, suauiter mota ad Adamum se contulisse. Et quidem de singulis speciebus bina duntaxat, masculum scilicet & feminam, quia id sufficiebat; vt notauit Ambrosius g. An autem pisces quoque ad Adamum per illa quatuor paradisi flumina adducti fuerint, res dubia est. Certè ad prædictum illum finem adduci non oportuit, cum sexus agè distinguatur in piscibus, & ad probationem dominij satis fuit præcipuis animantibus, tanquam sibi subditis, dari nomina, inde enim dominium in minora & imperfectiora facile intelligebatur.

Iam verò quod ad nominum impositionem attinet, quam ab Adamo factam Scriptura dubitare non sinit; dici potest Deum illustrasse Adami intellectum, non quidem ingerendo menti eius hæc nomina, sic enim non Adam, sed Deus ipse nomina imponeret, sed tribuendo vim eius intellectui, ad excogitanda diuersa nomina conuenienter naturis animalium. Sic longè post impleuit Dominus sapientia Beseleem & socium eius, non solum ad egregiè fabricandum opera sanctorij, sed etiam ad excogitandum ingeniosè, quæ ad illius operis perfectionem faciebant. Idioma porro, ad quod hæc vocabula pertinebant, à Deo inuentum fuisse, coque vsu esse antequam formaret Ada-

num, eiusque cognitionem tam Adamo, quam Eua cum reliqua scientia intulisse, author est Tostatus a, idque per firmam & habitualem cognitionem vocum, cum qua poterunt tam explicitè loqui, quam post annos plurimos. Id autem idioma fuisse Hebræum, docent vocabula propria, quæ primis illis temporibus vsurpata, tempore Moysi perseuerabant. Sed hæc pluribus in Annalibus b, & apud Abulensem explicata reperies.

Sed longiori ne tempore, an breuè admodum facta est ista denominatio? Certum quidem est hoc sexto die fuisse inchoatam, ante ortum Eua, an autem perfecta fuerit dubitari potest. Et videtur sanè vero similius plus temporis huic negotio datum esse, quoniam ea nomina numero plurima, non fuerunt dictata quasi ex memoria factæ diuinitus reuelationis, sed excogitata; studiosè scilicet considerata natura, figura, proprietatibus, moru, aliisque effectis, vel adiunctis singulorum. Quæ est sententia Hugonis à Sancto Victore c, imò & Sancti Augustini d, & Rupertii e. Id ergo non fuit vnus horum negotium, nec erat quod cogeret hanc accelerari nomenclaturam. Nam quod aliqui eam perfectam putant ante formatam mulierem; sufficit ad textus veritatem rem tum fuisse inchoatam, & omnibus obiter perustratis, Adamum non inuenisse in illis adiutorium simile sibi. Sequitur ergo iam Adami somnus, & Eua formatio.

Immisi Dominus, ait Moses f, soporem in Adam. Videndum est quis fuerit hic sopor, & qua de causa inductus. Et primum habuisse aliquid hunc somnum præter naturalem consuetudinem, ex eo indicatur quod dicitur immisus à Deo, cum aliqui sensum sine sensu obrepere soleat; & ex eo vel maximè quod plerique omnes antiqui Patres, qui hunc locum attingerunt, hunc somnum extasim vocant, præsertim Græci: secuti Septuaginta Interpretes, qui diserte hunc somnum extasim vocant, Aquila, Hieronymo teste ἄνεσθη, Symmachus ἄνεσθη, sicut & Chrysostomus, quibus & Latini consenserunt, Augustinus, Tertullianus, Hieronymus, Bernardus, & alij. Raptum etiam vocat Abulensis: Oleaster spasmum, & syncopen vocari posse putat; vt scilicet quam maximè auocatis sensibus, nullus esset sensus vel dolor ereptæ costæ. Quam causam immissi soporis tradunt Sancti Bernardus g, Epiphanius h atque Chrysostomus i. Nullum autem fuisse dolorem ex eo patet, quod ne enigilauerit quidem. In quo mirabilis Dei potentia agnoscitur, vt notauit Magister. Quamquam potuit etiam vigilantem eripere, sine dolore, & maioris potentia miraculo, vt disputat Tostatus k. Dormienti autem abstulit, siue quia sic res credibilior futura erat. Vulgus enim id facilius credit dormienti factum, quam vigilantem: siue quia noluit Deus Adamum esse spectatorem operis huius, & fabricæ vxoris suæ: siue quia sic commendabatur nouicia, quam diuinitus accepit de vxore sua, facta ex ossibus, & carne sua.

a in c. 13. Gen. 2. 34. 342.

b n. 100. et 342.

XLVII. Denominatio an breuè facta.

c Annot. in Gen. c. 7. d 1. 9. de Gen. ad lit. c. 12. e 1. 2. c. 33.

f c. 2. 21. XLVIII. Adā somnus qualis.

g Gen. 1.

h Sermon. 2. de Septuag. h Harpsi 48.

i Hom. 15.

k in c. 13. Gen. 2. 352.

XLIX. Formatio Euz. historica. a. num. 170. & f. 11.

Quod ad hanc porro formationem pertinet, quas ea de re opiniones reperio, excogitatas, vel adamas ab hominibus eruditis, Eugubinum dico & Caietanum, quas accuratè in Animalibus nostris a examinatas, hoc loco, breuiter causa, praterire cogimur. Illis ergo reiectis, reiectisque opinionibus, veram & historicam esse Mosi de productione mulieris narrationem profiteamur; negamusque eam aliter, quam ipsa Scripturæ verba pronunciant, & Patres perpetuo interpretati sunt contigisse. Deum scilicet Adamo consopito costam vnā eripuisse, & quidem non siccam & nudam, sed cum adhærente carne, qualis in homine viuente reperitur; quod illa Adami verba perspicue docent, b. Hoc nunc os ex ossibus meis; & caro de carne mea. Et quidem siue ipsum per sese Deum eripuisse, siue Angelico vntem ministerio, sine vllo vel dolore, vel deformitate.

L. An ex nuda costa. c. Ioan. 6. 9. & Matth. 16. 9.

Eam costam Dominus ita amplificauit nouæ adiectione materiæ elementaris, vt ad formandum totum Euz corpus, in mole & quantitate perfectæ ætatis ipsius sufficeret; sicut tanto post Christus Dominus c, ex quinque panibus hordaceis, tantam vim panum produxit, quanta necessaria erat ad victum multorum millium. Neque propterea dici debet Eua ex illa materia potius, quæ maior erat, quam ex costa producta: quoniam hæc costa primo & per se electa erat ad productionem mulieris, cætera adiectionia erant d. Sicut illa quinque millia virorum refecta dicuntur ex quinque panibus, non ex aduentitia materia in panes conuersa.

LII. Cur ex viro producta mulier. c. l. de Parad. c. 10. f. l. 10. de Ciui. c. 16. g. l. p. 9. 92. a. 3. h. l. 1. Occon. c. 3.

Quemadmodum autem ex viro producta est mulier, ad pacis inter homines, & vnitatis incitamentum, vt eleganter disputant Ambrosius e, & Augustinus f, ed quod vna sit omnium origo, vnum atque idem caput; ita ex viti latere educta est, ad socialis vitæ argumentum, ne si educta esset ex capite dominari viro cuperet: si ex pedibus, eam vir seruilem tractaret in modum, vt obseruauit Sanctus Thomas g. Addo ex Aristotele h ad hanc communionem firmandam prouisum esse diuinitus, vt sexus fortior infirmiori iungeretur, vt infirmior ad res custodiendas propter timorem esset aptior, robustior autem ad propugnandum propter fortitudinem utilior: & vir parta foris afferret, quæ mulier conseruaret domi. Vir quietis impatiens domi, validus esset foris ad exercitationes & motus; mulier, quæ foris excubare non potest operi domestico, liberisque educandis assiduitatem præberet. Vnam denique non plures Deus ex viro mulieres formauit, ad vxorum commendandam vnitatem, vt obseruauit Innocentius i. III.

LIII. Ad Adamum deducitur. k. c. 2. 23.

Eam longiusculè ab Adamo dormiente fabricatam, & spiraculo vitæ imbutam, animo scilicet rationali præditam, proindeque Dei imagine & similitudine ornata, adduxit ad Adamum, idem ille, qui paulò ante animalia adduxerat, futuri coniugij paranympus. Hinc statim Adam k. Hoc nunc os ex ossibus tuis, &c. Quibus ex verbis inferimus, omnia r. Chryostomus, Adamum, præ-

ter cæteram sapientiam, etiam prophetica gratia in exstasi diuinitus fuisse donatum, qui gestorum inscius, proclamari eam mulierem ex ossibus carnibusque suis sumptam esse. Simul etiam intelligendum est, eum qui sciret dictum à Deo non esse bonum hominem esse solum; in exstasi quippe didicerat vnde, quomodo, & quam ob causam formata esset Eua, in coniugium cum illa consensisse: & Eua vice versa pari consensu Adamum in virum acceptasse. Sed & diuinitus inspiratam legem de legitimo matrimonio condidisset a, vt ex Euangelio constat.

Ordo porro naturalis huius narrationis exigit, vt virum & mulierem in coniugium consentientes, Deus, qui eos coniungebat, etiam benediceret, non tam bene precando, vt solemus nos, quam benefaciendo, eis scilicet fecunditatem largiendo, vt fecerat iam terræ & aquis, & omnibus animantibus. Hanc benedictionem expressit Moses, cum primo capite b breuiter humani generis productionem perstrinxit. Benedixit, inquit, illis Deus, & ait, Crescite, & multiplicamini. & replete terram. Non prius datam benedictionem, quam vterque productus esset, & verba, quæ ad vtrumque referuntur, & res ipsa docet quia vtrique necessaria erat benedictio. Constat enim altero coniugum sterili, nullam esse ex coniugio propagationem. Nec priuanda fuit Eua consolatione diuinæ benedictionis: quæ mox præcepti & comminationis particeps facta est.

Sed conueniebat Deum Opt. Max. qui has conciliabat nuptias, & vtriusque patrens erat, vtrique etiam amplum patrimonium, & dotem dare, quoniam diuitem se negare non poterat & eum liberalem totius mundi productio gratuita facta prædicabat. Ergo præter ingentes omnino corporis animique dotes, quibus eos statim ab ortu suo cumulate locupletauit, quas capitibus aliquot comprehensas supra perstrinximus e, in super illis quasi patrimonium dat vnipersam terram. d. Replete; inquit, terram & subiicite eam. Non vult eos subiicere sibi terram edomitis hostibus, qui nulli adhuc erant, sed ostendere illam sibi quasi dominis esse subiectam; vt vbique possent quasi in solo & fundo suo habitare, plantare, ædificare, &c. quæ licent singularum locorum dominis: denique illud de se verissime vsurpare e, Omnis locus quem calcauerit pes noster, noster erit. Addit autem famulos, seruitiumque copiosum. f. Et dominamini piscibus maris, & volatilibus cali, & vniuersis animalibus, quæ mouentur supra terram. Neque obliuiscitur redituum annorum, quibus dominorum, vita famolorumque sustentetur. g. Ecce dedi vobis omnem herbam, & vniuersa ligna, vt sint vobis in escam; & cunctis animalibus terre, &c.

Verum hæc ipsa paucis decursa, quasi deuorata, iterum degustemus. Crescere iussit & multiplicari, & replere terram, non certi cuiuspiam impositione præcepti, idem quippe dictum fuerat piscibus auiibusque, vt notauit Chryost. i. quas, vt rationis expertes, constat præceptis informari non posse, sed largitione

In matrimonium consentiunt. a. Matt. 18. 6. Mar. 10. 9. LIII. A Deo benedicuntur. b. v. 28. LIII. Et amplo patrimonio locupletantur. c. n. 30. & segg. d. v. 20. e. Deut. 11. 20. f. Gen. 1. 28. 29. g. Ibid. LIII. Benedictio coniugum non habet præceptum. h. hom. 10. in Gen.

a. l. 14. de Ciui. c. 21. &c. Neque reprehensione continetur.

eximie fecunditatis, qua à duobus hominibus non vicus aliquis, aut pagus aut oppidum, sed totus terrarum orbis habitatoribus repleti posset. Ita profecto sensit S. August. a qui hic non præceptum vllum, sed donum nuptiarum agnoscit, simulque mulierosos illos perstringit hæreticos, qui insana lidibine prurientes, indico continentia, quamuis Deo promissa, bello, eam hoc loco, si superis placet, Domini ore damnatam mentiuntur. Nec minus eorum causam iugulat Moses, qui Deum ipsum paranympum nuptiarum facit, cum illi nuptias diaboli opus esse iactarent. In vtroque passim antiquissimi Patres fortia tela vibrant, quos hic percensere contracti operis ratio non patitur.

LVI. Geminus hominis cibus. b. cap. 2. 25.

De victu autem & vestitu quid dicemus? nihil sanè nos vestitus remorabitur b; Erant enim ambo nudi: sed luce innocentia, & candida simplicitate recti; vestibus non indigebant. Victus amplius retinebit, præsertim cum eo homini assignando, prohibitionem inseruerit, vt intelligeret, qui omnium Dominus factus fuerat, vnum se habere Dominum factorem & conditorem suum. Geminus datur homini cibus, herba terræ, siue olera, & arborum fructus, sed datur homini brutisque communis, vt terræ hic atque animantium Dominus intelligat, se in cibi necessitate brutis animantibus aggregatum, ad elationem animi quotidie comprimendam: & simul agnoscat, qui magnus pater - familias prouidentia sua ita filios amplectatur, vt ab ea ne seruitia quidem excludat. Aperit, quippe, manum suam, & implet omne animal benedictione, domesticum & ferum, abiectum & nobile, validum & infirmum, terrenum & volucrum, nec est quod negligatur à bonitate eius. Quid ergo piscium nullæst hic mentio? An quia Dominus meminisse voluit animalium, quæ cibum habent cum homine communem? Alioqui eorum æque meminisset in assignando cibo, atque in tradendo super eos dominio.

LVII. Quibus aliis cibus vsus videatur.

Facile porro est intelligere hominè solis herbis frugibusque; terræ, & fructibus arborum ante diluuium esse nutritum, propter eximiam eorum vim & bonitatem: quæ non solum necessitati faceret satis, sed appetitum etiam ita expleret, vt nihil præterea desideraretur: quanquam nihil dubito eos & lacte de pecoribus, & melle de apibus esse vsos: forte etiam non defuit natium saccharum, & manna, & id genus sponte ortæ delicia. Nec credibile est in tanta frugum copia patres illos porcis suas inuidisse glandes; et si id plerique antiqui, recentioresque, in aureo seculo solenne fuisse prædicarunt.

LVIII. Agricultura dediti. c. c. 15. & c. 3. 17. Eccles. 2. 8. 29. & 39. 35.

Nonnulli etiam vsus agriculturæ, illi ætati aureæ non rectè negarunt. Nam si Adamus terram, Scriptura teste, operabatur, nonne & terram sementi præparabat, & seminabat, & colligebat fruges, & ex tritico panes conficiebat? Nam ininitium vita hominis, ait Sapiens c, aqua & panis, & post innocentiam perditam vestimentum, & domus protegens turpiudinem. Addit alio loco sal, lac, panem similitagineum, mel & oleum & vuz botros: quæ si quis Adamo & primis illis hominibus valde conuenire dixerit nihil absurdi opinor dixerit. Nam que

tanta est in hominibus peruersitas, ait Romanus orator a vt inuētis frugibus glaude vescantur. Num putamus Adamum aut Eua ignaros artificij molendi, pinfendi, aut omnino conficiendi panis? qui delicatas omnes artes nouerant, num necessarias ignorabant? quidni & in vsu vocarent? Esium carniū, & vini porum non sane ignorabant, sed ab inconcessis, suo mox edocti malo, temperabant: vnde nec vini, nec carnis vlla mentio in citatis Syracidæ locis.

At difficilior est intelligere qui satis tum fuerit à Deo prouisum de cibo animalibus carniuoris, quorum natura mutata non est, per hominis peccatum Existimo probandam hoc loco Caietani sententiam, Molem herbarum duntaxat & fructuum arborum in victum hominum & animantium meminisse, quod hic sit communis animantium cibus, nec vllum sit animal, quod in fame his viuere non possit, vt tempore diluuij in arca probatum est. Tacuisse autem peculiarem cibum, de quo à Deo huiusmodi animalibus prouisum est, quod hic appetitus sit eis proprius non communis, quem describeret. Sicut autem non omnes hominis cibos tum concessos expressit, vt diximus b, sic nec absurdum est, quosdam quorundam animalium cibos fuisse præteritos.

In illo porro humano cibo visum est diuinæ sapientia, hominem quem aspectabilis huius mundi Dominum constituebat, sibi præcepto imposto declarare subiectum. De quo postremo sexti huius diei opere quatuor illa nobis breuiter inquirenda sunt, quando, & quam ob causam datum fuerit homini hoc præceptum, quale id fuerit, & qua pœna sancitum. Et tempus quidem dubium facit series Mosaicæ narrationis, in qua præceptum hoc statim introductioni Adami in hortum subiicitur: phrasia ipsa singulari elata numero videtur exigere vt dicamus datum Adæ, antequam Eua produceretur, quæ fuit S. Ambrosij c, & Chryostomi b sententia. At S. August. anceps fuit, anceps quoque Pererius & Abulensis; probabilis tamen vterque putat Eua nondum fuisse productam, propter narrandi ordinem in textu seruatum, & ne tardante Domino dare præceptum, forte Adami de fructu prohibendo comederet? sicque sublata fuisset occasio Tentatori.

Ex aduerso pugnant tum versio Septuaginta interpretum, quæ ferè plurali numero concepta est: tum verba Euz e, Præcepit nobis Deus ne comederemus; tum serpentis. Cur præcepit vobis Deus ne comederetis, &c. Num oblitus esset versipellis, si Adamo soli locutus fuisset Deus, dicere, cur præcepit Deus viro tuo, &c. vt significaret illam præcepto minime obligatam? Iosephus secutus Septuaginta idem affirmat, sicut & Gregorius Magnus f, Rupertus g, Caiet. Fonseca, Lipomanus, Eugubinus, Del Rio, Cornelius à lapide, & alij. Mihi certè probabilius videtur iam fuisse ductam Eua, cum hoc præceptum datum est. Nam & fieri potuisse clarum est, iuxta ordinem rerum hoc die sexto gestarum, quem supra digessimus h & factum esse Septuaginta sua versione docuere, & fieri decessisse apparet, vt tanto diligentius obseruaretur, quanto certior vterque esset de probatione diuina, quam ex eius

a. In Oratore. Vbi sunt panes.

LIX. Quis cibus carniuoris datus.

b. num. 57.

LX. Præceptum Adami & Euz datum.

Quo tempore.

c. l. de Parad. cap. 12. & lib. de Instit. Virg. cap. 4. d. hom. 34. in Gen.

LXI. Post Eua conditam. e. cap. 3. 3.

f. l. 35. Mor. cap. 10. g. l. 2. c. 32.

h. num. 7. 8. &c. Et quamobrem.

ore ambo suis ipsi auribus accepissent. Nec series Mosaeicae narrationis hanc evertit sententiam, cum constet illum non semper rationem temporis habuisse, alioqui paradisi productionem die tertio, non autem post septimum enarrasset. Locutus autem est in singulari, quia nondum exposuerat formationem mulieris, nec decebat eam alloqui, quae nondum erat. At Septuaginta ut innumerent non servatum à Mose ordinem temporis, & singulari & plurali numero in eodem præcepto vsi sunt, sicut & Apostolus. Nec necesse fuit statim inducto in paradysum Adamo dari legem, quia satius erat dari vtrique, ut diximus, & tempus perbene interiectum fuit.

a Gal. 6. c. 2.

LXII. Causa dari præcepti.

Causam dari præcepti hanc in primis sancti Patres agnoscunt, ut Deus se hominis Dominum ostenderet, quantumcumque is cæteris omnibus rebus imperaret. Ad id autem hoc præceptum valde aptum fuit, quippe quod datum est non de malo aliquo vitando, vel bono faciendo, quod naturæ lex & recta ratio vitandum, aut faciendum diceret, sed quod ex sola iubentis voluntate penderet, quod Chryost. sic explicat. *Hæc faciebat, inquit, Quasi Dominus aliquis liberalis, qui præclaras ades alicui concedit, pactâ quapiam in singulos annos pecunio, qua ille moneatur habere se Dominum, ad quem directè ades illa pertineant.* Voluit ergo Dominus hominem obedientiam exercere, & obediendo promereri felicitatem, quam ipsi quoque proponebat ut coronam iustitiæ; quæ mens est sanctorum Patrum; in primisque Augustini, atque magni Gregorij. Ea porro inobedientia hoc maior agnoscitur; quod præceptum ipsum Domini iustius erat, & facilius. Quid enim iustius quam vna in re gratificari hominem Deo, à quo cuncta gratis acceperat? Quid facilius quam vnus duntaxat arboris fructu abstinere, cæteris omnibus, quæ infinitæ erant, eius arbitrio, potestatiue permissis, ut iis quando, quoque modo placeret vteretur?

b l. hom. 14.

Inobedientia grauitas. c. l. 8. de Gen. ad lit. c. 11. c. 1. 3. de Ciu. c. 20. d. l. 15. Mor. c. 10. vel 13.

LXIII. Quæ illi pœna imposita.

Quin & ipsa pœna capitalis, quæ huic præcepto erat imposita, appetitum ipsum frangere debebat, & intellectum docere, rem hæc agi maximè seriam, cum eam ab optimo & sapientissimo parente profectam constaret, & in ea innumerabilium hominum salus, vel æterna damnatio verteretur. Itaque hæc pœnæ magnitudo valde auxit inobedientiam, & in re, natura sua leuicula, mortiferum scelus inuexit. *Kbi enim, ait Augustin. magna est inobedientiæ pœna proposita, & res à Creatore facilis imperata, quæ suam satis explicet, quantum malum sit non obedire, in re facili, & tanta potestatis imperio & tanto terrenti supplicio?* Ostendit enim huiusmodi pœna quantum res cordi sit Legislatori, in cuius voluntate sita est vis ac vigor legis, Dei præsertim, cuius vnus voluntas regula est iustitiæ & æquitatis. Mortem autem corporis intelligi constat, ex interpretatione Apostoli Pauli.

c l. 14. de Ciu. c. 15.

f Rom. 5. 12.

LXIV. Quamque lenis ea fuerit.

Tanta porro fuit diuina bonitas & clementia in huius vel interminatione, vel inflicione, supplicij, ut Deus re ipsa minaretur duntaxat hominem peccati reum pristinae suæ miseriæ & mortalitati restituere ei scilicet, quæ ipsi, ex natura suæ principijs debebatur, & à qua iustitia originis, & lignum vitæ reddebat immu-

nem. Sic ergo intelligendum est illud, *morte morieris*, id est, ad naturalem moriendi necessitatem redibis, non autem quod statim moriturus erat, ut nongentorum & tringinta annorum vita comprobatur. Quod ad animam verò, cuius vita est gratia, mors peccatum, statim mortui sunt. Hoc porro præcepto primis parentibus imposito, finem accepit dies mundi sextus; cum illi in magna vitæ puritate atque innocentia viuere cœperunt, magna consolatione & lætitia. Quo diei fine *vidit Deus cuncta que fecerat, & erant valde bona*: quia præter singulorum bonitatem, accedebat illa bonitas ordinis & proportionis omnium membrorum istius magni corporis, quæ singulis affert aliquod extrinsecum bonitatis incrementum; ipsum autem totum ita perficit, nihil ut redundet, aut desit.

Quomodo mortui dicantur.

a c. 1. 31.

DIES MVNDI SEPTIMVS.

igitur perfecti sunt cæli & terra, ait Moses, & omnis ornatus eorum, compleuitque Deus die septimo opus suum quod fecerat, non dicit quod faciebat; neque enim protraxit aliquod prædictorum operum ad diem vsque septimum, sed omnia perfecit die sexto extremo; septimus autem est terminus extrinsecus totius creationis: proptereaque explicandi causa Septuag. *Et perfecit Deus, aiunt, in die sexta opera sua que fecit.* Itaque requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat, non quasi ex labore fatigatus, sed ut desinens noui aliquid producere, non cessans tamen omnia conseruare, atque gubernare vsque in præsentem diem. *Benedixitque diei septimo, & sanctificauit illum, quia in ipso cessauerat ab omni opere suo.* Adest igitur dies quietis & cessationis Dei, ab omni opere quod fecerat, nõ quod facere potuerat, si libuisset: dies benedictionis, id est approbationis & laudis piorum operum, quæ huic diei destinata erant. Dies enim magnus & benedictus dicitur, propter opera quæ in ipso fiunt; Dies sanctificationis, id est segregationis à profano vsu & dedicationis in cultum & honorem Dei: Dies contemplationis diuinorum operum, & gratiarum actionis: Dies denique reparationis virium hominibus & iumentis addictis seruituti hominum. Eorum enim curam gerens clementissimus Dominus, non indignum putauit maiestate sua ita scribere in lege sua, *Septimo die cessabis, ut requiescat bos & asinum tuum, & refrigeretur filius ancilla tua, & aduena.*

I. Quis diei septimi. b c. 2. 1. 2. c.

Eiusque commandatio.

c Exod. 23. 12.

II. Eius obseruatio mundo coæua. d Tertul. l. contra Iudaos. c. 2. Vasabi. hic.

Quamuis autem ex hoc perspicuum sit quam antiqua sit diei septimi sanctitas & obseruatio, non desunt tamen qui eius obseruationem lege Mosis antiquiorem negent. Rectius tamen est asserere, iam inde à principio sabbatum fuisse celebratum: idque satis indicatur in ipsa lege vbi dicitur, *Memento ut diem sabbati sanctifices.* Cur enim renouatur memoria, nisi ad significandum rem, quæ iam in antiquo vsu est, lege noua stabili? Neque est cur existimemus Adamum, aliosve Patriarchas non vnum aliquem diuino cultui dedicasse diem, prælucente naturæ lumine, & dictante tempus aliquod Deo colendo assignandum esse. Quis autem credat eos non potius exemplo Domini diem

septimum,

septimum, quam aliquem alium eligisse? Res autem ipsa postea in mores piorum abierat, lege Mosaeica postea sancita est.

III. De hominis ruina per peccatum.

a c. 1. v. 15. Quamdiu manserit in paradiso.

Et hæctenus quidem de productione rerum, ipsiusque hominis actum est, sequitur vt de ipsius ruina cum Scriptura dicamus. Prius tamen inquirendum videtur, quanto tempore in illo felicissimo statu vixerit, quidque interea egerit; ad quem statum illa verba pertinent, *Erant autem vterque nudus, & non erubescabant.* De tempore tres reperio apud Cæsarium opinioniones, vnam quæ diem vnum, nec integrum facit Adamum paradisi colonum: alteram quæ sex illum diebus illic retinet, tertiam quæ quadraginta, quam & ipse amplectitur, cui etiam quartum addit, quam mauult recipere, quàm Moses Bar- cepha declarat fuisse annorum triginta, quod scilicet Christus mortalem hæc vitam Adæ peccatum luendo traduxit. Sed hæc minimè omnium probabilis est, reliquarum trium media maximè videtur probanda. Neque enim rerum sexto die gestarum ratio patitur, vt eodem die tentatio contingerit, & omnia, quæ illi coniuncta sunt, perfecta fuerint.

IV. Non fuisse vnici diei moram.

b n. 47.

Producta quippe sunt omnia terræ animalia, tum à Deo tanquam bona approbata. Initum est de homine producendo consilium, formatum de limo terræ corpus hominis, & inspirata anima viuificatum: deducitur deinde in Paradysum. Rursus delibet Deus de producenda muliere: animalia in hortum ad Adamum deducuntur, quibus & nomina sapienter excogitata imponit, quod opus non vnus aut alterius horæ quidam censuerunt, sed multorum dierum, aut longioris etiam temporis, vt superius dicebamus. Deinde obdormiscit Adam sopito costa eripitur, repletur caro pro ea. Eva ædificatur, Adam euigilat, deducitur ad eum mulier, agnoscitur, denominatur, concilian- tur nuptiæ, datur vtrique benedictio, fœcunditas, & dominium in vniuersa animalia eius cunctisque animantibus; assignatur cibus, fructus arboris vnus, sub pœna capitis excipitur. Si quid temporis eo die reliquum fuisse dicamus; quomodo id satis fuit Tentatori ad explorandum quomodo illi, viuerent in horto, & qua ex parte opportuniore essent ad tentationem: id enim vna atque altera hora fieri vix potuit. At oporteret etiam non parum superesse temporis ad tentationem, cuius summa tantum refertur, & ad culpæ agnitionem, & ad vestes ficulneas, & ad latebras, & ad totum iudicium à Deo cum peccatoribus habitum, & ad eam, quæ mox secuta est, expulsionem. Denique ex eis, quæ paulò post dicentur, de primorum parentum in horto consuetudine atque vsu, luculentius illa præpropria eorum culpa, & eiectio refelletur.

V. Sed potius celo, & qui ita sentiant. c l. 6. in Gen. n. 89.

Existimamus itaque probabilius Adamum & Euam octauo à sua productione die, feria sexta secundæ Mundi hebdomadæ peccasse, & paradiso eiectos fuisse. Ita sentit aut conicit Pererius, Del Rio, Tornellus, Lipomanus in Catena in Genes. & è sectariis Codomanus. Eadem fuit sententia multorum, quos refert Cæsarius Adæ gesta memoriæ prodidisse. Cum enim sex dies memorant, primum quo creatus est, & vltimum quo peccauit, quasi inchoatos & imperfectos omiserunt. In eandem sententi-

facili adduci potest S. Iren. a, & quicumque dixerunt Adamum eadem die qua creatus est peccasse, & ex horto eiectum esse, eadem videlicet specie non numero, eademque ipsa Christum, ad tollendum peccatum Mundi passum esse. Deinde non paucas horas, sed plures dies videtur exigere illa vox Euæ, *De fructu lignorum que sunt in paradiso vescimur*, quod significat non solum vesci possumus, sed etiam vesci solemus, vt notauit Perer. *Tale pomum, ait August. b fuisse credendum est in illa arbore; cuius generis poma in aliis arboribus innoxia senserant. Mox dum Deus in hortum venisset, inquit Iosephus c, Adamus antea cum Deo familiariter colloqui solitus, conscius sibi iniustitiæ secedebat.* Et iterum. *Deus autem sciscitabatur, quid ita prius delectatus sua consuetudine, nunc fugitaret, quæ videtur ille ex suorum Hebræorum sensu, & traditione retulisse.*

a l. 5. c. 23. vide infra p. 930. n. 7. Confirma- tur.

b l. 11. de Gen. ad lit. c. 31. c l. 1. Ant. c. 1.

VI. Quam ibi vitam egerint.

d l. 14. de Ciu. c. 18.

2.

e Gen. 2. f. l. de para. p. 1. c. 20. post med.

3.

VII. Sine vlla molestia.

l. 14. i. 26. Contemplantes rerum naturas.

5. VIII. Spiritualia item ac diuina.

g in i. libri

Quoniam ergo positum est primos parentes diebus aliquot vitam egisse in horto illo amœnissimo, age quam ibi vitam dixerint siue quod ad corpus attinet, siue quod ad animam, inspiciamus. Primum nullis perturbationibus agitato fuisse docet S. August. d, quod alioqui non beati in illo beatitudinis loco, sed miseri fuissent, si timore, vel dolore, cæterisque malis vgerentur. Docet etiam nec cupille lignum veritum, nec consequenter timuisse mortem, quia talis cupiditas contra præceptum, fuisset peccatum, quod supponitur nondum irrepisisse. Tota autem Augustini phrasis, sapit longiorem in paradiso vitæ consuetudinem. Viuebant secundò sine confusione nuditatis, vt Scriptura ipsa testatur e: sed eam mox peccatum inuexit, Deo ita disponente, vt ait Moses Barcepha f, vt verecundia instar fræni esset ad iuuandam voluntatem, quæ sola hunc affectum domare vix posset.

Tertio viuebant sine vlla necessitate corporis aut molestia, vt fusè & eleganter explicat Augustin. toto ferè libro 14. de Ciu. capite præsertim vigesimo sexto. Quarto animalium cæterarumque rerum creaturarum naturas contemplantur. De animalibus, quibus Adamus nomina dedit naturis singulorum consentanea id satis constat; cur cæterarum quoque rerum, puta plantarum, metallorum, gemmarum, cælorum ac syderum naturas, & proprietates admirabiles, naturam denique angelicam & humanam contemplari negligeret, nulla idonea causa fingi potest. Quæ est Lipomani sententia in Catena in Genes. in ea verba, *Adduxit ea ad Adam, vbi ita concludit, Non ergo in paradiso otiosus fuit, sed pro maxima sapientia illi concreata rerum naturas solerter indagauit, vnde nec tam parua mora credenda est fuisse ei in loco illo.* Sic ipse.

Quinto viuebant spiritualibus contemplationis ac deuotionis deliciis delibuti, angelorum pene ciues, & domestici Dei. Id sine controuersia contigit in illa prima ecclasi, cum formata est Eua. Id etiam sæpius hoc medio tempore contigisse, non obscure significat S. Gregorius in quarto Dialogorum h. *Peccando, inquit, extra semetipsum fufus, iam illa cælestis patriæ gaudia, quæ prius contemplantur, videre non potuit. In paradiso quippe assueuerat homo, verbu Dei perfrui, Beatorum Angelorum spiritibus cordis*

munditia

munditia, & celsitudine visionis interesse. Sed postquam huc cecidit, ab illo quo implebatur mentis lumine recessit. Quæ verba aperte docent Adamum non exiguo tempore in statu innocentie perdurasse, quis enim de pauculis horis consuetudinem vsurpet? Denique transiitum expectabant ex hac vita, non expoliandi corpore, sed superuectendi immortalitate. Interea vero alebantur alijs cibis quos sumebant, ne animalia corpora molestis aliquid esuriendo ac sitiendo sentirent, sic August. a cam quam dixi diuturnitatem confirmans.

DIES MVNDI DECIMVS TERTIVS.

I. Res diei huius. **P**aradiso vitæ ratio, istæ occupationes, ista felicitas, in qua ad octauum vsque diem, eundemque sextum secundæ mundi hebdomadæ, perseverabant, diem ruinâ Mundi, & eiusdem postea reparatione insignem: in qua callidissimus Satan, quem iam dudum vrebatur hominum non solum præsens, sed etiam futura felicitas, statuit Adamum eiusque coniugem, & cum iis totam eorum posteritatem, omnibus bonis euertere, & in sempiternas præcipitare miseras. Sed priusquam sigillatim seriem certaminis huius, & tentationis exponamus, historiæ fundamentum ponendum est, quod nonnulli labefactare conati sunt. Negat enim Caietanus in hac tota pugna, qua parentes nostri prostrati sunt, serpentem villo modo interuenisse, sed diabolum solum, qui serpentis nomine intelligatur, nec eius sermonem fuisse vocalem, qualis serpenti tribuitur, sed sermonem internæ suggestionis, quo diabolus serpente venenosa cogitatione inceptit, & eodem sermone genere vniuersum istum dialogum inter serpentem & mulierem intelligendum esse.

II. Altera opinio huic opposita Hebræorum fuit, & nominatim Iosephi b, qui in hac tentatione omnia serpenti, nihil diabolo tribuunt, quod Scriptura solius serpentis meminuerit. Tanta enim fuit istorum cæcitas, quos superuenientis Messia fulgor excæcauit, vt putarent serpentem tum locutione, & intelligentia præditum fuisse, quibus instructus familiariter cum primis parentibus versatus sit, & esum vetiti cibi persuaserit. Moxque addit Iosephus, à Deo in eius malitiam irato, serpenti vocem ademptam, venenum linguæ eius inditum, & priuatum pedibus iustum per terram volutari. Et confirmari potest ista opinio; quia si à dæmone, non à serpente erat ista tentatio, nihil intererat assumere stupidum animal, vel astutum. Deus quoque post tentationem non fuisset indignatus in serpentem, sed in dæmonem, & dæmoni pœnas intulisset, non serpenti, qui culpâ vacabat, non minus quam si quis obsessus à dæmone, ab eoque factus impotens sui, perpetraret eadem.

III. Dicendum nihilominus cum communi Doctorum sententia; dæmonem verum ac solum huius tentationis authorem extitisse, organo veri serpentis vtentem. Non est permissus diabolus tentare faminam, inquit August. nisi per serpentem, nec virum, nisi per faminam, sed in serpente ipse locutus est, vtens eo velut organo, mouensque

eius naturam, eo modo quo modo verè ille mouere, & moueri illa potuit, ad exprimendos verborum sonos, & signa corporalia, per quæ mulier suadentis intelligeret voluntatem. Vides hic aperte vtamque opinionem prædictam, per singula penè verba reprehensam. Sed addit rursum capite sequenti; Non itaque serpens verborum sonos intelligebat, qui ex illo fiebant ad mulierem, sicut nec ipsi homines cum dæmon in eis loquuntur, ea passione cui exorcista requiritur, sciunt quid loquantur.

IV. Cur serpens callidus dicatur. a in cap. 13. Gen. 9. 436. & seq. Quid autem idem Augustinus propterea serpentem dici putat sapientissimum, quia alieno iam spiritu, id est diabolo plenus erat, non persuasit Abulenti a, qui ait Scripturam loqui de calliditate, quæ serpenti naturalis est, non de ea, quæ illi ex diaboli præsentia contigit. Comparatur enim serpens cum animantibus terræ, tanquam rebus sui generis, & sic comparatur secundum calliditatem, quæ animantibus naturalis est. Nec Scriptura supponit calliditatem à diabolo acceptam, quia nullam de diabolo mentionem facit; nec serpens diabolicæ calliditatis, quæ intellectualis est capax esse potest. De vero nihilominus serpente Scripturam loqui Augustinus vbique docet, cui assentitur Albinus quæstionibus super Genes. Chrysostomus homilia 16. in eundem librum, vbi Iosephum de serpente intelligente aperte refellit, Rupertus b, Theodoretus, Basilius & Epiphanius in hæresi Ophitarum. S. Cyrillus l. 5. contra Iulianum. Adde Ioannem Damascenum c & Vener. Bedam, omnesque Scholasticos Theologos cum Magistro d. Quorum testimonia in Annalibus e magna ex parte reperies.

V. Per cum locutus est dæmon. Plurimos itaque testes habemus Scripturam de vero serpente, vt dæmonis instrumentum, esse locutam. Sed ipse Christus Dominus dæmonem totius fraudis architectum aperte docet, cum increpans ludæos, vos ex patre diabolo estis, inquit, & desideria Patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit. Homicida vero ab initio non aliter fuit, nisi quia primos homines veneno suæ mortificauit inuidiæ, vt ait S. Leo. Nec alia de causa S. Ioannes diabolum vocat draconem & serpentem antiquum f, nisi quia ab initio mundi serpentem induit in hominum ruinam. Quæ omnia Caietani opinionem aperte damnant. Pererius g certè eam non modo vt falsam, sed vt erroneam & temerariam ab omnibus catholicis abiiciendam pronunciat. Iosephus autem Æsopicas fabulas narrare meritò videatur. Quid enim magis ridiculum, quam serpenti vocem ademptam, quam nunquam habuit: recens venenum linguæ inditum, quo nunquam caruit; pedibus priuatum, quibus nunquam præditus fuit?

VI. Resp. ad confirmationem. Ad confirmationem porro breuiter dici potest, dæmonem quidem æquè per asinum ac per serpentem fallere potuisse. Sed Dei permisso electum serpentem, natura sua callidum & malitiosum, vt imperita multitudinè probabilius esset oratio, cui credibilius fiat, deceptam à versuto serpente mulierem, quam à stupido asello; præsertim cum, hic non fieret expressa dæmonis mentio. Illa autem verba quæ maledictionem videntur importare, Tostatus h dicta fuisse putat, vt satisfactum videretur homini-

6. a l. 1. de pe. mer. c. 2. & 3. & l. 13. de Ci. c. 10.

I. Tentatio diaboli an intellectualis.

II. An vero solius serpentis.

Confirmatur.

III. An potius diaboli vtentis serpentis organo.

IV. Cur serpens callidus dicatur.

b l. 3. cap. 2. & 3. c l. 2. de fin. cap. 10. d l. 2. sent. cap. 11. e die 3. n. 4. & seq.

V. Per cum locutus est dæmon.

f Apoc. 12. 9. & 20. 2. Opinio Caiet. & Ioseph. qualis. g l. 6. in Gen. n. 12.

VI. Resp. ad confirmationem.

h 9. 435. & 442.

bas, de damno per serpentem recepto. Sed de hac pœna postea dicendum erit. Nunc, historiæ fundamento posito, ad ipsius historiæ expositionem veniamus.

VII. Dæmon tuam primorum parentum mortur.

Capita de liberationis eius 1.

2.

VIII. 3. Statuit tentare de superbis.

4.

5.

IX. 6. Cur assumptus serpens.

7. a l. 11. de Gen. ad lit. c. 3.

Dum ergo Adamus cum vxore eam quam diximus vitam in paradiso ageret, ecce dæmon, quem, vt dixi, præsens primorum parentum felicitas vehementer affligebat, & spes futuræ beatitudinis, qua ipse exciderat, torquebat etiam vehementius, statuit versare dolos, & per fraudem, quoniam aperta vi nihil effici poterat, parentes nostros de gloriosissimo statu deturbare, & morti miserisque temporalibus ac sempiternis reddere obnoxios. Huc vt perueniat pleraque mente versat. Primum, vtrumne ambos aggrediatur an alterum? & quamuis vtrumque deicere cogitabat, singulos tamen placebat inuadere, ne alter ab altero fulciretur. Secundo, quoniam placuit adoriri singulos, expendit virumne prius oporteat, an mulierem? Et videbat ille quidem potissimum primum arcem deiiciendam esse, alteram quippe mox sponte deditioem facturam: & pluris multo referre virum in fraudem induci, quoniam sola muliere peccante non peribat humanum genus, & decepta muliere periculum erat ne vir euaderet cautior, & conatus eius redderet irritos. Itaque gradatim ad Adamum venire statuit nec nisi cum auxiliariis Euz copiis, quæ infirmior esset; & expugnatio facilius, & gloriæ appetentior, si à superbia tentandus esset aditus, & illecebrosior ad expugnandum virum.

Tertio, examinat qua de re sit futura tentatio, & ad quod peccatum nouos paradisi colonos impulsurus. Et quoniam exemplo suo dicerat quàm pellax sit superbia, & quàm facile in eorum animos illabatur, quibus omnia ad arbitrium fluunt, quamquam dulcis illis sit propria excellentia, quos Deus in altum euexerit, eo melle linire statuit sagittas suas. Quarto, considerat equam sit occasioem capturus: & placuit ingenitum scientiæ appetitum exacuere, ad arborem scientiæ affectandam, vsque adeo, vt propterea & Dei præceptum, & mortis propositum supplicium aut cõtemnerent, aut tantisper obliuiscerentur. Quinto, deliberat ipse ne per se, aut per intermedium aliquem sit in arenam descensurus: quia verò solus nisi per internas suggestiones agere non poterat, quæ vix quidquam momenti erant habituræ, propter internam hominis dispositionem longè compositissimam, animal quodpiam externis oculis auribusque obicere statuit, ex cuius ore ipse loqueretur.

Sexto, de animali apud se inquit, quodnam videatur ad institutum opportunius. Et perinde quidem sibi esse intelligebat quocumque tandem vteretur, siue naturali prudentia, siue simplicitate ornato, quoniam animalis astutia naturali vsutus non erat, sed propria & sua. Verum non permisit Dominus Tentatorem assumere ouem, aut columbam, animalia sine fraude dolisque, ne ab animalibus admodum vtilibus postmodum abhorreremus, sed serpente, bestia alioqui noxia, & odiosa, & quam nosset Eua cæteras animantes calliditate vincere, vt facilius ab eo sibi cauendum cederet, vt notauit Augustinus a. Postremo, in serpen-

tem insinuat sese minimè repugnantem, & explorat molles aditus ad eundæ mulieris, & molissima fan di tempora, cum vir meditando in altera horti parte remotior inambulet. Ipsa etiam verba exquirat, quibus se in eius beneuolentiam insinuet.

Propius itaque ad mulierem adiens, comòdum eam arborem scientiæ intuentem offendit, & in caudam erectus, statum eius prædicat felicissimum, atque ipsis prope cælitibus inuidendum: in eam dignitatem atque auctoritatem euectos ait, vt eis cælum, terra, & omnia elementa deseruiant, omnia animalia placide famulentur; se quoque arbitrari felicem, si modo eius commodis seruire possit. Miratur insignes animi corporisque dotes pulchritudinem, robur, incolumitatem, vitam lætitiæ plenam, mortis expertem; rerum humanarum & diuinarum scientiam, atque libertatem. Vnum tamen aliquid deesse isti scientiæ atque libertati, quod si accefferit, felicitatem in terris bonis omnibus cumularissima fruturos. Hæc fuerit quasi introductio in illa verba, Cur præcepit vobis. Plerique enim sentiunt, & est verisimillimum, non ita ex abrupto initium tentationi datum, idque ex Hebræo, Græco, Chædeaque paraphrasi sit certius a; nos interim cœpto itinere progrediamur.

Mulier in cuius sinum sensum iam illabebatur laudes suæ: hanc enim primam in ea malitiam agnoscit Augustinus b, quid tandem illud esset, quod ipse desiderari putaret, exquirat.

Respondet ille, videri deesse libertatem comedendi pro arbitratu de quolibet fructu paradisi, quippe quos obseruauerit à diebus aliquot ab illa arbore, quam gestu indicabat, abstinere; cum cætera animantia liberam habeant in omne ciborum genus potestatem, Obstat, inquit illa diuinum præceptum. Et serpens illicò, c cur præcepit vobis Deus vt non comederetis de omni ligno paradisi? In Hebræo, & Græco, cur dixit vobis, eodem vbique sensu; nisi quod Tentator dubium reddere voluit, dictumne id tantum esset, an præceptum, & vt præceptum esset, displicentiam, diuinæ prohibitionis in mulieris animum occultè instillabat. Exceptio enim quæ plenam circumscribit libertatem, suapte natura odiosa est.

Pupugerat, ergo mulieris animum dæmon, ostendens imminutam circa cibos hominis libertatem; & quia indefinitam ille proposuerat exceptionem, mulier per exiguum illam esse ostendit, idcoque neque tristitia, neque querelâ dignam d. De fructu, inquit, lignorum, quæ sunt in paradiso vescimur, id est velci solemus, de fructu vero ligni, quod est in medio paradisi præcepit nobis Deus ne comederemus, & non tangere illud, ne forte moriamur. Aperit aditum dæmoni mulier, ad eludendum mandatum Dei, quippe quæ illud sibi graue esse ostendit exaggerando verbis. Addit enim de suo, & non tangere illud. Et rursus dubiam facit pœnam, quæ simpliciter fuerat enuntiata, quamquam Septuaginta illud fortè non habent, quæ dubitatio ex displicentia præcepti nascebatur, quæ enim displicent, facile non credimus, aut reuocamus in dubium. Ergo mulier circa pœnam hæsit, ne ea sit tantum comminatoria. Vt quæ culpam multum excedere videatur.

X. Aditus tentationis.

a vide An. nal. die 13. n. 22.

XI. Cum muliere colloquium.

c c. 3. 3.

XII. Mulier labefactatur.

d c. 3. 2. 3.

XIII. Planctus prostratur.

a c. 3. 4.

Hic penè iam victor Damon, promptè atque audacter haestationem excutit, & timorem mortis: displicentiam vero præcepti, per calumniam vsque ad præcipientis odium conatur augere quasi invidia in ipsos motus, scientia vehementer desiderabili, priuare ipsos, nullo suo bono voluerit. Nequaquam, inquit, morimini: scit enim Deus quia in quacumque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dii scientes bonum & malum. Hic iam totum virus effundit impostor, incitans incautam mulierem ad ambiendam propriam excellentiam, vsque ad contemptum Dei, & auersam à sui creatoris amore, quam iste mendacij & inuidiæ, non minus falsò, quam impudenter accusat, ad amorem eius, qui ei vehementer vitia & gloriosa suaderet, impellit. Itaque iam planè victa dat manus, anhelans ad illam Dei similitudinem, ad expertam libertatem, nullis conditionibus circumscriptam, ad insolitam illam oculorum claritatem, ad scientiam boni & mali, quam non tam serpens, quam arbor, suo ipsa nomine polliceri videbatur; ad quam præsertim tam facilis erat via.

XIV. Præceptum violat.

b Vid. Rup. l. 3. c. 9.

Et virum inducit in idem seculus.

c l. 11. de Gen. ad lit. c. 42. & l. 11. de Ciu. c. 18.

XV. Agnitio culpæ, & pudor.

d c. 3. 7.

XVI. Iudicij aduentus, & reorum lætæbra.

e l. 15. de Ciu. c. 7.

Ne tamen temerè ad credendum progressa videretur, voluit fructum diligentius considerare, quasi iudicium laturo, vtri palmam veritatis, Deone an serpenti tribueret. Vidit igitur mulier arborem, sed aliis quam hætenus oculis, & qui manum ad decerpendum fructum dirigant, fructum gustui suauem, pulchrum oculis, & aspectu delectabilem. Quid multa? tulit de illius fructu & comedit, vnoque facto multiplex peccatum admisit: in quibus peccatum scandali luctuosissimum fuit, cum viro suo lapis offensionis facta est. Dedit enim viro suo, qui ne eam contristaret comedit & grauissimi peccati factus est reus, vt accuratè docet Augustinus, vsus comparatione Salomonis, qui idola veneratus est, ne suas, quas deperibat, delicias contristaret. Illa vero non solum offerebat viro pomum, sed à mortis etiam metu iubebat esse securum; cum eam quæ comederat videret esse superstitem.

Nec mora, aperti sunt oculi amborum; cumque cognouissent se esse nudos, consueverunt folia ficus, fecerunt sibi perizonata. Habes sic tristissimæ tragediæ agnitionem, quam mox luctuosa fortunæ commutatio secuta est. Aperti sunt amborum oculi ad agnoscendam satanæ fraudem, nuditatem, & turpitudinem suam, dum bene tectam innocentiam, nunc ficulis foliis circumtegendam. Aperti sunt oculi, simulque patefacta est ianua, non solum pudori, sed etiam timori: vnde & audito sonitu superuenientis Domini, fugitiui serui expalluerunt, & criminis tanti conscij absconderunt se à facie Iudicis sui. Quamuis ergo texissent; quæ magis pudori erant, puta ab vmbilico ad media crura: tamen & reliqua nuda diuino præbere conspectui, vel cum illis ipsis subligaculis apparere, verebantur.

Adest igitur paulò post iudex, & præsentiam suam à longè significat, puta strepitu pedum, qualis fieri solet à deambulantiibus. Nam sequitur. Et cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso. Humana forma indutum venisse Deum, in qua cum eis conuersari solebat & colloqui scribit August. est enim

hominis propria deambulatio. Eo strepitu qui sponte excitabatur audito, & aura deferente, reorum pulsabat aures, abscondit se Adam, & uxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradisi. Apparet densiorem aliquam syluam vmbra sua latebras peccatoribus præbuisse, non cogitantibus, præ animi perturbatione, se irritas latebras captare. Facile autem audiri potuit ille strepitus in tanta solitudine, præsertim à peccatoribus, pudore & metu exanguibus & mutis. Non statim affuisse iudicem merito Tostatus arbitratur, ad dandum peccatoribus tempus colligendi sese aliquantulum à confusione illa, còque qualicumque aduersus pudorem remedium vtendi, moxque redeundi ad salubrem agnitionem culpæ suæ, & propositum veniæ à Deo postulandæ, siue restituendi essent in gradum pristinum, siue non essent.

Streptum illum prænuncium excepit articulata vox: vocauit enim Dominus Adam dicens, Adam ubi es? Et fortè iteratam expectauit vocem, vt è latebris emergeret & responderet roganti, ne noua culpa in non respondendo committeretur. Et videbat quidem Deus coniuges, quamuis arboribus densis, & vmbra tectis, non minus quam in aperta planitie, Adamum tamen vocauit, quasi eum non videret, vt qui se humano more gereret, quibus abscondita non apparet, eademque est ratio cur quæsierit vbi esset; nec adit ad absconditos, sed euocauit ad se: ista enim interrogatio instar euocationis, est ab subeundum iudicium: sicque suauiter datur opportunitas eliciendæ causæ latebrarum, & totius criminis manifestandi, ne ad præteritum pudorem, etiam verecundia deprehensionis accederet, vnus euocatur, vterque prodit, vt ex societate minueretur pudor & metus: inde etiam fortasse mitigato timore, vt qui non statim audissent; furciferi, sicine præceptum meum contempistis? Itane ad impostorem me derelicto apostatæ profugistis?

Cum oportuisset autem Adamum, qui vt familiæ caput nominatim euocatus fuerat, ad reddendam rei gestæ rationem, in genua procumbere, & confusa singultu, lachrymisque voce culpam fateci, veniam & misericordiam postulare, vt parabolicus ille prodigus, latebrarum causam profert timorem, seu pudorem ex nuditate profectum. Ex qua responsione vltiorem Deus causam elicit & veriozem, peccatum scilicet quod Adam tacebat, idque in medium profert. Quis enim, inquit, indicauit tibi quod nudus esses, nisi quod ex ligno, de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti? Apparebat Adamum non veniam petere, sed excusationes ineptè prætexere; atque adeo causam absconsonis reiicere in Deum, qui eum creauerat nudum. At Deus hanc primam excusationem repellans, in ipsius retorquet auctorem, cui peccatum probrosam ac pudendam reddiderat nuditatem.

Et oportebat saltem hoc tempore manifestato peccato, miserum hominem Deo supplicem fieri, & missa prima veniæ impetrandæ occasione, quæ ex propria peccati confessione pendebat, non amittere secundam, quæ in humilitate eius agnitione, & lugubri veniæ postulatione consistebat: præsertim cum peccatum admissum nec vellet negare, nec posset: sed è

ac. 3. v. 5.

b q. 596. in c. 13. Gen.

XVII. Euocantur à iudice.

XVIII. Adam non petit veniam agnita culpa.

XIX. Ne post diuinam quidem manifestationem peccati.

a c. 3. 31. Sed excusatur se.

b l. 11. de Gen. c. 35.

c & l. 14. de Ciu. c. 14. Nusquàm hic sonat, &c.

d l. 4. Mor. c. 23. Excusatus sui vitium, &c. c. l. 3. c. 14. & l. 15. f. Serm. 1. de Omni. sanctis.

sum. 41. & seqq.

XX. Mulieris accusatio. g c. 3. 13.

Nec veniæ petit.

XXI. Sed culpam regerit in serpentem. h l. 11. de Gen. ad lit. c. 35. v. 14. de Ciu. c. 14. i l. 2. mor. c. 13. v. 16.

contrario se iterum inconsultissimè excusando, peccatum à se in alium translaturus, & proximum inculpatus & Deum. Mulier, inquit, quam dedisti mihi sociam, dedit de ligno, & comedi. Quasi dicat accusanda est mulier, quæ dedit, cuius precibus acquieui, eius scilicet quam mihi sociam dederas, quam si non dedisses adhuc viuerem innocens. Nunquid dixit Peccauit? ait Augustinus, superbia habet confusions deformitatem, & non habet confusions humilitatem. Et mox, Aduertamus quo morbo superbia laborem homines hodie, non nisi in creatorem conantes referre si quid egerint mali, tamen sibi velint tribui, si quid egerint boni. Sic ipse; quibus alludit Gregorius Papa, nisi potius ex eodem ambo spiritu hauserunt. Lamentatur quoque Rupertus, quòd Adamus in penitentia lamenta non proruperit potius, quam ad excusandas excusationes in peccatis. Eum vide, suauissimumque Bernardum. Cæterum quæ de huius culpæ manifestatione Scriptura docuit, Iosephus plurimis foedissimisque erroribus inquinauit, quæ nos in Annalibus accuratè refutata, hoc loco breuitatis causa præmittimus, quæ eruditum lectorem minimè forte legisse pœniteat. Nos ad reliquum de Adamo & Eva iudicium progrediamur.

Et dixit Dominus Deus ad mulierem, quare hoc fecisti? Peccati confessionem iam satis ex Adami responsione, & mulieris taciturnitate exploratam præmittit, vt eius causam requirât, vtroque interim supplicij expectatione suspenso, ne sibi statim moriendum esset, vt lex ante lata exigere videbatur. Quamuis autem interrogatio rationem fructus respiciat; causa enim Adæ adhuc agebatur: responsio tamen de sola comestione est, quod ad illam interrogationem nihil occurreret, quod directè responderi posset: propriam autem culpam, vrgente conscientia vltro confessæ est, tam in eo virum secuta, quam in venia non imploranda. Notanda porro diuina bonitas ac sapientia, quæ non ante condemnauit Adamum, licet iam conuictum sceleris, ac confessum, quam interrogasset Euam, ne illa viri sui condemnatione audita, nullam sibi spem veniæ superesse crederet, quæ esset eiusdem non solum particeps, sed etiam origo peccati: quin potius, adhuc pendente iudicio, ad veniæ postulationem saltem ipsa confugeret, & lacrymis suis ac lamentis mitissimum iudicis pectus ad misericordiam infirmi sexus intrinqueret.

Sed illa nunc à sinuoso serpente facta rigidior, malè sermonum parcior, Serpens decepit me, inquit, & comedi. Nec ista confitetur peccatum, ait Aug. sed in alterum refert, impari sexu, pari fastu. Et mox. Quanto melius vterque diceret. Ego dixi Domine miserere mei, sana animam meam, quia peccauit tibi. Ad hoc quippe requisiti fuerant, vt ait Gregorius, vt peccatum quod transgrediendo commiserant, confitendo deleuerent. Vnde & serpens ille persuasor, qui non erat reuocandus ad veniam, non est de culpa requisitus. Non dixit Eva quare comederit, ingenti enim verecundia obstruebatur eius os, ne coram ipso Deo diceret, se illo cibo simitem ei fieri voluisse. Verè deceperat eam

serpens, tam vt comederet ipsa, quam vt daret viro. Vtrumque enim ille requirebat, cum vtrumque diuinitatem infœlici comestione promitteret. Excusat etiam ipsa se, & culpam in serpentem transfert, ne propria ex malitia, nullo incitante peccasse videatur: in vtroque Adamum imitata, vt culpa vtriusque leuiore facta, pœna etiam, quam sibi imminere sentiebant, diminueretur.

Cum ergo Eva culpam suam in serpentem transferret, vt suam maritus in illam translulerat prior, iudex reorum verba in inquirendo secutus, ad serpentem transfert orationem; nec tamen quærit quare hoc fecerit: siue quia nihil ipse per se fecerat, sed totius rei ignarus, Satanæ, cuius tota culpa erat, organum fuerat, & is iam acceperat vntabilem damnationis sententiam, nec veniæ, vt primi parentes particeps esse poterat; nec vllum habebat, à quo se vel inductum, vel seductum causari posset. Siue potius, vt rectè dicit Abulensis, quia non decuit interrogare serpentem, animal rationis expert, qui absente iam dæmone nihil respondere posset. Nec dici potest pari ratione non oportuisse eum alloqui pœnam infligendo, quia talis iocutio non exigebat responsonem: & oportebat ab Adamo & Eva inflectionem pœnæ cognosci, ad eruditionem & satisfactionem suam, ne contra Deum obloquendo rursus peccarent, si nescirent autorem culpæ, sicut & ipsi, affectum supplicio.

Quid autem serpenti Dominus? quoniam huc iam est progressa narratio, qua ille pœna multatur? Quia fecisti hoc, inquit, maledictus es inter omnia animantia, & bestias terra, super pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vite tue. Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum, & semen illius, ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. Perspicuum est singula horum non nisi allegoricè dæmoni accommodari posse, serpenti autem omnino propriè. Animal quippe terræ est, & cum iis comparari potest, & præ omnibus odiosus est, maledictus & detestabilis hominibus, super pectus suum graditur, & terram comedit, omnesque, vbi resulerit, conatur eius caput conterere, & ipse pedibus nostris, quibus terram calcamus, in qua ipse volutatur, morsu & veneno nocere conatur. Sensus tamen à Deo intentus est allegoricus, vt maledictio in dæmonem contorta intelligatur: præsertim quod ad inimicitias serpentem inter atque mulierem, illiusque semen, quas de Christo & B. V. dæmonis caput obterente, Patres plurimi magno consensu interpretantur.

Vide autem præclaram inter delictum & supplicium serpentis analogiam. In amicitiam enim hominis, & familiaritatem conatus est irrepere, fit eius odium & execratio; crexerat eum diabolus, vt cum muliere loqueretur, abiicitur in terram, & super pectus suum serpere cogitur: persuaserat esum pomi, ad esum pulueris condemnatur; fœminam in os intuitus eius calcaneo nunc condemnatur. Simpliciter autem neque dæmoni propter hanc tentationem, aliaque culpas noua pœna irrogatur, quia extra viæ statum positus, nihil agit quod

XXII. Iudex cum serpente agit.

Nec eum interrogat.

a in cap. 13. Gen. 7. 688. & 689. v. 17. in Gen. Greg. l. 33. Mor. c. 31.

XXIII. Serpentis condemnatio, & pœna.

XXIV. An dæmoni, aut serpenti conueniat.

illi ad meritum, vel demeritum imputetur. Neque serpenti, quia cum nulla in culpa fuerit, ne poena quidem vlla puniri debuit, & vt maxime promeritus esset poenam, eius natura non magis debuit mutari, quam hominis peccatoris, qui sola gratuita peccando perdidit. Serpens autem qui gratuita quae perderet non habuit, ne poena quidem vlla multari debuit; vt bene argumentatur Abulensis.

a inc. 13. Gen. 9. 681.

XXV. Neutri poenam proprie inferri.

Quod autem dicitur *maledictus eris*, non autem maledictus es, eo pertinet, vt mulier intelligat poenam illi animanti tribui, itaque satisfieri pro deceptione sui. Reuera autem ipsum gradi supra pectus, & terram comedere, sunt quidem mala ipsius serpentis, sed naturalia, & non in poenam data, sicut nec asino stupiditas, nec lupi voracitas, nec crudelitas leoni. Et serpens illo ipso tempore, quo illi à Deo maledictio denunciabatur, non incedebat erectus, nec incessit antea, nisi ad tempus, cum erectus à diabolo, cum Eua loquebatur, vt tanto facilius mox eadem Eua sibi persuaderet, illum in poenam deceptionis, ad terram abiectum fuisse. Carebat autem pedibus, vt nunc, aut tam breues habebat, vt iis non obstantibus, pectore & ventre terram euerreret, vt in quibusdam serpentibus cernimus. Et sicut non potest vlla deterior esse progressio animalis quam reptatio, sic neque deterior cibus quam terra: ideo in vtroque videtur serpens maledictus, eoque magis, quod in totam vitam id malum, non ad breue tempus denunciatur.

XXVI. Inimicitia hominis cum serpente.

Postremo quod ad inimicitias istas attinet, quas Deus dicit se positurum inter mulierem & serpentem, satis intelligitur eas in sensu historico ad daemone non pertinere, quia inimicitia cum daemone iam erant. Cum enim ex factis potius, quam ex verbis aestimanda sint inimicitia, quod hostilium facinus ab infensissimo inimico parari potest eo, quod à daemone contra homines perpetratum est? Sed Deus posuit inimicitias inter homines & animalia, quae illi dudum, tanquam legitimo Domino subiecerat, vt manente subiectione, obedientia solueretur, in poenam soluta ab homine aduersus Deum obedientia. Quod autem nominatim fit mentio serpentis, id ideo fit, quod serpens totius mali huius fuerat organum, & vt Euae magis satis fieret, si nominatim de muliere, diceretur, quod aequè cadebat in virum, quia Eua prior à serpente iniuria affecta fuerat. Consistunt porro hae inimicitiae in naturali quodam odio, tam hominis in serpentem, quam serpentis in hominem. Nam prima hominis cogitatio viso serpente est de illo perimendo, & de eius capite conterendo, & vice versa serpentis, vt apparet de illo mordendo, & ope veneni sui occidendo.

XXVII. Serpens insidiator.

Addo verbum vnum de Serpentis insidiis. Insidiatur, quia timidus & astutus: timidum facit frigidum ac terrene temperamentum. Non solent autem timidi palam in hostem insurgere, sed clam, & ex insidiis; quo etiam illud pertinet. *Tu insidiaberis calcaneo eius*, à tergo scilicet, non à fronte adoriens. Astutum autem & Moses hoc ipso capite, & Christus ipse testatur, cum nos eius prudentiam imitari vult. Est autem astutorum insidiari, vt qui id peritissime facere possunt; quin & ser-

pens ex conditione corporis sui idoneus est ad insidias, vt qui humi iacens facile latere possit. Sed an insidiabitur tantum, & non etiam mordebit & occidet? Optimè responderet Abulensis. Id quidem verum esse, sed à Deo praetermissum; quia non pertinebat ad satisfactionem mulieris, sed potius ad consolationem serpentis, quod Deus non querebat. Ideoque pessimum quod à muliere in serpentem fieri poterat, dixit nimirum, *ipsa conteret caput tuum*, & contra minimum quod à serpente fieri poterat, retulit, quod est insidiari calcaneo, quasi nihil aliud facere posset. Hoc enim requirebat maledictio, quae dabatur serpenti, vt proferretur maximum quod pati poterat, & minimum quod agere ad vlciscendam iniuriam valebat.

Loc. cit.

Venio ad sententiam laram aduersus mulierem, paucis quidem verbis comprehensam, sed multa mulieris mala continentem. Ea tamen mala, quae fuit incredibilis Dei bonitas huiusmodi, sunt ipsi vt natura ex principiis eius naturalibus conueniant, gratuiti duntaxat homini sublati. Si enim in puris, vt vocantur naturalibus Deus mulierem condidisset, multiplices foreat eius ærumnae & conceptus, filios in dolore peperisset, fuisset, sub potestate viri, ipsaque mulieri dominatus esset. Idemque de Adamo proportionem dicendum est. Sed priusquam has tam mulieris, quam viri poenas expendamus, aliquid de vtriusque peccati magnitudine ex Bellarmino libabimus, apud quem omnia haec sunt ordinatissima atque clarissima.

XXVIII. Damnatio mulieris, & in ea Dei bonitas.

Vtriusque igitur parentis peccatum magnum fuit atque multiplex, septem omnino malis actibus conflatum. Primus Adami malus actus fuit superbia, qua in sua maluit quam in diuina esse potestate, 2. amor coniugis inordinatus, cui dum grauis esse non vult, & molestus, Deum grauius offendit. 3. infidelitas, qua Deo non creditur dicenti *morte morieris*. Et diabolo creditur, dicenti, *Eritis sicut dii*; quam infidelitatem S. August. sacrilegium vocat. 4. curiositas; alia enim illum sollicitauit experiendi cupiditas, cum mulierem videret, accepta illa esca, non esse mortuam vt ait Aug. Quintus est peculiaris & expressa inobedientia, de qua eum Deus nominatim accusat. *Ex ligno de quo praeceperam tibi ne comederes, comediisti*, &c. 6. Excusatio peccati, cum quadam accusatione proximi & Dei, *Mulier quam dedisti mihi sociam*, &c. 7. damnum proximo illatum, mors scilicet & peccatum in omnem posteritatem inuectum, quae tangit Apostolus, dum ait in Adamo omnes mori.

a l. 3. de Amiff. gr. c. 9. & 10.

XXIX. Magnitudo peccati Adami ex septem capitibus.

In peccato Mulieris primus actus fuit superbia, vt supra ex Augustino retulimus, apud quem etiam rea fit infidelitatis, quae serpenti creditur, & Deo non creditur, rata fortasse fuisse praecipuum comminatorium duntaxat, non absolutum & irreuocabile. 3. Actus fuit concupiscentia cibi prohibiti, nec concupuit tantum, & tulit de fructu illius, & ad quartum expressae inobedientiae actum progressa, de eodem comedit. Nec eo contenta, virum ad peccandum induxit, qui est 5. actus: sextus autem excusatio peccati, siue translatio, *Serpens decepit me*. Postremus est ruina

d 1. Cor. 15. 12.

XXX. Et toridem in peccato mulieris. c. l. 11. de Gen. ad lit. c. 30.

a Ecl. 25. 33.

generis humani, vna cum euerfione viri. Nam vt ait Sapiens, *A muliere initium factum est peccati, & per illam omnes morimur*. Vter autem grauius peccarit, difficile dictum est; Adamus certe perniciosus in genus humanum deliquit, magisque resistere debuit tentationi, qui muliere sapientior erat, & fortior.

XXXI. Prima poena eiulde.

In horum peccatorum poenis mulier prior audit. *Multiplicabo ærumnas tuas; & conceptus tuos, in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui*. In poenis non ponitur simpliciter conceptus, qui potius in Domini benedictione censetur, vt satis constat ex æmulatione Rachelis & Liae, sed conceptus ærumnosus, qualem puerperae quotidie experiuntur, quo cariturus erat status innocentiae. Nec absurdum est in ærumnis conceptuum comprehendere, quod multi concipiuntur futuri pabulum ignis aeterni, cum si status innocentiae perdurasset, soli praedestinati concepti forent, vt notauit Rupertus.

b Genf. 30.

c l. 3. c. 22. Altera.

Alterata poena est dolor partus, qui naturalis est foeminae. Laxanda quippe sunt claustra vteri, & seiuenda, quae inter se maxime cohaerent, & compacta sunt; quod sine acerrimo doloris mortu fieri non potest, praesertim in muliere, quae corpus tenerius habet, & tactum molliorem; vt merito filios suos appellare possit Benoni, id est filios doloris sui. Quin etiam non raro tantus est hic dolor, vt alterius aliquando vtriusque matris inquam ac filij morte terminetur. In statu autem innocentiae, vtero sine dolore laxato, ex peculiari Dei gratia, foetus emissus esset in lucem. Ea gratia priuata mulier, vbi filios irae Dei concepit, & cum multis ærumnis filios Adae circumtulit, parit denique filios doloris sui.

d Genf. 35. 18.

XXXII. Tertia, & qui subiectio derur in poenam.

Quae porro mulieris tertia poena numeratur, quomodo mulieris poena est subiectam esse viro suo, cum eam subiectionem constet in statu innocentiae futuram, sicut & filiorum sub patre, & discipulorum sub magistro, & ciuium sub magistratu, & omnium rerum creaturarum sub omnium creatore Deo? Sed ea subiectio non haberet rationem poenae, quippe vltro subiretur; quo modo dicit Apost. legem non esse iusto positam, quia sponte sua, quae sunt legis exequitur. Accedit quod vir nihil imperasset, quod non esset rationi consentaneum, & ad communem vtilitatem, ad quam vterque natura duce propenderet. Denique vtriusque fuisset vna mens, voluntas, appetitus, quandiu manerent diuinæ legi obsequentes. Nunc autem subiecitur vel inuita, & ille non raro in eam exercet penè tyrannicam dominatum, nulla eum politica lege coercente; quod illa verba significant, *& ipse dominabitur tui*: quae tamen praenunciando à Deo dicta sunt, non iubendo, vt docet Tostar. Iustum itaque fuit multiplicari ærumnas conceptuum mulieris, quae suos foetus ad multiplices parabat ærumnas: ærumnam fuit vt cum dolore corporis sui pareret, quos ferebat ad tot tantisque corporis animique dolores, vt dominantem vsque ad mortem experiretur virum quem fecerat seruum mortis & peccati: & illum rigidum nunc sentiret, quem blanditiis ante perdidit.

f vide Aug. l. 11. de Gen. ad lit. c. 37. g & Tostar. 2. 387.

XXXIII. Poenae Adami insidiae.

Sed nec ipse Adam impunè feret peccatum suum: illi quippe denūciatur multiplex labor & miseria, in subueniendo suis, suorumque vitæ

huius necessitatibus: hoc enim illi munus incumbit, mulieris ærumnis respondens. Adæ igitur dixit Dominus. *Quia audisti vocem uxoris tuae mea nimirum posthabita, & comediisti de ligno, ex quo praeceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo*. Hæc prima poena est: significat autem illa vox sterilitatem, sicut benedictio fertilitatem: Quasi dicat etiam culta non feret, aut malignè feret: triticum vertet in siliginem & contingeret illud.

a cap. 3. 17.

Grandia quin etiam committimus hordea sulcis, Infelix lolium, & steriles dominantur auera.

Virg. Georg.

Putat Abulensis nihil in terræ fertilitate hæc maledictione mutatum, sed reliquam terram minus fertilem productam fuisse quam paradysum; Itaque Adamum inde eiecctum sensum terram steriliorem, quasi maledictam, & nihil ex ea boni, sine multo labore collecturum, cui alioqui iucundissima, fructuosissimaque fuisset agricultura: quod est alterum malum illis significatum verbis, *In laboribus comedes ea cunctis diebus vite tuae*, & rursum, *In sudore vultus tui vesceris pane*. Tertium malum. *Spinæ & tribulos germinabit tibi*. Non in senticetis tantum pullulabunt, sed in agro, atque hortu tuo. Quae seueris malignè prouenient, quae non seueris copiosè germinabunt; sed huiusmodi erunt, quae suffocent sementem tuam, quae cruentent te, quae lacerent vestes tuas, idque non breui aliquo tempore, sed donec reuertaris in terram de qua sumptus es quia puluis es & in puluerem reuerteris, quod est postremum malum vtriusque commune. Illis porro verbis intelligimus illud, *Quocumque die comederis ex eo morte morieris*, nihil aliud significare, nisi morti certissimè eris obnoxius. Itaque Adam diuinorum donorum magnitudine in superbiam elatus, oblitus est originis suae, nunc in suum prostratus puluerem audit. *Puluis es & in puluerem reuerteris*, quod non est iratae iustitiae, ait Rupertus, sed miserantis gratiae, quod vitium hominem Deus mortalem esse voluit; ne scilicet immortalis miseria in hoc exilio vexaretur.

XXXIV. Sterilitas terræ accipienda.

c. 3. 17. 18. 19.

Et reliqua poenae.

Nondum hic poenarum finis, siue in Adamo, siue in posteris eius, aliae sunt multo maiores his, atque luctuosiores, quibus scilicet peccatum originis in Adami posteris ab vltore Deo vindicatur, quae maxima ex parte in hanc vitam effusa, in totam exundant aeternitatem; nec in adultos tantum imitatores Adami, variis inquinatos sceleribus incumbunt, sed infantulos diei vnius, qui ita peccato originis opprimuntur, vt tota eorum culpa sit, ab Adamo fuisse propagatos. Ex quo haud obscure cognoscitur diuinæ iustitiae magnitudo, & inestimabile odium, quo diuina maiestas prosequitur hoc peccatum. Verum totum hoc argumentum in Annalibus hoc ipse loco non negligenter expositum, & diligentius etiam in opere nostro de timore Dei pertractatum, in hac Epitome studio breuitatis omittimus, nuda ad eorum lectionem exhortatione contenti, quam speramus, Deo bene propitio, plerisque fructuosam fore.

XXXV. Poena peccati originis.

c n. 78. & seq. ad 112. d l. 5. cap. 2. vsque ad 12.

Hic ego ad Adamum redeo, & vxorè eius, quos

XXXVI.

Rei pellibus induntur, & cur. Dominus, loco ficulneorum foliorum, pellibus ex paradiso voluptatis eiecit. Non video autem cur Variablis prius irrisos dicat, quam indutos pellibus. Opportunior est enim locus irridenti postquam eos vili atque informi tegumento semitexit, quam ante. Vnde porro vestes istas pelliceas Dominus habuerit, an eas noua creatione produxit, vt putauit Procopius, an potius ministerio Angelorum eas occisis ouibus parauerit, plerique quæsiuerunt. Et posterior sententia communis est, quam Abulensis amplectitur. Id autem ita factum; præter causam operiendæ nuditatis, quæ peccatoribus ignominiosa facta est, primo vt se mortales intelligerent, qui mortuorum animalium exuiis viderent circumfusos. Deinde vt aëris calidi frigidique intemperiem deinceps vitarent, quoniam mox ex amœnissimo illo, temperatissimoque loco extrudendi erant. Præterea vt hominibus demonstraret se potestatem illis facere, isthæc animalia in huiusmodi vsus occidendi. Addit Pererius, hac ratione Deum docere voluisse homines, licet peccatores, à sua prouidentia nequaquam exclusum iri, quandoquidem vestium illis necessarium curam gesserit.

XXXVII. Ita utroque induto, Dominus ad Adamum oburgandum conuersus, is enim stultitiæ nomine in primis deridendus erat, qui maximè in culpa fuerat, & vera sapientia paulò ante pollebat. Ecce Adam, inquit, quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum & malum. Agnoscunt hic pene omnes interpretes ironiam Domini alludentis ad serpentis verba, quibus diuinam similitudinem promittebat. Nec dissentit August. Verba, inquit, hæc sunt Dei, non tam huic insultantis quam ceteros, ne ita superbiant deterrentis, propter quos ista conscripta sunt. Pergit autem cum eadem ironia. Nunc ergo ne forte mitat manum suam, & sumat etiam de ligno vite, sicut videlicet sumpsit de ligno scientiæ, & comedat, & viuat in æternum, supple prouidendum est: aliquid enim huiusmodi verbum subintelligendum est; nisi fortè placet gestu ipso, atque actione completam esse orationem: hoc modo, ne comedat & viuat in æternum, eiciamus eum de paradiso. Sed loco vltimorum verborum, Deus manu correptos eduxerit. Vnde Moses eam actionem explicans subdit, Et emisit eum Deus de paradiso voluptatis.

XXXVIII. Illud quoque prodit ironiam, quod prouidentum significat, ne qui Deo similis factus est in scientia boni & mali, fiat quoque immortalitate similis. Non enim magis fieri poterat immortalis, esu illius cibi cum peccator esset, quæ scientia Deo similis per esum veriti ligni: cui dissimulationi fauet illud forte, fauet & ratio, quia nec arbor vitæ poterat ex se dare æternam vitam, etiam innocentibus, sed tantum diuturnam, vt supra ostensum est: nec Deus eos iam in peccatum prolapsos, sine morte, euecturus erat in cælum. Ergo ironicè dicitur, Ne forte viuat in æternum. Necessario enim morituri erant, quamuis eo fructu post peccatum vsi fuissent, & illi arbori vis naturalis esset ad prorogandam vitam. Addit Rupertus & misericordia Dei in hominibus factum esse, ne homo iam miser, per esum ligni vitæ fieret in perpetuum miser, per mor-

tem non finiente miseria. Parcamus, inquit, homini, & quia felicitatem perdidit, æternitatem quoque præcipiamus infelici, vt in neutro sit quasi vnus ex nobis, quibus est æterna felicitas, felix æternitas, sit illi temporalis miseria, vel misera temporalitas vt tunc illis commodius reformetur æternitas cum fuerit recuperata felicitas. Sic ipse. Moyses autem, Et emisit eum Dominus Deus de Paradiso voluptatis, vt operaretur terram, de qua sumptus est.

Quia vero vtrumque eiectionem constat, mulier parum idonea est agriculturæ, supplet Rupertus. Et mulier operaretur circa cultum viri, de quo sumpta est. Quo autè abierit & vbi habitauerit non satis constat. Refert Basil. traditione Hebræorum patriæ suæ fauentium. Hebræus tamen textus, cui respondet Latinus, nullam habitationis Adam mentionem facit. Nihilominus Septuag. ita interpretati sunt textum Hebræicum, vt significant habitationem Adæ fuisse iuxta paradysum. Et habitare fecit ipsum e regione paradysi voluptatis. Eos secuti sunt Patres, maximè autem S. Chrysostr. in eaque re diuinam agnoscit in Adam misericordiam. Sed & contra paradysum, inquit, illum habitare faciebat, vt iugem dolorem haberet, quotidie cogitans vnde exciderit, & quem in statum se coniecerit. Et quamuis grauissimi doloris spectaculum erat, est tamen magnæ utilitatis occasio, vt dolens continuo aspectu munitior & cautior esset in aliis, &c. Idem ferè habent Theodoretus & Procopius: qui addit Deum delinquenti propinquum indixisse exilium, vt spem faceret reuocationis, & restitutionis in integrum.

Postremò eiectione Adamo cum vxore sua, collocauit Dominus ante paradysum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium, atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ. Quia homo & diabolus inquit Hugo Victorin. in hunc locum, vterque eiectionis, & ne alterutri illorum illuc iterum liceret intrare contra vtrumque posita est custodia & offendiculum: Cherubim, vt repellat diabolum, ignis vt hominem. Refert autem Moses, statim ab egressu è paradiso, coniuges liberis operam dedisse. Id in peccati pœnam contigisse non obscure significat S. Chrysostr. Idemque sentit Nyssen. Greg. 8. Quin etiam existimat nullum in statu innocentia coniugij vsu futurum fuisse, sed ineffabili quodam modo, sicut angelos multiplicatum iri. Idem sentit Procop. & Damasc. qui addit Deum præuidentem lapsum hominis creasse masculum & fœminam; vt per cohabitationem genus humanum propagaretur. alioqui Deum alio quodam modo multiplicaturum homines. Denique S. Hieronymus. incertum esse ait an nuptiarum vsus futurus esset, non superueniente peccato.

Verùm contraria sententia communis ac certa est. Nam Scriptura docet homines ante peccatum cum sexu diuersitate fuisse creatos, benedictionem vt multiplicarentur accepisse. Nec deiecit diuinam prouidentiam prius in hominis corpore ostendere vestigia pœnæ quam in eo existeret vestigium culpæ. Adiutorium quoque diuinitus datum ante peccatum, in hunc vel maximè vsu, vel etiam solum homini datum est, vt supra cum Augustino declaratum est: qui etiam lib. 1. Retract. in hanc concedit

XXIX. Et paradiso eiciatur. a. l. 3. cap. 31.

b in cap. 3. Esaiæ.

Vbi habitauerit.

c hom. 18. in Gen.

d g. 40. in Gen.

X L. Præcluditur homini ad dzemoni aditus in paradysum. c vide Abulensem in cap. 3. Gen. 2. 5. Qualis generatio futura in statu innocentia. f hom. 18. in Gen. g l. de opif. hom. 17. h l. 2. de fid. c. 3. & l. 4. c. 25.

i Euthym. in Psalm. 50. k l. con. Iosin.

L X I. Vera sententia.

l. n. 44. vide l. 1. Retract. c. 10. & 19.

Responsio ad priorè.

XLII. Caini conceptus.

Mox ab eiectione.

I. Ortus Caini, eiusque tempus. Appar. c. 4. n. 2. dic. 75.

c ibid.

sententiam, & reuocans quæ alibi pro contraria dixerat. Denique sicut post peccatum per naturalem generationem communicatur peccatum originis, ita & ante peccatum per eandem communicanda erat iustitia originalis.

Illam autem sententiam à plerisque Patribus adamatam est, inordinatum ardorem libidinis auersantibus, quem si exclusum iri cogitassent, utique in veram hanc communemque sententiam consensissent. Nam modus ille multiplicationis Angelorum non solum ineffabilis est, sed etiam impossibilis, vt per mentis agitationem corpora producantur. At post resurrectionem cum nulla sit futura procreatio, nihil mirum si homines Angelis dicantur similes fore, qui nunc similes brutis generando fiunt, propter effrenatum ardorem libidinis, quam iustitia originis repressisset.

Quod autem primi parentes in paradiso à cohabitatione abstinerint, id S. August. refert ad exiguam in paradiso moram, aut ad expectatum diuinum super ea coniunctione mandatum. Sub egressum igitur è paradiso conceptus est Adami & Eua primogenitus, neque ante, vt fusè docet Deltio in hunc locum. Sed neque diu distulisse credibile est, cum statim ab admissio peccato, libidinis intemperis agitari cœperint. Accedebat amor & desiderium propagandæ proles, multiplicandi generis humani, & corporum habitudo perfectissima, quæ conciliatrix est coniunctionis, nec diuino aliquo præcepto retardabantur, sed quadam potius admonitione inuitabantur. Nam Hebræorum fabulas de annis quindecim, aut etiam triginta continenter ab Adamo, quasi in lectu post eiectionem traductis, vt meram fabulam contemnendam putamus. Sed iam aliquando sine primo anno imposito, quo in materno vtero habitauit Cain, ad annum Mundi, & Adami secundum transeamus.

ANNVS M V N D I, ET ADAMI II. ANTE CHRISTVM 4051.

Q VONIAM positum est à nobis, iuxta communiorem probabiliorumque sententiam Mundi initio veris fuisse conditum, & Adamu octauo à productione sua peccasse, & paradiso eiectionem fuisse, moxque Cainum fuisse genitum, consequens est illum sub initium Ianuarij in lucem editum, habitatio- ne annorum Iulianorum, si eos placet ad mundi exordium accommodare. Nam si audimus Iulium Hilarionem, 8. cal. Aprilis Mundus est conditus: sin Marianum Scotum & Adonem Vienne- sem, feria sexta, qua natus est Adam, fuit 10. Cal. Aprilis, id est 23. Martij. Ergo dies culpæ & eiectionis, iuxta ea quæ supra disputauimus, est 3. Calend. siue 30. Martij. Mox secuta est Caini conceptio, quam post nonum mensem secuta est natiuitas, quæ cadat in ipsum primum anni Iuliani diem, cum primus Mundi annus nondum esset euolutus, sed ad vernal æquinoctium produceretur. Nos tamen deinceps, quantum licebit, anni Iuliani, quo vtitur Eccle-

si, rationem habebimus, ne neglecto ad facilitatem supputationem quadrante, quo alter ab altero differt.

Neque vero dubium est in tanta fecunditate, quantam naturæ recentis vigor, & cæterarum causarum concursus, & desiderium multiplicationis humanæ persuadent, statim Eua concepisse. Quin etiam libenter audio Genebrardum, cum Nangiaco & Rabbini dicente, eodem partu enixam Caini sororem, quam Caimanam quidam vocant, Methodius Deboram. Nam primi illi partus, inquit, fere gemini, tergeminiue, & masculus & fœmina simul nascebantur inter quos matrimonij nexus nondum erat prohibitus. Sic ipse. Quibus consentanea scribit Epiphanius. Scriptura quæ mox Caini coniugis meminit, eius ortum tacuit, sicut & cæterarum, quæ in ortu marium comprehendendi poterunt. Illos quoque multiplices partus valde persuadet ciuitas à Caino condita, & à primogenito suo, vt videtur, appellata. Sed ea de re inferius agetur.

Adam vero ait Moses cognouit uxorem suam Eua, qua concepit, & peperit Cain dicens, possedi hominem per Deum. Quæ verba significant Cainum fuisse Adami primogenitum. Illa enim hominis acquisitio, siue possessio primogenito conuenit. Si ergo alius quispiam ante Cainum natus fuisset hoc illi nomen attributum esset, vt notauit sanctus Augustinus. Notat etiam Eua pietatem Chrysostr. quæ puellum natum non naturam, sed Deo acceptum refert, suamque gratitudinem declarat. Addit Abulensis ex his propriis nominibus intelligi, sermonem Hebræum primum fuisse, quod in nullo alio idiomate horum nominum origo reperitur. Nam perspicuum est Cain fluxisse à Canach, quod est acquirere & possidere, vt mirum si Eusebium Cainum amulationem vertere, quod aduersus fratrem amulatione inuidiæque flagraret.

Hoc ipso anno sub octobrem natus videtur Abel. Credibile enim est mox à partu Eua iterum concepisse, eamque simul & prægnantem fuisse & nutricem, vigore naturæ ad omnia sufficiente. Quod autem non nemo putat gemellos fuisse Cainum & Abelen, quod refert Procopius, nec asserit, Scripturam habet sibi repugnantem, quæ ait rursum Eua peperisse, id est alia vice, vel noua conceptione, vt explicat Abulensis, Del Rio, alij; licet conceptio- nis Abelis non fiat mentio. Neuter in secundo filio nominando scribitur philosophatus. Abelis tamen vocabulum propheticum quidam atque ominosum sonat. Nam à Iosepho & Eusebio, Origene, Theodoro, Hieronymo, Ruperto, aliisque passim exponitur luctus, quod parentibus suis luctum esset collaturus. Legerunt. Videlicet Abelis nomen cum N non cum M, vt hodie legitur, & vertitur vanitas, quasi iam vsurparent illud Dauidis, vniuersa vanitas omnis homo viuens.

Vt rous autem scribatur modo, consultissimè datum est infanti à parentibus nomen, non tam propter matris dolores in parturitione ipsius, quam ex præsentione quadam immaturæ mortis eius; seu potius ex acerbo Patris dolore, (priorem nominauerat mater) vt esset id nomen testimonium & monumentum luctus

II. Partum simplici fuerit editus.

a hist. scol.

b bar. 39.

c Ann. 150 c. 4. 17.

III. Ratio nominis eius.

d l. 15. de Civ. c. 15. e hom. 18.

Canach. f de Prop. l. 11. c. 6.

IV. Ortus Abelis, & ratio nominis eius.

g l. 1. Ant. c. 2.

h de Prop. l. 11. c. 6.

i tr. 26. in Matth.

k 9. 59. in Gen.

l de nom. Hebr.

m l. 3. in Gen. c. 34.

V. Luctus Adami magni & ducimus.

in quo versatur. Si quis enim aliquando mortalium grauioris luctus causam habuit, is maxime habuit, qui posteritatem suam omnem quasi capite damnatam morte mulstarat: tantoque magis lugere debuit, quo illa posteritas maior futura erat, pluresque ad aeternam miseriam praesciti. Fuit autem hic luctus, non paucorum dierum aut mensium, sed multorum omnino seculorum, nec prius quam vita lugentis finem accepit. Sed ulterius etiam propagatus est. Nam in illo versabatur Lamech in natiuitate Noë, post mille & 57. annos à lapsu Adæ. Et Apostolus^b, post quatuor annorum millia exclamat lugens, *Infelix ego homo. quis me liberabit à corpore mortis huius!* Quod si ex reuelatione diuina cognoscebat Dei filium, non solum in carne ad mundi redemptionem venturum, quod minimè dubium est, sed mortem etiam, per atrocissima, probrosissimaque supplicia, pro ipsius culpæ expiatione subiturum, apparet utique hinc eum incredibilem quendam luctum ac dolorem sensisse.

VI. Nec tamen deerat illi consolationis, etiam medio in luctu, materia. Namrum fructio plurimorum donorum, tam naturalium, quæ illi singulariter data fuerant, ut principi ac magistro generis humani, quæ peccatum non sustulerat, quàm supernaturalium, quæ vera penitentia iam restituerat; fidem dico, spem, charitatem, aliâque Spiritus sancti dona. Sed eminebat illa maxime consolatio, quæ ex Verbi Dei incarnatione efflorescebat: ex qua tanta in genus humanum dignitas, utilitasque redunlabat, ut non dubitaret sancta Dei Ecclesia, illud inspirante numine usurpare. *O felix culpa que talem ac tantum meruit habere redemptorem.* Sed & ipse Adam cum huius diuini mysterij ac beneficij crebro suos admoneret, ut in ea fide, ac spe viverent, sine qua salui esse non possent, & qua vna omnia ipsorum sacrificia, oblationes, preces, sacramenta niterentur, non exiguum lætitiæ fructum delibabat.

VII. Denique suberat illa utrique parenti consolatio, quam subobscurè innuit mystica hæc nominum impositio, quæ videtur facta cum recens nati filij offerrentur Deo, & per parentum deuotionem ac fidem ab originis culpa purgati; Deo inimici esse desinerent. Constat enim ex communi Theologorum sententia ante institutam circumcisionem, fide parentum infantes iustificari solitos. Quod si dixerimus fidem illam non potuisse prodesse paruulis, nisi particulari aliquo signo exteriori, puta oblatione vel sacrificio, illis applicaretur, quod esset legis naturæ sacramentum; minimè dubitare conuenit quin Adamus diuinitus institutus, id quodcunque vel sacrificium vel oblationem, pro filiis suis, in expiationem peccati originis, magna cum fide & sensu pietatis obtulerit: eandemque sacramentum in filiorum filiarumque natalitiis semper usurparit, quam mox filij eius ab eo didicerint, atque usurparint. Quod S. Cyprianus^c affirmat. Sed octauone die, quo die postea instituta circumcisio, & datum nomen infanti; An potius primo, quandoquidem nulla erat ratio differendi, imo conueniebat infantem quamprimum reconciliari Deo, & de filio itæ fieri filium Dei.

ANNVS MVNDI,
ET ADAMI III.
ANTE CHRISTVM 4050.

HABET hic annus & plurimi sequentes, quos sigillatim rebus gestis distinguere non possumus, annuam multorum filiorum ac filiarum generationem, ut impleretur quod Eux in primis ac nominatim dictum fuerat^a, *multiplicabo arumnas tuas ac conceptus tuos.* Neque illud de innominatis filiis ac filiabus, *genuitque filios & filias*, ad ortum vsque Sethi, post annos videlicet centum & triginta differendum est, etsi id facere videatur Epiphanius, in hæresi, quæ est de Sethianitis^b. Rectius enim sentiunt qui penè quotannis geminos, alterum marem, alteram fœminam produxisse putant ut supra significatum est^c. Ex quo intelligi facile potest quantam liberorum turbam Adamus ex vna Eua ipsis nongentis annis genuerit, utique ad mille & octingentos. Quid si illa tergeminos aliquando tulit ob humorum copiam? Quid si ab aliis quoque mulieribus, filiabus utique suis, nondum obseruatis cognationum gradibus, suscepit?

ANNVS MVNDI,
ET ADAMI X.
ANTE CHRISTVM 4043.

HOC fermè tempore credere par est studiosius notatam atque animaduersam à parentibus, Caini & Abelis indolem, in ipsa infantia ac prima pueritia efflorescentem: & ex vna timorem & luctum, ex altera spem & consolationem hauisse. Videbant in Caino non leuiter impressa vestigia peccati sui, qualia probabile est in principe omnium hominum reprobatorum emicuisse, & in conditore ciuitatis quæ in peruerso sui amore fundata, & ex omni scelerum genere constructa, ædificaretur vsque ad contemptum Dei. Indolem asperam, querulam, intractabilem, in malum propensio-rem, parentibus minimè morigeram, & obsequentem, mendacem, sermonibus piis agrè ac repugnantem aures præbentem, Dei cultum obiter & perfunctoriè usurpantem, & eorum malorum semina ostentantem, quæ innox magno parentum luctu, & damno ipsius adoleuerunt. Denique^a *puer erat fortasse ingeniosus*, neque tamen *sortitus animam bonam*.

Abel contra mitis erat atque tractabilis, mente candidus, vultu verecundus, lingua synærus: nihil in eo simulatum, nihil duplex: insignis in fratrem natu maiorem obseruantia, in minores amor, in patrem matremque reuerentia, in Deum religio. Denique ille Esau, hic Iacobum à prima ætate, tam moribus quam diuina destinatione referebat, ut significat S. Ambr.^b in libro quem de utroque conscripsit. Ignorabat hoc quidè Adâ: neq; enim credibile

I. Multiplicatio filiorum Adami. a Gen. 3. 16

b num. 39. c a. m. 2. num. 2.

I. Indoles Caini. Gen. 4.

a Sap. 8. 19.

II. Abelis indoles.

a vide an. m. 1057. b Rom. 7. 24.

VI. Et quæ illi consolatio nis materia.

VII. Quomodo liberi ab originis peccato purgantur.

c in lib. de circumcisio- ne.

est ei sigillatim à Deo vnus prædestinationem, alterius reprobationem fuisse reuelatam: sed indicia quædam vtriusque, qualia nos quoque notamus, facile agnoscebat; nec tamen certi quippiam habebat, quia ignorabat quo uterque statu vitam clausurus esset extremam. In illo ergo priore diuinam iustitiam, vindictam, odium peccati: in hoc altero misericordiam, clementiam, placabilitatem animaduertebat. In illo Dominum ac seuerum iudicem exhorrescebat, in hoc mitissimum parentem amplexabatur: in illo lugens, quæ ventura erant formidabat, in hoc spe gaudens, & quæ tanta in dolens promittebat antè præcipiens, se ipse consolabatur. Vtrumque agnoscebat suum, sed alterum quasi peccati sui pœnam, alterum quasi inchoatæ dudum penitentia fructum minimè penitendum. Sic Adami vita in duobus hisce filiis luctu lætitiæque alternabatur, dum illi sensim adolecebant, alij identidem pullulabant, Eua perpetuo aut ferente vterum, aut parturiente.

ANNVS MVNDI,
ET ADAMI 50.
ANTE CHRISTVM 4003.

IN his decurrentium annorum maioribus quasi saltibus, placet in primo Mundi luctu gradum figere, illumque Eusebium^a imitando notare: in quo duorum fratrum ætas naturitatem quandam erax assicura: & implebatur illud, fuit autem^b. *Abel pastor ovium, & Cain agricola.* Caterum Cain tametia bonum semen domestica institutionis à parente Adamo quotidie accipiebat, ob terræ tamen propria malignitatem, infelix lolium, atque adedò spinas & tribulos germinabat. Qualia verò fuerint eius vitia, non obscure docuit Iudas Apostolus^c, cum enumeratis variis quorundam hæreticorum sceleribus, subdit, *Ve illis qui in via Cain abierunt*: id est ipsam Caini viuenti rationem secuti sunt. Ergo isti Pseudoprophete Caini peccata in vita sua repræsentarunt, quæ idem Apostolus, & ante eum S. Petrus^d senecissima oratione accusarunt; superbiam, gulam, auaritiam, luxuriam maxime, blasphemiam, abnegationem fidei, introductionem sectarum perditionis, atque blasphemiam. Præter illa minora, *murmuratores, querulosi, secundum desideria sua ambulantes.*

Hæc porro vitia si non omnia in hoc tempore, in reliquam certè vitam quadrare, partim sequens Scriptura declarabit, partim fœdissima Cainanorū vita quam scribit Epiphanius^e, satis ostendit; utrique enim eundem præceptorem diabolum habuerunt, quod de Caino significat Ioannes^f, cum ait eum ex maligno fuisse. De illis autem nihil amplius dicam; quam eam inter ipsos viguisse opinionem, quam fœdissimus quoque Carpocras docuit, non potuisse quemquam saluari, nisi per omnia scelerum genera cucurrisset. E quibus peccatis Caino maxime conuenit, introductorem esse sectæ perditionis & blasphemiam, ut primum perditionis filium, imò omnium generis hu-

mani perditorum caput. Iosephus illum accusat auaritiæ, D. Ambrosius negligentia in diuino cultu: possumus etiam nos gula in estu carniū introducto, sed alius erit ea de re dicendi locus^a.

Abel inter ea vir sanctus & iustus, hoc quippe illum cognomine Christus Dominus honorauit, maiora in dies ponebat incrementa virtutum, Deo probatus & hominibus: quippe quem iuabat, propter mansuetudinem, cedere potius quàm superare, & iniuriam accipere quàm inferre. Et quoniam amabilis est virtus ipsa per sese, in parente Adamo mirabiles excitabat amores sui, & utique debebat in fratre. Illius enim sanctitas, si quid rectè sciperet, in huius gloriam redundabat. Ipsa tamen lenitas contemptum, & dissimilitudo morum paulatim auersionem, in malo Caini animo gignebat, quæ facile occasione data in inuidiam, atque odium capitale prorupit. Cuius hæredes Cainani hæretici cum *tebrarum sint amatores*, inquit Epiphanius^b; & *malefactorum imitatores, ipsam Abel odio habent, Cain vero diligunt.*

Pertinere etiam videtur ab hoc tempore, quo incipiebant Adami filij atque discipuli multiplicari, tam agriculturæ & panificij, quàm lanæ lineique textus officia, architecturæ item, cæmentariæ, & lignariæ praxis atque frequentatio, vitæ necessitate inuitante, sicut & instrumentorum, quibus huiusmodi artes rectè exercentur usurpatio, Adamo scilicet inuentore atque opifice; neque enim peccatum, istarum illum rerum reddiderat imperitum, & ad vsum necessitas, pudorque nuditatis impellebant. Quis autem iure dubitare possit, in latissima illa rerum cognitarum sylua; primo homini, posterorum suorum magistro, diuinitus patefacta, illa quæ dixi artificia, ad victum vestitumque necessaria, fuisse contenta? Adde solertiã industriamque singularem, quali decebat illum esse præditum, quem Deus ipse interius exteriusque, ad omnium animi vsum, aptissimè conformasset, quique ætatem vixit, quæ infinitæ penè experientia par esset. Quamquam infra mediocritatem potius, ut in luctu & penitentia, quam supra mediocritatem eum ædificasse, aut vestibus cæteraque suppellectili vsum esse crediderim.

Sed nec plurima quæ norat statim in praxim vsumque reuocasse; progressu autem temporis, non exiguam Astrologiæ, cæterisque Mathematicis disciplinis, naturæque contemplationi operam dedisse nemo iure negauerit: multaque de stellis ac planetis, eorum motibus, actionibus, viribus obseruasse, atque annotasse, neque sphaeras aut astrolabia; aliâque id genus instrumenta ignorasse. Artem etiam conuerti ferri, cæterorumque metallorum, ad agriculturæ, architecturæ, reliquarumque mechanicarum vsum calluisse. Quibus non aduersantur quæ postea^c de Tubalcaino Scriptura tradit, si quis attendat: neque plurimas variis artibus, apud varias gentes fuisse rerum inuentiones. Nihil enim vetat vnã candèque rem à pluribus, nihil inter se communicantibus; inueniri. Ars enim Typographica, exempli causa, multis seculis apud Sinas prius inuenta dicitur, quam apud Europæos. Sed de his pro-

a an. m. 16 57. n. 8. etc.

III. Abelis sanctitas ingratia fratri.

b Har. 5. 8

Artes diuine ad Adamo exercentur.

Scientia quoque excoluntur.

c e. 4. v. 22.

instituta breuitate satis. Redeamus ad fratres.

VI. Multiplicatio generis humani. a. m. cit. Caini coniugium. b. haresi 39. c. q. 2. 9. & 10.

VII. Abel an co- iux fuerit. d. haresi 39. e. l. 1. c. 3. Fl. 15. de Ciu. c. 20.

VIII. Ita videri.

ANNVS MVNDI, ET ADAMI 100. ANTE CHRISTVM 3953.

I. Secundus Iubilaeus. Aequum est in hoc altero Mundi Iubilaeo nonnulli subsistere, vt sacrificiis, &

oblationibus duorum fratrum animo attendamus: non quasi nunc primum hoc pietatis munere functi fuerint, sed quod hoc maxime tempore, exeunte videlicet primo ab orbe condito seculo, quasi secularia sacrificia, tam ab Adamo, quam ab eius filiis frequentata videatur, Deo fortasse iam tum religionem quandam in quinquagesimum quemque annum, sicut & in diem septimum, inspirante. Nec credibile est Cainum primo statim Abelis sacrificio aduertisse, no esse grata munera sua Domino, fratris autem accepta, ideoque capitali statim inuidia in fratrem exarsisse: multoque minus ad 30. circiter annos iram continuisse: non enim prius occidit Abelem. Dicendum potius Cainum progressu temporis id obseruasse, obscurius primum, deinde apertius, postremoque certo cognouisse sibi infensum esse Deum, fratri autem amicum. Inde autem odio quodam in Deum, & amulatione in fratrem concepta, statuisse ad illum vlciscendum, istum de medio tollere. Id scelestum consilium dum animo versat concidit vultus eius, vt postea dicemus.

Quod autem dixi de progressu temporis aliquo modo ex Hebraico textu confirmatur, vbi habetur Cainum a fine dierum sacrificasse. Vbi plerique Hebraice bene docti diem pro anno sumunt, voluntque singulis annis statuto tempore munus suum ad certum locum, qui publice diuino culti destinatus esset, attulisse: vt ita solennitas annua, qua ad colendum Deum publice conueniebant; hac locutione significatur. Quod autem de loco dicunt ex Hebraeo textu confirmant, vbi non dicitur Cain obrulisse, sed attulisse de fructibus terrae munera Domino. Quamquam adducere pro offerre sumi potest, quod afferrentur ad Dominum, quae illi in sacrificium offerrebatur. Ipsa porro Scripturae narratio de diuisis fratrum sacrificiis, significat iam bona inter fratres fuisse separata; & alteram, vel vtrumque potius separatam sibi familiam, cum vxore & liberis habuisse.

Quo autem monitore sacrificasse dicemus, Chrysof. Cyril. Cassianus & Procopius, nullo alio impulsore eo venisse aiunt, quam lumine naturali, quo sciebant Deum, quamuis nulla re indigentem, nostris tamen muneribus honorandum esse; idque signum subiectionis esse atque dominij. Sed externo etiam monitore non caruisse hos fratres, Adamo scilicet parente, qui & praeret exemplo, exploratum est. Itaque Hugo a S. Victore a; Credimus, inquit, Deum docuisse Adam cultum diuinum, quo eius benevolentiam recuperaret, quam per peccatum transgressionis amiserat, ipsamque docuisse filios suos dare Deo decimas, & primitias. Sacrificij porro nomine non victimas pecudum duntaxat accipi oportere, sed terrae quoque fruges, & quidquid Deo, in signum supremi honoris, atque dominij offeratur, satis ex hoc loco intelligitur, vbi vtriusque oblatio modo munus, modo sacrificium appellatur, consentientibus omnium linguarum codicibus. Et nominatim Cain apud 70. dicitur sacrificasse, quod illi maxime, vt primogenito, conueniebat.

Quare autem vnus praeter altero munera fuerint accepta a Deo; ita docet S. Cyrillus b.

Fratrum sacrificia. Eorumque disparitas. II. Cerrone loco sacrificatum. III. Quo doctore Deum cultum didicerunt. IV. Cur munera vnus praeter altero suscepta. b. l. 2. in Gen. Ergo

Ergo sacer, ac sapientissimus Abel, quae in grege suo praestantissima erant, quaeque exquisitissimo animo delecta fuerant, offerebat Deo, modumque sacrificandi haud ignorans, adipem quoque apponebat. At Cain non eo modo, sed contra, magna cum negligentia offerebat. Quae enim ex tempestiuis frugibus excellentiores essent, suis deliciis referuabat; quae vero deteriores haberentur, maximo Deo non erubescere offerre. Philo a, quem multum sequitur S. Ambrosius b, tria in sacrificio Caini reprehendit, quod tarde obtulerit, quod non de primis fructibus, quod non optima quaeque, D. Paulus c, cum ait Abelem plurimam hostiam praeter Caino obtulisse Deo videtur intellexisse copiosorem, ac praestantiorum; quo etiam erat longè superior fide, pietate, & religione in Deum, & venturum mundi Reparatorem, vt non mirum sit alterius sacrificium, praeter altero fuisse acceptum Deo.

a lib. de sacrif. Abel. & Cain. b l. de iisdem fra. c Hbr. 11. 41. wdéna.

ANNVS MVNDI, ET ADAMI 130. ANTE CHRISTVM 3923.

I. Ratio temporis Abelis.

EXISTIMAMVS hoc anno Abelem a Caino fratre nefario scelere trucidatum, ab eoque primum mortem reipsa introductam in orbem terrarum, cum annum ageret Abel 129. vt qui natus est anno Adami secundo, vt ibi dictum est. Ante autem quam causam & modum, & effecta illius cordis exponamus, ratio temporis breuiter danda est. Dicitur ergo annum confirmat ex Scriptura Caietanus, agente de Natiuitate Sethi. Is enim cum dicitur natus cum Adam annis 130. vixisset: dicitur quoque a Deo positus, & subrogatus in locum Abelis a Caino interfecti, videtur proximo a morte Abelis anno editus in lucem: si ponamus quod merito quisque concesserit; Adamum non abstinuisse coniugio, memorem illius dicti, Crescite, & multiplicamini, &c. neque Eua tam cito effectam esse redditam, dicendum est singulis illam annis singulos filios, vel etiam geminos, vt supra dicebamus d, produxisse. Et consequenter Sethum proximo a morte Abelis anno natum esse. Alioqui si quis immediatus natus fuisset, de illo, non de Setho, dicendum fuisset ab Eua e, Posuit mihi Deus, semen aliud, pro Abel, quem occidit Cain.

d an. 2. n. 2.

e Gen. 4. 25.

II. Causa eiusdem.

f In 22. Hbr.

Inflamatio sacrificij.

g In esp. 4. Gen.

Causa cordis fuit ira atque inuidia Caini, sed eius occasio atque obiectum antecessit, quod Dominus ad munera Abelis respexisset, ad sua vero non respexisset. Sed unde scire poterat Cain, inquit Hieronymus f, quod fratris sui munera suscepisset Deus & sua repudiasset, nisi interpretatio illa vera esset, quam Theodotion posuit. Et inflamauit Dominus super Abel, & super sacrificium eius; super Cain vero, & super sacrificium eius non inflamauit? Ignem autem ad sacrificium deuorandum venire de caelo, & in dedicationem templi sub Salomone legimus, & quando Elias in monte Carmelo construxit altare Sic Hieronymus. Quam Theodotionis interpretationem probat quoque Procopius Gazaeus g; & alij, & nominatim S. Cyrillus. Quamobrem

ait a, ad munera Abel ignem caelitus emissum consumere sacrificium effecit. Ad Cain autem, & ad sacrificia eius non respexit, non enim ignem assuetum oblati emisit. Nota autem verbum illud Cyrilli assuetum, propter ea quae de Sacrificandi consuetudine ab Adamo & filiis eius usurpata supra diximus b.

Hic Cain irascitur vehementer, non in culpam suam ad obtinendam veniam, sed in Deum a quo despiceretur, praeter minorem natu fratre: simulque fratri, quem sibi praeferebat, diuinum fauorem, & gratiam inuidit. Vnde demisso capite, & deiecto vultu, quasi caelum sibi aduersarium auersatus, a sacrificij loco abscessit indignans, animoque machinans facinus, quod pridem mente versabat? Nec eum statim deserit Dominus, sed monet c, Quare iratus es, inquit, & cur concidit facies tua? nonne si bene egeris recipies, si autem male, statim in farribus peccatum aderit? Sed sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius; Monet, inquam, vt respiciat, proposita benefactis mercede, & poena peccatis, quae vel statim sequitur nocentem, vt conscientiae aculei; vel non ita multo post consequitur, iuxta illud, Raro antecedentem scelestum Deseruit pede poena claudo.

Ne autem propter appetitum in malum primum diffidat de victoria, ait illi non defore vires quibus appetitum subiiciat rationi.

Sed quid ei profuit ista monitio? ait August. 9, Nonne conceptum scelus in necando fratre, etiam post verbum diuina admonitionis impleuit? Nimirum quia, vt paulo ante dixerat idem Sanctus in electis Spiritus sanctus operatur intrinsecus, vt valeat aliquid medicina, quae adhibetur extrinsecus. Nam visibili forma Deum cum illo locutum esse, ibidem affirmat Augustinus. Ergo ille male animatus, ad fratrem conuersus, amice, & dissimulata malitia; Egrediamur inquit foras remotius videlicet a tabernaculis, aut edibus in quibus habitabant ne quid impedimento esset meditato facinori. Quae verba, vt absint ab Hebraeo, extant tamen apud 70. & Paraphrasten Hierolymitanum; vnde ea desumpsit vulgatus interpres. Addit autem ille Paraphrastes, cum foris essent, inter colloquendum Cainum dixisse, non esse iudicium, neque iudicem, neque seculum aliud, nullam iustis mercedem repositam, nullam impiis poenam; mundum neque Dei bonitate creatum esse, neque prouidentia gubernari, quando ipsius oblatio reiecta fuisset, Abelis autem suscepta. Quae eum Abel improbaret atque refelleret, rixa nata, insurrexit ille in fratrem, atque interfecit. Quae disputatio si vera est, vt est sane probabilis, recte martyrem Abelem, cum pleiisque antiquorum, dicere licebit.

Sed quo relo percussum dixerimus; Pictores Caini manum vt plurimum armant mandibula, auctore proprio iudicio, Chyostomus gladij meminit, Irenaeus falce occisum significat, Prudentius sarculo, Isidorus ferro prostratum dicit. Dicitur etiam si placet, ad manum habuisse rusticam aliquam ex agricultura furcam, siue ea lignea, siue ferrea fuerit, quam secum de more sine suspitione tulerit, quam in sanctissimum fratris pectus immiserit, vnde patefactis visceribus, late sanguis in terram effusus

a l. 2. in Gen. b An. m. 100. n. 1. c. c. III. Cain irascitur, & a Deo monetur. c cap. 4. 6. d l. 15. de Ciu. c. 7. e. IV. Fratrem adducit foras. Postremum inter eos colloquitur. V. Cordes quocelo facta

effusus est, vt Scriptura testatur: vnde refelli- tur suffocatio, quam aliqui introducunt. Sed quid facias malè sanis Hebræis; qui volunt Abelem Caini moisibus dilaniatum, vt scribit Tostatus a, qui cum mauult lapidibus oppres- sum? Addit Iosephus b, illum abdidiisse cada- uer, ratur sic facinus occultum fore. Proco- pius ait illum humo cooperuisse corpus, ne ap- pareret, sed sanguine facinus ipsum fuisse pro- dicum.

a q. 6 in c. 4. Gen. b l. 1. An. c 2.

V I. Patet scelus. c Gen. 4. 7.

v. 9. Caini per- uicacia.

Ibid. 10.

d Heb. 11. 4.

e Apoc. 6. o.

f cap. 4. 11.

V II. A Deo con- demnatur.

Prima pœ- na; dicitur qd. 2. 2.

2.

3.

4. Trem- r.

V III.

Non diu lætatus est Cain in scelere suo, si tamen lætatus est, & non statim conscientie tortor affuit. Monuerat quippe Dominus sta- tim in foribus affore peccatum c. Sed mox etiam affuit peccati absconditi. propalator, atque ul- tor Deus, qui salutis nefarii hominis curam gerens, eumque volens ad culpæ agnitionem adducere, miti oratione, ubi est, inquit, Abel frater tuus? Poterat Cain audita huiusmodi in- terrogatione agnoscere, cuimen suum esse de- prehensum, Deo præsertim interrogante: Ni- hilominus in cumulum peccati sui, & menti- tor coram Deo, & superbe respondet. Nescio inquit, num custos fratris mei sum ego? At Deus simul & hominem conuincens, & admissi sce- leris magnitudinem exaggerans, Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Huc alludit Apostolus d cum ait, per fidem Abelem defunctum adhuc loqui. Quid autem diceret ille sanguis, ex Ioanne Euangelista dis- cendum est, qui se audisse refert animas cla- mantés voce magna, & dicentes e, Vsq; uero Domine, sanctus & verus, non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum, de ijs qui habitant in terra? At sanguis Abelis celere habuit audi- torem & vindicem. Sequitur enim.

Nunc igitur f maledictus eris super terram, que aperuit os suum, & suscepit sanguinem fra- tris tui de manu tua, cum operatus fueris eam non dabit tibi fructus suos; vagus & profugus eris super terram. Homini terreno, cuius cri- men terra prodat & accuset, quæ immani cæ- de nunc primum violata est, & imbuta impia effusione innocentissimi sanguinis, pœna è ter- ra sumitur, quam ille magis nunc horreat, quam spirituales & æternam. Prima ergo illius pœna est, quod futurus sit maledictus super ter- ram, siue de terra, vt Hebræus & Græcus tex- tus habent; quasi diceret terram imbuisi san- guine, terra vltionem de te repetit, & se tibi maledictam, id est sterilem præbebit & infœ- cundam. Altera est vt sit vagus, alia ex alijs loca crebro mutans, siue facili cuiusvis loci tædio siue quod vnus loci sterilitatem pertæsus, alium atque alium labori scilicet respondens quæ- rat. Tertia vt profugus sit, fugiens scilicet ne- mpe persequente, propter sceleris conscien- tiam, & internum timorem, quem fallax ima- ginatio semper amplificat, qui in corpus redun- dans, gemitus excutiat & tremorem. Nam 70. hoc loco habent scélou è réléuon, & qui eos secuti sunt Græci Patres, nominarim, Chry- sostomus, atque Procopius. Merito autem credi potest hac quarta pœna tremoris vexatum Cain- num, licet eam Hebræus textus, Latinusque non habeat; Deo 70. senioribus inspirante id scribere, quod operæ pretium esset nos non ignorare.

Hic reus audita sententia damnationis suæ.

Maior est, inquit a, iniquitas mea, quam vt ve- niam merear, siue vt est apud 70. quam vt dimit- tatur mihi, quæ verba, antiqui omnes Græci Latinique Patres de misericordia Dei despa- rantis esse profitentur. Recentiores autem sic exponunt, maiore me supplicio afficis, quam vt ferre possim. Omnes autem in eo conue- niunt, vt improbam Caini querelam esse fa- teantur, siue Deum inclementiæ accuset, quod ignoscere nolit, siue iniustitiæ, quod maiorem pœnam inferat, quam pro magnitudine culpæ. Et addit quæ hac paraphrasi illustrantur. Ecce eiecisti me hodie, hac tua sententia à patrio solo, in quo natus & educatus sum, nec aude- bo sistere me, vt i solebam, conspectui tuo, vt sacrificia offeram, quæ tibi ingrata esse per- spexi: sed exul ero, nec tamen siam loci ali- cuius incola, sed quo me feret imperus, ad no- tos ignotosque ibo, vnde & continget vt qui- libet me, quasi erronem, & ex conscientia sce- lerum fugituum interficiat.

Verum Deus: suam in ipsum prouidentiam verbis factique demonstrat. Dixit enim illi Dominus, Nequaquam ita fiet, sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur, id est grauissi- mas luet pœnas, qui videlicet sine autoritate legitima hominem, quamuis tanti reum faci- noris, occiderit: Factis quoque demonstrat, quando posuit in eo signum ne passim occide- retur. Quod fuerit id signum omnes penè in- quirunt, & vt in re admodum incerta nihil sta- tuunt. Probabiliorem eorum puto sententiam qui tremorem corporis inditum diuinitus Caino velint, quoniam id fundamentum habet apud Septuag. & ab Hieronymo b, Theodo- ro, Eucherio c, Ruperto probatur d. Et hæc- tenus Abelis historia, & Caini scelus atque damnatio; quam multipliciter deprauauit Iosephus Iudæus e, vt in Annalibus accuratè de- monstrauimus f, quod hic indicasse sufficiat.

Supereft vt, ad Abelis nostri funus honoran- dum, eum cum Christo domino, tanquam figu- ram cum re figurata, componamus, tribus dun- taxat è maiore copia, quam in Annalibus g di- gestissim, hoc loco selectis. Primum composi- tionis huius caput est, quod Abel innocens à fratre nocentissimo per inuidiam, in campo, extra communis habitationis locum, immatu- ra ætate occisus est. Quot verba, rot figuræ, to- tidemque mysteria: Noster Abel h, qui pecca- tum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, à Iudæico populo, fratre suo secundum carnem, neque enim confunditur eos vocare fratres i, per inuidiam, ne ipsi quidem Pilato ignotam, ex- tra ciuitatem eiectus, in ipso ætatis flore, in Caluarie monte crucifixus est. Deinde Abelis sanguis in terram funditur, & è terra clamo- rem mittit in cœlum, vindictam sceleris expe- tens. Accessistis, inquit Paulus k, ad Testamen- ti noui mediatorum Iesum, & sanguinis aspersio- nem melius loquentem, quam Abel, veniam scilicet postulantiem, & dicentem l, Pater dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt.

Denique Abele occiso, parricida Cain fru- stra ad pœnitentiam prouocatur; nec tamen occiditur, sed eicitur è facie terræ, & à conspe- ctu Domini, & fit vagus & profugus, signo tremoris, non tam ad tutelam, quam ad diu- turnam notatur infamiam, dum misere & cor-

a Gen. 4. 13. Caini de- speratio, & querela.

I X. Dei in ipsi prouidentia.

v. 15.

b Ep. 22. 5. ad Damas. 9. 1. c In Cat. Lipom. d l. 4. cap. 9. c l. 3. An. c. 2. f n. 19. 20. g seqq.

X. Abelis cum Christo cõ- paratio.

g n. 2 6. 2. seqq.

h 1. Petr. 2. 22.

i Hebr. 2. 11.

k Hebr. 2. 12. 24.

l Luc. 23. 24.

X I. Tertia si- militudo.

pore

Dispersio Iudæorum.

a Psal. 58. 12.

b Malach. 2. 3.

X II. Abelis Epi- taphium.

X III. Exilium Caini.

pore & animo, pereat, fratre in regione iusto- rum quiescente, cum certa spe felicitatis æter- næ. Iudæi quoque fratris sui Messie parricidæ, maxima ex parte obstinati, ad Apostolorum prædicationes obduruerunt, nec tamen fundi- tus tot bellis & calamitatibus, tam diuturna & generali seruitute deleti sunt. Vt impleatur il- lud Davidis oraculum a, Ne occidas eos, ne quan- do obliuiscantur populi mei. Disperge illos in vir- tute tua, & deponere eos protector meus Domine. Eiciuntur à facie terræ Sanctæ, in qua olim sa- crificiis sibi Deum placabant, & conspectu Dei: qui nunc stercus Iudæicarum solemnita- tum b, & sacrificiorum detestatur, lugentes irri- det, vagos & profugos vbique persequitur, & infito timore ac fœtore notatos non miserabi- les hominibus, sed execrabiles facit, dum mi- seri ac reprobi ad æternas miseras rapiantur. Addo etiam hoc loco, amice Lector, Abelis elogium, aut si maus epitaphium, quasi à paren- te Adamo positum, quod, si quis fastidiosior fuerit, impunè prætereat, aut quasi epitomen vita eius qui hoc honoratur elogio memoria renouandæ causa, percipiat.

EPITAPHIUM ABELIS appensum ad Mausolæum, ab Adamo, in ipso cædis loco, dul- cissimo filio excitatum.

VIS tantus hoc loco, tamque sonorus clamor? Rogas? viator, adhuc inau- ditum tibi parricidium, à primogenito mor- talium ausu nefario perpetratum? Inuit iam clamor cælo, necdum in terris auditus est ti- bi? Vides puniceas nunc ac rubricatas, antea gramine viridantes glebas? ne fallere, non gleba, sed lingua sunt, quæ fraternam in- uidiã, quæ furorem non repentinum, sed malitiam inueteratam clament: quæ im- placabili gemitu pectora quatiant vtrius- que parentis: quæ paternos oculos ad fletus quotidie integrandos pronocent: quæ reprobi hominis mentem malam, & primam culpam malignitatem demonstrent. At me magis decuit, O Deus, mortis auctorem, mortem violentam ac pramaturam pati. Clamat effusus sanguis Abelem meum, gaudium & luctum meum, Abelem iustitie coryphaem, martyrii principem, confessorum primatem Clamat Messie prodromum, expressamque vita ipsius, ac mortis imaginem, primum subterranea quietis ac domicilij ciuem, qui longo ordine venientes iustos complexu exci- pias suo: expectans cum eis beatam spem, atque aduentum gloriæ magni Dei. Posuit marens pater, cui à filio iustius positum fo- ret. Anno abortu rerum CXXX. Ab Abe- le nato CXXXIX.

Non videtur longum temporis spatium in- ter condemnationem Iudicis, & rei pœnam

intercurrisse. Nam statim à lata sententia sub- dit Moses egressum à facie Domini Cainum habitasse profugum in terra ad orientalem plagam Eden. Septuaginta, in terra Naid, siue Nod, vt notauit Hieron. a quam vocem ipse interpretatur fluctuantem, instabilem ac sedis incertæ: & significat eos appellatiuum nomen in proprium, mutasse. Et fieri sanè potest vt locus ille, ad quem orientem versus secesserat Cain, cum nomine careret postea à Caini pro- fugio Nod, siue corrupto vocabulo Naid di- ceretur in au dissoluto. Et vero locus ille, ait Chryostomus b, in quo habitauit Cain, perpetua memoria fuit non illi soli sed & seculis posterioribus ob tremorem & motionem, Nomen enim Naid He- braica dictio est, & vertitur motio. Itaque vt crimen illius notum esset, etiam à loco, quasi in columna area scriptum, illic eum collocauit. Ita Chryostomus.

ANNVS MVNDI, ET ADAMI 131. ANTE CHRISTVM 3922.

IXIT Adam, inquit Moses in catalogo Patriarcharum c, 130. annis, & genuit ad imaginem & similitudinem suam, vocauitque no- men eius Seth. Annos numerat Scriptura dun- taxat, nec eos aut inchoantes, aut prouectos, aut absolutos definit: de absolutis tamen vide- tur interpretanda, nisi aut textus ipse, aut cer- ta ratio temporis aliud exigat, idque plurimo- rum grauium Scriptorum exemplo, qui cum primam ætatem vsque ad diluuium 1656. an- nis definiant, necessarid annos expletos pon- nunt. Quoniam ergo Adamus centum ac tri- ginta vixit annos, vt ait Scriptura, & genuit Sethum, dicemus post elapsos 130. annos natum esse Sethum, & primum eius annum esse Adami centesimum & trigésimum primum. Sed in hac primam Sethi natiuitate grauis oc- currit controuersia Græcos inter Hebræicosque numeros. Vbi enim vulgata editio, Hebræico textui consentiens, ait Adamum annos natum 130. genuisse Sethum; Græci habent Adamum vixisse 230. annos & genuisse filium, ma- nifesta centum annorum diuersitate. Sed mox sequitur alia discordia, quæ totam vtrius- que numeri summam parem facit. Vbi enim nos habemus Adamum à nato Setho, vixisse octingentis annis, Græci habent vixisse septin- gentis.

Et sanè satis constat plurimos antiquos Ec- clesiæ Patres, quibus ferè soli Græci codices in- notuerant, eos magno consensu esse secutos. A quibus tamen postea duo Ecclesiæ lumina Hieronymus, & Augustin. quibus Hebræicus textus innotuit, discessere. Hieronymus enim ex Hebræico fonte Latinam editionem molit- us est: quæ nunc editio vulgata dicitur, & ab Ecclesiâ vniuersa recepta, summam authorita- tem consecuta est. Cui nos libenter subscribi- mus; & quia necesse est viro Catholico, & quia longè probabiliorem exhibet veritatem. Nam S. August. d Græcis codicibus quatuor maxi- mè ex capitibus derogat fidem. Primo, quia ex

a In trad. in Gen. c. 2. d. 2. 2. 2.

b hom. 20. in Gen. c. 2. 2.

I. Ratio Chro- nologicæ generalis. c Gen. 5. 3.

II. Diuersæ Hebræos inter & Græcos.

Hebræam præfert Au- gust.

d l. 15. de Ciu. e. 12. & 12.

Græco

Græcorum chronologia necesse est dicere Ma- chusalem quatuordecim annis superuixisse dilu- uio, cum tamen certo constet, eum non cen- seri in illo octo animarum numero, quas S. Petrus a memorat. Secundo, quia credibilis sit ab interpretibus erratum fuisse, quam in ea lingua esse falsum, unde in nostram per Græ- cam Scriptura ipsa translata est. Tertio, quia non sit probabile Iudæos, dum nobis inuident, mutasse quædam in codicibus suis, ut in no- stris minueretur autoritas. Quis enim credat Iudæorum gentem, tam longè lateque diffu- sam, in hoc conscribendum mendacium vno consilio conspirare potuisse, & dum aliis inui- dent auctoritatem, sibi abstulisse veritatem?

Postremò ita concludit, Rectè fieri nullo mo- do dubitauerim, ut cum diuersum aliquid in virisque codicibus inuenitur quandoquidem ad fi- dem rerum gestarum utrumque esse non potest ve- rum, ei lingue potius credatur, unde est in aliam per interpretes facta translatio. Quomodo autem id numerorum dissidium contigerit, non con- stat. Sulpicatur idem August. b cum primùm de Bibliotheca Ptolemæi describi ista cœpe- runt, in codice vno erratum esse, ex quo dum cæteri describuntur, latius errorem in codices omnes emanasse. Primi autem codicis erro- rem, in aliquibus locis casu aliquo, & per im- prudentiam contingere potuisse; in aliis autem ipsam errandi constantiam, non casum, sed industriam redolere. Quæ autem causa indu- xerit eum, qui de industria errorem induxit, fusè ibidem disputat August. Sed quæcumque fuerit Græcis errandi causa, nos vulgatæ edi- tionis, præsertim cum Hebræa consentienti adhareamus.

Sed iam ad Sethi natiuitatem veniamus, cui æqualem adiungamus licet Caini primogeni- tum Henochum. Vtrumque enim eodem anno genitum ex eo colligimus, quod proximo à cæde Abelis anno iacturam eius suppleuit Do- minus, vt supra dicebamus c: quoque legamus statim ad expulsionem Caini, quæ anno proximè præcedenti facta est, Cainum cognouisse vxo- rem suam, eamque concepsisse, & peperisse He- nochum. Et fortè in editione vulgata illud d, Cognouit quoque Adam uxorem suam, respicit illud antecedens de Caino, Cognouit autem Cain uxorem suam, &c. Porro Setho nomen dedit mater, addita etiam ratione nominis. Posuit, inquit, mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit, Seth, inquit Hieronymus e, propriè dicitur, id est positio dicitur quia posue- rat eum Deus, pro Abel, fit enim à שֵׁט quod est ponere. E Græcis Seth alij fundamentum, alij resurrectionem interpretantur, Epiphanius compensationem f. Nam ex eo, per Noë, quasi fundamento propagatus est Mundus, Cainitis, cæterisque Adæ filiis diluuiò extinctis: In eo resurgere visus est Abel, & per illum Abelis iactura reparata est. Denique Sethi ortus pa- rentibus consolationem attulit, per illum Messiam, Mundi perditum restauratorem, recta linea aliquando nasciturum cognouerunt.

De Henoch porro Caini filio, vsque ad Lamech Scriptura nihil tradit, Noluit enim spiritus Dei, ait August. g in terrene ciuitatis ge- nerationibus tempora notare ante diluuium, sed in celestis maluit, tanquam essent memoria di-

gniores. Non est autem credibile Henoch fuisse Caini primogenitum, sed omissis cæteris, quos ante vel post Henochum genuit, illius tantum Scriptura meminit, ex cuius posteris natus est is, qui parricidium vltus est. Sic etiam existimandum non est Sethum ad annum vsque centesimum quintum caruisse liberis, aut Enos vsque ad 90. aut Jared vsque ad 162. aut Ma- thusalem vsque ad 187. denique Noë vsque ad quingentesimum. Sed sicut postea dicuntur genuisse filios & filias, ita & ante valde credibi- le est genuisse, atque adeo necessarium, cum Cain tam maturè ex filiis ac nepotibus congre- gauerit ciuitatem. Cæteri enim Adæ filij, ac nepotes à Cainitis quasi excommunicatis absti- nebant, vt fusè disputat Augustinus a.

ANNVS MVNDI,

ET ADAMI 150.

ANTE CHRISTVM 3903.

Ædificauit Cain ciuitatem b, vocauitque nomen eius ex nomine filij, Henoc, siue Henochiam. Quo autem potissimum anno hæc prima mundi ciuitas à Caino condita fue- rit, nemo certò definire potest, in Scripturæ silentio cum nulla extent Mosæicis antiquiora monumenta. Et Moses in hac prima ætate mundi, obiter tantum, & quasi aliud agens res impiorum attigerit. Quibusdam est geni- tum Henochum cum ciuitas cederetur, vt ea occasione ab illo nomen acciperet. Quam sententiam non planè improbat S. August. c, quia non putat Henochum fuisse Caini primo- genitum. Verum quoniam credibile est Cainum multorum iam non solum liberorum, sed etiam nepotum autem Henochum, centum mi- nimùm annis, parentem factum esse, nullo modo arbitror initium ciuitatis huius ulterius, præsertim ad tertium, aut quartum seculum cum aliquibus, esse differendum. Sed ad ter- tium circiter Mundi lubilæum pertinere, quo Henoch pueritiam egressus, patrem comitari studiosius, eique ita placere cœperit, vt illius nomine ciuitatem recens conditam insigniret. Vt ibidem inuit S. Augustinus. Hanc etiam dilationem suadet, quod conueniat illam Dei prophetiam, Vagus & profugus eris super terram, fat multo tempore comprobati: Itaque Iose- phus ait d eam multas regiones cum vxore, & reliqua scilicet familia, emensum esse.

Causas conditæ ciuitatis huius referre pos- sumus duas, alteram inditum à Deo metum, propter admissum scelus? cum ergo timeret & fugeret nemine persequente, receptaculum, & quasi perfrugium sibi construxit ac suis. Fortassis etiam tutum se à feris præstare voluit, si homicidam diuino instinctu persequen- tibus: Altera fuit, vt eo congereret quæ per vim ac latrocinia ipse, sui que congregarent? quæ videtur Iosephi e mens de Caini moribus, post Abelis cædem loquentis; Fratres videlicet suos Adamo genitos, eorumque filios ac nepotes latrocinii vexare, potuit: à quibus non tantum habitatione secretus erat, sed om-

An soli pri- mogeniti à Scriptura recensiti.

Cainitis à cæteris se- creti.

a l. 15. de Ciu. cap. 8 & seqq.

b Gen. 4. 17

I. Prima ciui- tas Heno- chia.

c l. 15. de Ciu. c. 8.

Quando condita.

Nec illud necessario, &c.

d l. 1. Ant. cap. 2.

II. Quibusque de causis.

e l. 1. Ant. cap. 2.

ni vitæ consuetudine, tanquam à cæteris gladio diuinæ excommunicationis abscessis. Nec deerat rapinis materia, si non deerat timido rapi- di voluntas, terræ fruges, arborumque compor- tati fructus, armenta gregeque pecorum, co- rumque pelles ac lana, rusticum insuper ac do- mesticum instrumentum, aliæque id genus.

III. Separatio Cainitarum à cæteris Adamitis. a Gen. 6. v. 2. 4. Illa porro quam dixi seperatio Cainitarum à cæteris Adamitis, Scripturæ Patribusque ad- modum consentanea est, sic vt omnes probi- iustitiæque cultores cum Adamo viueret, qui à Scriptura a filij Dei appellantur; cæteri Caino geniti non dissimiles parentis, cum ipso morabantur, & filij hominum à Mose dican- tur, nec vlla erat inter eos, vt dixi communi- catio, vsque ad tempora vicina diluuiò, quan- do iuncti coniugis, eorum consuetudine illis similes effecti, eadem cum ipsis eluuiòne perie- runt Theodorus b enim agens de Setho, & filiis eius. Illi igitur, inquit tanquam pi & boni cognominati sunt filij Dei. Separatum enim erat ge- nus Sethi, & non permiscebatur cum cognatione Cain, propter illatam ei ab omnium Deo maledictio- nem. Et Procopius c ei consentiens, ait non fuisse contracta matrimonia inter Sethi & Caini liberos, tamen isti illos pellicere non cessarent. Nec alia est d Epiphaniij sententia.

IV. Henochia vbi condita. Quo porro loco Henochia fuerit condita, nondum diuisis tunc, nominatisque regionibus, non constat, nisi à parte orientali Paradi- si, quoniam eò secessisse Cainum memorat Le- gislator. Ideo qui in Mesopotamia illum con- stituunt, Henochiam in Assyria collocant, vt Genebrardus. Nam Anni Viterbiensis fabulas missas facimus. In ea ciuitate quasi reges do- minatos fuisse septem illos, qui à Scriptura de Caini progenie numerantur suspicatur Augu- stinus e: nec affirmat. Meritò. Neque enim cre- dibile est Cainum, qui vsque ad septimum pro- geniem vitam produxit, tam modestum, atque alienum ab ambitione fuisse, vt filiis aut nepo- tibus imperio cedere voluerit.

V. Institutio Sethi. f l. 1. c. 3. Antiq. De Sethi porro institutione puerili, quæ in hoc tempus cadit, hæc habet Iosephus f. Hic à patre educatus, vbi eò atatis venit, vt iam quod re- ctum est discernere valeret, virtutis studiis se totum dedit: & cum ipse vir optimus euasisset, etiam ne- potes sui similes post se reliquit. Sic ipse. Et sanè par erat eum, qui sanctissimo Abeli à Deo sub- stitutus esset, qui secundum Adamum Ecclesiæ Dei, & ciuitatis Sanctorum caput erat, qui Christi Domini figura, etiam vitæ rudimenta ac fundamenta ponere, quæ tali fastigio respon- derent. Corpore quoque vehementer auctum esse, credere par est, si Methodio credimus, qui eum gigantem vocat, vt refert Raderus noster in chronico Alexandrino; & num. 5. refert ex fragmento cuiusdam Chronici ex Palatina Bi- bliotheca, Sethum quadagesimo anno atatis subito raptum ab Angelo, & 40. diebus non fuisse visum, eoque tempore diuinitus didicisse filios suos peccaturos, & Mundum aquis inun- datum iri, ac præter paucos, periturum. Ventu- rum etiam salutis auctorem Christum, eaque parentibus exposuisse. In illo autem cum An- gelo congressu cælesti splendore circumfusum, quem per reliquam vitam tenuerit. Quæ non sine causa veretur Raderus, ne ex Sethiano tum hæreticorum liberis excerpta fuerint, qui

Sethi ra- ptus.

Suspectus.

raptum ferebant Sethum, vt refert Epipha- nius a.

ANNVS MVNDI, ET ADAMI 180. SETHI 50. ANTE CHRISTVM 3873.

NON inuenimus, sed elegimus hunc an- num Sethi quinquagesimum, quem ipsius coniugio probabiliter dicemus, quod erat tempus florentis ætatis, aut si placet ma- turescentis primorum illorum Patriarcharum, quorum senectus vix post nongentos annos in vitæ huius stadio decursos, perueniebat ad me- tas. Eius coniugem Azuram vocat Epiphanius a, ipsius Sethi sororem, eodem partu genitam. Ex ea porro plurimos genuisse filios ante Enos, de quo mox dicetur, arbitratur. Is enim qui primus & solus in scripturâ de filiis Sethi nomi- natur, primogenitus non dicitur. Omni- noque assentimur Augustino b dicenti sibi credi- bilius videri primogenitos filios non comme- morari à Scriptura hoc loco, sed quos successio- nis ordo, poscebat, vt perueniretur ad Noë; à quo rursus ad Abrahamum videmus esse per- uentum.

ANNVS MVNDI, ET ADAMI 236. SETHI 106. ENOS 1. ANTE CHRISTVM 3817.

IXIT Sethus centum & quinque an- nis, & genuit Enos, vt Moses a scri- ptum reliquit, quos si meminerit lector nos numerare absolutos, vt ante monuimus b, non mirabitur Sethi centesimum sextum cum primo Enosi concurrere, sicut Sethi primus, centesimo trigesimo primo Adami congruit. Iam quod ad nomen noui huius Patriar- chæ attinet habemus eum à patre appella- tum Enos, quæ vox hominem quidem signifi- cat, sed vt linguæ sanctæ peritiores affirmant, hominem miserum & ærumnosum, aut virum dolorum & scientem infirmitatem, vt de Messia dixit Esaias c. Quod videtur referendum ad mo- lestias, quas tum Sethus cum suis à Cainitis pa- triebantur, quas suspicari quidem possumus or- tas ex innata malis aduersus bonos antipathia, ex historia certò affirmare non possumus. Illud quidem constat perpetuum fuisse seculis omni- bus; vt probos improbi variis modis diuxer- ent. A diuina quippe providentia decretum est, vt non sine lucta in eius famulatu suscepta, brauium obtineamus, nec sine certamine trium- phemus. Posuit enim æternam felicitatem, d co- ronam iustitiæ, quam reddet nobis Dominus in illa die e.

a hares 40 qua est Ar choniscorij

I. Sethi con- iugium, & liberi.

b hares 39

Scriptura non ponit in catalogo primogeni- tos. l. 15. de iu. 16. 1 cap. 5. 6.

I. Ortus Enos. a cap 5. 6. b a. m. 131. num. 1.

Et ratio no- minis.

c e. 53. n. 3.

d 2. Tim. 4. 8.

ANNVS MVNDI,

ET ADAMI 250.

SETHI 120. ENOSI 15.

ANTE CHRISTVM 3803.

I. Qui Enos cepit inuocare nomen Domini. a Gen. 4. 26.

IN Vno quinti Iubilaei annum elegimus, in quem referemus illa Scripturae verba, non minus ad Enosi laudem illustrata, quam ad intelligendum obscura. Iste cepit inuocare nomen Domini. Quod eo tempore, quod nunc agebat Enos, radij luminis naturalis, & diuini clariùs incipiunt emicare. Et quoniam illa Moysi oratio multas ingerit difficultates, quae a nobis quantum licuit in Annalibus illustratae sunt, hic breuiter dicimus, Enosum dici id cepisse, quod maiore quam antea studio, ac pietate fecerit: quomodo Noë dicitur cepisse exercere terram, quam constat ab Adamo, & Caino agricola cultam, quia maiore quam ante studio atque industria eam coluit, vineasque plantauit. Sic de Nembroth dicitur, ipse cepit esse potens in terra; potentes vtrique fuerant gigantes ante diluuium, sed iste cepit ingeniosus exercere dominatum à diluuiio. Sic ergo Enos dicitur cepisse inuocare, id est excellentius quam vulgò tum fieret, praedicando, verbi gratia, vel certas caeremonias, & praecum formulas adhibendo, ex institutione patris sui: quae videretur expositio omnium maximè probabilis, estque Ruperti, Lyran, Abulen, Lipomani, Del-Rio, Vatabli, Emmanuelis Sa, nouissimè Boulducij.

b a. m. 250. n. 2. & seqq.

a de Eccl. ante legem. l. 1. cap. 10. p. 84.

ANNVS MVNDI,

ET ADAMI 325.

SETHI 195. ENOSI 91.

CAINAN 1.

ANTE CHRISTVM 3727.

II. Ortus Cainan.

NONAGESIMO Enosi anno absoluto, natus est Cainan, quem propterea ineptum sit existimare Enosi primogenitum, etsi id Scriptura tacuerit. Caeterum cum Caini posteritas notata sit, ut tamen quantum quisque illorum vixerit non sit notatum: si persone personis, & generationes generationibus componantur, Sethus Caino, pater scilicet filiorum Dei, patri filiorum hominum, Enos Enoch, inuocator Domini, dedicatori terrene ciuitatis: & Cainan Irado, & Malaleel Maniacle, & Jared Mathusaël, & Henoch, qui translatus est, polygamo Lamecho, qui Cainum reproborum patrem imprudens occidit, sibi è regione respondebunt. Quid autem ab istis tot annis gestum fuerit, ignotum nobis esse voluit diuina Sapiencia, quae aliquando in conspectu omnium mortalium omnia manifestata est, cum a caeteris adducet in iudicium. In Caini porro filio Malaleele, qui septua-

a Eccl. 11. f.

genario patre natus est, aut in huius filio Iaredo, qui patre quinque annis minore ortus est, nihil est quod propterantem Lectorem, scriptoremve remoretur.

ANNVS MVNDI,

ET ADAMI 500.

SETHI 370. ENOS 265.

IAREDI 40.

ANTE CHRISTVM 4553.

ET si in hac rerum ieiunitate currimus, Lector, ut vides, decimum tamen hunc mundi iubileum notare placuit, de quo referente Radero ita scribit Methodius. Quingentesimo anno in prima mundi chiliade, filios Cain abusus fuisse vxoribus fratrum suorum in fornicationibus nimis. Quod caue ad hunc praecise annum referas, sed ad eos quoque qui aliquot forte decuriis vel praecedunt, vel subsequuntur. Quod autem primum mundi millenarium, anno Iaredi quadragesimo, quem praefert anni huius index, pertransisse ait, id referre oportet ad Septuag. interpretum, quam Methodius sequitur, supputationem: in qua annus mundi millesimus exactè in Iaredi quadragesimum cadit. A qua vides Hebraeam & vulgatam Scripturae chronologiam toto semisse distare. Scribit idem Methodius sexcentesimo anno primi millenarij homines sexus vtriusque valde in libidinem fuisse profusos: id est circa duodecimum mundi Iubilaeum.

I. Decimus Iubilaeus.

230. Ad. 203. Sethi. 190. Enos. 170. Cainan. 165. Mala. leel. 40. Ia. red. 1000.

ANNVS MVNDI,

ET ADAMI 623.

SETHI 493. HENOCHI 1.

ANTE CHRISTVM 3430.

VEL ex hoc maximè loco refelluntur Hebraicae nugae de solis primogenitis in hac Patriarcharum serie recensitis. Quis enim credit in tantis viribus, & fecunditate naturae, Iaredum 162. annis liberis caruisse? Sed haec alibi quoque disputata omittamus. De his temporibus scribit Epiphanius initio Panatij, peccata quidem plurima abundasse, haereses tamen nec dum orco extulisse nefandum caput. Hoc porro anno natus est Henoch, ab Adamo septimus, vir admodum illustris, factisque vtriusque Testamenti literis celebratus, sed ex laudes ad vitæ progressum, finemque pertinent, ad quos etiam locos commodius differuntur. Hoc tantum dicamus, cum Henoch dedicationem significet, quod nomen à pijs parentibus accepit in ortu suo, non leuem suspicionem dare existimandi eum peculiari desiderio aut voto fuisse oblatum Deo

II. Primogeniti non sunt positi in catalogo Patriarcharum.

Enochi ortus & ratio nominis.

Idque

Idque secuta deinceps vita, in qua ambulauit cum Deo, & translatus, qua eum Deus quasi suum mortis immunem ad se transtulit, non obscure demonstrat. Hoc munus iam pridem debebatur Deo à filiis Dei, quando ante tot annos filij hominum, in condenda ciuitate hominem dedicauerant mundo.

a Aug. l. 15. de Ciu. c. 17. & 19.

ANNVS MVNDI,

ET ADAMI 688.

HENOCHI 66.

MATHVSALÆ I.

ANTE CHRISTVM 3365.

I. Enoch & Lamechi coparatio.

a Aug. in Ps. 149. f.

II. Enoch ambulat cum Deo.

b Eccl. 44. 16. c Heb. 11. 5. d De praep. l. 7. cap. 8. e Iren. l. 4. cap. 30. f cap. 5. v. 8.

Quidque id sit.

III. Eadem locutio cur iterata. g hom. 21.

Cur dicitur exemplum poenitentiae.

Et translatus est exemplum poenitentiae generationibus, sed eius mentem non sunt affecturi. Mens enim Scripturae est in eo loco, Enoch fore exemplum poenitentiae, non quo modo Dauid, aut Manasses, Petrus aut Magdalena, sed quo modo Ioannes Baptista, qui vita & lingua praedicabat hominibus poenitentiam, Quod significatur in vulgata, in qua legitur, ut de gentibus poenitentiam, aut certe ut exponit Iansenius, significatur eum translatum, qui dum viueret erat omnibus exemplum poenitentiae, ad eamque agenda, omnes verbo exemploque adducebat.

Venio ad Lamechum Caini sobolem, quem huc series generationem adigit: & hunc illi locum Hebraei quoque ascribunt, quos refert Genebrard. qui & existimant Cainum à Lamecho pro fera occisum sub annum vitæ illius septingentesimum. Is autem hoc primo anno Mathusalæ, à septingentesimo tredecim tantum annis aberat. Hic Lamech non ille est Noëmi pater, ab Adamo natus, sed filius Mathusalæ, à Caino atauo sextus, quem aliqui Lamech, quasi Melech, per metathesim dictum putant. Hic est Lamech, in quo polygamia primùm notatur, etsi fortasse non primus eam attentauit: polygamia inquam, non successiua, sed quæ plures simul vxores ferat: quod ipse aperte prodit, qui duas simul alloquitur. Hieronymus eum primùm bigamum vocat, & ex ipso alij, quia in eo primùm polygamiae Scriptura meminit. Caeterum qui hunc Lamechum acerbis insectantur, providere debent, ne iisdem telis Abrahamum, Iacobum, Dauidem petant. Ideoque existimandum est illum, ut profanum hominum, nullo diuino monitu, aut dispensatione vsum: caeteros autem pios ac religiosos viros, non item.

Facinus porro Lamechi obscure traditur; nititur autem historia ex Hebraeorum traditione petita, quæ omisiss quibusdam ineptis, quæ diluuntur in Annalibus, sic habet. Cain iam admodum senex, & vrbe Enochia animi gratia aliquando egressus, syluamque ingressus, inter densissima arbuta consedit. Lamech autem venationi deditus, eo tempore in sylua illa vagabatur, cum vnus de Lamechi famulis, ex foliorum & ramorum agitatione suspicatus, illic feram latere, herum admonuit, qui pucro temerè fidem habens, iaculum in eum locum destinat, eiacularur, & miserum lethali iaculo configit. Mox autem errore animaduerso, subitè incensus iracundiâ, famulum obuio fuste vel arcu contrucidatum, & vubicibus oppletum relinquit: qui paulò post ex plagis, & contusione interiit. Quæ cum vxores accepissent, neque enim res tanta latere poterat, timuerunt magnum aliquod toti familiae infortunium, non ignaræ vulgo iactatæ comminationis Dei, aduersus eum, qui Cainum occidisset. Sed eas consolans Lamech, culpam quidem geminæ credis agnoscit, & diuini oraculi representat minas, quibus graui poena Caini occisorem punitum iri contestatus fuerat: verum si quis Lamechum occiderit, multo grauius supplicium luiturum affirmat, nec immerito. Cainum enim iustus quam se interfici potuisse: quippe qui sciens & prudens

a c. 44. 16. Rom. 14. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

IV. Lamech Cainita.

Polygamu

b l. 1. contra Iou. & Epist. 9. 11. 125. ad Damas.

V. Caini caeteris historiis probabilis.

fratrem interfecisset innocentem, ipse autem per imprudentiam hominem nocentissimum peremisset. Ille maligno odio atque invidia tabescens fratrem ætate florentem sustulisset, ipse ex subita diracundia adolescentulum in flagranti crimine deprehensum, castigare volens occidisset.

VI. Iam quod attinet ad Lamechi liberòs, quatuor duntaxat Scriptura memorat, Iosephus autem 7. & Septuaginta, ex duabus susceptos vxoribus; quod minimè absurdum est, cum post tot secula Gedeonem, septuaginta filios ex pluribus vxoribus genuisse legamus: neque Achabum regem pauciores. Nec tamen ille filiorum nùmerus satis consonat iis, quæ legitimus apud S. Hieronymum. Referebat, inquit, mihi quidam Hebræus, in apocryphorum libris septuaginta septem animas ex Lamech progenie reperiri, quæ diluuiò deleta sint; & in hoc numero & Lamech factam vindictam, quod genus ipsius usque ad catachysmum perseuerarit. Non consonat inquam satis, cum Iosephus ipsiusmet Lamechi filios ponat septuaginta septem: Ille autem Hebræus non filios tantum, sed nepotes quoque, & pronepotes, denique progeniem totam ex eo propagatam, eo numero comprehendat.

VII. Omisiss porro aliis Lamechi liberis Scriptura binos tantum ex singulis vxoribus refert. Ex Adâ Iabelem & Iubalem, ex Sella Tubalcain & Noëmam. Quorum omnium primus fuit pater habitantium in tentoriis atque pastorum, id est, inuenit introduxitque in mores rationem & viam habitandi in pastoritiis tabernaculis ad pacendos greges, vt non incommode pernoctarent pastores in pascuis, & vigilias obseruarent super greges suos. Breuius Iosephus ait eum construxisse tentoria, & vitam pastoritiam adamasse. Iubal Iabelis vterinus frater, pater fuit canentium cithara & organo, id est Iosepho interprete, musicæ operam dedit, psalteriumque & citharam inuenit. Videtur vulgatus interpretis omnia instrumenta musica voluisse comprehendere, siue flatu, siue tactu resonent: cum præsertim propria nomina instrumentorum illius cui parum nota sint. Hæc porro instrumenta non ignota videntur fuisse Adamo, sed vt in luctu, in quo perpetuo vixit, non vsurpata. Interim autem à Cainitis excogitata, in vltimque vocata.

Tertius Tubalcain Sellæ & Lamechi filius fuit malleator, & faber in cuncta opera aris ac ferri. Textus Hebræus facit hunc eximium in acuendo & poliendo ære ac ferro: vt intelligamus non fuisse ipsum inuentorem æris ac ferri, quibus Adam & Cain ad colendam terram, Abel ad excoriandos agnos iam pridem vsi fuerant, vt Caietano placet, sed ea metalla, ad varios vsus, malleo in laminas produxisse: propterea videtur Iosephus hoc artificium ad arma militaria traduxisse. Reliqua est Noëma, de qua, ait Lipomanus, incerto auctore fertur eam texturæ artem inuenisse. Id affirmat Genebrardus, atque quod ingeniosa esset mulier à Scriptura præter consuetudinem fuisse nominatam. Neque propterea cum Tertulliano pugnabimus, qui alios lanificij auctores ex profanis scriptoribus recenser, Mineruam, Arachnen, Mercurium; Nec Plinium falsi ar-

quemus, qui Ægyptiis textilium inuentionem tribuit: cuidam autem Cyniræ Agriopæ filio metallorum æris in insula Cypro. Nihil enim obstat, vt alibi dictum est, eandem rem, diuersis in locis ac temporibus, à diuersis inuentam fuisse.

quemus, qui Ægyptiis textilium inuentionem tribuit: cuidam autem Cyniræ Agriopæ filio metallorum æris in insula Cypro. Nihil enim obstat, vt alibi dictum est, eandem rem, diuersis in locis ac temporibus, à diuersis inuentam fuisse.

ANNVS MVNDI, ET ADAMI 875. MATHVSALÆ 188. LAMECHI I. ANTE CHRISTVM 3178.

PRIMVS est hic Lamechi annus, qui cum Mathusalæ, patris sui anno 188. concurrit, cum 187. eiusdem genitus fuisset, vt habet Scriptura. Africanus quoque, vt refertur in chronico Alexandrino, Hebræam & Latinam chronologiam apertè confirmat, tamen Græcam sequi solet, atque accurata Geneleos volumina ostendere à Mathusala 187. annos nato Lamechum fuisse procreatum. Idemque habet Iosephus, & Eusebius, & Nicephorus Constantinop. Quo posito iacet illa obiectio de Mathusala quatuordecim annis diluuiò superstitè. Habemus ergo hic alterum Lamechum non mulierosum & homicidam, sed pium & insignem in filiis Dei, cuius probitas in sanctissimo Patriarcha Noë filio eius se prodit qui & à parente suo Mathusala, pietatem hausisse creditur. Is enim apud veteres Hebræos, à iustitia, sapientia, & multarum rerum cognitione commendatur.

ANNVS MVNDI, ET ADAMI 930. & vlt. SETHI 800. LAMECHI 56. ANTE CHRISTVM 3123.

DESERTI aliquando nobis annus ille, quo longissima primi parentis pœnitentia, felici exitu terminatur: quo veritas diuinæ sententiæ, quo improbissimi dæmonis calumnia, circa hominum mortalitatem, digito tangitur. Moritur enim hoc anno primus homo, triginta supra nongentos natus annos, cum nullam neque infantiam, neque pueritiam, neque adolescentiam transgressus, vt qui in ætate perfecta, atque ad generandum habili procreatus fuisset. Quod si eorum temporum pubertas proportionè durationis reliquæ vitæ sera erat, productusque est Adam instar quinquaginta, vel 60. annorum, vt aliqui non improbabiler sentiunt, dicendum profectò erit illum posteros omnes suos, si non vitæ diuturnitate, certè senectute superasse. Vidit autem posteritatem suam vsque ad nonam, aut etiam decimam generationem, si Lamech anno

I. Lamechi ortus.

In exordio libri.

Gen. 4. 22. R. Abraam in fase. myrrha.

I. Obitus Adami.

Peror. in Gen. 1. 7. n. 100. & 101. Ad decimam generationem.

quæ

vitæ sexto & quinquagesimo, quod valde credibile est, factus erat parens liberorum, qui silentio cum multis aliis prætereantur, quod ad feriem Noëmi, Abrahæ, Dauidis & Christi Domini non pertinerent.

II. Multitudo liberorum eius.

a. m. 2. n. 5. & 6.

Luctus eiusdem.

b. Sap. 10. 2.

III. Et diuturna pœnitentia, & salus.

c. l. c. 31. d. l. de heres. n. 25. c. h. ref. 46. f. l. 3. in Gen. c. 31. Refutatur Rupertus. g. Sap. 10. 2.

h. Epist. 99.

Cum Tatianitis. i. l. c. 30. & 31.

IV. Locus sepulture. Adami, in monte Caluario. k. Epist. 17. ad Marcellam.

Ingentem porrò liberorum manum, ac propemodum exercitum, ab Adamo ipso generatum, admodum probabile esse dixerit, qui ætatis eius longinquitatem, qui robur corporis ac vigorem, qui tot terrarum ad ortum & occasum, ad austrum & septentrionem iacentium hominibus replendam solitudinem, qui desiderium satis-faciendi diuinæ voluntati, & augendi numerum filiorum Dei, quo flagrabat Adamus, attentè considerauerit. Hoc tamen desiderium quasi infusa frigida reprimebat, & penè restinguerebat multiplex animi eius mœror, quem alio loco depinximus, multiplexque luctus in variis liberorum casibus, qui in eius maximè caput redundabant: eo quod mortales omnes, etiam Cainitæ separati erant, vna quasi eius familia, dum adhuc erat in viuis, continebantur. Accedebat studium pœnitentiæ, vt ipsius ope in pace aliquando è corpore dimitteretur, & educeretur a delicto suo. Reprimebat etiam fortasse metus ille, ne filios gehennæ, & tenebrarum, pro filiis lucis produceret in lucem.

Cæterum quod ad Adami, quam dixi pœnitentiam, & luctum attinet, illum non solum sub mortem, sed toto etiam vitæ tempore pœnitentiam egisse de peccato suo, & salutem consecutum nunc omnes aequè consentiunt: etsi id olim hæretici Tatianitæ negauerint, quos eo nomine accusat S. Irenæus, August. d, & Epiphanius, Rupertus autem, etsi Tatianum agnoscat hæreticum, non dubitauit tamen dicere saluationem Adami, & à multis liberè negari, & à nullo satis firmiter defendi. Ea tamen tunc nunc ab omnibus Catholicis, certèque asseritur, validèque defenditur: cum id disertè asserat Scriptura canonica, quæ ait diuinam Sapientiam, primum hominem eduxisse à delicto suo Eundem fuisse communem totius Ecclesiæ sensum, etiam D. Augustini tempore, idem Sanctus Doctor apertè restatur: & quicumque assertionem de Adami damnatione, inter errores & hæreses Tatianorum & Encratarum numerant, in quibus eminet sanctus Irenæus, qui illum errorem blasphemiam vocat, atque Adamum diuinam sententiam, & pœnitentiam sibi impositam æquo, atque humili animo subiisse. Sed concludamus hunc locum eiusdem Sancti Patris elogio. Erubescant, inquit, omnes, qui à Tatiano sunt, & concertant de Adam, quasi magnum aliquid lucrentur, si ille non saluatur. Et mox. Sic & si qui contradicunt saluti Ade nihil proficiunt nisi hoc, quod semetipsos Hæreticos, & Apostatos faciunt vilitatis, & aduocatos se serpentis, & mortis ostendant.

Sed iam locum sepulture Adami perquiramus. Nam eum S. Hieronymus, & aliqui eum secuti ambiguum reddiderunt: cum plerique omnes antiqui Patres magno consensu sepulchrum eius Hierosolymis, atque adeo in ipso Caluarie monte collocent, quorum verba

ipsa in Annalibus fideliter protulimus, vbi primus sententiam dicit Tertullianus in carmine contra Marcionem, vbi ait eodem die & loco mortuum & sepultum, tum primum, quam secundum Adamum. De die quoque & loco consentit Irenæus, quem supra retulimus cum de mora Adami in Paradiso ageremus. Cyprianus de Resurrectione Christi, Nos, inquit, ad Christum pertinentes, cuius sanguine conspersa creditur Adami Caluarie, qui sub loco, quo crux Domini fixa est humatus traditur ab antiquis, &c. Cuius traditionis disertè meminit Origenes, S. Basilius, qui ante dixerat eiectum Paradiso Adamo in Iudæa confedisse. Primus etiam, inquit, mortuum hominem excepit, qui & illic eam, cui addictus fuerat, sententiam condemnationis plenè est excutus. Subdit inde pluribus os capitis defluente carne, nudum in loco reconditum, qui inde cranium, siue Caluarie nomen accepit. Eius autem rei famam ab ipso Noë à diluuiò fuisse propagatam.

Sanctus Epiphanius apertissimè ait se in libris reperisse Christum Dominum in Golgotha crucifixum esse & non alibi, quam vbi corpus Adami iacebat. Accedit & S. Anathasius in fragmento de Christi Passione, S. Chrysostomus initio homilia 84. in 19. Ioannis, D. Ambrosius in ea verba Lucæ, Qui vocatur Caluarie. Idem habet S. Augustin. sermon. 71. de Tempore. Nec retulisse contentus etiam approbans subdit. Et verè fratres non incongruè creditur, quia ibi erectus sit medicus, vbi iacebat egrotus: & dignum erat vbi occiderat humana superbia, ibi se inclinaret diuinæ misericordie: & sanguis ille pretiosus etiam corporis pulverem antiqui peccatoris dum dignatur stillando contingere, redemisse creditur. Addamus etiam D. Hieron. etsi alioqui proniorem in eam opinionem, quæ communi contraria est. In hac urbe, inquit, imò in hoc tunc loco, & habitasse dicitur, & mortuum esse Adam, unde & locus in quo crucifixus est Dominus noster Caluarie appellatur, scilicet quod ibi sit antiqui hominis Caluarie condita, & secundi Adam, id est Christi sanguis de cruce stillans, primi Adam, & iacentis protoplasti peccata dilueret. Verum de hac traditione pro instituto satis, si addidero Iacobum Edessenum apud Andream Massium referre Adami ossa, ne diluuiò petirent, à Noë in arcam translata, & inde Semo, cui Syria in terrarum distributione obtigerat, commendasse, ab eoque in Caluarie monte fuisse condita.

Nunc illud videndum est, quod maiori etiam mihi videtur probabilitate niti, Adamum moribundum præcipuos quosque filiorum ac nepotum, qui viderentur capita familiarum, ad se conuocasse; quod posteriora exempla, quæ ex ipsius instituto expressa merito videri possunt, & ratio ipsa satis docet. In eo coetu, prænunciata, quæ sibi immineret, migratione ad Abelem dilectum suum, appareret eum exposuisse compendio, tam suam, quam totius humani generis cladem, & promissam sibi suisque redemptionem, & verum Mundi principem Doctorem & Seruatorem Messiam, in cuius vnus venturi fide, ac spe salui esse possent. Illum vt Dei filium adorarent, vt summorum bonorum largitorum di-

a. n. 7. s. & Tertull.

Irenæo. b. die 7. n. 5. Cypriano.

Origene. Babilio. c. tr. 35. in Matth. d. in c. 5. Esa.

V. Epiphanius.

Athanasio. Chrysiot.

Ambrosio. Angustino.

c. Ep. 17. ad Marcell. Hieronym. quoque.

Translatio eius. Liplanorù eius. f. In c. vlt. Iosue n. 32.

g. Vide Annal. a. 930. n. 10.

VI. Adami ad suos monita.

ligerent, vt pacis Deum inter & homines conciliatorem atque interpretem, de Sethi progenie nasciturum sperarent, illius vnus ope se ex Tartari faucibus ereptum iri crederent: eum iam assiduis precibus & sacrificiis colerent, vitam ex timore Dei, qui sit futurus iudex viuorum atque mortuorum traducerent: improborum consuetudinem, & vitarent ipsi, & suos vitare edocerent. Denique quod sibi fieri nollent, alteri ne facerent.

VII. Obitus & funus.

Et quoniam optatissimo illo innocentie statu, quem ipse aliquando degustasset frui vltra non possent, pœnitentiam patris sui imitarentur, vt post mortem, quoniam per peccatum mors intrasset in mundum, & statutum esset omnibus hominibus semel mori, & de vniuersa vita diuinum subire iudicium, feliciori etiam felicitate in cœlis aliquando fruerentur. Quæ cum ille, aliaque his similia dixisset, eisque magno cum animi sensu benedixisset, collegit pedes suos super lectulum, & obiit plenus dierum. Magnus autem fletus factus est omnium, & procumbentes super corpus patris sui, certatim osculabantur eum, neque à complexu venerandi corporis, quod diuina quondam formauerat manus, auelli poterant. Denique cum multo honore & pompa funeris, in Abelis Mausolæo, quod illi iam pridem, ipse sibi construxerat, sepelierunt eum. Ornamus quoque sepulchrum Patris nostri merito elogio, quod in Annalibus studiosus Lector inuenit.

VIII. Christi & Adami comparatio.

Libemus tamen hoc loco in Abele inchoatum Christi Domini, cum sanctis Patriarchis, atque Adamo in primis omnium primo ac principe comparationem, plenius in Annalibus, quos hic contrahimus, expressam Adamus igitur diuina coagmentatus manu factus est in animam viuentem; nouissimus Adam, nam & nominis communicatio facta est, quem Spiritus sanctus ex terra benedicta, & impolluta formauit in sanctissimæ Virginis utero, non solum factus est in animam viuentem, sed in spiritum etiam viuificantem. Vterque sine semine, sine confusione pudoris, sine generatione, sine dolore procreatus: vterque nullum habuit patrem præter Deum, nullam matrem, nisi virginem terram, aut Virginem Mariam. Vterque nomen accepit à Deo, nomen nouum quod os Domini nominauit: vterque factus est pater futuri seculi, primus Adam prioris ac terreni, secundus posterioris ac cœlestis: vterque non solum mundi propagator, sed etiam magister futurus & doctor, scientia, & sapientia repletus est; sed vnus intra modum, alter sine mensura omnes diuinæ scientiæ ac sapientiæ thesauros accepit.

Ratione corporis.

Summa fuit corporis vtriusque perfectio, vt decebat immediatum vtriusque architectum Deum. Prior nullam sensit infantiam, pueritiam, aut adolescentiam, & prima ipsa die sua factus est vir, vtique in expressam posterioris figuram; de quo, etiam adhuc in utero posito, dictum est, *femina circumdabit virum*. Vterque in deliciis Paradisi Dei fuit, vnus ex gratia, alter ex natura; vnus ex culpa in suam

suorumque miseriam eiectus est: alter emissus ex misericordia, ad totius Mundi salutem. Adamo data est Eua in sponsam vna vni, cum prius è latere dormientis esset educta, eamque dilexit vt os suum, & carnem suam. Hoc sacramentum magnum est, in Christo, & in Ecclesia, quæ vna est, & è dormientis in cruce latere educta, quam Christus dilexit, & tradidit semetipsum pro ea. Adamo costa sublata est, & pro ea caro substituta, infirmitate carnea ossis firmitatem supplente. Ita Christus dedit sanctis martyribus suis, nobilissimis Ecclesiæ suæ membris, fortitudinem suam, qua roborati tormenta sua non solum ferre, sed etiam contemnere atque irridere potuerunt. Ipse è contrario in agone suo cœpit pauere, rædere, ac mœtus esse. Sed de his, exempli causa, hoc loco satis.

ANNVS MVNDI, 940.

SETHI 810.

EVÆ postremus.

ANTE CHRISTVM 3113.

Decimo à morte Adami anno, & Sethi filiorum eius quos Scriptura nominat natu maximi 810. Eam matrem generis humani obiisse scribit Marianus Scotus in Chronico, eique assentitur Genebrardus & Feu-ardent. in S. Irenæum, idque ex Hebræorum traditionibus profectum credere par est. Ergo decennio marito ætate prouectior migravit è vita, non obstantibus tot ærumnis conceptuum & parturitionum, tot doloribus partuum & perpetua dominatione viri; Abelis morte, & diuortio Cainitarum, denique assiduo mœrore sceleris à se primum admitti, quo morbis & peccatis, cæterisque huius vitæ miseris aditum patefiscisset. Et celebratior quidem est Adami apud Patres, quam Eux pœnitentia, sunt tamen qui huius quoque pœnitentiæ & saluti suffragentur.

Diuus certè Irenæus, de Eua nominatim dicit, illam in pœnam peccati sui suscepisse rædia, & labores & gemitus, & tristitias partus, & seruitium, & increpationem Dei, sicut & vitum suum, *ne maledicti à Deo in totum perirent*: anima scilicet & corpore, vt Cain & cæteri reprobis, sed corpore in terram abeunte, vsque ad resurrectionem, anima in pace quiesceret. Sanctus Epiphanius de Eux salute illud Apostoli interpretatur, *saluabitur autem per filiorum generationem, si permanserit in fide & dilectione*, quia proximè ibi Apostolus de Adamo & Eua locutus fuerat. Sed qualiscunque sit probatio, de sententia ista Epiphaniij clarè constat. Tertullianus in libro de habitu muliebri, Eam non solum animo, sed etiam corpore & habitu pœnitentem representat. Libro autem 2. aduersus Marcionem, vocat Adamum & Euam restitutionis candidatos, & confessione reuelatos, quibus propterea Deus non maledixerit, sicut serpenti.

I. Obitus Eux. a Heb. 1. chron. b l. 5. c. 23. n. 7.

II. Eiusque pœnitentia.

c Har. 46. d 1. Tim. 2. 15. Et Salus.

III. Eius funus.

a Gen. 25. 10. b c. 49. 31. c c. 50. 13. d Tob. 4. 5. e Iudith 16. 28.

IV. Et comparatio cum B. Virg. f l. 4. c. 12. 1.

3. V. Ratione Abelis filij.

g Gen. 4. 25.

I. Enochi chronologia.

622. 365. 987. 930. 57. 987.

Honorificè porro à Patriarchis omnibus, seclusa tamen, vt arbitror, Caini progenie, Eux parentatum fuisse, vt communi omnium mortalium matri denotetur: Eux omnium viuentium, aut potius morientium matri, rationi consentaneum est. Sed ipsius quoque ossa, cum Adami ossibus condita, & translata fuisse facile credi potest: sicut postea Abrahami & Saræ Lipsana, eodem sepulchro condita fuere: eodem Isaac cum Rebecca coniuge, eodem Iacob cum Lia: eodem Tobias senior & Anna vxor eius, & Manasses cum Iudith. Idemque ab ipso Adamo & reliquis Patriarchis factitarum merito credi potest, vt qui in vita coniuncti fuerant, ne post mortem quidem separarentur.

Expectas fortassis hoc loco Lector, vt Eam cum beatissima Virgine componamus. At longè promptius est atque expeditius antithesin ex sanctis Patribus colligere, quo nos iam dudum leuauit Canisius noster in opere Mariano. Nonnulla tamen satis aperta atque illustrem similitudinem habere videntur, cum aliqua, quod necesse est, dissimilitudine. Nam Eua prima est omnium mulierum ordine temporum. Maria prima dignitate ac prædestinatione diuina. Sicut enim secundi Adami prædestinatio antecedit destinationem primi: ita secunda Eua prius à Deo electa est quam prima, vt esset meliore iure mater viuentium spiritu, quam illa corpore. Vtraque nobilissima mulierum, & corporis pulchritudine præstantissima, vtraque miraculo nata, & sine originis labe producta.

Eua primi Iustorum Abelis mater, cum in ætatis flore per inuidiam occisum lamentata est, vt B. Virgo primum iustorum Christum Dominum filium suum, & ipsum per inuidiam in ætatis flore crucifixum. Et sicut Eua alterum filium Abelis loco à Domino accepit; vnde & dixit B. *Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain*: sic B. Virgo alterum filium Ioannem Euangelistam accepit pro Iesu, quem Iudæi per inuidiam percitii peremerunt. Accepit autem illo verbo adoptatum, *Mulier ecce filius tuus*.

ANNVS MVNDI 987.

SETHI 857.

HENOCHI 365. & vltimus.

ANTE CHRISTVM 3066.

Elebris est hic annus translatione mirabili Enochi Patriarchæ, vt ex Scriptura necessariò deducitur. Cum enim natus sit anno mundi 623, eorumque annorum vltimus fuerit Enochi primus, oportet hoc anno trecentos sexaginta quinque, quibus illum in terris versatum Scriptura testatur, esse absolutos. Maior etiam Hebræorum chronologia scribit Adamum ab Enocho sepultum, vixisseque postea 57. annos: quos si 930. addideris, præsentem mundi annum conficies. Hoc ergo anno translatio Enochi contigit, cum tot annos vixisset in terris, quot diebus sol anni circulum metitur in cœlis. De quo præter ea quæ superius de

ipsius sanctitate diximus, quærendum breuiter mortuus-ne fuerit necne, 2. & si car status in viuis, quòd? 3. quem ad finem, 4. quæ eius scripta fuerint, 5. quæ eius similitudo cum Christo.

Quod ad primum attinet. D. Paulus dubitare non sinit mortuus-ne fuerit Enoch necne, qui disertè asserat cum *non vidisse mortem*: simulque obstruit ora falsa loquentium Hebræorum, & de illius morte ineptè garrigentium: in quibus Aben-Ezra: & Hæreticorum, in quibus Temporarius & Capellus. Imo & quorundam Catholicorum, qui probabilis tantum putant eum non esse mortuum, vt Oleaster, & Eugubinus, qui relinquit in dubio, an cum corpore assumptus sit: contra quos in Annalibus accuratè disputauimus. Hic illud quero, num D. Paulus, rem quam asserit, probabilem tantum faciat, aut Sapiens cum ait. *Viuentem inter peccatores esse translatum*: quid opus fuit meminisse vitæ, si translatus est mortuus? Aut quid opus erat Mosen aliter de Enocho, quam de cæteris hæctenus commemoratis loqui; quos dixit mortuos, istum autem *non apparuisse, quia tulit eum Deus*.

Certè S. Irenæus, vt hic quoque sanctos Patres cursim attingam, *Enoch*, inquit, *placens Deo, in quo placuit corpore translatus est, translationem iustorum præmonstrans*. Tertull. s. l. aduersus Iudæos. *Nam & Enoch*, inquit, *lustrissimum non circumcisi sunt, nec sabbatizantem de hoc mundo transtulit, qui necdum mortem gustauit, vt æternitatis candidatus, &c.* quæ etiam inculcat in libro de Anima, & de Resurrectione carnis. Idem habet Clemens Romanus in Constit. Apost. & S. Chrysof. homil. 21. in Genes. S. Hieronymus contra errores Ioannis Hierosolymitani, aliusque in locis. D. Augustinus contendens Adamum ante peccatum mortalem fuisse, nec tamen moriturum. *Talem pura inquit, habitudinem adhuc in corpore animalis, atque mortali, etiam illis, (Enoch & Elize) qui sine morte hinc translati sunt, fuisse concessam*. Et alibi, *quo non dubitamus, inquit, in quibus nati sunt corporibus viuere*. Adde Gregorium magnum atque Nemesium & omnium clarissimè Epiphanium hæresi 64. quæ est contra Originem & in Anchorato. Afferri huc possunt omnes penè interpretes Apocalypseos, tam antiqui quam recentiores. Sed in re planè certa satis est testium.

Quæramus potius quò translati sint. Nam de vtroque vna est eademque quæstio, nisi, quod hac multo est præcedente difficilior. Magna enim pars eorum, qui sine morte translato putant, de loco in quem translati sunt planè tacent, id se ignorare significantes. Non pauci tamen certum definiunt translationis locum, Paradisum terrestrem, in quibus S. Irenæus, qui ait eam doctrinam esse presbyterorum, qui sunt Apostolorum discipuli, quo vno testimonio plurima, eaque grauissima continentur. Iustinus etiam martyr agens de iis, qui sub Christi Resurrectione surrexerunt, & apparuerunt multis. *Quam ob causam, inquit, resuscitati illi denuò mortem non oppetere, sed in immortalitate manent, sicut Enoch & Elias, cum quibus in Paradiso sunt, restitutionem sempiternam, qua omnes immutabimur, expectantes*. Idem clarè affirmat S. Athanasius, in Epistola de Nicæa sy-

a. m. 888.

II. Translati sine morte. b Hebr. 5. 11.

c. u. 2. & 3. Probatur ex scripturis. d Sap. 4. 10.

e Gen. 5. 24.

III. Et patribus Irenæo Tertull. Clemente. f l. 5. c. 5. g cap. 2. Chrysof. Hieron.

h Ep. 61. i. 148. ad Marcell. in Psal. 20. i. l. 1. c. 3. de pecc. mor. Augult. Gregor. Nemes. Epiphani. k l. 2. de pec. orig. cap. 23. l. 9. mor. cap. 3. m l. 6. de nat. hom. cap. 4.

Quò sit translatus. An in Paradisum Adami.

n l. 5. conf. har. c. 5.

o g. 85. ad Orithod.

nodo contra Eusebium, & Isidorus in libro de vita & morte sanctorum, Procopius Gazæus in c. 4. Genes. Alique non pauci, quos refert apud Irenæum Feu-ardentium a.

a Vide Feu-ard. in d. Irenæi l. 4. c. 30. n. 6. & l. 5. c. 5. n. 2. & 3. b Eccli. 44. 16.

V. Ex scriptura. c fess. 4. d l. 5. biblioth. canon. 36. Aliumve locum unicum. e hom. 29. in Euang.

f l. 3. in Gen. c. 3. g c. 59.

VI. De loco liquere.

h Sa. in Gn. c. 5. c. in 4. Re. c. 1. i in Gen. l. 3. q. 5. & l. 7. d. f. ult. 17.

VII. Causæ translationis. 1. k l. de resur. c. 58.

in c. 11. est. 2. vers. fi.

2. m l. 4. c. 30. Henochi legatio. n c. 6. 2. o l. 15. de Ciu. c. 23. p l. de Gigan.

VI. L. 3.

Sed quid opus est pluribus, cum in Scriptura legamus b, Enoch placuit Deo, & translatus est in paradysum, ut det gentibus penitentiam. Et enim vox paradisi non reperitur in græco textu, satis est tamen in latina vulgata reperiri, quam authenticam agnoscat, & ab omnibus vult haberi Concilium Trident. e. Iansenius in eam locum ait interpretem id addidisse de suo, secutum receptam in Ecclesia opinionem. Et Sixtus Veneris d hanc sententiam pro Ecclesie sententia, & diuinæ Scripturæ amplectitur. Porro non est necesse paradysum intelligere de loco, in quo habitauit Adamus, ut satis docuit Gregorius Magnus f, & totidem verbis eum secutus Rupertus, cum aiunt in secretam quandam terræ regionem adductos, ubi in magna carnis & spiritus quiete viuerent quo videlicet modo in paradiso vivebatur. Idemque satis clarè docet Isidorus g, explicans paradysum, æqualem habitationem beatae terræ; quod etiam videtur alluisse Tertull. s in libro de Resurrectione carnis. Denique certum est paradysum non rãd in Scriptura, pro quouis amœno, ac delictis affluente loco sumi, & in libro Ecclesiastici nullo epitheto restringi vocem, ad illum Adami paradysum.

Ut ergo concludamus hunc locum, cum Scriptura facilè explicari possit de quouis amœno loco, & ita ferè à sanctis Patribus explicata fuerit, longèque probabilissimum sit unum paradysum illum non extare, existimo de loco in quem aut Enoch hoc anno, aut Elias post annos 2152. translari fuerint, non liquere: quæ est etiam sententia Emanuelis h atque Pererij i; qui totum hunc locum accuratissimè examinauit.

Sequitur ut translationis causas inquiramus: quas nonnulli minùs probabiles afferunt; quibus amissis, arbitror primo raptum dici posse in figuram futuram immortalitatis. Nam Tertullianus k cum de vtriusque translatione ageret: cuiusnam, inquit, fidei testimonium signant, nisi quis credi oportet hæc futura integritatis esse documenta? &c. fuisse, quæ est quoque D. Thomæ sententia in Epistolam ad Hebræos l. Idem habet & Epiphanius in Anchorato, & S. Irenæus l. 5. c. 5. Alteram causam Sapiens suggerit, raptum enim ait, ne malitia mutaret intellectum eius; ne scilicet deprauaretur ab improbis, apud quos legatione fugebatur. Nam Irenæus m, Enoch, inquit, placens Deo cum esset homo Dei, legatione ad Angelos fugebatur. Angelorum nomen videtur eos intelligere, quos Moses paulò inferius n appellat filios Dei, & à quibusdam Angeli Dei dicti sunt, apud Aug. o & Philonem Iudæum p, Sethi videlicet nepotes, religionis alioqui, ac pietatis cultores qui vitæ licentia atque impunitate admodum deprauati erant. Ad eos igitur Enoch, de cuius sanctitate, & eximia apud Deum gratia, constabat, missus est legatus Dei nomine, ut eos à flagitijs auocatos, ad studium virtutis accenderet.

Ergo etiam homines Dei discrimen adeunt, ne d in alijs prædicant, ipsi reprobi efficiantur.

Itaque causa hæc priuatam spectat Enochi utilitatem, quæ sequitur, publicam, & cum illa mundi attingat initia, hæc eius spectat interitum, ut scilicet det gentibus penitentiam a, id est, ut plerique interpretantur, ut vnà cum Elia Christum prædicet in fine mundi, & homines, Iudæos præsertim, ab adoratione diaboli & Antichristi, traducat ad veri Dei fidem & cultum. Quo spectat illud Tertulliani b, reseruantur morituri, ut Antichristum sanguine suo extinguant. De eadem prædicatione lege S. Augustinum libro vigesimo de Ciuit. Dei, cap. 29.

Iam verò de prophetia, vel scriptis Enochi dicamus aliquid. Et primùm ipsum prophetasse; quod non solum probabile facit illud Irenæi testimonium, de eius legatione ad Angelos Dei, sed indubitatum reddit Iudas Apollolus in epistola sua c, Prophetauit, inquit, & de his septimus ab Adam, dicens. Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis, facere iudicium contra omnes, &c. quæ Iudas ait dicta in hæreticos sui temporis: quæ in sensu litterali dicta videtur, contra improbos homines illius primæ ætatis; sed quia optimè quadrant in hæreticos, de illis dicta dicuntur per accommodationem. Quomodo Christus Dominus dicebat Iudæis e by pocrita, bene prophetauit de vobis Esaias, &c. Itaque in sensu litterali id iudicium accipi potest de diluuiò tunc appropinquante; in accommodatione verò, de eo iudicio quod nos quoque expectamus.

Eam prophetiam sine scripto vllò, diuinitus Iudæ reuelari potuisse, quemadmodum dicta factaque Adæ, & aliorum Patriarcharum Mosi reuelata fuerunt, satis patet, aut etiam traditione retineri, quod docet Tertull. de habitu mulierum. Certum nihilominus videtur Enochum prophetiam suam scriptis tradidisse, quia id plurimi, grauissimique Patres affirmant, in quibus D. August. c & Tertullianus f & Origenes g, qui non librum tantum Enochi memorant, sed libellos, quorum de argumento nonnulla in nostris Annalibus reperies h. Sed eos apertum est ab hæreticis fuisse deprauatos, in persolisque errores, cum maximè, qui est de demonibus mulierum corruptoribus, ex Mosi verbis perperam intellectis; in quem errorem plerique antiquorum impeerunt, in quibus Tertullianus i, Lactantius k, Iosephus l, Clemens Alexandrinus, atque adeo sancti Cyprianus, Irenæus, Iustinus martyr, in Apologia prima pro Christianis.

Supereft ut quæ sit præsens translatorum vita dicamus. Id, nisi coniecturis, sciri non potest, nec inuenio meliorem D. Augustino coniectorem m. Neque enim Enoch & Elias per tam longam ætatem senectute maruerant. Nec tamen eos credo iam in illam spiritalem qualitatem corporis commutatos, qualis in resurrectione promittitur, quæ in Domino prima processit. Nisi quia isti fortasse nec his cibis egent, qui sui consumptione reficiunt, sed ex quo translari sunt ita viuunt, ut similem habeant satietatem illis quadraginta diebus, quibus Elias ex calice aquæ, & ex collyride panis, sine cibo vixit. Aut si & hic sustentaculis opus est, ita fortasse in paradiso pascuntur sicut Adam, priusquam propter peccatum exinde exire meruisset. Habebat enim quantum existimo, & de li-

Vt det gentibus penitentiam.

a vide sup. a m. 688. n. 3.

b de anima c. 50.

IX. Enochum prophetasse.

c v. 14.

d Matt. 15. 7.

X. Et scripto prophetiam tradidisse.

e l. 15. de Ciu. c. 23. f c. 3. de hab. mul. g hom. 28. in num. & in fl. l. 6. de princip. h n. 15. & 16. i c. 4. c. 10. c. 2. k l. 2. c. 15. l. 5. c. 3.

XI. Quæ nunc translari vita. m l. 1. de pecc. mor. c. 3.

gnorum

gnorum fructibus refectioem contra defectionem, & de ligni vita stabilitatem contra vetustatem.

XII. Quomodo careant cibo, nec egent. a Epist. 65. ad Pamma.

b de resur. car. c. 58. Ac edunt ad cælitum vitam.

c hom. 19. in Euang. d in Gen. l. 3. c. 33. e hæref. 46.

XIII. Fuit Christi figura.

f Matt. 17. 5.

Quod nos imitamur ieiunio, inquit, Hieron. a illi possident Dei consortio, vescuntur cælesti pane, & saturantur omni verbo Dei eundem habentes Dominum, quem & cibum. Id est, ut arbitror quacunque re Deo visum fuerit vescuntur; aut Dei potestate sine cibo & potu, aut eorum appetentia, quasi in perpetuo ieiunio, perseuerant in viujs. Nec sanè apparet commodior faciliorque ratio, quia illic sine cibi necessitate viuunt, quàm si Deus caloris actionem suspendat consumptricem humidi naturalis. Sed illo etiam Paradisi priuilegio fruuntur, auctore Tertulliano b, nullis ut vitæ huius miserijs, atque incommodis afflicentur, eamque vitam addiscant hoc tempore, quàm à resurrectione perpetuo possidebunt. Ait enim hæc futura integritatis esse documenta. Nec tamen putat Tertull. omnia esse paria. Constat enim nunc eorum corpora esse mortalia, & carere dotibus; quibus à resurrectione donabuntur, ut significauit paulò ante August. Denique, ut ait Gregorius c, & Rupertus d, in magna carnis & spiritus quiete viuunt, quod Epiphanius e vocauit in corpore spiritualiter existere.

Verùm ne sine elogio dimittamus primùm hunc, imò etiam postremum Christi Domini præcursorem, præsertim integrum vitæ, scelerisque purum; qui & ipse translatus est à conspectu hominum, Ne leui saltem maculare vitam fame possit, certè vel in eo Christi figuram fuisse negari non potest, quod sicut Enoch, propter virtutis eminentiam, dictus est, præ cæteris viris bonis, qui tum vivebant, Deo placuisse; Ita Christus præ sanctis omnibus audiuit f, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Eius quoque prædicatio, qualis & Christi fuit. Nam Enoch, dum hic viueret, improbos ad penitentiam hortabatur, etiam legatione in eum finem obita: & ubi redierit, hominibus penitentiam prædicatus est. Christus autem legatus, & auctor reconciliationis Deum inter & homines, locum penitentia peccatoribus aperuit, tam prædicatione sua quàm eorum, qui pro eo legatione fugebantur. Et de Enocho hæc tenus.

ANNVS MVNDI, 1000.

SETHI 870. LAMECH 126.

ANTE CHRISTVM 3053.

BERMINAT hic annus primùm Mundi millenarium, seculum decimum, Iubilæum vigesimum: estque à morte Adami septuagesimus, ab Enoch translatione 13. quem & notatum ab illis patriarchis, & varijs tum sacrificijs, tum ludis celebratum par est opinari. Eum Chronologi nonnulli notant, in quibus Marianus Scotus, sed nihil ad memoriam insignè annotant.

Iubilæus vigesimus.

ANNVS MVNDI 1042.

SETHI 912. & vlt.

ANTE CHRISTVM 3011.

DEST annus vltimus Patriarchæ Sethi, duodecim enim supra nongentos annos illum vixisse Scriptura testatur a, quibus si addideris 130. quos vixerat Adam ante ortum Sethi, annos ab ortu rerum 1042. exactè conficiet. Moriturus ergo hoc anno Sethus, vir vtique sanctissimus, & princeps filiorum Dei, vt qui diuinitus in locum innocentis Abelis successus esset, in quo familia iustorum, sicut in Caino ciuitas impiorum fundata erat. Quem credibile est, vt prius Adamum, dum viueret pro sua autoritate & prudentia, virtutumque exemplis & monitis, filios ac nepotes suos in officio ad mortem vsque continuisse, Enocho in primis atque Enocho, qui pietatis laude florebat, annitentibus. Mortuo autem Adamo, translato Enoch, mortuo denique Setho, torrens inundans iniquitatis vltra retineri non potuit.

Itaque insignem nepotum Sethi deprauationem ad hunc vsque locum ac tempus, quo ille excessit è viujs distulimus. Fauernobis Iosephus b dum ait filios filios Sethi per septem generationes perseuerasse vnum Deum colentes, omnium rerum Dominum, semperque virtutis respectum habuisse. Procedente demde tempore, octaua scilicet generatione & deinceps, à patris institutis degenerasse. Octaua autem generatio à Setho cadit in Lamechi ætatem; in qua versamur, & sub qua Hebræi generalem hanc morum euerfionem agnoscent; vt notauit Genebrardus, & obscure significauit Lamechus ipse in natiuitate Noë filij sui, quæ post quindecim annos contigit. Nam de Caini posteris alia est ratio, quos idem Iosephus ait c, superstitè etiam tum Adamo, sceleratissimos euasisse.

Ad hæc ergo tempora pertinet illa & personarum & virtutum multiplicatio, de qua sexto Geneleos fit mentio d, Cum capissent homines multiplicare super terram, & filios procreassent, videntes filij Dei filias hominum, quod essent pulchra, acceperunt sibi uxores, ex omnibus quas elegerant. Non habita scilicet vltra ratione prohibitionis Adami, siue Sethi, vt mauult Abulensis e, de non miscendis connubijs cum Cainitis, Separatum enim erat genus Seth, ait Theodoretus f, & non permiscebatur cum cognatione Cain, propter illatam ei ab omnium Deo maledictionem. Non apparet autem à quo, secundum Deum, prohibitio manarit conuenientius, quàm à parente, quem ratio postulat in liberorum connubijs auctorem fieri, nuptiasque respuere vel probare. Pergit autem Theodoretus explicare quomodo hæc nuptiæ conciliatæ fuerint; addit enim ad illecebram formæ, quam memorat Moses, & in qua Noëma, præter cæteras dotes, dicitur præstitisse, musicorum instrumentorum lenocinium, quæ Cainitæ inuenerant, accessisse; atque ita ab impuris mulieribus; vt Israëlitas postea à Madianitis g, omnem nequitiam accepisse, quæ fufus etiam reperies apud Cassianum h, & S. Augustinum i.

I. Sethi obitus. a Gen. 5. 7. 8.

II. Deprauatio nepotum eius. b l. 11. Ant. c. 4.

III. Commixtio Sethianorum cum Cainitis. d Gen. 6. 1.

e q. 4. inc. 6. Gen. f q. 47. in Gen.

g Num. 25. h Colla. 8. c. 21. i l. 15. de Ciu. c. 23. 23.

Carcerem

IV. Qui Filij Dei.

Ceterum nomine filiorum Dei, & filiarum hominum intelligi Sethi & Caini posteritatem plerique antiqui recentioresque sentiunt, ut merito communissima verissimaque sententia dici possit. Non desunt tamen etiam ex Hebraeis, qui nomine filiorum Dei filios principum & magistratum intellexerint. Nam ubi Aquila vertit וִיִּשְׁרָאֵלִים, Symmachus interpretatur ἱσραηλιτῶν, quia huiusmodi sunt instar deorum in terris, & in Scriptura quoque appellantur dij. Quam expositionem plurimum probat Eugubinus, existimans hos Patrum potentia & auctoritate confisos, nihil inausum reliquisse. At Lyranus & Abulensis id merito improbant, quod paucos ea explicatio comprehendat, cum Deus de malo, quod ad omnes pertineret conqueratur. Vidit enim Deus terram esse corruptam, & omnem carnem corrupisse viam suam. Plurimi denique antiquorum Patrum, qui in textu graeco non filios Dei, sed Angelos Dei legerunt, intellexerunt Angelos Apostatas, qui ex cohabitatione cum mulieribus genuerint gigantes.

a Gen. 6. 12.

An veri Angeli.

V. Non fuisse daemones.

Verum haec opinio ex ignorantia angelicae naturae, & Angeli vocabulo non intellecto & apocrypho Enochii libro orofecta; iam pridem ab Ecclesia Catholica proscripita est, & inter haereses à Philastro numerata, sapientia à D. Augustino b refutatur. D. Chrylost. hanc opinionem vocat fabulas omnia inconsideratè loquentium, & blasphemias voces hominum aduersus capita sua blaterantium. S. Cyrillus d vocat fallam prauiusimorum hominum opinionem, eamque accuratè, atque eruditè refellit. Theodoretus e etiam animosè. Quidam nimis stupidi & stolidi, existimarunt eos Angelos esse, putantes, sua forsitan intemperantia patrocinium se habituros, si Angelos eiusdem criminis reos tenerent. Alios etiam in Annalibus leges, qui omnes hoc fundamento nituntur, quod Angeli incorporei sint, isti autem de quibus est sermo, carni. Unde mox Dominus f, Non permanebit spiritus meus in homine in aeternum quia caro est. Et certè si hoc daemnonum fuisset peccatum & mulierum duntaxat, in daemones, aut certè non in homines uniuersè diuina exarsisset ira: quae tamen totum genus humanum diluuiò perdidit, quia s omnis caro corruerat viam suam. Caro, inquam, qua spiritus angelici carent. Non ergo ab Angelis, siue daemonibus procreati sunt gigantes, sed ab iis hominibus, qui cum prius pietatis ac iustitiae cultores extitissent, totos se in libidinem, & inconcessa coniugia profuderunt.

b q. 3. in Gen. c. 1. 15. de Ciu. c. 23. c hom. 22. in Gen. d l. 3. in Genit. e q. 47. in Gen.

Idque probatur.

f Gen. 6. 3.

g c. 6. 12.

VI. Gigantes quo primò tempore fuerint.

Sed inquiramus si possumus, quo primò tempore emerserint h potentes illi à seculo viri famosi: tum quales illi fuerint considerabimus. Sunt qui putent tum primò natos gigantes, cum filij Dei filias hominum uxores acceperunt. Eaque videtur prima fronte Scripturae sententia, quae dierum illorum disertè meminerit. Verum illa non negat etiam gigantes longè ante extitisse, si iuxta Hebraeum Graecumque textum, & utramque Chaldaicam paraphrasim legas, non, postquam enim ingressi sunt, sed etiam postquam ingressi sunt. In eam sententiam quam Pagninus & Lipomanus expresserunt. Gigantes fuerunt in terra in diebus ipsis, etiam postquam ingressi sunt filij Dei, &c. quasi di-

cat, ex his quoque coniugiis nati sunt; quae est ipsius D. Augustini sententia a. Horum porrò antiquitatem non obscurè significat vulgata, cum ait eos à seculo extitisse, id est à mundi exordio, ut ibi b, a seculo non est auditum, quia quis aperuit oculos: caci nati, & sicut locutus est per os sanctorum, quia à seculo sunt prophetarum eius, id est ab initio mundi, in illis enim prophetis est Adamus ipse. Ergo gigantes à seculo, & ab ipsa rerum creatione fuerunt, id est Adam ipse, & Eua, & Cain, & Abel, & Seth, & reliqui procerissima staturae fuerunt. Denique Baruch c. Ibi fuerunt, inquit, gigantes nominati illi, qui ab initio fuerunt statura magna, scientes bellum.

a l. 13. de Ciu. 23.

b Ioa. 9. 31. Fuisse ab initio.

c c. 3. 26.

VII. Eorum statura.

Quod igitur ad staturam istam attinet, Prophetæ isti stipulantur Theodoretus, qui eos πημιούργητος αὐδράνας, id est, homines prægrandes Chryostomus τὸς ἰσχυρὰς τὰς ἐπιμήκας. Heres prælongos. Quin & Dominus ipse apud Amos prophetam. Ego, inquit, exterminavi Amorrhæum à facie eorum, cuius altitudo Cedrorum altitudo eius, & fortis ipse quasi quercus. Idque non de vno aliquo, vel altero, sed toto Amorrhæorum populo traditur. Ut minus mirum sit lectum Og e regis eorum fuisse nouem cubitorum longitudinis. Si lectus fuit vno cubito rege ipso longior, cum cubitus sit vnius pedis cum dimidio, fuerit Og longitudinis duodecim pedum, quae est duplo maior longitudo, quam sit eorum, qui nunc proceri sunt staturæ. Certè duodecim Israëlitarum legati, qui visa referebant e, populus, inquit, quem aspeximus proceræ staturæ est. In Hebræo, & omnis populus, quem vidimus in medio eius, viri mensurarum, nimirum insolitarum. Septuag. vocant eos ἰσχυρῶν ἀδράπευς viros supra modum longos, adeo vt illis comparati Israëlita, se quasi locustas reputarent.

d c. 2. 9.

e Dent. 3. 11. Et regis Og.

f Num. 13. 33-34.

ibid.

VIII. Fuisse deformes.

Quamuis autem statura excelsior ad dignitatem & pulchritudinem pertineat, vt de Saul e ex Scriptura constat, D. tam Cyrillus h hifce gigantibus corporum deformitatem in pœnam libidinis tribuit. Et lib. 9. contra Iulianum ait illos fuisse aspectu fœdos, ac valdè deformes, monstrosos, ac temerarios. Iosephus ait fuisse visu horribiles. Fuisse etiam robustos & bellicosos, iam ex Prophetis Amos & Baruch i indicatum est, quos Moses hoc loco à potentia, siue robore corporis celebrat. Cyrillus autem k; Gigantes illos esse intelligimus qui horribiles visu, robore incomparabiles, indomiti, inuictique homines, ob corporum magnitudinem fuerunt, ceterosque propterea contemnentes, cui robori subscribit David l, cum ait & gigas non saluabitur in multitudine virtutis suae. Septuag. enim verterunt gibbor, est potens, in gigantem, quasi quoddam roboris exemplar.

g 1. Reg. 10. 23, 14. h l. 3. in Gen. Robustos & bellicosos.

i Num. 6.

k l. 3. cit.

l Psal. 32. 16.

IX. Feroces ac violentos.

Viri bellicosi ac robusti facilè in tyrannicam ferociam, ac violentiam delabuntur. Id tam proprium gigantum fuit, vt inde nomen accepisse, & in exemplum sumpti esse videantur. Irruit in me m, ait Iob, quasi gigas, vbi ad notationem nominis allusum videtur, Nephilim enim ruentes siue irruentes significat, quod isti ferociter in alios impetum facerent. Itaque Symmachus, teste Hieronymo, Nephilim vertit βιάς, id est, violentos, Aquila ἀσπῆκτοι, & δυνάτοι, id est, irruentes & insanabiles Arias terrore consternantes: quod præ feroc-

m c. 16. 15.

Tyrannorum more.

c. 26. 14.

a c. 26. 14.

b c. 14. 6.

c q. 48. in Gen.

X. Et in Deum impios.

d c. 21. 16. Itaque malè peritisse.

e c. 14. 9.

XI.

c. 28. v. 16.

g l. 15. de Ciu. c. 18. h In Gen. e. 6. n. 5.

cap. 9. k l. 1. 31.

I. Tempus atri Noëmi. a. M. 131.

b Gen. 6. 8. 9.

cia ac violentia sua propriis præfidentes omnia per vim tyrannico latrocinio agerent. Itaque & pro violentis tyrannis ab Elia sumuntur a, Morientes non vident, gigantes non resurgunt. Et si autem violentus ille ac ferox animus sine superbia esse non potuit, eius tamen à Sapiente nominatim accusantur b. Sed & ab initio, inquit, cum perirent superbi gigantes, & ceteros, qui supra ceteros se conspiciendos præbebant. Quo referri potest quod hic à Moysè dicuntur viri famosi. Malæ vtique famæ, quam suis sibi facinoribus colligebant. Superbiam fouebat magnitudo corporum & robor, vt notauit, Theodoretus.

Denique superbiae annexa erat impietas in Deum, est enim ad eam gradus. Vbi enim mortales superbè contempserunt, humanum supergressi modum, superos ipsos dictis factisque inuadant. Hinc illud Theomachorum cognomen, & fabula affectari regni cœlestis. Sed quia Deus superbis resistit, nec est qui ei resistere possit propterea & miserè ipsi perierunt, & facti sunt aliis perditionis exemplum. Nam Sapiens d in cœtu, inquit, gigantum commorabitur, id est malè peribit, vt olim gigantes. Idcoque Isaias illos in inferis collocat e, sicut & profani Scriptores omnes. Sibylla quoque ait gigantes sceleratos, blasphemias polluto ore locutos. Et de gigantibus hoc loco satis. Sed antequam progrediamur ad alia, Patriarchæ Setho iusta parentalia non negemus, cum sciamus sanctos Epiphanium & Augustinum scribere, Sethum Christi Domini figuram gessisse.

Et certè res loquitur ipsa per sese, cum constet Sethum positum fuisse fundamentum ciuitatis Dei pro Abel: in figuram illius lapidis probati angularis; pretiosi, in fundamento fundati, vt loquitur Esaias f. Substitutus est Abeli, quasi in eius locum excitatus, vnde & Christi resurrectionem figurauit. Ex duobus namque illis hominibus Abele, qui interpretatur luctus, & eius fratre Setho qui interpretatur resurrectio, mors Christi, & vita eius ex mortuis præfigurata est, vt aiunt Augustinus g, & Isidorus h. Sed expressior est etiam figura in eo, quod propter eminentem sanctitatem, quasi Deus quispiam dictus & reputatus est, & filij eius filij Dei appellati. Christum autem Deum disertè appellat Esaias propheta i. De filiis autem eius, quos secundum spiritum genuit k, Videte, ait dilectus discipulus, quem charitatem dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur, & simus.

ANNVS MVNDI, 1057. ENOS 824. NOE I. ANTE CHRISTVM 2996.

QVINDECIM annos interuenisse constat inter Sethi mortem, & ortum magni patriarchæ Noë, quem ponimus a natum anno 182. Lamechi patris expleto. Magni, inquam patriarchæ, & in paucis in Scriptura celebrerim, vt diuina illa testantur Elogia b. Noë vero inuenit gratiam corâ Domino, & Noë vir iustus atque perfectus, & Noë cum Deo ambulauit,

aliâque id genus, quæ in progressu, & maxime in extrema eius vita notabimus. Nunc eius ortui attendamus, de quo illud vnum Scriptura a memorat, Lamechum eius patrem ipsi nomen indidisse, nulla facta matris, aut fratrum, sororumve mentione; sed nec quorums ordine generationis fuerit: quamuis primogenitum non fuisse, parentis ætas apertè clamet, eamque vocem omnes exaudiant, præter surda stros aliquot Hebræos, & si quos alios vulgò vocauit hebraizantes.

a c. 5. 24.

ibid.

II. Ratio impositi nominis.

Natum infantulum parens appellauit Noë, addidit etiam rationem denominationis. Ille, inquit, consolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum nostrarum, in terra, cui maledixit Dominus. Nam Noë cessationem & requiem interpretatur. Varietium hoc fuisse Chryostomus b affirmat. Quid autem præiuderet Lamech, vt non prophetasse duntaxat, sed etiam propheta fuisse intelligeretur, ita refert. Prædicat per appellationem pueri mala quæ totum humanum genus inuasura erant, vt vel timore castigati abducerentur à vitis, & amplexarentur virtutem. Theodorus quoque apud Lipomanum Lamech, inquit, in natiuitate filij sui Noë prophetat, quemadmodum Zacharias. Idem habet S. Cyrillus & Procopius, qui hoc varicinium ad Christum potius, quam ad Noë referendum putat: vtique in spiritali sensu: nam in literali, apparet rem ad agriculturam pertinere. Hæc est enim quæ manus hominum in terra laboribus exercet; & Opera agricolarum peculiariter appellantur.

b Hom. 21. in Gen.

III. Aliæ rationes nominis eiusdem.

Quidam nihilominus putat, vt refert Caiet. prædici Noëmum inuenturum rationem subiugandorum animalium, ad terram aratro profcindendam, ex quo labor hominum inodiendo subleuetur. Sed fortasse hæc inuentio non huius temporis fuit. Neque enim Noë primus agricola fuit, sed ante mille annos Cain & Adamus ipse, in quo plus etiam fuit scientiæ tam speculatiuæ quam practicæ, quam in Noë, qui nullam habuit infusam, vt Adam. Res quoque ipsa parum digna videtur prophetia, quam ad vini quoque inuentionem. aut ad esum carni, aut ad iteratam etiam terræ benedictionem extendas. Ideo D. Hieronymus c Noë requiem interpretatur, quod sub illo omnia retro opera quicuerunt per diluuium. A quo non dissentiant Anbrof. d neque Chryostomus e; quorum expositioni consentanea est requies & sabbatismus terræ, qui toto diluuij anno contigit, in quo terreni homines, vel inuiti, cessaturi erant à flagitiis, & sceleribus suis, ex quo iustis nascitura erat consolatio. Aut certè consolatio pertinet ad generis humani reliquias, quæ à Noë conseruabuntur, & in arca requiescent, dum longè maxima pars mortalium diluuij fluctibus agitata peribit.

c In trad. in Gen.

d Init. de Arca. Noë. e Hom. 21. in Gen. v. 2. Paral. fin.

ANNVS MVNDI, 1140. NOE 84. ENOS, vlt. ANTE CHRISTVM 2913.

XPLENTVR hoc anno nongenti & quinque anni Enos, quod eius vitæ spatium Scriptura

I. Enochi ætas & ratio nominis.

Gen. 5. 11. ra a tribuit, cum vixisset cum Adamo auo 695. annis, & ab eo mortuo 210. cum patre autem Serho octingentis & septem annis, & post eum defunctum octo & 90. Feliciter autem atque in Domino obdormisse in senectute bona, quae de eius laudabili vita Scriptura obiter, & velut per transfennam significat, persuadent. Haberenim ab ea illustre probitatis elogium b, quod ipse invocare coeperit nomen Domini. Ex quo etiam magnam laudem à sanctis Patribus est consecutus. Adeo ut S. Cyrillus ita de eo loquatur c. Igitur ex Adam Serh post necem Abelis procreatus est ex quo Enos ille, qui speravit invocare nomen Domini Dei sui, quique ab illis hominibus, qui tum temporis aderant, Deus appellatus est. Nam cum incredibilem iustitiam eius animadverterent, Deum protinus appellabant, atque ob eius admirandam virtutem dignum hac appellatione existimabant.

II. Noemi exordia. Quid porro quatuor his & 80. annis Noë Patriarcha à Lamecho patre, aliisve didicerit, quid dixerit, feceritque, quomodo puerilem aetatem, adolescentiam, iuventutem transegerit, an vxorem duxerit, liberos genuerit, alto silentio sepultum esse voluit, qui cetera quae habemus Moyfi reuelavit. Ut autem eximia eum virtute vixisse credatur, etiam antequam fieret præco diuinæ iustitiæ, rationi maxime consentaneum est, ut prior vita rite posteriori congrueret: eoque maior esset vaticinantis autoritas quo fuisset eius vita, ab ipsis initiis, ab omni labe remotior. Ut mirum sit non deesse qui dicant circa quingentesimum vitæ annum. Noë inuenisse gratiam coram Domino, cum Scriptura eam laudem æquè omnibus eius vitæ partibus attribuat. Sed & liberos genuisse antequam quingentorum esset annorum, & nuptias ad quingentesimum annum non distulisse, nemo prudenter negauerit. Valet enim eadem ratio in Noë, quam de prioribus Patriarchis affert D. August. d de præteritis prioribus eorum filijs. Certè S. Ambrosius e ait Noë filiorum generatione abundasse, sed hi fuerint ante diluuium morte sublati, in bellis contra Gaintes & bellicosos gigantes.

ANNVS MVNDI, 1235
NOE 179.
ANTE CHRISTVM 2818.

I. Mors Cainan. NNIS post mortem Enos quinque & nonaginta, mortuus est filius eius Cainan & completi sunt nongenti & decem anni vitæ eius, quos ei Scriptura a tribuit. Vixit autem cum patre suo Enos 815. annis, cum Setho auo 717. cum proauo Adamo 605. His temporibus præconem agebat iustitiæ pedetentim appropinquantis Patriarcha Noë. Neque enim centum tantum & viginti annis ante diluuium id comminatus est Dominus sed multis ante seculis, cum eas minas, si Iosepho credimus a, etiam Adamus intenterit. De Noë verò ita Chrysostomus b, *Obstupescenda est ineffabilis longanimitas Dei, & prodigiosa hominum, qui tunc erant, ingratitude. Ecce enim quingentis annis vixerat iustus ille, clamans, & resistens suo no-*

b l. 1. Ant. cap. 4. b hom. 21. c 22

mine futurum peruniversum orbem diluuium, & neque sic à malitia abstinere voluerunt. Verum nimis obscura fuisset ista prædicatio, si nominis solius fuisset, auribus præsertim & cordibus aggrauatis. Altius oportuit insonare iustitiæ præconem, ut si fieri posset, etiam à surdis exaudiretur. Ideo enim præconis similitudinem vsurpauit Petrus c, ut sonoram eius prædicationem, & quæ dormientes excitare posset, repræsentaret.

ANNVS MVNDI 1290.
NOE 234.
ANTE CHRISTVM ORTVM 2763.

III. Malaacelis aras, & obitus. MALALEEL quintus ab Adamo viam vniuersæ carnis ingressus est, anno vitæ suæ 95. supra octingentesimum, annis post patrem 55. post auum Enos 150. post proauum Sethum 248. Denique post Adamum 360. Fuit hic vnus de sex viris ante diluuium, qui omnes primæ ætatis Patriarchas viderunt, id est Adamum & Noë, cum omnibus intermediis, quo priuilegio caruerunt Adam, Seth, Enoch, & Noë. De huius rebus gestis nihil in specie traditum reperi. Interea perseuerant impij agere fanda, infandaque, ut scriptum est in carminibus Sibyllinis. Perseuerat vice versa Noë eos à sceleribus reuocare. Verum cum videret illos sibi non parere, ait Iosephus a, *veritus ne & se & familiam suam interimerent, sedens cum suis in aliam regionem migravit.*

II. Noë aliò non migrasse. Ita Iosephus, quibus nemo prudenter adhibeat fidem. Quomodo enim Noë peccatores à sceleribus reuocabat, à quibus aufugerat metu? Quomodo non mercenarius dicendus erat b, & non pastor bonus, qui animam suam dat pro ouibus suis; sed ab hac timiditate & ignauia Noëmum Chrysostom. diligenter expurgat c. Nam quod dicit eum fugisse impiorum locitatem, ad diuersitatem vitæ pertinet, non locorum: quippe qui illum comparat scintillæ in medio mari positæ, quæ non solum extincta non sit, sed quotidie fulgentiori luce prodierit, omnes suis operibus docens. Quomodo quæso quotidie illuminabat improbos operibus suis, si ab illis in aliam religionem abscesserat? Quomodo præco iustitiæ surdis canebat, & mutis? Quod si in loca deserta non abibat, nonne vbique inueniebat improbos? quandoquidem, *Omnis caro corruerat viam suam.*

ANNVS MVNDI 1400.
NOE 422.
IAREDÌ 940. & 62.
ANTE CHRISTVM 2653. & 2631.

I. Iaredi ætas, & obitus. MIRATVM opinor latedum cum se vidit mundi seculum decimum quartum, & Iubilæum 28. superasse, mortaliumque omnium, quorum extat memoria, antiquissimum, & quasi decanum viuere, imo etiam primum omnium parentem Adamum, quod nemini adhuc contigerat, iam decem annis viuendo su-

a l. 1. Ant. cap. 3. b l. 1. Ant. cap. 3. c hom. 22.

d Ps. 119. 5. perasse. Fortasse & gemendo dixisse d. *Heimih, quia incolatus meus prolongatus est.* Cum autem iam 132. numeraret annos à morte patris sui, periodus vitæ eius terminata est, nongentis & sexaginta duobus annis circumscripta, quem nemo præter filium viuendo superauit.

ANNVS MVNDI 1537. NOEMI 481.
ANTE CHRISTVM 2516.
I. Definitur tēpus ante diluuium. a Gen. 6. 3. NOTATVR præsens annus à Script. a nominatim. Hic enim ille est, in quo Deus definit tempus intra quod diluuium inundaue- rat orbem terrarum. Cum enim peccatores, in primisque gigantes, qui membris viribusque præfidebāt, ne Deum quidē ipsam timerent, sed bello etiā caletres se inuasuros stultè iactarēt, ut Cyclops ille apud Homer. b pios autē, ipsumque Noë in primis irriderent vndas diluuij perpetuo intentantem: illaque aut illis similia vsurparent, quibus postea scelerati Iudæi Esaiam iridebant c, *expecta, expecta*, &c. Denunciat Dominus diluuium terras intra centum & 20. annos dissipaturum, ueque peccatoribus illis amplius omnino vitæ, ad extremū vsque interitum superesse: quæ communis est, & germana loci huius interpretatio, nominatim Aug. Hier. Chryf. Chaldæ Paraphrastræ, & Sept. Interpretum aliorumque multorum; qua Ioseph. Laët. Procop. Rupert. expositio euerit, de vita mortalium deinceps ad 120. annos cōtrahenda; cuius falsitatē aperta experientia multorū deinde seculorū patefecit.

II. An fuerit imminutū. d in 99. Hebr. c hom. 25. in Gen. f l. 4. c. 13. Sed nouam hic dubitationem ingerit S. Hier. d cum existimat hoc tempus fuisse contractum: resectis 20. annis, quod illi pœnitentiam agere contemnerent: quod sentit quoque Chryost. e. Eam opinionem recitat Rupert. f & fortè probat. Occasionem huic opinioni dedit, quod ab anno quingentesimo Noë, cuius mentio facta est in fine c. 5. Gen. vsque ad diluuiū, quod constat anno sexcentesimo Noë immissum in terras, centum anni duntaxat reperiantur. Verum hunc modum facile dissoluit S. Aug. g *Intelligendum est, inquit, hoc Deum dixisse, cum circa finem quingentorū annorum esset Noë, id est quadringētos & octoginta vitæ annos ageret, quos more suo quingentos Scriptura vocat, nomine totius maximæ partem plerumque significans.* Sic ipse. Nec credibile est, quod sentit etiam Emanuël Sà, hanc diuinam indulgentiam fuisse restrictam, cum dona Dei sint sine pœnitentia, & in peccatorum duritia extendat longanimitatem suam.

ANNVS MVNDI 1557.
NOEMI 501.
ANTE CHRISTVM 2496.
I. Arcæ constructio. AM vigesimus annus abierat, ex quo Dominus de impiorum hominum excidio sententiam tulerat, quod illi tempus non in deponenda, sed in confirmanda potius audacia malè consumperant, cum Dominus nouū hoc anno incitamentum ad pœnitentiā inducere statuit, quod perpetuo ante oculos obseruantur, & prædicationes Noëmi, & clamores suo silentio iuuaret, arcam inquam reliquis humani generis, atque animantium conferendis destinata, quæ vna res hunc annum celeberrimum facit. Communis porò sententia est arcam quin-

II. gentesimo anno vitæ Noë à Deo constructiussā, siue currente, vt aliqui volunt, siue absoluto, vt nos ponimus, eaque centū annis fuisse constructam. Id pro certo, & confesso ponit Origenes contra Celsum a, ex quo totidē penè verbis S. Aug. b. *Nec attendunt, inquit, centū annos, quibus arca illa fabricata est. Et alibi. Item queritur vtrum arca tam magna, centum annis potuerit fabricari, à quatuor hominibus, id est Noë, & tribus filiis eius; & respondet, facile fuisse alios adhibere fabros, qui mercede operis accepta, non curarent sapienter an inspicerent eam Noë moliretur. Idem spatium tēporis etiam ex Scriptura colligit in opere contra Faustum c. Eique passim omnes subscribunt; Qui autem contra sentiunt, aut rem in dubium vocant; nihil solidi afferunt pro opinione sua, vt in Annalibus ostensum est. Sed priusquam arcæ admoneamus manum, illud quod scribit Moses de ortu filiorum Noë minime negligendum est. Videtur enim eorum natiuitatem ad hunc annum referre, cum ait e, *Noë vero cum quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham, & Iapheth.* At certum plane est non omnes hoc anno genitos. Nam Sem tantū post biennium natus est, vt constat ex 11. Gen. f & tanaë primogenitus eorum fuit, vt postea docebimus. Verum non alia Moſis mens fuit in illo extremo c. 5. quàm progeniē Noë sicut & ceterorum Patriarcharum, in eodē catalogo contexere, priusquàm res ab eo gestas in diluuiio explicaret; doceretque tres illos filios, per quos propagatū, & instauratum est humanū genus, ab eo susceptos, cū iam quingentorum esset annorum, & nō ante; non autē quod aut omnes, aut aliquis eorū anno patris quingentesimo natus sit. Quæ communis est, & certa loci huius interpretatio. Quoniam autē construendæ arcæ causa fuit diluuium, diluuij causas Moses breuiter exequitur, orsus ab eius efficiente causa Deo. Exhibet enim nobis Deum humano more immensis hominum sceleribus infensum, sed ita, vt qui tanquam seuerus iudex g, *improbos à facie terra dele-re constituat*, quasi misericors pater in ruina hominis quem creauit h, *inrinscus dolore cordis tangatur*, seque eorum more gerat, quos dum pœnitet fecisse aliquid, infectum cupiunt quod fecerant, aut dissoluunt. Hinc ergo illa, *pœnitet me fecisse hominem.* Et, *delebo hominem quem creauit à facie terra.* Et quia propter hominem creauerat animantia, vtrumque genus eadem sententia animaduersionis inuoluit. Sed quod fuit diuinæ indignationis obiectum?*

g l. 15. de Ciu. c. 24.

Quo & quanto tempore facta. a l. 4. sub med. b l. 15. de Ciu. c. 27. c l. 12. c. 18. d n. 3.

III. Tres Noë filij an nati anno patris 500. c. 5. 31. f c. 11. v. 10. Quæ communis est, & certa loci huius interpretatio. Quoniam autē construendæ arcæ causa fuit diluuium, diluuij causas Moses breuiter exequitur, orsus ab eius efficiente causa Deo. Exhibet enim nobis Deum humano more immensis hominum sceleribus infensum, sed ita, vt qui tanquam seuerus iudex g, *improbos à facie terra dele-re constituat*, quasi misericors pater in ruina hominis quem creauit h, *inrinscus dolore cordis tangatur*, seque eorum more gerat, quos dum pœnitet fecisse aliquid, infectum cupiunt quod fecerant, aut dissoluunt. Hinc ergo illa, *pœnitet me fecisse hominem.* Et, *delebo hominem quem creauit à facie terra.* Et quia propter hominem creauerat animantia, vtrumque genus eadem sententia animaduersionis inuoluit. Sed quod fuit diuinæ indignationis obiectum?

IV. Diluuij causa efficiens Deus. g c. 6. 7. h v. 6. ibid. Meritoria causa, scelera mortalium. Omnia enim scelera illis verbis comprehenduntur. *Videns autem Deus quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore.* Singula verba hominū improbitatem vehementer exaggerant: sicut & quod terra semel iterūq; dicitur repleta iniquitate. Huc pertinent, quæ antiqui de ætate ferrea cecinerunt, quæque illi, nosque supra de gigantū moribus reuimus. Sed flagitia in primis exundabāt, quæ Domino puritatis amantissimo stomachum mouebant; peccata, inquam, scedæ libidinis, quæ toto 6. c. Geneſeos significantur, & nominatim illa quasi contumeliosa hominū appellatione, *quia caro sunt; & finis vniuersæ carnis venit coram me.* Et magna illa propagatione gigantū, ventri & gulæ seruientium

V. Meritoria, peccata hominum. Præsertim luxuria. F

& in magnam membrorum molem excrescentium. Illa denique tertio iterata corruptione carnis & terræ. Incitatus est ergo Dominus ad perdendum humanum genus, tum aliis hominum sceleribus, tum maxime carnis intemperantiâ, quæ hisce temporibus vbique summa cum licentia, bacchabatur, Dei hominumve reuerentia neminem vltra retinente.

VI. Subiectum hominis, & quæ illi seruiunt. a cap. 6. 7. Er quoniam terra infecta erat sceleribus hominum, eisque peccantibus famulata fuerat, sicur & animantia, ideo non in hominem solum, sed in terram etiam, & in animantia, vindex supermi iudicis sententia intorquetur. Delebo, inquit, hominem quem creavi à facie terra, ab homine usque ad animantia, à reptili usque ad volucres cæli, Et mox, & ego disperdam eos cum terra. Et iterum. Ecce ego adducam aquas diluuii super terram, ut interficiam omnem carnem, in qua spiritus vita est subter cælum, vniuersa que in terra sunt consumentur. Domus scilicet, & oppida, & ciuitates, & horti, & viridaria, omnis supellex, & vniuersa opera filiorum hominum. Pereant, inquit, Ambr. b, cum homine omnia, propter quem nata sunt omnia, in suis diuitiis consumatur homo, cum sua dote moriatur.

VII. Eximitur Noë cum suis. c. 6. 18. Neque tamen in ira sua obliuiscitur misericordie suæ, neque enim iustum, iisdem quibus improbos fluctibus, obrui finit; imo illi etiam septem animas concedit, in semen generis humani, quas sit seruaturus incolumes. Ponam, inquit, fœdus meum tecum, & ingredieris arcam tuam, & filij tui, & uxor tua, & uxores filiorum tuorum tecum. Modus ergo liberandi eos à communi pernicie fuit arcæ constructio, quæ mediis in fluctibus impune fluitans, gubernante Deo, & quasi signifera sub puppe magistro, inclusos seruaret incolumes. Arca dicitur, & non nauis quia & figura, & vsu, arcæ similior erat quam nauis. Nam nauis in ima carina restrictior sursum versus laxatur atque incuruatur, & ad proram acuitur, & supernè aperitur, & remis, aut velis vtrinque ad progrediendū impellitur. Arca plana erat in fundo in modum carinæ, sine vlla aut distinctione puppis, aut proræ, aut anterioris vel posterioris latitudinis diuersitate, eadēque erat prorūs arcæ latitudo, ab imò vsque ad summum. Tectum habuit quasi operculum, non tamen planum, sed in medio paulò eminentius, vt vtrinque aquæ decedentes defluerent. Nec oportebat velis aut remis vllam in partem agi, sed fluitare tantum super aquas, quæ paulatim intumescerent, eam è terra subleuarent.

VIII. Arca materia. Materia huius arcæ fuerunt ligna gopher, id est cedrina, vt quibusdam placet, etiam Chaldaeo paraphrastæ, quæ diuturno humore non corrumpuntur, alij incertæ significationis vocem, pinum vertunt, aut abietem. Probabilius est Dominum materiam arcæ prudentiæ, & commoditati artificis reliquisse, & lignorū formam vel figurā notasse; ideo vulgata ligna læuigata dixit, Septuag. vero quadrata. Læuigata fuerunt, vt commodius linirentur, nec defuerunt incastraturæ, vt afferes arctius iungerentur, quod forte Septuag. intellexerunt: sic enim afferum oræ quadrantur, tam quæ immittuntur, quam quæ admittunt. Denique rimæ omnes bitumine, materiæ pici aut resinæ simili, intrinsecus atque extrinsecus liniri iubentur. Mansuculas, siue, vt est in Hebræo, nidos,

statim memorat Scriptura, qui mox rectius intelliguntur, cum de interna dispositione agitur, Prius ergo totius arcæ molem ac quantitatem consideremus.

Trecentorum cubitorum, ait Dominus a, erit longitudo, arca, quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorum altitudo eius. Cubitum definitum cum communi vulgarique sententia, longitudine pedis vnus cum dimidio, quæ in hominibus staturæ satis proceræ reperitur, ab externo angulo inflexi brachij, vsque ad extremum digiti medium. Cum autem pes sit duodecim digitorum duntaxat, cubitus erit octodecim digitorum, nec plurium. Hac ergo arcæ longitudine & latitudine posita in ima carina sex quadrata fient, quorum latera singula sint 50. cubitorum. Si ergo 50. cubiti ducantur in sese, fiant bis mille & quingenti cubi, siue cubiti quadrati; quoniam vero talia sex quadrata reperiuntur, sexies bis mille & quingenti, conficiunt quindecim millia cubitorum quadratorum. Sed eam summam tricies multiplicare oportet, quoniam altitudo arcæ non est vnus cubitus, sed triginta. Quindecim autem millia tricies multiplicata, efficiunt quadringenta & quinquaginta millia cubitorum, quæ est tota interior arcæ capacitas.

X. Arca tectum siue operculum. Quod ad tectum, siue operculum arcæ pertinet. Moses altitudinem eius cubito definit, cum ait, in cubito consummabis summam eius: vt scilicet ea summitas, siue id tectum sit ferè in morem columnæ fissæ secundum longitudinem, vt vult Arias Montanus; aut sic, vt medium tecti faciat obtusissimum angulum, nec assurgat plus vno cubito supra parietes, rectâ, & ad perpendicularum excitatos. Aut denique tale sit istud operculum, quale videmus in curribus obiectis corio, quos vulgò caroffes appellamus. Existimo itaque arcæ Noë, vt nomine ipso Latino, Græco, Hebræico, Arca appellata est, ita & forma illi fuisse persimilem, æquali scilicet latitudine, ac capacitate infra, supraque nec reliquo tantum corpore, sed operculo etiam similem, Arcam autem nemo vnquam fastigiavit in morè domus. Neque id necessarium fuit ad pluuiæ defluxum, præsertim grandioris, qualis hæc fuit, vt in carrucis quotidie experimur, quamuis neque pice, neque bitumine illitis. Periculosa etiam est illa tecti alitudo, quam quadrante latitudinis definiunt, & tempestatibus ad naufragium obnoxia. Denique tota arca præscriptam à Deo altitudinè superaret, qui eam iussit habere in summitate cubitum vnū, non duodecim cum dimidio, quod est latitudinis quadras.

XI. Interior arcæ distributio. Interior porro distributio quæ fuerit, cum à Mose non describatur exactius, interpretes ita omnem habitationem disperunt, vt in tribus tabulatis, siue contignationibus ferè cōsentiant, & quidem præter fundum ipsum, & tectum. Subintelligenda enim est ima pars, quæ agnoscit etiam Origenes b, sentinæ destinata, & faburræ, ad libramentum arcæ, altitudine ferè quatuor cubitorum. Eam cloacam tabulatum vnū operiebat, expansum secundum totam arcæ longitudinem & latitudinem, cui tres aulæ amplissimæ eiusdem longitudinis & latitudinis erant impositæ, quarum ima quadrupedibus deseruiebat, media vario commeatui, suprema hominibus, atque volucris. Ima attollebatur

IX. Amplitudo arcæ. a c. 6. 15.

X. Arca tectum siue operculum.

Quale in curribus.

XI. Interior arcæ distributio.

b hom. 2. in Gen. Sentina.

Aula ima & media.

ad decem cubitorum altitudinè, & variis mansuculis, siue stabulis, pro quadrupedum magnitudine ac multitudine distinguatur, relictis opportune viis, quibus adiri ac curari possint. Aula: mediæ octo cubiti assignati possunt altitudinis, cum variis interstitiis ad vias & apothecas, in quibus fœni, palearum, frugumque multa copia, fructuum quoque atque leguminum: pleraque etiam dulcis aquæ dolia, in potum, aliosque multiplices vsus.

XII. Aula suprema. Aula suprema reliquos octo cubitos explebat altitudinis, quos tectum vno cubito augebat. Tripartito autem diuisa fuisse videtur, vt media pars hominibus, extrêmæ duæ volucris, partim feris, partim cicuribus deseruierent. Quin & tres hæc minores aulæ, in varia cubacula, quatuor coniugum paribus destinata, & domesticas officinas cum necessaria supellestitiis, in varios item nidos auium discriminatæ erant. Fenestra Arca. Fenestra porro cuius nominatim fit mentio, hominum habitationi respondebat. Non desunt tamen, qui pluribus aliis locis, fenestras ex lapide speculari valde probabiliter collocent; etiam in ima aula, quæ magna ex parte aquis erat immersa: multis item in locis scalas oportunas, ad ascensus descensusque necessarios, multos tubos ad demittendum animalibus commeatū, & deiectionem sordium in sentinam. In ima etiã aula porta fuit è regione stabulorum, quæ instar publicij pontis demitteretur, ad introducenda quadrupedia, & per communem vicum in sua stabula immittenda, quæ deinde sublata, aptè & concinnè clauderetur, ne aquas admitteret.

XIII. Tota Arca satis superque capax. Ridendi porro sunt siue Ethnici siue hæretici antiqui, qui arcæ huius amplitudinem negabant tot animantibus capiendis capace esse potuisse, cum ima aula distingui potuerit in trecenta & triginta tria stabula, quorum singula essent sex cubitorum longitudinis, & totidem latitudinis, & decem altitudinis: cum autem, qui de animalibus scripsere diligentius, vix centum & triginta species quadrupedum reperiant, insectotum autem reptilium, ac serpentum vix triginta. Multa ergo erunt stabula inania, in quibus collocari poterunt animalia, quæ cederent in cibum carniuoris. Cætera item spatia abundè commeatui annuo, volucrum etiam, hominumque habitationi facile sufficere potuisse, diligentius in Annalibus explicatum est a. Quod ad locum porro attinet, in quo arca constructa est, sunt qui non improbabiler putent eam ad radices Caucafi ædificatam, ad materiæ commoditatem, & quidem in oculis improborum, vt id ædificium perpetuum eis esset ad respiciendum monumentum, quæ est Chrysof. b, & Rupert. c sententia.

ANNVS MVNDI, 1559. NOEMI 503. SEMI 1. ANTE CHRISTVM 2494.

I. Ortus Sem. Eum fuisse natum maximum a Gen. 11. 10. INTERIM dum Arca materia strenuè comparatur, & comportatur in destinationem constructioni locum, Semus Noëmo nascitur, fratrum, qui diluuiio superfuerunt; natum maximus. Quod ex ipsa Scriptura a perspicuè confirmatur, quæ habet eum biennio post diluuium

centum annorum fuisse; oportet ergo eum octo & nonaginta annis natum esse ante diluuium; id est anno patris quingentesimo tertio circiter incunte. Et huic chronologia facile omnes consentiunt. Illud tamen apud nonnullos controuersum est, fueritne Sem natum maximus horum trium, qui memorantur diluuiio superstites. Nam quidam eam dignitatem Iapheto tribuunt, quamuis repugnante Scriptura, quæ Semum vocat a fratrem Iapheti maiorem; nam de Chamo b constat illum fuisse vtroque minorem. Sed illi in suam opinionem Scripturam trahunt, dum vertunt illum locum Genesios decimi, fratrem Iapheti maioris, nihil eis Hebræo textu fauente: repugnante autem versione Hieron. & Pagnini, & vtraque paraphrasi Chaldaea. Septuaginta vero, qui nunc Iaphetum maiorem cemo faciunt, olim Semum faciebant maiorem. Sic enim illos refert Aug. c in Ciuitate Dei, & Procop. in 10 Gen.

Denique passim antiqui Patres Sem primogenitum, aut natum maximum appellat, vt Epiphanius d & Cyrillus e, August. f qui ibidem Semum semel iterumque vocat maximū filium Noë. Hieron. etiam ad Euagrium, idem ex Hebræorum traditione refert, & passim omnes recentiores. Neque absurdum est nullum de tribus natum esse anno patris quingentesimo, licet Scriptura, dicere videatur, Noë anno quingentesimo genuisse s Sem, Cham, & Iaphet. Non est enim mens eius, aut omnes, aut vnū aliquem eorum illo anno natum esse, sed omnes post annum patris quingentesimum. Nam plerique omnes fatentur Chamum fuisse natum minimum, & Sem natus est, vt iam diximus, anno Noë 503. qui tamen Iapheto maior, vt ex Scriptura probatum est. Quoto autem anno patris Cham aut Iaphet nati sint, non liquet. Neque id magni refert, cum horum duorum ætate sacra chronologia non nitatur.

ANNVS MVNDI, 1600. NOEMI 544. SEMI 42. ANTE CHRISTVM 2453.

IN hoc trigesimo secundo Mundi iubilæo gradum figimus, in quo dimidia iam pars & amplius temporis ad pœnitentiam concessi mortalibus inutiliter consumpta, magnam præconi iustitiæ dicendi segetem præbebat, & testificandi aduentum Domini, & aduentantem iustitiam eius. Neque dubitandum est quin duo illi series Lamech & Mathusalem, filij ac nepotis studia pro virili promouerent. Quin ne studium quidem trium iuuenum, qui nunc forte quadragenarij erant defuisse crediderim, ad conuersionem peccatorum procurandam, ex sanctissimi viri domestica disciplina. Neque tamen mulieres ipsorum vxores iustitiæ præcones agnosco, vt visum est Genebrardo, vbi Petrus a ait Deum custodisse Noë octauum iustitiæ præconem, quasi fuerint octo præcones; octauum enim referri oportet ad verbum custodit, non ad præconem, hoc sensu, Deus custodit octauum, qui fuit præco iustitiæ. Nec aliud voluit, quam quod priore epist. dixerat b, in que pauci, id est octo anima salua facta sunt. Sic c 2. Machab. dicitur Iudas decimus secessisse in

a Gen 10. 20. b c. 9. 24.

c l. 16. c. 3.

I. Confirmatur auctoritate. d In Anchorato sub fi. c. l. 4. in Gen. f Epi. 146. g Gen. 5. 31.

I. Noë iustitia præcoi cum parentibus & filiis.

a 2. c. 2. 5.

b c. 3. 20. c e. 5. 6. 17.

desertum locum, id est, ipsum cum nouem sociis, ut vulgo dicimus, *lux dixit sine.*

Zelus animarum in Noë maximè eminebat, ut qui maximè electus erat à Deo, ad procurandam pereuntis mundi salutem. Ille in primis, quod postea monebat Apost. commissum sibi verbum prædicabat, instabat, opportunè arguebat, oblectabat, increpabat, in omni patientia & doctrina. Erat enim tempus, quo sanam doctrinam non sustinebant; imo concionantem, quasi delirum senem deridebant, iuxta illud Sibyllæ. -- *Asi illi valgoridere monentem.*

Diceretque insanum dementatumque furore.

Ad sua enim desideria coaceruabant sibi magistros prurientes auribus, quæ scilicet blandas oratoris voces curiosè quærent, iuxta illud Isaiæ. *Loquimini nobis placentia, videte nobis errores.* Audire cupiebant, qui eos ad ludos & choreas agitandas, ad frequentanda conuiuia, ad celebrandas nuptias inuitarent, ut Christus ipse significauit: quippe qui sibi de diuina bonitate, & patientia blandientes, minas in rem conuersum iri non credebant.

ANNVS MVNDI 1651.

NOEMI 595. SEMI 93.

ANTE CHRISTVM 2402.

MORTVS est hoc anno Lamech Noëmi parens, expletis annis septem & septuag. supra septingentos, patre suo adhuc in viuus relicto, quod nulli Patriarcharum adhuc ab orbe condito contigerat. Nam Abel & Cain violenta morte sublatis sunt. Vidit autem Adamum ipsos quinquaginta sex annos, tot enim illo moriente natus erat Lamech: cæteros quoque, qui interiecti fuerunt, Patriarchas sepeliuit: vel hoc nomine felix, quod filium ea ætate sanctissimum genuerit; mundi instaurationi diuinitus destinatum. Ingemuit videlicet, in hoc filij furere Mathusalem, qui iam auum suum laredum, atque adeo mortales omnes viuendo superauerat, timens fortasse ne ad tristissimam diluuij cladem, aut illius certe spectaculum, quod erat in ianiuis referuaretur. Sed si timor adfuit, timor tantum fuit; quamprimum enim, ut mox dicemus, defunctus est, nec tamen hoc anno, licet id S. Augustin. sensisse videatur, in libro quæstionum in Genesim.

ANNVS MVNDI, 1656.

MATHVSALÆ vlt. NOEMI 600.

Annus diluuij, ANTE CHR. 2397.

QVINTO à Lamechi filij sui morte anno, mortuus est longæuus Mathusalem, anno ætatis suæ 969. inchoante Nam diluuium, ante quod ille mortuus est, initio anni cœpit, secundi videlicet mensis die 17. posito huius Patriarchæ annos à verè cum anno mūdano inceptasse. Itaque verè affirmavit S. Aug. nullum eorum diluuium mortuum esse, quos de semine Sethi propagatos Scriptura commemorat. Et iterum in eodem lib. cum disceptaret de codicum Græcorum, & Hebræorum discordia in numero annorum, & ex Græ-

cis confici ostendisset Mathusalem quatuordecim annis diluuium superuixisse, quod durançe cum patre, qui translatus fuerat, vixisse putaretur; ita concludit. *Hanc opinionem vel suspitionem accipiat quisque ut putauerit, certum est tamen non vixisse Mathusalæ post diluuium, sed eodè anno fuisse defunctum, si verū est quod de numero annorū in Hebræis codicibus reperitur.* De quorū veritate, ei consentiente vulgata, nunc nemo dubitat.

Sub huius ergo anni principium Mathusalem mortem tot annis, imo seculis desideratam, obuiis vlnis excepit; quòque magis sentiebat imminere diluuium, erant enim in exitu centum illi ac viginti anni à Deo assignati, hoc crebrius, maiorique cum sensu iterabat illud. *Suscipit mihi Domine, tolle animam meam, neque enim melior sum quam patres mei.* Quorum scilicet omnium ætatem viuendo prætergressus iam fuerat, & quidem mundo supra omnes omnium ætates corruptissimo. Sic ille quidem senserit & dixerit, fuit enim in familia sanctorum ortus, & educatus ab Adamo, Setho & cæteris, quibuscum diutissimè vixit: paterna etiam sancti Enochii institutione supra trecentos annos excultus. Itaque & iustorum filiorum parens fuit, Lamechi & Noëmi. Denique ut scribit Rab. Abraham in fasciculo myrrhæ, commendatur apud veteres Hebræos à iustitia, & multarum rerum cognitione & sapientia: cui assertioni ætatis ipsa longinquitas, & piorum genus conciliat fidem.

Addit Genebrardus ex R. Salomone diuina providentia factum, ut septè diebus ante aquarum inundationem moreretur Mathusalem, ut à nepote Noëmo, eiusque filiis, sanctè sepeliri, & de more lugeri posset. Credibile etiam est reliquias eius tã recentis à funere, ab eodè Noëmo secum, vñà cum Adami ossibus, iuxta ea quæ supra diximus, asportata in arcam. Sed & eundem honorem patris sui Lamechi ossibus habuisse. quæ post diluuium terræ religiosis mandarentur. Malit fortasse aliquis opinari, profunda quapiam & saxea in crypta, omnia ad tempus diluuij fuisse deposita, eamque diligenti obstructâ cura aduersus omnes vndarū incurfus. Quomodo legimus tabernaculum fœderis, & arcæ, & altare incensi à Ieremia fuisse abscondita in spelunca. Sed eam dissuadet opinionem illa cogitatio, quod nesciret Noë quam in partem terrarum ab arca transportandus esset cum familia sua; & an huiusmodi crypta, parietinarum; & terrarum aggregatione obrupta, & mundi facie varie cõmutata vnquã deinceps reperiri posset.

Iam verò quod ad annū diluuij attinet, nemo pene dubitat, ne de Sæctariis quidem, si ab vno Scaligero discesseris, illū in annum mundi 1656. incidisse, illumque ipsum annū sua duratione tenuisse, qui idem fuit annus Noëmi sexcentismus decurrens. Itaque chronologiam satis explicatam in Annal. & alioqui minimè controuersam omittamus, ponamusque deinceps primū à diluuiio annum fuisse Noëmi 601. mundi autè 1657. Quoniam tamen huius anni mensis & dies à Mose accuratè annotantur, non conuenit nos in iis obseruandis esse negligentes. Mensis ergo inchoati diluuij secundus à Mose statuitur. Anno, inquit, *sexcentesimo vitæ Noë, mense secundo, septimo decimo die mensis rupti sunt omnes fontes Abissi magna.* Sicut enim dies decimus septimus ad proximè nominatum mensem, ita &

II. Initib anni huius.

23. Reg. 19. 4.

Apud Genebr.

III. Septè diebus ante diluuium.

Eius ossa, & Lamechi, & Adami recepta.

b 2. Mach. 2. 5.

IV. Annus diluuij stabilitur.

c a. m. 1656.

d Gen. 7. 11.

mensis

Gen. 8. 13. mensis secundus: ad proximè nominatum annum refertur, & quidem inchoatum, ut sequens sit sexcentismus primus, prout à Scriptura appellatur.

V. Vnde etiam colligitur, annos Noë cum annis Mundi concurrere, & utroque à Veris initio iuxta communioem chronologiam, incipere. Quò respexit Ambros. c, *Significatur, inquit, nunquam Deum eo numero vel tempore interitum hominum fuisse facturum, quo fecit exordium, nisi immanibus delictis esset offensus.* Dies porò fuit 17. non 27. ut in græco textu habetur, quem Iosephus, Ambros. August. & alij antiqui secuti sunt. Nam prior ille numerus, qui, præter vulgatam, habetur in Hebræo textu, & Chaldaica paraphrasi, rectissimè congruit cum anno solari 365. dierum, id est 10. diebus abundantem, ut in Annalibus d accuratè demonstratum est, ac definitum annos quoque qui diluuium præcesserunt, quique multo deinceps tempore secuti sunt, vocanturque patriarchales, non 360. dierum fuisse, ut putat Laurentius, sed 365. Nec enim apparet vlla ratio cur annus diluuij cæteris breuior fuerit, aut productior.

VI. His breuiter hoc loco pro instituto explicatis, Mosaicam de diluuiio narrationem persequamur. Cum mandata iam pridem à Domino Arcæ fabrica tandem esset aboluta, ventumque iam esset ad annum decretorium, quo supplicium de peccatoribus sumendum erat, mortuique essent omnes, quos neque perire diluuium, neque in Arca viuos seruari Dominus voluerat; septimo ante diluuium die, Deus iterum Noëm alloquitur, *Ingrederere, inquit, tu, & omnis domus tua in arcam: te enim vidi iustum coram me in generatione hac.* Nusquam de iustitia filiorum aut vxoris, aut nurrum quidpiam dicit, siue quod ea vulgari esset, siue quod intelligi volebat, se septem illas animas ipsi dare. In omni porò ista domo, quam memorat Dominus, neque serui neque ancillæ continentur: ac ne Enochus quidem Noëmi proauus vt ex principè Apostolorum certò constat, qui Mosaicæ narrationi adherens, ait octo tantum animas saluas factas esse in Arca. Vbi autem conseruatus fuerit, nouit Dominus qui conseruauit, quem æquè potuit in medijs vndis tunc, ac postea tres pueros in medio Babylonicæ fornacis intactos conseruare. In eo numero fuisse Sibyllam quandam innominatam, libro primo Sibyllinorum oraculorum traditur, quod viris eruditus fictitium non immerito creditur, sicut & nomina vxoris Noë, & nurrum eius.

VII. Causam liberati Noë ponit Dominus iustitiæ eius: Ex quo videtur consequens etiam è reliquis mortalibus plures, si iusti forent, liberatum iri. Neque tamen inde efficitur, omnes omnino, qui arca exclusi fuerunt, etiam adultos, corpore animoque periisse. Nam S. Hieron. h exponens illa verba, *Non permanebit spiritus meus in hominibus istis in æternum, quia carnes sunt.* Vt habent Septuag. *In hebræo, inquit, scriptū est, nō indicabit spiritus meus homines istos in sempiternum, quoniam caro sunt.* Hoc est, quia fragilis est in homine conditio, non eos ad æternos seruabo cruciatus, sed hic illis restitnam, quod merentur. Sic Hieron. Qui videtur existimare neminem perriisse. Cred. bilis tamen est maximam illorum partem in suis sceleribus extinctos, ut significat

Chryf. a. Paucos autem resipuisse, de quibus videret locutus Apost. Petr. b vt sensit Hilarius in Psal. 118. & Rupert. c aperit. *Credendum est, inquit, aliquos hoc diluuiio periisse, quorum eodem periculo mortis peccatum deletum sit; plerosque autem ex eis, ut pote impios, ab illo temporali aquarum diluuiio, ad æternum transisse incendium.* De paucis ergo illis resipiscentibus videtur locutus Petrus d, cum ait Christum in inferis prædicasse iis, qui fuerant aliquando increduli, *cum fabricaretur arca,* quasi dicat, non fuisse semper incredulos; ergo ante mortem tales esse desiderant, Nam post mortem e *vbi ceciderit lignū ibi erit.* His ergo Christus secundū animā prædicauit, eosque eduxit è carcere. Et sic planissimus est textus, qui alioqui ipsi Aug. visus est obscurissimus. Et quomodo rationi consentaneum est vt superueniente diluuiio, & per 40. dies, noctesque toridem increfcente, ex infinita hominum multitudine, qui aspiciebant horribilem illam mundi faciem, & prædicationem Noë factis ipsi impleri conebant, nemo omnium sit inuentus, illud Davidis impleuerit, *cum occiderit eos, quærebant eum & reuertebantur?* nemo qui ex animo ad Deum conuersus fuerit, qui veniam impetrarit, cui vexatio dederit intellectum? Quin potius plerosque arbitror suis sceleribus hanc tantam calamitatem retulisse, & in eorum satisfactionem mortem diuinitus immiffam, cum rerum omnium suarum iactura, patienter subiisse, & post bis mille quadringentos & 30. annos in inferis à Christo Domino visitatos.

Declarauit quoque hac ipsa die Dominus, quæ & quot animalia in arcam vellet admitti, non solum bina ex quauis specie, vt ante dixerat, sed septena de mundis, bina vero de immundis, id est de mundis quatuor mares & tres sceminas puta 4. arietes & tres oues; vt tria paria propagationi seruirent, septimus autem cederet in sacrificium post diluuium. De immundis autem iussit vt mas vnus cum suo compari seruarietur, vt equus cum equa. Mundorum porò atque immundorum denominatio per anticipationem vsurpata creditur, cum huiusmodi differentia in lege naturæ non fuisset, sed in tantum quam Dominus in deserto vulgavit, vt sic facilius Iudæi, breuiusque intelligerent, quænam animalia in arcam admissa fuissent, vel exclusa. Nam si ratio naturæ ipsorum, & conditionis habeatur, *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona,* & in suo genere perfecta, qualia à bono, & perfecto Creatore condita fuerant.

Ad quid autem septem isti interiecti dies? An vt Noë improbos, mortique destinatos mortales postremum moneret, vt metu tanti, tamque vicini mali percussis, ad pœnitentiam confugerent? Ita Chryf. h & Ambr. i. An vt maturaret Noë reliqua in arcam comportare, quæ vel necessaria erant humanis vsibus, vel alioqui salua esse vellent? Pleraque enim sunt quæ non longinquâ, sed pene quotidianam providentiam requirunt. An vt eo septiduo animalia cogeret in arcam? Quanquam cura erat recipiendi duntaxat venientia sponte sua, diuino instinctu, vel Angelorum ministerio; vt cum olim adducta fuerant ad Adamum, vt ab eo nominibus appellerentur suis. Esti enim, ex tam insolenti animalium ad arcam conuentu, facilè intellecturus erat Noë, quid sibi vellet ista sine

II. Eiusque animarum zelus.

a in Orac. Sibyl. vide sup. i. c. 4. n. 3. 4. & seq. c cap. 14. de Arca & Noë. Annus diluuij 365. dierum.

I. Obitus Lamechi parentis Noë.

a q. 2. & l. 18. de Civ. c. 11.

I. Obitus Mathusalæ.

a Gen. 7. 11.

b l. 15. de Civ. 24.

c & c. 11.

a hom. 25. in Gen. b Ep. 1. c. 3. 20. c l. 4. cap. 6.

VIII. Aliquos sub morte resipuisse. d loc. cit. e Eccles. 31. 3.

f Psal. 77. 24.

IX. Animalia in arcam immiffa.

g Gen. 1. 31.

X. Cui fini 7. dies interiecti. h hom. 24. l. de Arca. c. 13.

Fera deponunt scitatem.

venatione congregata præda : pertinuit tamen ad suauem Dei prouidentiam patrem familias, & patrem seculi futuri de re tota diuinitus præmoneri. Veniebant autem aut feritate deposita, aut certe ad tempus diluuij mitigata, vt putauit Philo in vita Mosis a, Cum ille viderunt iustum, ait Chrysostomus b, obliuiscuntur natura sua, & insitam ferociam in mansuetudinem conuertunt, &c.

IX. Quæ animalia ab arca exclusa. c. 6. 20. 1. 2. 3. dl. 15. de Civ. c. vlt. Quomodo non adhuc conuersi peccatores. c. Luc 17. 27. Cumque f transissent septem dies, aqua diluuij inundauerunt super terram. Anno sexcentesimo vitæ Noë, mense secundo septimo decimo die mensis rupi sunt omnes fontes, &c. fuit hic mensis Maius, vt disertè asserit Rupertus g, & perspicue innotat à nobis diluuij chronologiam confirmat: Affert & magnum momentum Ambrosius h, & simul causam affert talis temporis à Deo electi. Secundum, inquit, mensis verni temporis fuisse non ambigitur, quando augentur nascentia, ager paruit, terrarum pariter atque animalium fœtura se fundit. Tunc ergo fecit diluuium, quando dolor eorum maior foret, qui in sua abundantia puniebantur, tunc vltio terribilior Dei, &c. cam enim causam fufius sanctus Doctor exequitur, quam quoque supra in Apparatu i attigimus.

XII. Initium diluuij mense Maio. f Gen. 7. 10. g 11. h l. 4. c. 25. i l. de Arca & Noë. c. 13. i c. 4. App. Annal. XIII. Cause diluuij disruptio fontium Abyssii. k 7. 50. Proximæ diluuij causæ duæ à Mose memorantur, prior est quod rupi fuerint fontes Abyssii magnæ. Quos fontes, ipsamque abyssum sic interpretor, consentaneè illis, quæ supra in opere tertij diei diximus, de terra subleuata diuinitus in morem spongiæ, & aquis per varias cavitates influentibus, vt putem Deum, Angelorum ministerio (satis enim, vel Theodoro teste k, constat, diluuium hoc ex meris causis naturalibus non contigisse) aquas è subterraneis terræ meatibus, plurimis ex locis eduxisse: ac rem interea ex alto in eas cauernas, ad replendum vacuum, vi magna decurrisse, & ascendenti aquæ cessasse. Quod omnino sensu

Rupertus a, cum ait tantam aquarum molem inde venisse, quo abierant dicente Domino b, congregentur aquæ, & appareat arida Eadem est mens Hieron. in quest. hebraicis, Oleastri in cap. 7. Genes. Itaque nomine Abyssii magnæ intelligimus hoc loco eam quam Moses initio Genesios Abyssum vocauit, cuius magna pars terræ superfusa est, alia in eiusdem viscera penetravit. Quoniam ergo hæc Abyssus in hoc diluuij, per varios meatus, largè se violenter effudit, dicuntur rupti omnes fontes Abyssii, quia largius solito aquas profundebant, vnde flumina ab ortu ipso maiora nascebantur, & nouæ passim scaturigines erumpebant.

Posterior diluuij causa memoratur; quod cœli cataractæ, siue fenestæ, vt est in Hebræo, apertæ fuerint, in tanta scilicet imbrium densitate, vt non imbres ex nubibus, sed flumina è cœlo decurrere viderentur, & firmamentum, quod Deus fecit in medio aquarum, dissipatum esse videretur, vt ait Rupert. Et sicut in magna siccitate cœlum in Scriptura clausum esse dicitur, ita in pluuia, cœli fenestæ, aut ianuæ, aut cataractæ apertæ dicuntur; vt non quasi è cribro stillare, sed plenis doliis ex fenestris deorsum prouolui intelligantur. Vndique, inquit Ambrosius c, influentibus aquarum molibus conclusum genus humanum perurgebat. Et paulò post, vocat hanc pluuia prolapsionem ingenium fluentorum. Quæ etiam profani homines adumbrarunt, Lucianus d, Ouidius e, Seneca f, Philo g, ludæus, quos retulimus in Annalibus.

Contiguauit pluuia totos quadraginta dies, quod pertinet ad ostendendam Dei in pereuntibus misericordiam. Noluit enim homines incautos momento obruere, sed eos quasi per otium 40. diebus grassantem mortem animaduertere, vt pereundo, si vellent penitus non perirent. Exundans quoque mare huic cataclysmo feruuit. Accesserunt enim in ipso mari scaturigines ex Abyffo ebullientes, quibus ad exundationem iuuaretur; cui inundationi etiam Seneca assentitur h. Et sane difficile intellectus est, non incremente atque exundante Oceano, omnibusque maribus, vel maris insulas, præsertim remotissimas à continenti, aut terram ipsam totam tanto spatio obrui ac superari potuisse.

Peracto igitur septiduo, intromissisque animalibus in Arcam, commodum Noë cum suis in eam ingressus est; eo tempore, quo cœlum omni ex parte nigrescens, & immensarum pluiiarum minax, crebris vndique fulguribus micabat; quo totus aer sonoris tonitruorum fragoribus subinde reboabat: quo pluuiales venti perstabant turbine terras; quæ etiam nouis fortasse tremoribus quassabantur; quod denique plerique mortales metu pallebant, & mala conscientia vehementius perturbabantur, cū Dominus de foris clausit ianuam, studiosèque sepinit, ne eam vaga diluuij fluenta penetrarent, vt ait Ambrosius i, neve vt Chrysostomo placet k, ea quæ gerebantur foris, magno suo cum luctu, ac mœrore cerneret. Quamquam enim, inquit, erant valde improbi qui peribant, bonorum tamen virorum anima magna commiseratione tanguntur, si quando vident puniri homines: præsertim cum graui sunt & insolita flagella, quæ tutum etiam spectatorem horrore concutiunt.

a l. 4. c. 20. b Gen. 1. 9. c l. de Noë d in Misanth. e l. Metam. f l. 3. nat. g l. 2. vita Mosis sub ff. h loc. cit. 28. i l. de Noë c. 15. k hom. 25. in Gen.

XIV. Et immentæ pluuiæ.

ibid.

c l. de Noë d in Misanth. e l. Metam. f l. 3. nat. g l. 2. vita Mosis sub ff.

XV. Cur diuerturæ.

Maris inundatio.

XVI. Ingressus Noë in arcam.

i l. de Noë c. 15. k hom. 25. in Gen.

XVII. Spectaculum atrox pereuntium.

Et sane horribile erat spectaculum hominum à recenti superbia, & insolentia ad magnam admirationem, ab admiratione ad ingentem sollicitudinem repente conuersorum: vt qui viderent domorum suarum tecta penetrari, grandine perumpi, diffici procellis: cellaria nouis vndique fontibus ebullire, rapidos torrentes prono concursu parietes domorum, quasi arietes in singula momenta quater, facileque deicere; familiam, remque domesticam, ruinâ simul & vndis obrutam, pessum ire. Luctuosissimum spectaculum seminudorum hominum, bacchantium ritu huc illucque discurrentium, & sua, deinde suos, postremo seipos eripere festinantium, à circumfrentium vndarum, & magnis vndique voluminibus occurrentium, præsentissima calamitate atque pernicie: cum & arcæ iam clausa esset deforis ianua, & illam à conspectu immanes circumquaque imbres, & tanta mentis perturbatio, vel potius amentia, miserabiliter sustulisset.

XVIII. Quæ vbiq; lacrymæ opem implorantium, quæ certamina tabulis se mutuo excludentium, qui clamores pereuntium, qui gemitus conclamatis in rebus, pacem à superis & veniam, pro antè acta vita postulantium! Non videbat hæc, & id genus alia complura Noë, neque exaudiebat. Sonitus quippe maris ac fluctuum, arcæ latera vndique pulsantium, & densorum imbrium super tectum, & superiores arcæ partes continenter crepitantium, auditum omnem abstulerant. Accedebant ventorum coniuratorum fragores, & colluctantium nubium horrenda tonitrua. Omnia tamen quæ contingebat, aut contingere poterant hominibus desperatis, sibi animo fugebat vir sanctus, atque misericors, & quæ corporis non poterat, animi oculis, auribusque repræsentabat.

XIX. Ergo intus affectus sensibus, & ad misericordiam commotus, cum suis ad humiles ad Deum preces conuertitur, & opem à diuino numine, lacrymarum imbre perfusus implorat, corporeque pereuntibus, animi salutem impetrare summa animi contentione conatur. Nec irritæ fuere preces, multum enim valet assidua iusti deprecatio.

Permulti enim, vt supra dicebamus, qui ad eam diem increduli fuerant, cum fabricaretur arca, & Dei patientia expectaretur b; tum demum percutientes peccata sua, se fatebantur reos, plangebant præterita crimina, & necessitate in virtutem conuersa, suorum omnium, vitæque propriæ iacturam, in suorum peccatorum satisfactionem offerebant Deo. Et reuertentes ad Dominum cum Dauide dicebant c, Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum.

Interea multiplicata sunt aqua, inquit Moyses d, & eleuauerunt arcam in sublime à terra. Quod primum est indicium aquarum inualescentium, & magnæ iam inundationis, quod tantam molem, tantoque pondere degrauatam, abstractam è terra in altum extulerit. Quamquam credibile admodum est sapienter à Noë prouisum, tota vt arca per certa intervalla super ingentes trabes imposita, aerem primò, deinde aquas transcurrentes admitteret, vt facilius aqua inualescens, eam non alterutrum in latius

XIX. Et preces pro pereuntibus non irritæ.

a lac. 5. 16.

b l. Pet. 3. 20.

c Psal. 118.

d c. 7. 17. 28. Primum.

XX. Triplex indicium aquarum inualescentium.

impulsam euerteret, sed libratam atque eleuatam subuectaret. Addit & alterum indicium Moses: Vehementer enim inundauerunt, & omnia repleuerunt in superficie terre. Id est plana camporum, & sola terrarum vltimarum, vt soli montes ex aquis eminent, & arca ferebatur super aquas, & super eas eminebat cubitis duobus & viginti, vt placet Hugoni à Sancto Victore, etsi alij aliter sentiant. Verum id ex Scriptura satis colligi non potest, cum magnitudo inclusi oneris incomperata sit, pro cuius pondere naues plus minusve degrauantur.

Tertium ac summum indicium magnitudinis diluuij verbis illis declarat. Et aqua præualuerunt nimis super terram a. In Hebræo, Chaldeo, & Græco geminatur particula valde valde, vt intelligamus eas, supra modum & consuetudinem omnem, excreuisse; adeo vt operi sint omnes montes excelsi sub vniuerso cœlo. Quod præualuisse aquæ dicuntur, non solum intelligi potest de excrecentia, qua terræ omni, quantumuis cœlo vicinæ, superior atque excelsior facta est: sed de euectis etiam omnibus repagulis, ac molibus obiectis, eradicatis arboribus, si quæ vndarum cursibus obuæ forent, deiciendisque quibusvis ædificiis. Et quadrat illud Ouidij, b

Si qua domus mansit, potuitque resistere tanto Indeicta malo, culmen tamen altior huius Vnda tegit, pressaque latent sub gurgite turres, Jamque mare & tellus nullum discrimen habebant, Omnia pontus erant

Nimirum ex aquis omnibus, tam dulcibus quam salis, effectum fuerat corpus vnum, vnde, vt notauit Caiet. non exiguum detrimentum accepit fœcunditas terræ. Salsedo enim humorem aëreum idoneum generationi absumit, & dum prohibet corruptionem, eadem via sterilitatem inducit.

Quod autem idem opinatur hoc loco, non esse mentem Moïsi affirmare, omnes omnino montes aquis opertos fuisse, sed eos tantum, qui sub cœlo aëreo, in quo nubes coguntur reperiuntur, ceterorum vero, qui nubes superant, cacumina ab aquis intacta fuisse, hoc eius paradoxum, in Annalibus c autoritate, ratione atque experientia ipsa accuratè refutauimus, quæ Lector consulat, si lubet. Hic ergo ponimus vt certum, omnes montes, quamuis excelsos, nullo prorsus excepto, aquis opertos fuisse, & quidem tanto incremento, vt quindecim cubitis altissimum quemque superarent, ne quod forte animal, quantumuis proceræ altitudinis, ibi euadere posset; aut necubi arcæ moles ingens, quasi in vado hæreret. Itaque consumpta est omnis caro, quæ mouebatur super terram, voluorum, animantium, bestiarum, omniumque reptilium, quæ reptant super terram: vniuersi homines, & cuncta in quibus spiraculum vita est in terra, mortua sunt. Nominatim terræ meminit, vt animalia, quæ in aquis erant, excepta intelligantur.

Porrò quod ait Moïses d, Obrinueruntque aqua terram centum quinquaginta diebus, intelligit tempus, quo neque creuerunt amplius, neque decreuerunt, sed in statu, quem vocant, con-

Alterum. som. 2. XX I. Tertium. a cap. 7. 19. b l. Metam. c n. 32. d v. 24. XX II. Omnes omnino montes aquis opertos. c n. 32. e seg. d v. 24. XX III. Status aquarum 150. dierum.

stantia permanerunt, quem significat verbum obiuenerat. Quasi dicat totis 40. diebus contenderunt aquae crescendo, & inualescendo, ut superaret terram; quod & consecuta sunt, adeo ut quindecim ipsis cubitis supereminerent. Ea quasi victoria potitae sunt 130. diebus, post quos aquae minui coeperunt, ut ait Moses, Excluduntur autem ab illo diebus numero quadraginta dies pluuiae. Nam Iosephus, cum pluuia cessasset, inquit, capit subistere aqua ad dies 150. Chrysostomus e idem sapientissime, clarissimeque inculcat, Rupertus item, & S. August. e, qui iuxta Symmachi & Aquilae interpretationem, significat aquas diluuij non creuisse 150 diebus, sed per illos dies in altitudine qua creuerant, permansisse. Adde quod ratio temporis exigit, ut isti 150. dies incipiant a finita 40. dierum pluuia; alioqui annus praesens minor erit ceteris spatio 40. dierum, quod in Annalibus f. clare demonstratum est.

Hactenus & ex diluuiio strages vniuersi orbis, sequitur eiusdem instauratio, quam Moses a sublatiis causis inundationis orditur, & causa diminutionis adducta. Ut autem intelligamus a Deo primum omnis boni, salutis, & reparationis initium, Recordatus est Deus Noe, cunctorumque animantium, & omnium iumentorum, quae erant cum eo in arca. Vides diuinam bonitatem, quae non solum hominis iusti recordatur; quamquam quid est homo, quod memor sit eius? sed brutorum etiam, ut eorum captiuitate tangatur, & maturet eos pristinae restituere libertati. Adduxit ergo Dominus spiritum super terram, qualem cum mare rubrum Israelitis aperuit. Ventum vehementem & vrentem, qui nocte vna magnum maris spatium vertit in siccum. Nec sat erat minui superne aquas, si de fundo scaturire pergerent, aut nouis pluuiis diminutio repararetur. Itaque clausi sunt, ait Moses, fontes abyssi, & cataractae caeli, & prohibita sunt pluuia de caelo. Hoc iam factum fuerat quadragesimo die ab initio diluuij, vnde factum ut aquae ipsos 50. dies terras sepultas tenuerint sine incremento, donec vento diuinitus excitato coeperunt minui.

Porro haec oclusio fontium, & prohibitio pluuiarum non absolute accipienda est, alioqui neque ab eo tempore fontes vlli erumperent, neque pluuia rigarent terras, sed intelligendum est vtraque ordini, ac dispositioni pristinae fuisse restituta. Et per illos ipsos fontes, qui ante rupti fuerant, ingentem vim aquarum in proprias terrae caernas, paulatim se recepisse, aere inde excluso, & sursum ebulliente. Id aperte Scriptura loquitur, cum ait, Reuersa sunt aqua de terra exiit & redeunt, de terra scilicet a principio destinata habitationi hominum & animalium, quod autem reuersae, nisi in in vacuata dudum terrae viscera. Audi Hieron. h. Nota secundum Ecclesiastem, quod omnes aquae atque torrentes per occultas venas ad matricem abyssum reuertantur. Nec aliter sentit Chrysostomus i hoc loco.

Dum autem minuitur aqua, & arca sit terrae vicinior, intra tredecim dies factum est ut arca solo haereret, nec ultra fluitaret. Id contigit septimi mensis die 27. ut est in Latinis Grae-

cisque codicibus, & non 17. ut est in Hebraeo, ut diligentius in Annalibus explicatum est. Hae sit autem in montibus Ararat, siue Armeniae ut interpretatur Hieron. quos montes Eusebius in Armenia superiore collocat, secus Persas. Post diluuium, ait Epiphanius, cum reuenerit arca Noe in montibus Ararat per mediam Armeniorum, & Cardyensem terram, in monte Lubac appellato: prima isthic hominum habitatio fit post diluuium. Hos porro montes fuisse de altissimis existimandum est, alioqui haerente arca in minus altis, celsiores etiam apparere potuissent, cum tamen, non nisi post duos menses, cacumina montium coeperint apparere initio videlicet decimi mensis a principio pluuiae, a quo ad primum diem decimi mensis 265. dies numerantur, qui componunt integros nouem menses, quorum quinque sunt 29. dierum, ceteri pleni 30.

Et si autem ineunte decimo mense montium cacumina coeperant apparere, reliquos tamen mundus aquis erat immerfus: itaque Noe expectauit adhuc 40. dies, post quos aperta fenestra dimisit coruum, ad explorandum an terra aperta esset. Id autem cogniturus erat si non rediret, ut postea in columba contigit. At coruus egrediebatur & non reuertebatur, ut est in Vulgata, & apud Septuag. sed Hebraei negatione carent. Neutra tamen lectio falsa est, aut reiicienda. Nam verum est non reuersum coruum in arcam, sicut mox columba reuersa est, & in arcam immissa, sed mansisse foris; siue defixum in cadauere aliquo fluitante, ut August. e, Chrysost. d & Rupertus e censuerunt, siue supra tectum arcae quiescendo. Et verum est, quod habent Hebraei, isse coruum & redisse, non tamen in arcam ingressum, sed circumuolitasse modò propius, modò longius, laetum ob recuperatam libertatem; aliquando etiam in tecto arcae immoratum esse, & vicissim in cadaueribus cibum capiendo fluitasse.

Cum ergo nihil certi Noe ex coruo cognosceret, emisit columbam post eum, & quidem eodem die. Et si enim mox dicitur; expectatis ultra septem diebus aliis rursus emisit columbam, non referuntur isti septem dies ad alios priores septem, sed ad 40. dies prius expectatos, quam coruus aut columba emitterentur. Expectauit ergo Noe, non solum illos 40. dies, sed alios etiam septem. Emissa ergo post coruum columba, cum non inuenisset ubi requiesceret pes eius, eodem die reuersa est ad eum in arcam, & a Noe intromissa est, quia aqua adhuc erant super vniuersam terram campestris scilicet; nam cacumina montium ad quadragesimum iam diem apparebant. Et forte columba auerso a montibus volatu cursum direxit: eoque non repugnantem Mosem adducas licet. Non enim ait, non fuisse ubi requiesceret, sed eam non inuenisse.

Quienit ergo adhuc septem diebus Noe, post quos emisit columbam secundo h. que ad eum rediit ad vesperam, portans ramum oliuae virentibus foliis in ore suo. Exiguam ramum esse oportuit, & tenerum, ut a columba deflingeretur. Ad quod innuendum Hebraeus textus folium vocauit, non ramum. Tenerum etiam & recens natum licet medio aquarum probabile facit vernum tempus, quod iam appe-

num. 46.

init. P. nar.

& quo in loco.

40. pluuia. 150. status aquae. 16. septimo mensis. 59. octauis & 9.

265.

XXVII. Montium cacumina apparent.

Coruus explorator dimittitur.

c. q. 13. in Gen. d. hom. 26. c. l. 4. c. 23.

XXVIII. Et mox columba. f. cap. 8. g. v. 10.

XXIX. Quae secundo dimittitur. h. v. 11.

Pigeon ramier.

ac tertio.

XXV. Ratio temporis anni huius excurrentis.

29. 30. 29. 38.

I. Epinicius in 1. aetatis initium. a Gen. 8. 18. b Apoc. 21. 1.

c. 21. de die Nat.

tebat. Cum enim verè inchoatum fuerit diluuium, idque annum vnum durauerit, oportuit etiam vere terminari. Ut autem decerneret columba ramusculum, apparet eam in arboris ramo confedisse, quod cum a columbis alienum sit, non malè quis crediderit fuisse palumbem. Viso ramo intellexit Noe quod cessasset aqua super terram: quia olea humilis est, & frigoris metuens non amat praeralta loca: quia tamen terra valde limosa, & lutulenta erat, expectauit septem alios dies, qui reliqui erant adhuc de anno sexcentesimo Noe; & emisit tertio columbam, que non est reuersa ultra ad eum. Superest hoc loco grauis difficultas, cuius explicatio chronologiam nostram valde confirmat. Nam ab initio decimi mensis vsque ad finem anni, tres integri menses reperiuntur, id est 88. dies. At Moses non ponit nisi 40. & bis septem, ut dictum est, id est 54. Et tamen inde colligit totum annum expletum, cum subdit, Igitur sexcentesimo primo anno, primo mense prima die mensis, &c. cum tamen 34. dies ad explendos tres menses, siue 88. dies deesse videantur. Quae difficultas iis enata est, qui omnes menses diluuij numerare voluerunt a principio anni sexcentesimo Noe, cum numerandi sint a principio pluuiae. Sic enim nulla nascitur difficultas, nisi quod videntur debuisse abundare 46. dies, qui pluuiam praecesserant. non 34. Cui respondetur, illos duodecim, seu verius vndecim dies, pertinere ad exaquandos menses lunares cum solari anno; sicque omnia exactè conueniunt.

SECUNDA AETAS. ANNVS MVNDI 1657. DILVVII I. NOEMI 601. ANTE CHRISTVM 2396.

VOD felix, faustum, fortunatumque sit. Egreditur ex arca S. Patriarcha Noe, & admirans & circumspiciens ait. Ecce video caelum nouum, & terram nouam, primum enim caelum, & prima terra abiit, & mare iam non est. Illud scilicet mare, quod omnia sola terrarum occupabat, nullis molibus, nullis litoribus retentum, quodque vniuersa regio ne campestri minimè contentum, supra altissimos ipsos montes euaserat, & quasi edomitis subiectisque terris, imperium indubitatum tenebat. Adest ergo primus reparati mundi annus, & qui dudum emortuus & sepultus aquis fuit, quodammodo reuiuiscit. Adest finis taciturni silentij omnium animantium in vniuersa terra. Adest initium secundae mundi aetatis, qui praeterita iam infantia pueritiam ingreditur, quam ad decimam quoque generationem perducit. Habuit prima illa aetas illud temporis interuallum, quod Varro, referente Censorino e, vocabat aetatem ab hominum principio ad cataclysmum priorem protentum, quod principium philosophorum erat aetate catione controuersum, quod nobis est ex historica Moysi narratione clarissimum atque certissimum, etsi breui admodum narratione comprehensum.

Adest iam tempus alterum, quod ille a cataclysmo priore (quem appellat Ogygium, ad differentiam posterioris, quem plerique Deucalionem vocant) ad Olympiadem primam producit; quod, quia in eo multa fabulosa referuntur, vnde Varro appellauit, cuius durationem mille circiter & sexcentorum annorum fuisse putat. Ita Censorinus. Varro autem in hac mythica periodo non nisi viginti & duobus annis a vera, ut putamus, chronologia aberrat, ut suo loco docebimus, quos ipsos duos & 20. annos in maiore summa, ad rotundum numerum, videri potest neglexisse. Verum nos etiam a Varrone temporis distributionem secuti, hanc secundam aetatem ad Abrahami vsque initia producimus, & annis trecentis & octoginta duobus definimus. Habet autem etiam ipsa, si prophana Scriptorum monumenta inspicimus, aetate multa, ac penè omnia. Verum diuino planè beneficio Scriptura nobis suggerit humani generis reparationem, & eos ordine Patriarchas, per quos illud ad Abrahami ortum propagatum est. Accipit testamentum Noe cum distributione regionum omnium tripartita, origo praecipuarum nationum, diuisio linguarum, regnorum exordia, & Hebraicae gentis initium, si qua sunt alia: quae tamen Scriptura, ad alia prope-rans, magna omnino breuitate perstrinxit. Inchoat autem hoc modo.

Igitur sexcentesimo primo anno, primo mense, prima die mensis imminuta sunt aqua. Ne teponeat, Lector, obseruare particulam illam primam. Significat enim proximè memoratis bis septenis diebus, impletum esse, ac plane adaequatum annum sexcentimum vitae Noe, ut ex dictis proximò anno patet; non tamen annum diluuij, cuius initium cum 40. dierum pluuia inchoatur. Deest itaque isti anno mensis vnus & sexdecim dies, qui iam praeterierant ante initium pluuiae; quod tempus, dum expectat Noe praecipuum egrediendi, expleuit in Arca. Quod autem ait hoc loco imminutas aquas, ad imminutionis finem referendum est post 129. diem, ut imminuta, id est, exsiccata intelligantur, ut est in Hebraeo, sic ut non nisi in suis alueis inuenirentur vltra. Itaque 46. dies ante pluuiam, 40. pluuiae, 150. status aquarum, 129. imminutionis integræ, annum solarem exactè complent. Quod autem secundo mense, & 27. die mensis terra dicitur arefacta, ille idem fuit dies exitus Noemi ab Arca: sequitur enim statim praecipuum egrediendi. Ex quo sequitur Noe in Arca mansisse annum vnum, & dies decem.

Sicut ergo Noe non nisi ex diuino praecipuo ingressus est in Arcam, ita non nisi ex eiusdem praecipuo egressus est, emisitque omnia animalia, paucis duntaxat sacrificij causa referuatis. Notat S. Ambrosius a. coniugum in Arca perseuerantem continentiam ab ingressu ad egressum vsque; idque admodum probabiliter. Nam ut ait Salomon b, Tempus ample-xandi, & tempus longe fieri ab amplexibus. D. tamen Chrysostomus c dicit Cham in Arca tempore diluuij genuisse Chanaan: forte quod paulò post dicitur pater Chanaan, quod tamen rectè anticipationi tribui potest; nisi malis Chanaan pro Chanaanis sumi. Et vno la-

II. Temporum ex Varrone distributio.

3278. r. Olymp. 1656. diluuij. 1622. mythica periodo.

III. Finis anni sexcentesimo Noemi.

& diminutionis aquarum.

46. 40. 129.

365.

IV. Egressio Noe & animalium ex arca. a l. de Ana. c. 21. b Eccles. 35.

c hom. 28.

crymarum potius, & orationum id tempus fuit ad placandam diuinam iram horribilem in modum seuientem: in luctum tot amicorum, cognatorum, propinquorum, qui fortunis omnibus euerfi, corporis etiam animique iacturam faciebant.

V. Edificat altare.

a Exod. 20. 25. b Hom. 17. c Gen. 22. d Gen. 22.

VI. In eoque offert holocausta.

c c. 8. 21.

d cap. 54. 9.

c Pf. 25. 7.

VII. Deus familiam Noë benedicit.

Datque dominium in animalia. f hom. 27.

dictum est Dominamini. Hic autem, terror vestror ac tremor sit super cuncta animalia terra. Idque experientia etiam docet, vt animalia quantumuis fera hominis vultum, & datam in se diuinitus potestatem reformident, nec in eum, nisi maiori aliqua vi impellente, vnquam inuadant.

De cibo autem sicut in Mundi ortu, ita in eius instauratione homini prouidetur. Omne, inquit, quod mouetur & uiuit, erit vobis in cibum. His est, inquit, S. Chryostomus, initium edendarum carniū. A qua tamen sententia plerique alieni sunt. Rem paucis ita definiendam puto, vt primum dicamus nunquam in lege naturæ, siue ante diluuium, siue post, esum carniū fuisse prohibitum, Alioqui cum ius naturæ sit immutabile, nunquam eo, cibo vti licuisset, quod Christi & Apostolorum vsus aperte refellit. Ac ne diuina quidem lex id vnquam prohibuit. Et si enim Dominus assignauit in cibum omnibus animantibus olera & arborum fructus, ea tamen assignatio prohibitio non est: nisi forte dicamus, leones & lupos ad hanc atatem carnis abstinuisse. Declarauit ergo Dominus quis furuus esset ordinarij & vulgaris animantium cibus, vel ad tuendam vitam sufficiens, sine alterius exclusione, aut prohibitione.

Dicimus secundò nunquam præceptum fuisse homini esum carniū, sed permissum, & quidem tacite ante diluuium, à diluuiū autem aperte. Siue vt eā indulgentiā ab eluionis metu confirmaretur & recrearetur, siue vt maiori hominum imbecillitati subueniretur. Quæ clara est ex ipsa humanorum corporum infirmitate experti homini, tenuem illum victum magis sufficere, quàm infirmo nunc & moribundo carniū esus esse possit. Sed res ipsa eoracente loquitur, cum tanto contractiorem vitam factam esse videamus. Nemo enim eorum qui post diluuium nati sunt, quorum ætas perfecta sit, ad quingentesimum annum peruenit.

Dicamus postremò non esse credibile homines siue iustos, siue iniustos, à carnis ante diluuium abstinuisse. Nam isti cum inconcessas voluptates auidissimè sectarentur, quomodo negligerent non negatas eas præsertim, quæ ad gulam pertinent, & ventri ac libidini seruiunt, in quibus illi toti erant. De iustis autem quis credat vel Abelem vel Sethum, aliosque viros pios, lanis ouium contentos, carnes earum volucris ac feris projecisse, nec iure audire debuisse, vt quid perditio hac? Nec apparet Adamum, aliosque deinceps Patriarchas, penitentia causa, carnis sibi perpetuo interdixisse, neque sacrificiis aliquando participasse pacificis, ne viderentur Cainitis carnes immundas natura sua, aut à malo principio creatas, iudicare. Addit tamen Dominus exceptionem circa cibum, vetans vsus carnis cum sanguine; causam affert Chryostomus, vt scilicet post diluuium quoque mortales intelligant habere se Dominum, qui, vt olim Adamo, sic nunc Noëmò eiusque filiis ac nepotibus pro arbitrio mandare possit, aut vetare quod lubeat.

VIII.

Esus carniū nunquam prohibitum. a Gen. 6. 3. b hom. ca. dem.

IX.

Neque præceptum.

c l. 4. in Gen. c. 30.

X.

In vsu semper fuisse apud iustos, in iustisque.

Nouū Dei præceptū.

d hom. 27.

Ex

XI. Et detestatio homicidij.

a Exod. 21. 28. 29.

Arcus in nubibus. b c. 9. 13.

XII.

Propagatio generis humani.

Ordo filiorum Semi.

cap. 1.

XIII.

Noë an suscepit à diluuiū liberos.

c Gen. 9. 18.

Non videri.

d hom. 24. c. 19.

Ex occasione porrò præcepti illius delabatur ad detestationem homicidij. Quasi dicat Dominus, iuxta mentem Chryostomi. Sicut sanguinem, qui in brutis est, instar animæ mihi segrego, nec volo in vsus vestrum cedere, ita & vitam & animam vestram nolo in potestate vestra esse, sed mea, ad imaginem quippe Dei factus est homo: ne forte licitum putetis humanum sanguinem, sicut & belluinum effundere. Itaque sanguinem vestrum tanquam rem iuris mei, requiram de manu etiam bestiarum; tantum abest vt hominem homicidij reum id crimen impune ferre passurus sim. Huc pertinet illa lex a de boue lapidibus obruendo, qui hominem occidisset. At ne forte dicant filij Noë, nos quidem cauebimus à cæde mutua, sed tu nos peccantes diluuiū repetito perdes vniuersos. Dominus igitur ad humanum se captum accommodans, Arcum fecim, inquit, ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me, & inter terram, &c. multis enim verbis confirmat Deus familiam Noë à timore diluuij. Quæ porrò Iris prius erat signū pluuiæ naturale duntaxat, deinceps futura erat signum supernaturale, & ex diuino beneplacito non futuri amplius Diluuij.

Cæterum cum Deus triplici illa benedictione hominum multiplicationem sibi cordi esse ostendisset, & iis à quibus illa pendebat, magnam fecunditatem liberaliter impertitus esset, dubitandum non est eos quamprimum liberis operam dedisse, atque hoc ipso primo anno diluuij liberis auctos esse proximisque deinceps consequentibus. Quam ad assertionem nos inuitat Scriptura, quæ c. 10. vbi recenset Semi filios, non ponit primo loco Arphaxad, sed tertio, præponens Ælamum & Assurem, non nisi quia maiores natu erant Arphaxado, quem alioqui par erat primo loco poni, quando ex ipso tantum ab Abrahamum rexitur generatio Patriarcharum. Cum ergo biennio post diluuium natus sit Arphaxad, vt Scriptura testatur, quæ duos illi fratres præponit, vtrique de eadem matre genitos, necesse est singulis denis mensibus ipsos emissos in lucem: sicque hoc anno Ælamum, sequenti Assurem, tertio deinde Arphaxadam natum esse. Eodem trium annorum ordine videntur geniti tres filij Iapheti, Gomer, Magog, & Madai: eodem & tres Chami filij, Chus, Mesraim, Phuth, & Chanam: qui eodem ordine in primo quoque Paralip. recensentur, quos deinceps persequi non est necesse, vt Chronologiæ sacrae minime vitales.

Sed quid de ipso Noë dicemus? An trecentis adhuc & quinquaginta quos vixit annis liberis caruit; An Dei præceptum, & humani generis solitudinem tanto tempore neglexisse, aut denique illo præcepto diuina dispensatione fuisse solutum? Certe Caietanus, vt Anniani Berosi Titanas missos faciam, conicit alios deinceps à Noë filios procreatos, quos Scriptura separat à tribus illis, qui de arca egressi sunt cum parente, cum ait, Erant ergo filij Noë qui egressi sunt de arca, Sem, Cham & Iaphet; alioqui enim superfluum erat addere illos egressos ex arca. Partem quoque aientem sequitur Torniellus, & si qui alij. At contraria sententia plures habet auctores; & notæ melioris: Negat enim non vno loco Chryostomus, Noë alios à diluuiū liberos suscepisse. In eademque

sententia est Epiphanius in Panario, & Abulensis, probatque ex eo Scripturæ loco. Tres isti filij sunt Noë, & ab his disseminatum est omne genus hominum, super vniuersam terram. Oportet enim illos alios filios Noë fuisse steriles, quod absurdum est, aut aliquod aliud genus hominum, aliāve terram extitisse.

ANNVS MVNDI 1659.

DILVVII ET SECVNDÆ.

ÆTATIS 3. NOE 603.

ANTE CHRISTVM 2394.

EXPLETO post diluuium biennio, sexto circiter huius anni mense, natus est Arphaxad de patre centenario, sicut de Abrahamo Isaac, & vtroque alterum seculum ineunte. Necesse est autem expletum ponere biennium, ne vnus desit annus ad ortum vsque Abrahami, vt contingit iis, qui Arphaxadi ortum in secundo anno diluuij pontint. At tertium nobiscum ponit Iulius Hilarion in libello de Mundi duratione, & Nicephorus Constant. & Sederholam Hebræorum cum Abulensi, Mariano Scotto, Torniello, & aliquot sectariis.

ANNVS MVNDI, 1671.

DILVVII 15. NOE 615.

ANTE CHRISTVM 2382.

AD hunc circiter annum pertinere credimus, quæ Moyses extremo capite nono scribit de plantatione vineæ, & iis quæ eam consecuta sunt, quamuis ea decennio post diluuium contigisse nonnulli putent. Nam Theodoretus ex Hebræis scribit primum omnium Chanaan in auum dormientem incidisse, & indecorè nudatum animaduertisse, nec officiosè, vt par erat, cooperuisse, sed irrisisse, totamque rem ad patrem cum risu detulisse, neque à patre increpitum de inhumanitate in parentem, sed & ipsum quoque derisisse, & fratribus suis deridendum propinasse, eaque de causa puerum Chanaan, improbiſſimæ derisionis authorem, fuisse ab auo maledictione percussum. Quæ nemo non videt in duodecim annorum puerum rectius, quam in sex annorum infantem conuenire; nam cum is quarto loco à Chamo genitus fuerit, vt supra notauimus, & quarto ad summum anno à diluuiū, is nunc duodecimum decurrebat annum. Itaque Genebrardus ex Hebræis ait Chanaan fuisse adultum quando hæc contigerunt. Nec sane ratio congruentior afferri potest cur Chanaan maledictus fuerit, nisi quod paterni criminis non solum particeps, sed author etiam, & origo fuerit.

Sed quod ad rem ipsam attinet, capit Noë, inquit Scriptura, vir agricola exercere terram,

c. l. Panar. sub Noë. c. 9. 19.

I. Arphaxadi ortus.

I. Plantatio vineæ quæ do contigerit.

a an. 1. Diluuij, n. 12.

II.

b cap. 9. 20.

Ex

Et quo modo vites in diluuiio manserint.

a hom. 29. b l. 1. Iouin.

c l. de Noë c. 29.

III. Fit ebrius Noë, & nudatus dormiens atque irridetur. d l. 4. in Ge. c. 9. 56. in Gen. f l. 1. Ant. cap. 6.

g Rupert. l. 4. c. 37. Testat. & Lipom.

IV. Nepoti maledicit.

Semo & Iaphetobene precatur. h Vid. Hier. in 99. Hebr. & Rupert. l. 4. cap. 38. & 39. August. quoque l. 16. de Civ. c. 1. & 2 & l. 19. c. 14. &c.

plantavit vinam: non recens à Deo conditam; sed quæ vites sparsim plantatæ, vvas tantum ad esum ministrabant, industriâ boni senis in vnum locum confitæ, & diligenter cultæ, etiam potum, vino inde expresso præbuerunt: vt ad vitæ humanæ delicias, esui carnum etiam vini potus iugeretur, vt aiunt Chrysostomus, atque Hieronymus. Diuina porò prouidentia factum est, vt vel violentia Diluuij fragilem fruticem, nec altis nixum radicibus, non euulserit; vel eiusdem diurnitas non corruperit. Siue quod pleræque vites, aquarum violentiæ obiectæ non fuerint: & veris tempore, etiam corruptarum vitium radices pullulare sponte potuerint, vt notauit Ambros. Interiectum est tempus suum, & vinea fructus vberes attulit, & liquore inde expresso, primus bibit senex. Neque enim periculosum erat experimentum, atatique is honos debebatur, & industriæ, vt qui plantarum vineam, de fructu eius non solum ederet, sed etiam biberet.

Bibit ergo, & quidem paulo laxius, inexpectata suauitate inuitante, vinoque victus, nudatus iacuit in tabernaculo suo. Non quidem sponte nudatus, vt Caluinus impudenter calumniatur, quem S. Cyrillus, Theodoretus, & Iosephus facillè refellunt, dum somnum nuditatem illam antecessisse docent; sed casu, vt dormientibus, mero præsertim æstantibus, contingit. Itaque intelligendum est illud, quod habetur in Hebræo, & discooperuit se, quæ phrasîs etiam vulgò de fortuita denudatione vsurpatur. Quod cū vidisset Cam pater Chanaan, inquit Moyses, nunciavit duobus fratribus suis foras, qui eum verecundè atque officiosè cooperuerunt. In narrando impudenti filij in patrem facinore inseritur illa vox; Pater Chanaan, ad ingenerandum ludæis odium ingentem Chanaanorum, & turpissimos eorum mores: quoniam ad eos exterminandos, eorumque regionem inuadendam diuinitus mittebantur. Hinc autem intelligi potest, viros tunc vsos non fuisse femoralibus, quibus ea nuditas impedita fuisset.

Didicit autem Noë euigilans quid sibi contigisset, siue cæteris eius filiis rem rei vltro significantibus; seu potius quod se alieno pallio tectum animaduertit, causâ inquisitâ, didicit ordine rem totam. Moxque maledictionem vilissimæ seruitutis in pœnam vel imprecatur, vel propheticâ voce denunciat nepoti suo Chanaan, & sub illius nomine Chananæis eius posteris. Abstinent autem à Chamo filio, siue quia is non ita pridem fuerat à Deo benedictus, siue noluit maledictionem in reliquos Chamifilios, eorumve posteros redundare. Vice autem versa, Semum & Iaphetum, qui erga se officiosè fuerant, benedictione prosequitur, eisque dominatum in Chananæos precatur, amplissimamque posteritatem; Iapheto præsertim, qui Europæorum parens fuit, qui Israelitarum posterorum Semi-spiritali hereditatem occuparunt.

ANNVS MVNDI, 1694.

DILVVII 38. CAINÆ

IVNIORIS I.

ANTE CHRISTVM 2359.

GRAVISSIMA est hoc loco, & multorum antiquorum Patrum, recentiorumque scriptorum controuersis agitata quæstio, an Arphaxad genuerit Cainan, an Sale: siue quod eodem redit, vnâne generatio redundet in D. Luca, & 70. Interpretibus, an desit in Hebræo, & editione vulgata: quæ de causa, aut illi addiderint, aut isti detraxerint. Ea tamen quæstio paucis expediri posse videtur in hunc modum.

Dicimus generationem Cainæ hoc loco inferendam esse; Nam deesse docet S. Lucas c. 3. Euangelij sui, qui eam perspicuè ponit, atque Sale fuisse filium Cainæ, & nepotem Arphaxadi. Idem docent Septuaginta seniores spiritu Dei pleni, qui cap. 10. aiunt Arphaxad genuisse Cainan, & ab isto ortum esse Salem. Et rursum cap. 11. non solum numerant Cainan in hac generationem serie, sed etiam disertè explicant, quo anno patris natus sit, qua ætate sua genuerit Sale, & quot annis post illum genitum vixerit.

Cum ergo veritatis huius definitio, ex auctoritate pendeat, & contraria sententia negante tantum auctoritate nitatur, certumque sit in huiusmodi probationibus aientem neganti præponderare, facillè Lector æquus atque integer intelligit, cui sententiæ palma tribuenda sit; præsertim cum nulla iusta causa esse possit cur mendacium dicatur, at iusta esse queat, cur veritas sileatur; quam nos idoneam mox suggeremus; cùm alij idoneam causam afferre nequeant inuectæ à Septuaginta, & confirmatæ à S. Luca falsitatis, quod argumentum nunquam soluent, qui contra sentiunt. Existimamus itaque cum doctissimis viris Moysen dedita opera, sed iusta ratione, hanc generationem transfuisse, quoniam statuerat à Noë ad Abrahamum decem generationum gradus duntaxat recensere, sicut fuerant decem ab Adamo vsque ad Noë: idque sequitur Iosephus, & alij vetustissimi Hebræorum, vt Genebrardus affirmat. Quo modo etiam videmus Marthæum Euangelistam tres tessaradecades animo complexum, in earum altera tres generationes præterisse. Et Ioannem Euangelistam in Apocalypsi ex tribus Israeliticis duodenario numero contentis, Daniticam tribum prætermisisse: non obliuione vtique, sed certo mysterio.

Dicimus quoque Septuaginta Interpretes, & eos secutum S. Lucam, merito hanc Cainæ iunioris generationem non præterisse, quia ad illas Mosis Decades non attendebant, sed statuerant exactum catalogum omnium omnino generationem ad Abrahamum ponere. Diuus autem Hieronymus in editione vulgata, fidelis interpretis functus officio

I. Proponitur quæstio de iunioris Cainæ.

Afferitur pars aies & auctoritate probatur.

a vers. 24.

II. Et ratione valida.

Cur Moses Cainanum omiserit. b l. 1. Ant. c. 6. sub fin. Chron.

III. Non autem Sept. aut S. Lucas.

cio, eam omisit. Etenim cum ex Hebræo fonte Latinam versionem hauriret, debuit omittere, quod in Hebræis codicibus non repperat. E contrario S. Lucas quia Septuaginta sequebatur, debuit ponere, quod apud eos legebat, & sciebat veritati esse consentaneum. Neque arguendi sunt propterea Septuag. qui S. Augustino, aliisque testibus, non nudos agunt interpretes, sed afflati diuinitus, Paraphrastes etiam, & Prophetas. Merito, inquit, creduntur Sept. Interpretes accepisse propheticum Spiritum, vt si quid eius auctoritate mutarent, atque aliter, quam erat quod interpretabantur, dicerent, neque diuinitus esse dictum dubitarent.

Illi ergo Spiritu sancto suggerente Cainæ generationem repræsentarunt, quam postea Lucas Euangelista, eodem spiritu dictante, confirmavit: quos longo ordine securi sancti Patres, Græci Latiniq; Cainan in hunc Patriarcharum chorum admiserunt; quibus plurimi recentiores nobiscum subscribunt, quos in Analibus nostris, ad 26. vel 27. reperies numeratos; simulque refutatas rationes, quibus vtitur Sectarius quidam, qui Septuaginta Interpretes arguit imposturæ, & Euangelium corrigi cupit. Quo minus videtur hæc opinio probanda Catholicis: Satis enim constat hæreticos, sprete communi & regia Catholice fidei via, per abrupta ferri, & spiritu singularitatis ductos, deteriora sequi. Quia vero ista disputatio maximè refert ad sacram Chronologiam, ideo eam accuratius in præfatione tertij. tomi ex occasione tractauimus, vbi eam studiosus Lector reperiet.

Cæterum quod ad Cainæ & Arphaxadi annos attinet, existimamus veros Septuag. Interpretum annos sequendos esse, sublatis videlicet centenis illis adiectitiis, qui in totam primam & secundam ætatem irrepererunt, iuxta ea, quæ anno mundi 131. diximus. Ergo Arphaxad genuit Cainan non anno centesimo trigesimo quinto, vt legitur in Græcis, sed 35. eoque absoluto, vt numerare solemus, id est circa initia trigesimali sexti.

Sub hæc tempora natus videtur Nembrod ille nominatissimus, filius Chus, & Chami nepos. De quo Nembrodo seorsim Scriptura loquitur, propter eius eminentiam, vt ait S. Augustinus, quæ & eius regnum memorauit, quo longè postea potitus est. Sub hæc porro temporanatum dicimus, ea coniectura ducti, quod Nembrod sit quartus à Noë, sicut & Cainan, quem hoc anno natum satis explicatum est.

Non longè autem post natus videtur Zoroastres. Nam coænos fuisse author est Epiphanius sub initium Panarij: quam etiam causam fuisse putat cur Nembrod idem cum Zoroastre à Græcis creditus fuerit. Sed de his postea pluribus, sub initia Imperij Assyriorum, cuius Nembrod fundator fuit.

a l. 4. de Ciuit. c. 23.

IV. Quam multi hunc Cainanum recipiant.

Capell.

V. Quis natiuitatis eius annus.

Ortus Nembrodi.

b l. 16. de Ciuit. c. 3.

Ortus Zoroastris.

ANNVS MVNDI 1724.

DILVVII 68. CAINÆ 31.

SALÆ I.

ANTE CHRISTVM 2329.

Cæ 30. ipsos annos vacuos transilimus, inopia rerum, non vtique gestarum, sed scriptarum, vt libro 2. de Timore Dei admirantes notauimus, eandemque penuriam patiemur ad diuisionem vsque gentium atque linguarum, ipsumque Abrahamum Patriarcham. Hoc autem loco Sale ortum ponimus anno Cainæ patris eius trigesimo absoluto, iuxta ea, quæ paulò ante monuimus.

Interea quid ageret Noë, quid filij ac nepotes, nam multis iam liberis ac nepotibus his 68. annis à diluuiio auctum fuisse oportet, vel etiam vbi habitaret incertum est: Satis diu atque adeo multis annis in montibus habitasse cum filiis, aliisque recenti adhuc cladis memoria pauidis, scribit Iosephus. At mihi probabilis videtur non multis diebus in montanis esse commoratos, quia illi parum idonei sunt habitationi, præsertim altissimi, quales ij fuerunt in quibus arca requieuit. Quorsum etiam Noë emissis toties volucris sollicitè quærebat an terra exsiccata esset, campestris videlicet, nam de montana id iam dudum constabat nisi quia quamprimum in loca planiora descensus erat, vel illam ob causam, ne suis de promissione diuina diffidere, ac diluuium alterum formidare videretur. Credibile autem est Noë & filios, per annos aliquot, non multum ex loco vnde exscenderant ex arca fuisse digressos, sed in campestribus Armeniæ locis habitasse, ibique vineam, quæ non gaudet excelsis montibus, plantasse, quæ est sententia S. Epiphanijs sub initium Panarij.

ANNVS MVNDI, 1754.

DILVVII 98. NOE 698.

SEMI 196. HEBER I.

ANTE CHRISTVM 2299.

ATVS est hoc anno Heber, Hebræorum pater, vt ex ipsa notatione nominis docet Augustinus, qui eum virum admodum illustrè fuisse ex eo colligit, quod extra ordinem à Mose celebratur, adeo vt Sem ab Heber abnepote, non vice versa Heber à Semo illustrari videatur. Quomodo Abraham & Dauid, & Moses, & alij viri principes, in sacra historia, & alij in profana, non solum filios ac nepotes, sed etiam progenitores suos vehementer illustrarunt. Verba Mosis sunt. De Sem quoque nati sunt, patri omnium filiorum Heber, fratre Iaphet maiore, d est Sem quoque, qui fuit pater siue ataus omnium, qui ab Hebere orti sunt, & Iapheti frater natu maior, hic, inquam, A Sem filios procreauit Elam, Assur, &c.

I. Ortus Sale.

a c. 4. n. 3. 4. 5.

II. Habitatio Noë eiusque filiorum.

b l. 1. Ant. c. 4.

I. Ortus Heberis viri illustris.

a l. 16. de Ciuit. c. 3.

a c. 10. 11.

Non

Non itaque frustra, inquit S. Augustinus, ipse pri-
mus nominatus est in progenie veniente de Sem, &
pralatus est item filiis, cum sit quatuor nepos, id est
quintus à Semo, inserto Caina Heberis auo,
nisi quia verum est quod traditur, ex illo Hebræos esse
cognominatos, tanquam Hebræos: cum & alia
possit esse opinio, ut ex Abraham tanquam Abrahæ,
dicti esse videantur. Sed nimirum hoc verum est,
quod ex Heber Hebræi ac deinde, zona detracta lit-
tera, Hebræi appellati sunt. Sic Augustinus, sed de
Heber alius erit dicendi locus.

ANNVS MVNDI, 1788.

DILVVII 132. PHALEG I.

ANTE CHRISTVM 2265.

I. Ortus Pha-
leg.

PERVENIMVS hoc anno ad tempus
illud, quod terræ omnes atque maria,
& omnino quicquid cælorum ambitu
contineatur, in tres mundi principes Sem,
Cham, & Iaphet, eorumque filios ac nepotes,
authore Deo, administrato Noë distributum est.
Authore inquam Deo, qui sola terrarum, quæ
tursum mortalibus dederat incolenda, homini-
bus atque animantibus repleti iusserat, dicens,
Crescite, & multiplicamini, & replete terram.

a Gen. 9. 1.

Et terræ di-
uisio, quæ
duplex fuit.

b Iosue 13.
& 18.

Cæterum terræ diuisio hoc loco sumenda
est, non quæ contigit cum construeretur Ba-
bylon & turris eius, quæ linguarum confusio-
ne nobilitata est, sed quæ à Noe Dei voluntate
instituta est: qualis & à Iosue post occupa-
tam Chananiidem facta est. Sicut enim
tunc non statim à diuisione facta, in possessio-
nem à singulis tribubus itum est, sed multo
post tempore: ea quæ nunc sub ortum Phaleg,
facta est diuisio, non nisi diu post, occasione
diuisionis linguarum, in rem deducta est. Du-
plex ergo terræ diuisio agnoscenda est, altera
verbo & quasi Noëtico testamento facta; altera
re ipsa, in constructione Babylonicæ turris.
Quamuis autem plerique alteram cum altera
permisceant, atque confundant, tempore ta-
men sunt, ac natura distinctæ. Prior enim sub
Phaleg ortum, altera incidit in mediam eius
ætatem, vt merito ille à gemina diuisione no-
men accepit.

II. Prior con-
tigit in or-
tu Phaleg.
c Gen. 10.
25.

Priorem conferimus in natiuitatem Phaleg,
sic enim eum appellauit Pater, eò quod in die-
bus eius diuisa sit terra, vt ait Moses: Nam
cum hæc terræ diuisio ad Babylonicam lin-
guarum confusionem, & mortalium disper-
sionem trahi non possit, vt postea intellige-
tur, ortui Phaleg illam assignamus, quæ
verè & propriè diuisio terræ fuit & natura
sua occupationem assignatarum prouincia-
rum antecedit. Adde quod hoc loco posita
diuisio, nullam inuenit absurditatem, di-
lata vero, & confusa cum posteriore disper-
sione, longè maximam, vt suo loco dicemus:
Certè Iosue, vt cæteros taceam, quos in
Annalibus retulimus, ait natum Phaleg,
dum habitationum distributio fieret. Et pro-
fecto nisi in ortu eius eam diuisionem conti-
gisse dixerimus, nihil deinceps causæ erit,
cur non in diebus cuiuscunque aliorum Pa-

d Phaleg. 1.
num. 3.
c. d. d. d. d.
h. h. h. h.
o. i. h. e. t. a. s.

triarcharum, qui eodem cum illo tempore diu
vixerunt, dici possit contigisse. Scio Heberem
à plerisque dici Prophetam, circa impositionem
nominis filij sui; sed vt Propheta non sit circa
presentem terræ diuisionem, potuit tamen esse
Propheta circa terram posterius occupatam
sub diuisionem linguarum, quæ sub eodem
Phalego contigit.

Heber Pro-
pheta.

Hoc ergo anno Heberis 34. absoluto, & 35.
ineunte, & diluuij 132. natus est Phaleg:
quando Patriarcha Noë, cum videret nepotes
suos in tantam iam excreuisse multitudinem,
multis vt coloniis deducendis sufficerent: &
ipse vicinam sibi ex hac vita migrationem, in
tam longinqua senectute, speraret, diuinam
eis de orbis habitabilis diuisione, mentem
aperuit. Authore huius rei Epiphanius in An-
chorato, vbi certam terræ diuisionem à Noë
factam recenset, ab Eusebio in chronico mu-
tuo sumptam, quæ tangitur in primo reco-
gnitionum Clementis, nec satis plerisque
probat. At Iosueus, & eum secutus
Hieronymus, aliam diuisionem Scripturæ mag-
is, consentaneam instituit, quam breuiter
referemus, ducto cum ipso à filiis Iaphet initio.

III. Diuisio
instituta
nunc diui-
sio.

a 1. Ant. 1.
6.

*Horum sedes, inquit, à Tauro & Amanu menti-
bus incipientes pertinebant in Asia ad amnem vsque
Tanaim: Europa, vsque Gades in terris hadenens
vacuis occupata.* Sic ipse. Amanus autem mons,
& deinceps Euphrates ascendendo in Septen-
trionem minorem Asiam à maiore diuidunt.
Itaque Iosueus totam hanc regionem, multis
magnisque prouinciis constantem, vt ex Pro-
lemæi tabulis patet, Cilicia videlicet, Arme-
nia minore, Cappadocia, Galatia, Pamphilia,
Lycia, Caria, Asia, quæ proprie minor dicitur,
Phrygia, & Bithynia: detrahit Asiam, vt
adiungat Europæ, ad aliquam, vt apparet,
partium æqualitatem. Quo etiam rectè illud
referte licet *Dilauer Deus Iaphet, & habitet in
tabernaculis Sem*: id est parte possessionis
eius, Asiam videlicet, quæ tota Semo assignanda
videbatur. Sed & partem eius aliam, Syriam
videlicet, Chamo tribuit, ad compensationem
fortasse multarum prouinciarum sterilium, quæ
sunt in Africa.

IV. Ex Iosueo
& Hierony-
mo fors fi-
liorum Iap-
heta.

b Gen. 9.
27.

De filiis ergo Cham sic ait, *Chami vero filij Sy-
riam, & regionem Amanu. Libanòque montibus ha-
rentem obtinuerunt, quidquid eius ad mare vergit.*
Mediterraneum scilicet, occupando, & Oceanum
vsque diuisionis terminos proferendo; & scilicet
Ægyptum, Æthiopiam & Africam vniuersam.
Addit ergo Africæ totam Syriam, in qua sunt
omnes prouinciæ Chananeorum, cum Arabia
petræa atque deserta: fortassis & felice eis co-
hærente, ad sinum vsque Persicum: Restat Sem,
de quo idem Iosueus. *Semi vero tertio Noë filio,
aut verius primogenito trium, filij fuerunt quin-
que, qui Asiam vsque ad Indicum oceanum, incolue-
re, ab Emphrate propaganda dirioni initio facto.* Om-
nia igitur quæ cis Euphratem erant versus occi-
dentem solem, ac Iaphet pertinuerunt. Quæ di-
ligenter obseruanda sunt, ne postea regionem
alicuius in alterius sorte inquiramus, aut collo-
cemus. Sed hæc distributio quamuis, vt idè ait,
authore facta Deo, multà habuit in executione
cunctationem, & tergiversationem, quæ plu-
rimos annos absumpsit. Multa enim migratio-
nem dissuadebant, vita inuicem amicos, affines,
cognatos

V. Sors filio-
rum Cham.

Et Semi.

a Berof. An-
nij. Viterb.

VI. Peregrinatio Noë
improbabili-
s.

Vbi facta
sortitio.

b in Ancor.
& her. 66.

cognatos consuetudo, atque commercium: hor-
ror ignotarum, & longinquarum regionum, nau-
igationum, naufragiorum, amor natalis soli,
aliaque id genus.

Inducunt hic quidem nauigationem Noë
mi cum filiis, multisque colonis; mare Medi-
terraneum ratibus circumlustrantis. Verum
hæc peregrinatio non satis probabiliter exco-
gitata est, utpote minimè necessaria, cum fors
suam cuique partem assignaret, qualiscumque
fuisset à Deo facta partitio, qui norat cuius ma-
ior futura esset posteritas, vt ei maiora spatia,
ac latifundia assignaret. Denique per eius diui-
sionem prouidebatur, ne qua inter fratres con-
tentio de iniqua diuisione nasceretur; Et con-
tentioni medebatur sortitio, quæ Epiphanio teste
ad Rhinocoluram facta est, quod ipse ex eo
conicit, quod eum locum indigenæ vocent Nel-
hel, quod sortem, hæreditatem, & torrentem
significat.

ANNVS MVNDI 1800.

DILVVII 144. NOE 744.

SEMI 242.

ANTE CHRISTVM 2253.

I. Ortus Ie-
ctan.

a Gen. 10.
25.

1. Paral. c. 2.

19.

b 1. 1. Ant.

cap. 6.

c. l. 16. de

Ciu. c. 11.

TRIGESIMVS sextus agitur Iubilæus
annus, octodecim seculis expletis. Ad
quod tempus referre possumus ortum posterioris
filij Heber, nomine Iectan, tredecim postea filio-
rum patrem. Eri autem rationi consentaneum
est, fuisse eum minorem natu, ex ipso quo re-
censetur ordine in Scriptura, idque passim om-
nes affirmant, cum Hebræis in Seder holam. Iose-
phus tamen in Heberis filis recensendis prio-
re loco Iectan ponit, quem Iuctan vocat, ratus
fortasse eum maiorem natu, quod omnino credi-
dit S. Augustinus. In quam illum opinionem
induxit, quod putauit tempore, quo natus est
Phaleg, non solum terrarum distributionem
factam esse, sed confusionem quoque lingua-
rum: quod requirit Iectan Phalego ipsos sexa-
ginta annos esse, maiorem, vt postea dicitur. At
nunc satis habebit temporis, ante diuisionem
linguarum, vt tredecim familiarum pater esse
possit.

II. Et Rheü.

in y.

Octodecim post annis Phalegi 31. natus est
Rheü, quem Septuag. & ex iis Iosueus, Epi-
phanus, Augustinus, ipseque Lucas vocant
Ragau, mutato ghain in gamma, propter vo-
cis & figuræ similitudinem, sed facta mutatione
punctorum. Nemo ferè in serie Patriarcharum
isto est ignotior, & filio eius, nec nisi ad texen-
dam vsque ad Abrahamum chronologiam, me-
moratus videtur.

ANNVS MVNDI 1850.

DILVVII 194. NOE 794.

ANTE CHRISTVM 2203.

COMMODVM nascitur nouus Patriar-
cha anno Iubilæi trigesimali septimi,
proauus Abrahæ, nomine Sarug, siue Serug. De
quo Epiphanius cum idololatriæ originem in-
quirat, Phale, inquit, genuit Rbagam. Huius filius
Serug fuit, quod nomen prouocationem significat.
Hoc vero tempore idololatriæ inter homines, ac genti-
lium superstitionis initium est factum, quemadmo-
dum à maioribus accepimus. Tamen nondum ad si-
mulacra, celatosque lapides, aut ligna, aut argen-
teas aureasque statuas, alteriusque materie supersti-
tiosus ille cultus adheferat; nec aliud præter colores,
atque effigies erat, in quo hominum mentes nouum
per sese nequitia genus excogitarent, ac sponte sua,
proprioque animi ac rationis impetu, pro honestate sibi
sceleris turpitudinem adsciscerent. Hæc ibi: quibus
persimilia repetit in Anacephaleosi, additque il-
lis imaginibus representasse eos, qui olim apud
ipsum in honore fuerant, aut tyrannos, aut præ-
stigiatores, aut qui aliquid fecerant in vita me-
morabile.

I. Ortus Sa-
rug. Iubi-
læo 37.

Verbo Pe-
t. au.

Initium ido-
latriæ ex
Epiphanio

II. Imagines
pictæ eis
seruierunt.

Iosue 24. 2.

ANNVS MVNDI 1880.

DILVVII 224. NOE 824.

SEMI 322.

ANTE CHRISTVM 2173.

NASCITVR hoc anno Sarugi filius
Nachor, patris anno trigesimo expleto,
vt numerare solemus. Viuebant autem omnes
isti, multiplicabantur in immensum, & diui-
na interueniente prouidentia, quæ ter-
ram habitatoribus repleti volebat, perpau-
cos occupabat immatura mors, multi ge-
mini nascebantur, rari, aut nulli steriles erant.
De singulis quippe eorum, quos Scriptura me-
morat, scriptum est genuisse filios & filias: quod

a Gen. 11.
24.

I. Ortus Na-
choris.

vtique de cæteris quoque omnibus familiis Noë intelligendum est.

II. Geminus Nachor. a cap. 24. 2.

Porro auus & frater Abrahæ cognomines sunt, vtrique enim nomen est Nachor: idque non neminem induxit in fraudem in illis Iosue verbis, Trans fluium habitauerunt patres vestri ab initio, Thare pater Abraham, & Nachor. Nam hic Nachor est filius Thare, non pater; Itaque in Hebræo, ad vitandum ambiguum geminarum est nomen patris, hoc modo, Thare parte Abraham, & pater Nachor.

III. Noë migratione vrger. b l. 1. Ant. cap. 4.

Credibile porro est hisce temporibus, vt significat Iosephus b, plurimum fuisse Noëmum in vrgenda migratione in colonias, filiis ac nepotibus suis diuinitus assignatas: eosque variis causationibus, & tergiversationibus vfos non prius paruisse, quam Deus, sumpta ex eorum malicia occasione, eos vel inuitos diuisit, atque distraxit.

ANNVS MVNDI 1909. DILVVII 253. NOE 853. THARE I. ANTE CHRISTVM 2144.

I. Ortus Thare. a Gen. 11. 26. b init. Pannar. l. 1. n. 7. c vñ pugnatio.

EXIT Nachor, ait Moses a, viginti novem annis, & genuit Thare, Abrahami parentem, sic vt trigessimus Nachoris sit primus Thare. De quo scribit Epiphanius b, eum in Turris ædificatione natum esse, additque idolorum cultum, qui per colores, & picturam Sarugi arate inductus fuerat, artificio Thare auctum ac roboratum esse, eo statuas ex argilla, aliisque deinceps artificibus ex alia materia, efformante. In huius autem sceleris penam, filium eius Aram ante ipsum mortuum esse, quod adhuc ter mille trecentorum ac triginta duorum annorum spatio, & ad vigesimam humani generis ætatem non contigerat. Ex quo clarum est Epiphaniū non solum Chronologiam Septuaginta esse secutum, si tamen pro 32. annis substitueris 42. sed etiam iuniorem Cainam ab eo inferum fuisse, vt qui ibidem Thare vigesima ab Adamo generatione collocet, quæ secluso Caina esset decima nona. Quæ licet ex Hebræica traditione scribat Epiphanius, & constat nihilominus ex superioribus Lamechum Noëmi patrem ante Mathusalem patrem suum esse defunctum. Nec credibile est totis 930. annis, quibus vixit Adamus, neminem naturali morte fuisse sublatum.

II. Edificatio ciuitatis ac Turris Babel.

Cæterum libenter audio Epiphaniū dicentem Thare in Turris ædificatione natum esse. Eo enim posito, quod videtur admodum probabile, cum linguarum confusionem statuamus anno Diluuij 275. oportebit tam apparatus materiæ totius ad ædificandum, quam ipsam constructionem ciuitatis & turris, duos circiter ac viginti annos tenuisse: neque minus requirebat temporis opus, mo-

le ac magnitudine prope immensum, vt suo loco diceretur, & opere ipso magnificentissimum, & quidem non vt ad consummationem, & integram absolutionem operis, sed vt multum ultra initia perueniretur. Itaque S. Augustinus a ait, Ciuitatem ante linguarum confusionem, perfectam non fuisse, vsque in tantum modum, quantum superba cogitabat impietas. Denique mirabilis est centum annos in arcæ constructione positos, quam viginti duos in ædificatione immensa ciuitatis ac turris. Nihil ergo absurdi est tot annos huic ædificationi tribuere, quibus Dei longanimitas & patientia reddebatur illustrior: tantoque illi magis punirentur, quanto maius opus, maiores conatus, impensa, vigiliæ, laboresque diuturniores, inerti, atque inanes redderentur.

a l. 16. de Ciu. cap. 4.

Nunc videndum nobis est, quinam, & qua occasione ædificarint, quo fine, quo loco, qua materia, atque forma, quæ omnia Scriptura summa breuitate perstringit. Quinam ergo profuerunt huius operis architecti: Tostatus b arbitratur omnes, qui tunc erant mortales, ædificationi huic incubuisse, etiam ipsum Noë, cæterosque iuniores Patriarchas, qui erant etiam tum omnes in viuis. Cuius rei non inanem ex ipsa Scriptura coniecturam ducit, quæ de omnibus hominibus dicit, eos vno eodemque idiomate vfos, statimque subdit profectos de Oriente, nimirum eosdem omnes, & venisse in campum Sennaar. Idem probat illa vox antequam diuidamur in vniuersas terras. Non enim pertinebat ad aliquos in vniuersas terras diuidi, sed ad omnes. Nec dissentit Epiphanius d, imò etiam distinctius rem prodit. Ait enim de tribus filiis Noë, duos & septuaginta exititisse principes, qui consilia de turris huius, ac ciuitatis extruere contulerint. Iosephus e primarium huius consilij authorem facit Nembrodum, qui inter cæteros Noëmi nepotes eminebat. Neque tamen propterea mihi persuaserit Abulensis Armeniam, in qua nati, educatique fuerant, vt montuosam ab omnibus omnino fuisse desertam, quam ducentos iam & quinquaginta annos incoluerant, vbi domos construxerant, prædia acquisierant, supellestem compararant: nec in paucis saltem amorem patriæ valuisse, qui nunc tam multos in locis longè asperioribus toto terrarum orbe, atque adeo in ipsa Armenia retinet.

III. A quibus suscepta.

b quest. 3. in c. 11. Gen.

c cap. 11. 2. 4.

d Init. Pannarj.

e Et quorum consilio. c l. 1. cap. 4.

f Armenia an planè deserta fuerit.

IV. Edificandi occasio.

Iam quod ad huius profectiois & ædificationis occasionem attinet, probabile est tam impulsu & exhortatione Noë, qui suos constanter vrgerat ad profectioem, in terras, quæ sibi sorte obtigerant; quam ipsis locorum, quæ iam pridem incolebant, angustis compulsos, laxiora ad habitandum spacia quæsiuisse. Sed non fuit in tanta multitudine mens omnibus vna; Et maxima quidem hominum pars, quæ animum ad ædificandum adiecit, cum spectabat finem, quem reulit Scriptura f, insigni scilicet aliqua & stupenda mole, nomen eorum qui illam excitalent celebrare; Ciuitate videlicet ac Turri, cuius culmen ad cælum pertingeret, quod monumentum esset separationi omnium

Et quis finis.

f cap. 11. 4.

a q. 8. in 11. Gen.

V. Præferim impiorum. b l. 1. Ant. c. 4.

c l. 16. de Ciu. c. 4. d q. 6. in c. 11. Gen.

Nembrodi propositū.

c c. 10. 10.

VI. Armenie situs.

Terra Sennaar. f Hier. de nom. Heb.

g l. 1. h lib. 16. i l. 6. c. 26.

VII. Materia edificij. k q. 58. ex vrema.

Turris Babylonica.

l l. 1.

m c. 14. 22.

mortalium, qui ab humani generis instauratione, ad id tempus, vnus ferè regionis spatio circumscripti permanissent. Qua in re negat Tostatus a isto architecto vilo modo peccasse, quod & opus natura sua esset indifferens, & ad finem referretur non malum.

Verum longe alium finem, si Iosepho credimus b, improbissimi quique Nembrodo duce in ædificando spectarunt, bellum videlicet præpotenti Deo, per dementissimam superbiam gerere, seque tutos ab illius vi & inundatione seruare. At nihil apparet hæcenus in Scriptura, quod tam horrendam malitiam ac dementiam probabilem faciat, quam Augustinus c, Abulensis d, ac Caluinus ipse refellit. Itaque longè probabilis est, & certius, Nembrodum cum cognatis, clientibus, & amicis suis, quod potentia præ cæteris, audacia, vitibusque emineret, dominationem meditatam esse, & idoneum nactum locum in terra Sennaar, communi omnium opera, proprium sibi domicilium, honesto ac specioso aliquo titulo, excitare voluisse. Hanc fuisse Nembrodi mentem exitus ipse declarauit. Ciuitas enim quæ ædificabatur, & quæ postmodum, ex euentu confusionis linguarum, nomen habuit Babel, siue Babylon principium regni eius fuit, vt affirmat Moses e.

Quod ad locum attinet, duos assignat Scriptura terminos, Orientem à quo profecti sunt, & terram Sennaar in qua ædificarunt. Orientis nomine plerique omnes Armeniam intelligunt, quod nimirum ibi arca substitit eaque sit Babyloni Orientalis. Verum nisi nos omnes geometricæ tabulæ, antiquæ recentioresque fallunt, Armenia plane Septentrionalis est Babyloni. Itaque dicendum videtur, eos non recta ex Armenia venisse Babyloniem, sed per vagos circuitus; vt sit ab iis, qui ignota loca terra marive explorant. Terra verò ad quam appulerunt dicta est Sennaar, ab euentu confusionis linguarum f, sicut & Babel, siue Babylon. Loci commoditas, & amœnitas præ Armenia, eos inuitauit ad subsistendum, & habitandum in eo. De cuius fertilitate legendus est Herodotus g, Strabo h, Plinius i, qui Babylonicum agrum totius Orientis fertillimum appellat.

Denique lateres habuere pro faxis, quod in Assyria magna sit lapidum penuria, vt ait Theodoretus k, bituminis autem magna copia, vt pote quod fontes vnâ cum aquis ibi eructent, & extra alueum eiciant. Semiramis quoque apud Diodorum Siculum, cum postea Babylonem magnificentius extrueret, murum lateribus bitumine conglutinatis coagmentauit, 50. orgias altum, quæ mensura 6. pedum est. Opus autem ipsum ad nominis immortalitatem destinatum, non turris tantum fuit, etsi ea maximè celebratur, sed ciuitas etiam, vt habet Moses. Vt autem multæ essent turres in muro, qui ciuitatem ambebat, in Urbis ipsius medio vna erat insana substruccionis, fortasse qualem describit Herodorus in medio templi Beli l, solida crassitudine simul & altitudine stadij, cui alia rursus superimposita turris, & huic subinde alia, ad octauam vsque, &c. S. quoque Hieron. m in Esaiam, Arx, inquit, id est Capitolium illius urbis est

turris, quæ adificata post diluuium, in altitudine quatuor millia dicitur tenere passuum, paulatim de lato in angustias coarctata, vt pondus imminens facilis à lateribus sustentetur, &c. Habes eius effigiem in Herodoto Græco-Latino.

ANNVS MVNDI 1931. DILVVII 275. NOE 875. SEMI 373. ANTE CHRISTVM 2122.

DE ST aliquando tempus illud, quo potentium hominum superba atque inconsulta temeritas, dum vanitatis suæ immortale in terra monumentum relinquere cogitat, infelici multiplicatione linguarum castigata, & multiplici addiscendorum verborum labore damnata est. Vnde illud etiam exortum, & propagatum est malum, vt homines, quamuis ex vno capite ac fonte procreati, non locis tantum, & regionibus, quod necesse erat, sed animis quoque cum linguarum separatione sapenunero diiungerentur. Sicut autem Dominus, Diluuium mundum exterminaturus, ipsos centum & viginti annos ad pœnitentiam hominibus indulsit. Ita nunc, ex quo diuisio terrarum ipsius iussu, in ortu Phaleg facta fuerat, centum & viginti annis, pauloque amplius elapsis, cœperunt homines in Armenia emigrare, & in Babylonia per otium ædificantes, immemores coloniarum suarum, diurnas trahere moras, imò vt Scriptura loquitur, habitare, cum Deus illos inde, vel inuitos expulit atque distraxit.

I. Tempus confusio- nis linguarū.

Hunc porro annum huic cladi, qua linguæ vnus commercium ac communionem amissus, assignamus, Eusebij Chronologiam secuti, qui ponit primum annum Abrahæ, concurrere cum 43. Nini, secundi Assyriorum Regis. Is ergo nascente Abrahamo duos iam & 40. annos regnauerat, Primus autem Belus 65. quos annos si coniunxeris peruenies ad proximè sequentem annum Assyriorum primum, quem linguarum confusio, & familiarum separatio immediatè antecessit. Deinde cum Abraham natus sit anno patris sui Thare 130. vt ex Scriptura ipsa probabitur, si ab his annis Beli & Nini annos sustuleris, ad præsentem, qui est Thare 23. peruenies Rursum ad præsentem annum, qui est Diluuij 275. si horum regum annos addideris, peruenies ad 382. à diluuiio, & primus Abrahæ erit ab eo 383. Nini 43. & 108. regni Assyriorum; quam deinceps sequemur rationem temporum, à qua illi ferè tantum dissentiuunt, qui iuniorem Cainam omittunt, & Abrahamum septuagesimo patris anno natum volunt: qui eadem opera, sacram chronologiam annis nonaginta diminuunt.

II. Confirmatur ratio temporis.

At enim illam in primis opinionem hoc loco infirmari necesse est, quæ diuisionem linguarum reuocat ad ortum Phaleg, & ibi ea diuisionem terrarum tanto antiquiorem non distinxit, infirmari, inquam, illa ratione

III. Non pertinere ad ortum Phaleg.

a Gen. 10. 25. b Gen. 11. 16. c De Civ. 1. 16. c. 11. quæ S. Augustinus fatigabat. Cum enim Scriptura dicat natos Heberi filios duos a, Nomen, inquit, vni Phaleg, eo quod in diebus eius diuisa sit terra, & nomen fratris eius Iectan. Et cap. seq. b Vixit Heber 34. annis & genuit Phaleg. Si Phaleg, vt apparet fuit primogenitus, certè in ortu eius, quo dicuntur diuise linguæ, non erant nati 13. illi filij Iectan, qui tamen facti sunt totidem linguarum ac familiarum principes, cum ne pater quidem illorum tum natus esset. Si autem Iectan fuit primogenitus, vt S. Augustinus placet c, cum constet Phaleg natu minorem natum anno Patris 34. oportet Iectan, intra illos quatuor & 30. annos, atque adeo multo pauciores, (nam Heber non paucos vixit annos antequam filios susciperet) nasci & adulescere, & producere 13. liberos, qui non pueri tunc essent, sed tam grandes iam familias haberent, vt in linguas proprias diuidi possent, & dignæ essent nominibus gentium, vt ait August. quod intra 34. annos, aut potius intra 14. Si Iectan vigesimo patris anno natum dicamus, fieri non posse, nemo non videt.

IV. Sed ad hoc ipsum tempus. d hoc anno. num. 3. Quæ incommoda, nonnullaque alia, quæ in Annalibus d expendimus, posita nostra chronologia euanescent. Sit ergo positum, Phalegum, iuxta Scripturæ ordine, esse Heberis primogenitum, in eiusque ortu terrarum diuisionem factam esse; diuisionem autem linguarum atque populorum factam sub medium vitæ, Phaleg. id est 144. anno ipsius, Diluuij autem 275. qui est præfens annus, quem alijs quoque notis in indice eius insigniuimus. His ergo positis de re ipsa dicendum est. Cum autem de constructione ciuitatis & turris, quæ proxima causa fuit diuisionis linguarum, in primo anno Thare dictum fuerit, sequitur vt de confusione ipsa, & hominum in vniuersas terras dispersione, qui est eiusdem confusions effectus, breuiter tractemus. Et primum quàm iusta pœna architectis istis inflicta fuerit, & quàm consentanea diuinæ sapientiæ & bonitati.

V. Dei in hac confusione bonitas & sapientia. Quæ enim pœna suauior à parente expectari possit, in liberos minus dictis suis audientes, quam sine cædibus, sine mutilatione & plagis, sine iracunda dissipatione laboriosæ operis, atque adeo sine obiurgatione & querela eos adigere ad obtemperandum, nonasque colonias deducendas? quæ coloniarum essent, si volentes abibant; aut varia exilia, & deportationes, si inuiti. Quod hæc eorum culpa vanitas fuit, nonne sapiente plenum vanitatis opus, & inops solidæ gloriæ, præter Dei voluntatem susceptum, infirmitate sua, Deo non sustentante, contabescit? Si superbæ mentis elatio, nonne confusione expianda fuit, ne superbè vnquam gloriosi isti iactare possent opus, quod imperfectum irriti, confusique reliquissent. Si odium Dei hæc arcem erigebat aduersus Deum, nonne exarmandi erant inimici? nonne ex ipsa arce exigendi, & impia coniuratio animorum, iusta linguarum confusione castiganda?

VI. Confusio ne fuerit, an diuisio. Sed age quæ fuerit ista linguarum confusio, quomodo facta, quamque multiplex fuerit videamus. Nam Philo in libro de confusione linguarum, negat vllam confusionem contigisse, sed diuisionem. Nam Hebræam, quæ iam

erat, in sua puritate, atque integritate perstiffice, alias autem, quæ tum primum natæ sunt, confusas non fuisse antequam essent. An in linguis confusio non fuit, sed in hominibus, propter repentinam exorientium linguarum varietatem, vt Pererio placet? An confusio linguarum, siue permixtio idiomatum fuit, dum eodem in opere diuersarum familiarum homines versarentur, & mutatis repente linguis, vnus sermo efficeretur, in quo Hebræa Græcæ, Latina, Germanica, Polonica vocabula mista, confusaque reperirentur, quorum nonnulla singulis intelligerent, nemo caperet vniuersa; sicque fieret vt nemo audiret vocem proximi sui, id est alter alterum intelligere non posset, vt Lyrano quoque videtur. Denique Diuisio linguarum rectè dicitur, quandoquidem pro ratione diuersarum linguarum, à se inuicem diuisi sunt homines, qui lingua utebantur, quæ diuersa esset à sua.

VII. Quomodo facta sit. Quomodo facta sit fufius explicat Tostatus a ex quo Pererius b, Dico breuiter indutctam primùm diuinitus in omnibus familijs obliuionem natiuæ linguæ, id est Hebræicæ, præterquam in Heber & Phaleg, in quibus illa inuoluta permansit: tum insertam infusamque nouam linguam cæteris familijs, prout olim insula fuerat Adamo, & vxori eius; adeo vt illam non minus haberent in promptu, quam si eam cum nutricis lacte didicissent. Ministerio porro Angelorum id factum fuisse scribit Origenes c, eorum scilicet, qui illorum populorum rectores futuri erant; ad quos illa Dei dirigatur oratio; d Venite, descendamus; & confundamus ibi linguam eorum, vt non audiat vnusquisque vocem proximi sui. Quod absurdum esset de singulis hominibus interpretari, quasi quisque linguam huiusmodi loqueretur, quam nemo omnium præter ipsum intelligeret; id enim esset quingenta millia linguarum introducere, idque valuisse, non ad multiplicandos hominum cætus, & ciuitates, sed ad omnes à se inuicem distrahendos.

VIII. Per familias linguæ distinctæ. Mosis ergo mens est factum esse, vt vnusquisque non intelligeret omnes, vt ante solebat, sed alij alios intelligerent, puta qui erant eiusdem familiæ, alios non intelligerent, qui erant diuersæ. Per familias ergo distinctæ sunt linguæ, idque significat Moses, cum filios Noë separat, secundum cognationes & linguas, & non secundum linguas duntaxat. In quo apparet Dei omnium conditoris & parentis bonitas, qui diuersitate linguarum parentes à liberis non planè distraherit, vt inter eos remaneret societas, inter quos vnus eiusdemque linguæ commercium seruatum foret. Superest vt aliquid de numero linguarum, pro instituta breuitate dicamus.

IX. Numerus eorum. Eum numerum Scriptura nusquam prodit, sed illum plerique sancti Patres ex numero familiarum Noë à Mose commemoratarum colligunt: ex familia Iaphet 15. progenie Cham vnâ & triginta: ex stirpe Sem viginti septem. In summa igitur, inquit Augustinus e, omnes progeniti de tribus filiis Noë sunt septuaginta tres; vel potius, quod postea

VII. Quomodo facta sit. q 12. in ap. 11. b 1. 16. n. 135. 136.

c hom. 11. in 18. Num. d Gen. 11. 7.

Opera Angelorum.

VIII. Per familias linguæ distinctæ.

IX. Numerus eorum.

e 1. 16. de Civ. c. 3. & 11. Epiph. ha. ref. 39 &c.

demonstrabitur, septuaginta duas gentes tunc fuisse colligitur, non homines. Quod se demonstraturum promittit, exequitur aliquanto post, aitque vnâ tantum fuisse linguam Heberis & Phaleg filij eius, nimirum Hebræam, quæ fuerat ad eam diem omnium communis: nec tamen omnium Phaleg, licet omittantur qui gentium & linguarum principes non fuerunt, propter tempus insigni euentu notatum. Quia in diebus eius diuisa est terra.


X. Fuisse duas & 70. a 1. 16. c. 3. Priori autem illi loco subdit, quod minime ignorandum est. Propterea, inquit, a multorum filij non commemorati, quia gentibus alijs nascendo accesserunt, ipsi autem gentes facere nequiverunt. Nam qua alia causa, cum filij Iaphet octo numerentur, ex duobus eorum tantum filij nati commemorantur? Et cum filij Cham quatuor nominentur, ex tribus tantum, qui nati sunt adiciuntur. Et cum filij Sem nominentur sex, duorum tantum posteritas adyicitur: nunquid cæteri sine filiis remanserunt? Absit hoc credere. Sed gentes propter quas commemorari digni essent, non vtiq; fecerunt, quia sicut nascabantur, alijs gentibus addebantur. Ita S. Augustin. b Eundem numerum duarum & septuaginta linguarum tradit Eusebius in Chronolog. & Epiphanius in initio Panarij, idemque repetit hæresi 9. vbi de genere Chami ponit duces 32. de stirpe Sem quindecim, de Iaphet viginti quinque, vbi totus numerus idem est, partiales non item. In eundem numerum consentit Prosper Aquitanicus c, Hieron. Arnobius, Origenes, Beda, Marianus, Scotus, Chronicum Alexandrinum, alique recentiores. Quæ porro hunc numerum dubium faciunt, quidque obiectionibus respondendum videatur in Annalibus reperies d.

XI. Cessat edificatio, & turris disiecta. e 4. Æneid. f 1. 1. ant. c. 4. Hac ergo linguarum confusione, & hominum perturbatione inducta, Non cepit assurgunt turres, e pendunt opera ininterrupta, minaque mirorum ingentes, aquatque machina celo. Nominatim autem turrim, non solum à latomis, & muralibus structoribus relictam, sed diuinitus etiam disiectam, plerique veterum tradidere. Iosephus f ex Sibylla refert Deos turrim procellis immixtis subuertisse.

— Vt terra deinceps Tota repletur diuisis regibus — quot scilicet coloniis, Nembrodo auspice, vt dicitur anno sequenti. De turri etiam ventorū impetu euersa author est Epiphanius g, Abydenus apud Eusebium de Præparat. h & apud eundem Eupolemus. Quod si quæras cur Nembrod, qui post dispersas reliquas gentes Babylone substitit, cum popularibus suis intermissum opus non redintegravit, dicendum videtur aut opus fuisse maius, quam vt à tam paucis hominibus perfici posset; aut potius homines præfentes magnitudine prodigij deterritos, ausos non fuisse opus absoluere, ne fortè diuinitus grauiori aliqua pœna muldarentur. Relictam porro ædificationem, per annos ferè centum, ad Semiramidem vsque probabile est, quæ inchoatam ciuitatem Babel incredibili magnificentia, & magnitudine absoluti; turrim verò ipsam quoquo modo absolutam, in templo Beli inclusit, vt supra i ex Herodoti primo libro retulimus. Quæ autem cuique familiæ, vel genti terræ sortitione obtigerint, infinitior, atque impeditior est disputatio, quàm requi-

g in it. Panar. h 1. 9. c. 14. & 7. An redintegrata à Nembrod. i a. m. 1909. n. 7. Quæ cuiq; provincia contigerit.

rat suscepti operis breuitas; itaque beneuolunt lectorem ad ipsos Annales k, cum bona venia dimittimus.



ANNVS MVNDI 1932. NOE 876. THARÆ 24. BELI primi Assyriorum Regis I. ANTE CHRISTVM 2121.

PRIMVS hic annus à diuisione linguarum, regnum Babyloniæ exorditur, quod in Assyriorum Monarchiam defuncto Belo commutatum est. Eius initium, qui apud scriptores prophanos exquiret, nihil certi reperiet, tanta est opinionum diuersitas. De duratione quoque, Scinditur incertum stadia in contraria vulgus. In quibus ne hoc loco lectorem moremur; ex Scriptura ipsa quam possumus firmitatem petamus, vt eius Imperij stabiliamus initia. Eo enim fundamento ritè stabilito, cum per singulos annos, quasi per totidem gradus decurrerimus ad finem, facile erit intelligere quæta fuerit Imperij Assyriorum duratio. Inuenimus enim ad mortem vsque Sardanapali annos omnino 1304. qui est annus Mundi 3235. Ad mortem autem Assaraddonis, quando Imperium hoc plane excisum est, 1401. qui est annus mundi 3333. vt in illis ipsis locis ostendimus. Cæterum Assyriorum nomine in hoc regnum exordio, etiam Babylonijs comprehendimus, nec regnum istorum, quod vnus tantum Beli, siue Nembrodi fuit, ab Assyriorum Monarchia separamus, Eusebium secuti, quem & cæteri omnes deinceps habuerunt ducem.

II. Illud autem statuamus in primis Imperium Assyriorum non cœpisse ante diuisionem gentium, siue familiarum, quæ à Noë Patriarcha propagatæ erant. Non fuisset enim hoc regnum Assyriorum, vel Arabum, vel Ægyptiorum, sed omnium hominum. Proprietas enim vt bonorum, ita & subditorum distinctionem supponit. Rex, ait Chrysostomus a, nondum ornino fuerat, cum nondum essent subditi. Erant quidem distinctæ familiæ, quas Scriptura commemorat, & familiarum patres ac progenitores, sed locis parum admodum distinctæ erant ac penè confertim habitabant, nec quisquam eorum Dominum agebat, aut Principem, sed parentem. Nembrod autem cepit esse potens in terra, vt Scriptura b loquitur, quam potentiam eadem mox regnum interpretatur, cum ait, fuit autem principium regni eius Babylon, &c. quod confirmat Chrysost. c Hieron. d Epiphanius e, Rupertus f, Augustinus g, & ante eos Iosephus h. Omnesque deinceps recentiores, Tostatus. Caiet. Perer. Olearter, Del-Rio, Bellarm. Gordonus, Genebrardus, & alij, qui omnes fatentur Nembrodom primum regem orbis terrarum cognitum.

III. Et prophanis quidem scriptoribus ignotus est Nembrod, Belus autem nominatissimus, tanquam Babylonicus, siue Assyrij fundator imperij, quod affirmant Abydenus, qui de Assyriorum rebus scripsit historiam, Eupolemus &

K ar. m. 1931. n. 20. & seqq.

I. Initium regni Babylonic.

Duratione Imperij Assyriorum.

II. Non cepit ante diuisionem linguarum.

a hom. 19. b.

b Gen. 10. 8. o. c hom. 29. in Gen. d in Trad. Hebr. e in it. Panarij. f 1. 4. c. 43. g 1. 16. de Civ. c. 4. h 1. 1. ant. c. 4. & 6.

III. Nembrod idem cum Belo.

& Assyria fuerunt adiunctæ, legitimis possessio- foribus, qui eas regiones aut à diluuiio aut à diuisione linguarum coluerant, seruire coactis. Quo de tempore rectè illud Iustini accipias. Fines Imperij tueri magis quam proferre mos erat, intra suam cuique parua regna finiebantur. Primus omnium Ninus Rex Assyriorum veterem, & quasi autum gentium morem, noua imperij cupiditate mutauit. Hic primus intulit bella finitimis, & rudes adhuc ad resistendum populos, ad terminos usque Libya perdomuit. Sed id de temporibus à diluuiio accipiendum est. Nam ante diluuium quis affirmare audeat gigantes illos non intulisse bella finitimis? Addit autem de Nino Iustinus, cum magnitudinem quæsitæ dominationis continua possessione firmasse; domitilque proximis, cum accessione virium fortior ad alios transiret, & proxima quæque victoria instrumentum sequentis esset, totius Orientis populos subegisse. Ita Iustinus, sed quo quidque tempore gesserit, nemo tradit. Quin etiam sunt qui querantur pleraque omnia, quæ ad diuersos Assyriorum reges pertinebant, vni Nino à Scriptoribus fuisse tributa.

Ad hæc porro tempora pertinere potest illud Mosis, De terra illa, Sennaar Babylonica, egressus est Assur, id est Ninus factus rex Assur, siue Assyriorum, vt supra significatum est, & filiis Semi, qui eam possidebant, post mortem Beli, vi, aut metu subiugatis, edificauit Ninuen; aut inchoatam potius à filiis Assur, magnificentius instaurauit. Non contentus ergo Babylone in terra Sennaar ad Euphratem condita, etiam ad Tygrim condere, siue renouare ciuitatem instituit, vt quoniam Babel, iuxta quorundam interpretationem Beli patris præferrebat nomen, hæc altera suum ipsius nomen ferret, quæ nihil illi de dignitate concederet. Ciuitatis enim magnificentiam memoratæ à Moysè platea ciuitatis inuunt; quo nomine etiam vicorum laxitate licet accipere, & ipsum epithetum ciuitatis magnæ, quo ab eodem Moysè honoratur. Ex dictis licet intelligere hallucinatum Diodorum Siculum, cum ait Ninum Assyriorum Monarcham, Arabum subsidiis instructum, numero cum exercitu Babyloniis inuassisse adhuc belli rudes, ipsique annui pensitationem tributi imperasse. Regem vero debellatum, cum liberis captiuum abduxisset, atque interemisse: quæ potius Assyriis facta esse à Nino Babylone profecto, vt Moyses significat, quam vice versa existimandum est. Factus est enim Assyriorum Imperator ipsis debellatis; & in monumentum victoriæ suæ, maluit Assyriorum rex dici, quam Babyloniorem; quod hoc paternam, illud propriam virtutem commendaret.

Credibilius etiam est Ninuen quamprimum condi, siue amplificari ac firmari cœptam, cum Ninus Assyria potius est, sicut à patre Babyloninitio statim regni condi cœperat; credibilius, inquam, quam post septendecim annos, debellatis iam longè lateque multis gentibus, vt putat Diodorus. Scriptura enim primum Nini opus, ex quo egressus est ex terra Sennaar, ponit Ninues ædificationem, sicut & Hieron. in cap. secundum Osee. Nec vlla suberat differendi causa, Nino ipso imperij exo-

rientis arcem habere festinante, vt idem Diodorus ait. Eius autem magnificentia id indicium est, quod, vt ait idem, tanta molis urbem condere festinabat, vt non modo omnium tunc in orbe terrarum maxima existeret, sed etiam vt nemo posteorum tale quid aggressus, ipsum facile superaret. Ex quo intelligitur Ninuen aliquando Babylone fuisse clariorem: sed varia vtrique vrbi ornamenta, & clades contigere, quæ alteratim alteram altera gloriosorem fecerunt, cum aliorum, tum maxime Semiramidis & Nabuchodonosoris opera. Sed de Ninue hoc loco satis, plura in Annalibus reperies, & nominatim refutationem eorum, quæ dubiam faciant huius Imperij magnitudinem.

ANNVS MVNDI 2000. NOEMI 944. NINI 4. Imperij Assyriorum 4. ANTE CHRISTVM 2053.

NINVM ab orbe condito bis millesimum, & quadragesimum Iubilæum non placuit silentio præterire; præsertim cum in hunc annum commodè liceat Nachoris, filij Thare secundo geniti, natiuitatem referre. Nam secundo genitum esse, anno patris eius 71. docuimus. Nunc autem genitus totis 20. annis minor fratre suo Aran, gener eius decentius fieri potuit, quam si illi ætate suppar esset, aut etiam maior.

Placet & huc Beli apotheosim referre, cum Ninus debellatis iam, vt ait Diodorus, Babyloniis, aut potius Assyriis, vt ex ipsa Scriptura docebamur, Armeniis item ac Medis proximo biennio, relicta vni amicorum Mediæ satrapia administranda, ad reliquam Asiam suo imperio adiungendam, armis in occasum conuersis, animum adiecit. Verum par est existimare, eum in transitu nouam adiuisset imperij sui sedem Ninuen, quæ tunc quoque ædificabatur, & aliquanto vetustior Imperij paterni arcem ac domicilium Babylonem: ibique parvas iam celebrantem victorias, cælo patrem inferre voluisse. D. Hieronimus videtur existimare id contigisse postquam iam contra Zoroastrem magum prosperè pugnasset. Alij in ipsum regni eius principium hanc apotheosim referunt, vt Tornielus. In re incerta placuit mediam quasi viam sequi.

Hoc ergo circiter tempore Ninus, vt ex plerisque Scriptoribus, Diuòque Hieronymo in primis colligitur: in frequenti procerum Babyloniorem conuentu, cum patrem suum Belum defunctum Babyloniis ipsius, regni que Babylonici fundatorem vehementius, vt assolet, commendasset, atque eum non solum immortalis apud posteros memoria, sed apud superos etiam immortalitate dignum prædicasset, statuat, quæ eum ad viuentis speciem, affabrè eleganterque repræsentaret, exhibuit, cui quasi viuenti deferretur honos; ad quam si quis reus confugeret, abripi non posset ad pœnam, sed cuiuscunque potius criminis veniam consequeretur; denique miserorum esset commune per-

Nini armis occupata Assyria.

III. Confirmatur ex Scriptura. a. m. 1933. n. 1.

Conditus Ninues.

b. Gen. 10. 11.

c. lib. 2.

Ninus Assyriorum non Babyloniorem dicitur Imperator.

IV. Ninue quando condita, vel amplificata.

a. hoc an. m. 1997. n. 5. 6. & seqq.

I. Ortus Nachoris filij Thare.

II. Beli apotheosim.

III. Modus eius & simul ortus Idolatriæ.

b. in cap. 2. Osee.

fugium

fugium. Ea res defuncto diuinitatis opinionem facile conciliauit, & sub titulo Ionis, vel vt alijs placet, Saturni Babylonij Deus factus est, eique templum magnificentissimum Babylone à filio excitatum, variisque sacrificiis dedicatum est quæ ipsi Belo nouo Deo offerebantur.

I V. Quæ sacrificia Belo oblata. a. in cap. 46. Ejaia.

b. cap. 7. 31.

c. cap. 19. 4.

d. 3. Reg. 18. 28.

V. Rursus de Apotheosi, & cultu idolorum. c. cap. 23.

f. cap. 2.

g. c. 14. 82. & seqq.

Cuiusmodi autem essent ista sacrificia, ex S. Hieronymo intelligi potest, Confessus est, inquit, quem Græci Belum, Latini Saturnum dicunt; cuius tanta fuit apud veteres religio, vt ei non solum humanas bestias captiuorum, ignobiliumque mortalium, sed & suos liberos immolarent. Quod imitatos fuisse Israelitas Hierosolymis, sæpe conqueritur Dominus per Prophetas, maximeque Ieremiam. Adificauerunt, inquit, excelsa Tophet, quæ est in valle filij Ennon, vt incenderent filios suos & filias suas igni. Et rursum inferius, Et repleuerunt locum sanguine innocentum, & edificauerunt excelsa Baalim ad comburendos filios suos igni in holocaustum Baalim. vbi Hieron. Nulli autem dubium quin in templo Dei Baal idolum posuerint, siue in delubro, quod erat in valle filij Ennon, vbi & lucus Baal: & ara eius fuit, supra quam immolauerunt & incenderunt filios suos. Nec mirum Baalis sacrificulos & prophetas in alios fuisse crudeles, cum seipos & lanceolis solemniter ritu inciderent, & vulnerum sanguine perfunderent, vt Scriptura testatur.

Sed propius ad rem nostram facit, quod scribit idem Hieron. in Ezechielem. Ista, inquit, crebro in excelsis, & in templo Dei adorant statuam Baalis, & cum Assyriis fornicata est. Idolum autem Baal, siue Bel, & vt apertius dicam, Beli Assyriorum religio, est consecrata à Nino Beli filio, in honorem patris. Et in Oseam. Ninus in tantam peruenit gloriam, vt patrem suum Belum referret in Deum, qui Hebraicè dicitur Bel, & in multis prophetis, maximeque in Daniele. Et mox, Hunc Sidony & Phœnices appellant Bahal. Vt autem hoc initium Idolatriæ fuisse demonstrat, subdit paulò post, Didicimus exordium Demonis, imò hominis in Demonem consecrati, omnia enim idola ex mortuorum errore creuerunt. Ita sanè; nam deinceps plerique principes Nini exemplum aut iussi, aut vltro volentesque imitati, toto terrarum orbe idolatriam inuexerunt, vt fusè in libro Sapientiæ disseritur.

ANNVS MVNDI 2006. NOE 950. & vlt. THARE 98. NINI 10. Imperij Assyriorum 75. ANTE CHRISTVM 3011.

I. Noemi obitus.

Extremam tandem metam curricula sui, aut viæ potius longissimæ peruenit hoc anno magnus Patriarcha Noë, multis ac magnis casibus, si quisquam mortalium, tota vita vehementer exercit. Etsi enim nonnullas aliquando degustauit consolationum, vt vulgus opinatur, delicias: multum tamen aduersa res, quibus ille tot annis, imò tot seculis iactatus est, & numero & magnitudinem præponderarunt. Id autem signum esse fuisseque

semper electorum Dei, & sapientum consensus, & Christi ipsius diuina vox aperte confirmat; qui cum dixisset Ananias de Paulo, vultus electionis est mihi iste statim subiecit, Ego ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Potest in prosperis Noë numerari totius mundi dominium, vitæ diuturnitas, turba filiorum ingens, ad vndecimam vsque generationem, qua filij Thare continentur, inuentio vini, & totius humani generis conseruatio, atque instauratio.

Verùm hæc omnia homini iusto, inter iniustos peregrinanti, quid aliud afferunt quam dolorem? Vidit Patriarcha noster, ipsos sexcentos annos, qui diluuium antecesserunt, efferos gigantesque mores, barbaram Cainitarum improbitatem, Sethi progeniem ab auita disciplina longissimè aberrantem, & ipsos Dei filios cum filiabus hominum in foedissimorum vitiorum barathrum ruere præcipites. Quæ ex improbitate mortalium, senex non minorem tristitiam, quam ex imminente pœna metum ac dolorem hautiebat. Quid enim ille sensit in illo diluuiio, non solum in tot & tantis ædificiorum ruinis, calamitate camporum, animantium pernicie, sed etiam cum nocentibus, in strage innocentium paruulorum? Quæ mens, qui sensus, quis animus eius fuit, in illis clamoribus virorum atque foeminarum, fratrum ac propinquorum opem frustra implorantium & cateruatim percunantium? Quæ omnia mala ille habuit animo præsentissima, sic vt neque aures, neque oculi dolorem augere posse viderentur.

Adde pœdorem anni carceris, & omnes diuturnæ navigationis arumnas. Adde ex arca aliquando digressio, luctuosum spectaculum inanis terræ vastitatis ac squalidis montes marinis ostreis asperatos, valles montium iacturis impletas, vbique solitudinem, ac triste silentium, ruderum domorum, murorum parietum, hominum strues fluctibus congestas, catero- tumque animantium olentes aceros, denique communem totius mundi calamitatem, quam mutæ ipsæ pecudes sentire videbantur. Accessit postmodum in reperti vini noua latititia, nouus inceror, ex ebrietate, nuditate, & indignissima Chami derisione, quæ patri maledictionis in genus suum, & imprecandæ seruitutis necessitatem extorsit. Quid illa filiorum ac nepotum eius pernicia, quæ fuit linguarum confusione castiganda, nonne multam tristitiæ segetem importauit parenti; vt omnium bellorum clades, in quibus vt in fratrum discordiis pater, vtriusque vexabatur, victum ac victorem lacrymis prosequeretur.

Accessit postremo cumulus malorum omnium apostasia à Deo, & publica seruitus idololorum, quam sub hæc Nini, vt diximus, tempora propalata, credibile est assiduisse senti, cuius annisque confecto, præ tristitiæ magnitudine mortem attulisse. Pro magnitudine enim amoris, & venerationis in Deum suæ, abundantiore tristitia absorptus est: & petens à Deo animæ suæ vt moreretur, eadem mente & eadem pene voce cum Mathathia dicebat. Va mihi! vt quid natus sum videre auersionem populi mei. Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui: mutasti glo-

Eius pro- para.

II. Et aduersa ante diluuium.

Et illius tempore,

III. Et deinceps.

Et in derisione Chami.

IV. Et inuecta publicè idololatria.

Gemitus eius.

riam

riam tuam in idolum, dixisti ligno pater meus es tu, & lapidi, tu me genuisti. Quo mihi adhuc vivere? nimium iam nimium incolatus meus prologatus est: tolle animam meam Deus meus, & pone eam iuxta te, quia credo videre bona Domini in terra viventium. Dixit & mortuus est plenus dierum in senectute bona, & appositus ad patres suos. Eius funus filiorum optimi religiosè curarunt: & sepulchro eam, quod vitæ epitomen contineret, inscripserunt.

V. Quemadmodum vitam Noë, ut ait Caier. ante diluuium Moses compendio descripsit, adeo ut nec locum habitationis eius, neque exercitationem tradiderit, ita vitam eius post diluuium silentio inuoluit, nec locum ubi vixerit, aut ubi mortuus fuerit explicat, dum ad magnum Patriarcham Abrahamum festinat, ad quem per Patriarcham & ætatum gradus, sine vlla in singulis gradibus mora decurrit. Ad quem quia nos quoque festinamus, magni huius Patriarchæ cum Christo Domino comparationem omitemus hoc loco: et tã tanta tamque insignis est ea similitudo, vt Isidorus a dicere non dubitarit, Noë per omnia, omnesque actus suos Christum significare. Itaque parallelismum in vtriusque aduentu & ortu, in iustitia, & arcæ structura, in præconio iustitiæ, & reparatione mundi, in çbrietate, nuditate, irrisione, & contemptu domestico, in maledictione filij vnus, & benedictione cæterorum, & si quibus alijs, ex ipsis Annalibus b studiosus lector peret.

ANNVS MVNDI 2014.

SEMI 456. NINI 18.

Imperij Assyriorum 83.

ANTE CHRISTVM 2039.

I. CRIBIT Diodorus Siculus, Ninum cum se ad reliquas Asiæ gentes bello domandas conuertisset, septemdecim annorum intervallo, omnes, præter Indos & Bactrianos, suæ potestati subiecit, atque Assyriorum Monarchiæ adiecit: Bellum autem Bactrianum, propter difficiles aditus, & virorum bellatorum in ea regione copiam, post multos ibi labores frustra exantlatos, in aliam occasionem distulisse. Hic ergo decimus octauus illius regni annus, primus eiusdè quietis fuit. Illis autem, præter superius memoratos subiugauit, vt Diodoro placet, Ægyptum, Syriam, omnesque Asiæ minoris nationes, vsque ad Bosphorum, & Tanaim. In maiore vero, Hyrcanos, Persas, Parthos, Carmanos, Susianos, aliosque plurimos minoris notæ populos. Cui assertioni, quod ad Syriam attinet, fauet Iosephus a, qui ait cum Imperium Asiæ penes Assyrios esset, ab iis regionem Pentapolarum cum suis regibus subiugatam, reddiditque tributariam. Sed hæc posterius sub initia peregrinationis Abrahæ, contigerunt, vt suo loco dicemus.

II. Quod si Diodoro fidem habere volumus, in rebus præsertim tam antiquis, quam ne ipse quidem admodum magnam sibi postulat, dicendum

videtur Assyrios non semper, imo ne diu quidem imperium in hos omnes populos tenuisse, Ægyptios præsertim: quos in Abrahæ, & cæterorum Patriarcharum peregrinationibus, apparet sui omnino iuris fuisse. Sicut Phœnices, & Chanaanæos, Moïsi & Iosue temporibus: quos alioqui reges Assyriorum non permisissent ab Israëlitis, omni auxilio destitutos, deleri; neque illi segnes in ope imploranda, toto ipso quinquennio, quo debellati sunt, extitissent.

ANNVS MVNDI, 2026.

SEMI 468. NINI 30.

Imperij Assyriorum 95.

ANTE CHRISTVM 2027.

ABET hic annus dimidium temporum à mundi exordio vsque ad Christi Domini natiuitatem, quem natum ponimus anno ab orbe cõdito 4032. vt deinceps primus ipsius annus sit 53. supra quater millesimum, atque ita consequenter. Hoc ergo rectè, nec sine mysterio quodam moritur Phaleg, qui interpretatur diuisio, qui annus fuit ei ducentessimus nonus, à genito filio suo Rehu a. In eo notant Hebræi ætatem patrum, qui nati sunt à diluuiio, pene dimidiatam fuisse. In diebus Phaleg, inquit Aben Ezra, quibus collectus est ad Patres suos, tria insignia cõtingerunt, partitio terrarum, confusio linguarum, & dimidiatio annorum vitæ. Ex quibus etiam verbis intelligitur, minimè confundi partitionem terrarum cum confusione linguarum, quæ res multos fefellit, & in opiniones parum probabiles traxit, de quibus in ortu Phaleg, eiusque anno 144. dictum est.

ANNVS MVNDI 2027.

SEMI 496. NINI 31.

Imperij Assyriorum 96.

ANTE CHRISTVM 2026.

VNEBRIS quoque hic annus fuit morte Nachoris Patriarchæ, patris Thare, & auj Abrahæ. De hoc Genebr. Moritur annorum 148. rectè, id enim ex textu sacro a perspicuè est. Abrahæ 49. Mundi 1998. neutrum rectè, vtrumque tamen consequenter. Ponit enim Abrahamum natum anno patris septuagesimo, quod mox refutabimus, & reicit Cainanum Arphaxadi filium, quem nos cum Euang. Luca, & Septuag. interpretibus, & optimis quibusque chronologis Catholicis, recepimus. Pergit autem Pater Chaldaeorum ab aliquibus dicitur, nempe quia illic perpetuò mansit, neque traiecit flumini ad querendam nouas sedes, mireque auxit familiam atani Arphaxad. Imò Cainan potius, quem omisit, atauus est, aut vt veriùs dicam, Salæ atauus est, ne omittatur Phaleg, qui anno proximo è viujs abierat. Reliquit autem moriens viuos septem è maioribus suis, vt b habetur in indice anni huius. Et hic erit nobis secundæ ætatis finis.

I. Dimidium temporum.

Obitus Phaleg.

a Gen. 11. 19.

I. Nachoris obitus.

a Gen. 11. 24. 25.

b in Annalibus.

TERTIA MVNDI ÆTAS.

ANNVS MVNDI 2039.

THARÆ 131. ABRAHÆ 1.

NINI 43. Impetij Assyriorum 108.

ANTE CHRISTVM 2014.

I. Ortus Abrahæ.

a Gal. 3. 7.

Et tertiæ ætatis exordium. b in cap. 11. Gen. 9. 29.

c in Chron.

II. Abraham non esse natum anno patris 70.

d Thare 71 anno.

e Gen. 17. v. 17.

f an. m. 1559. n. 12. g in trad. Heb. h 9. 25. super Gen. 6. l. 16. de Ciu. v. 15.

III. Sed 130. quod probatur ex Scriptura. i Gen. 12. 4. k Act. 7. 4. l Gen. 11. 32.

EXORITVR hoc anno magna quædam lux in regiones Chaldaeorum, quæ paruis initijs micans, in tantum iubar euasit, vt magnam terræ partem illuminarit. Adest enim magnus Abrahæ, Hebræorum aut veriùs Abrahamitarum gloria, pater excelsus, multarum gentium non tam secundum carnem, quàm secundum fidem pater a, in quem copiosissimè gratiæ suæ dona profudit omnium rerum Pater.

In Abrahami porò natiuitate plerique omnes initium tertiæ mundi ætatis conferunt, vt ait Abulenſis b, à quibus vt discedamus, satis idonea causa non occurrit. Hæc est ergo tertiæ mundi ætas, & quasi adolescentia, in qua radij clariores emicant diuinæ lucis, & cognitionis: quo ipso tempore, vt homo vitium corporis, ita mundus hic potentia & regnorum, quorum initia his temporibus auspiciatur c. Eusebius, aliique passim, incrementa cœpit.

Cæterum nunc prouidendum est nobis, qui ortum Abrahæ in centesimum & trigésimum Tharæ absolutum receimus, vt eam temporis rationem stabiliamus aduersus eos, qui eum anno patris septuagesimo natum putant, eo quod Scriptura dicat vixisse Thare annis 70. & genuisse Abram, Nachor, & Aran. Quem tamen locum nihil eam opinionem inuare supra demonstratum est d, etsi aduersarij ab ea se deiectos arce dissimulent, ostensumque neque tres illos viros eodem anno nasci potuisse, cum Aran aliorum duorum focer fuerit, & eius filia Sara decennio tantum e fuerit minor Abrahamo: neque Moïsi eam esse mentem, magis quam cum dixit, Noë, cum quingentorum esset annorum, genuisse Sem, Cham & Iaphet: cum ex ipsa Scriptura constet alium alio fuisse maiorem, & Sem non nisi 503. Noëmi esse natum, vt suo loco docuimus f. Denique eadem sententia posita inexplicabiles difficultates existunt, in quibus desudant Hieronymus g, & Augustinus h, qui ad anacephalasin minimè necessariam confugere cogitur.

Existimamus ergo Abrahamum anno patris Tharæ centesimo & trigésimo absoluto natum esse. Id ex sacra historia aperte constat i, quæ ait septuaginta quinque annorum fuisse Abrahamum, cum Dei iussu egredere de Haran, vt veniret in terram Chanaan. Ex eadem etiam constat inde exisse, postquam inortuus est pater eius, vt affirmat S. Stephanus k. Pater autem eius mortuus est anno ætatis ducentesimo quinquagesimo, vt scribit Moïsi l, ex quibus consequens est Abraham natum esse anno 130. vitæ patris sui. Cuius assertionis veritas hoc ipso probabilior est, quod ea posita omnes difficultates, quæ contrariam opinionem opprimunt, facile euascent, quod clarissimum esse repertæ verita-

tis indicium auctor est Aristoteles m. Hoc telum vt declinent aduersarij, pro vna migratione ex Haran in Chananitidem, geminam, atque adeo multiplicem excogitarunt, aiunt enim Abrahamum anno 75. ætatis suæ, patris autè 135. profectum in terram Chanaan, vnà cum vxore, & Loto nepote, de qua migratione aiunt Moïsem esse locutum. Alteram profectiorem factam volunt sexaginta annis post, quibus in Chananitidem peregrinatus sit, crebro reuifens patrem, post cuius mortem, ita reliquerit Charan, vt eò nunquam reuersus sit, sed habitauerit in terra Chanaa, & de hac profectiõne S. Stephani orationem interpretantur.

Verum hanc responsionem sine vilo Scripturæ testimonio aut fundamento excogitam, non pauca, neque leuia absurda sequuntur. Nam primo si Abraham natus est anno patris septuagesimo, ergo moriente patre agebat annum 135. Ergo iam genuerat Ismaëlem & Isaacum; nam priorem genuit annum agens octogesimum sextum, posteriorem autem centesimum. At D. Stephanus ait a translatum ipsum in terram Chanaan, eique promissionem factam de ea possidenda, cum nondum haberet filium. Eodem modo, cum Abraham agebat 135. annum, Sara, quæ erat minor decennio, agebat 125. & tamen nondum habebat filium ex S. Stephani sententia, nondum conceperat Isaacum, quem tamen nonagenaria concepit, vt Moïses ipse testatur b. Quæ ratio valet etiam contra eos, qui putant Abrahamum totis 60. annis mansisse in Charan, vsque ad mortem Tharæ. Nam si ad 135. annum mansit in Charan, ibi genuit Ismaëlem & Isaacum c, quos constat natos esse in Chananitide. In Charan quæstus 99. annorum cum esset Abraham circumcidit se, ibidem que contra reges pugnavit, cæteraque omnia gessit, quæ in Chananitide facta esse constat, cum nondum centesimum annum ageret.

Quæro etiam de priorè illa profectiõne, solusne profectus sit Abraham, an cum omnibus suis, sicut post mortem patris? Si solus, putà, relicta vxore, Loto, & tota familia apud patrem per annos sexaginta, quomodo ex Sara in terra Chanaan genuit Isaacum centenarius, id est quinto & vigesimo anno peregrinationis suæ? quomodo quatuordecim annis ante, inuitatu eiusdem Saræ, cum qua fuerat in Ægypto, ex Agare ancilla Ægyptia genuit in eadem Chananitide Ismaëlem? Et si solus crebro reuifit patrem, quomodo non plures profectiões admittendæ sunt ante Tharæ mortem, & non vna tantum? Sin autem in ista priorè profectiõne, cum omnibus rebus suis profectus est, cum annum ageret 75. vt ait Moïses d, quæro cum inuifibat patrem, vbinam familiam deserabat, cum illic ne passum quidem pedis possideret, sancto Stephano teste? Apud quos: quid illi interea agitabant? fingenda sunt omnia. Quod si omnia sua semper circumduxit, vt Nomades Hamaxobij, tot profectio admittendæ sunt profectiões integræ atque perfectæ, quot ille vicibus adiuit patrem, & repetiit Chananitidem, ne Chanaanæis malè crederet vxorem, Lotum, famulos, ancillas, greges, omnemque suppellectilem. Nonne prodigij instar est, si hæc totis sexaginta annis vt isti aiunt, contigerunt, de iis Moïsem

m 4. Phys. 31. Gemina migratio eius intro ducitur.

IV. Et quæ eã sequuntur absurda.

a Act. 7. 5.

b Gen. 17. 17.

c Gen. 16. 3. & 18.

V. Et nominatum priorè.

d Gen. 12. 4.

e Act. 7. 5.

penitus conticescere, qui omnia vestigia eius assectatus est in historia sua, & omnia pene loca notavit, in quibus castra metabatur?

VI. Aduerfationum manis responsio.

Quæris, quid his respondeant aduersarij? Nimis hæc otiosè quidem inquirunt, hunc præpositæ curiositatis nimis enucleata diligentia, merito prudentibus viris ludibrium debet. Et rursum, hæc sunt iocularia, neque digna quibus respondeatur. Itane vero, verborum lenociniis viris eruditus vos fucum factaros putatis? At hi satis intelligunt vos his tam facile respondere posse, ac stare simul atque sortebe. Quid quod apertè ex Scriptura colligitur Abrahamum nihil cum cognatis suis, quos siue in Vr Chaldaeorum, siue in Charan reliquerat, communicationis, ne per literas quidem, habuisse, cum post 50. annos, ex quo discesserat ex Haran, nuncium inde acceperit a de 12. filiis intra id tempus à Nachore ex Melcha & Roma susceptis. Si crebro Patrem adibat Abrahamum, quomodo ex vicino neporum suorum ortum non discebat, vt necesse foret ei per nuncium, non vnus, sed duodecim filiorum sobolem simul nunciare? Denique si attentè legimus Apostolum b, docet ille Hebræos. Abrahamum cum suis, in terras Chanaan semper habitasse vt peregrinum, & cum haberet tempus reuertendi ad suos, nunquam reuersum esse, imo ne de patria quidem, ex qua exierat cogitasse, aut eius memorem fuisse. Quis possit his sine peruitacia repugnare?

Abraham ex Chanaan cum cognatis ne communiuit a Gen. 22. 10.

b c. hom. 3.

VII. Nec cam nisi mortuo patre dit. hom. 31. in Gen. 19. in Gen.

Priorem quoque illam professionem egregiè refellit S. Chryostom. c apertèque asserit Abrahamum non nisi mortuo patre adisse Chananitidem. Thare, inquit, socius filio peregrinationis esse voluit, & vt venit in Charan, & sic habitavit aliquandiu; vita hac excessit. Patriarcha autem tunc ad imperium Dei in Chanansam coefferit. Denique non antea eum Deus inde euocauit, donec mortuus est Thare. Tunc enim illo defuncto, dixit L. omnis Abraham: Egredere de terra tua, &c. Hæc ibi Viden' vt inculcet Chryostomus Abrahamum non exisse ex Haran, nisi defuncto patre & tunc, & non antea, quod confirmat etiam nom. 36. Atqui, teste Mose, 75. annorum erat tunc egredieretur de Haran, ergo ex Chryostomus, & ipso Mose constat Abrahamum natum anno 130 patris sui. Quanto tempore, ait Caietanus, fuerit habitatio in Charan scriptum non est, ex verbis tamen Stephani d certum est quod Abraham noratus est in Charan, vsque ad mortem patris. Nimirum S. Stephanus ait Abrahamum euo catum a Deo exisse de terra Chaldaeorum, & habitasse in Charan Et inde, inquit, postquam mortuus est pater eius, transfulit illum Deus in terram istam, id est, commigrare fecit, mutatis sedibus, & domicilio vniuersaque familia, & omnibus quæ possederant; idque 75. vitæ Abraham, ait Moses, quod interpretans Stephanus, postquam, inquit, mortuus est pater eius. Quæ verba plane superflua essent, ne quid dicam amplius, si transfulit illum totis 60. annis ante mortem patris.

Ad. 7. 4.

et dicitur.

c An. mun. 1039.

VIII. Propugnatores huius sententia.

Sed hæc, aliæque in eandem sententiam pluribus disputata reperies in Annalibus e, vnde ista excerptimus, pluribus fortasse quam requirat Epitome, sed ignoscet lector beneuolus, res enim magni momenti est, neque patiendum videtur sacram chronologiam totis 60. annis hoc loco miserè iniusteque mutilari. Addo ni-

hilominus cum bona venia lectoris quasi epimetrum, nomina propugnatorum huius sententia, qui vixerunt in manus meas. Nam præter Moysen. D. Stephanum, & Paulum Apostolum, Sanctumque Chryostomum, de quibus diximus, Procopius Gazæus disertè asserit Abrahamum natum non instante anno septuagesimo patris sui, sed demum centesimo trigesimo anno Thare: additque eum à Mose primo loco nominatum, non vt primogenitum, sed vt primum, & præcipuum, & filiorum celeberrimum. Eadem sentit Theodoretus apud Lipomanum in Catena Geneleos. Eadem & Caietanus, & Tornicellus in primis, qui pro eadem sententia laudat Iacobum Naclantum in libro arcatorum Christi, & tractatu de annis tertie mundi ætatis. Adde Pontacum in Chronico Eusebij, Nicolaum Lyratum in 12. Geneleos, Baradium in Euangelia a Tirinum in chronico sacro cap. Mazillam in paraphrasi in pentateuchum, Sanctium in Acta Apostolorum b, Bolducium de Ecclesia ante legem c. Henricum Haruillæum in Isagoge chronologica, Bonfreium in Genesim, Chronicum Alexandrinum cum dicat Tharam mortuum anno 75. filij sui Abraham: quibus addere licet multos sectarios, quos in Annalibus d seposuimus. Denique nobiscum sentiunt quicumque integri, neque studio contradicendi occupati accuratius ista expenderunt. Planèque persuasum habeo si Hieronymo & Augustino occurrisset cogitare, Scripturam non cogere nos ad statuendum ortum Abraham in anno Thare 70. vt reuera non cogere docuimus, dicturos vtiq; eum natum tantum annis ante mortem patris, eoque defuncto, ex Dei mandato, migrasse ex Haran cum tota familia, & in Chananitidem profectum, ibi perpetuo, immemorem patriæ peregrinatum esse, iuxta perspicuam Moysi, Stephani, Paulique narrationem. Et hæc hæcenus, cætera quæ sunt huius loci breuius perstringimus.

Moses, Stephanus, Paulus, Chryostomus, Procopius, Theodoretus, Caietanus, Tornicellus, Naclantus, Tirinus, Pontacus, Marzilla, Lyratus, Sanctius, Baradius, Bonfreius, Bolducius, Haruillæus, Cronici, Alexandr. tom. 1. l. 8. c. 29. c. 74. numero 11. c. 3. lib. 3. ubi octo numerantur.

IX. Ratio nominis Abraham.

c l. 11. de Prop. c. 6. f. An. m. 1039. n. 16. f. 100. 6.

Et patria.

ANNVS MVNDI 2044. ABRAHÆ 6. NINI 48. Imperij Assyriorum 113. ANTE CHRISTVM 2009.

I. Bellum contra Zoroastrem. a l. 2. b l. 1. in. Inuentorem Magia. c l. 30. c. 1. d sub in. Panarij. e l. 21. de Cin. cap. 14. f de Prop. l. 1. exter. mo. g l. 10. c. 9. Origine Perlam.

IRCA Nini annum 48. ponitur ab Eusebio Nini bellum contra Zoroastrem. Est autem de anno haud certò constat, ex Diodoro tamen Siculo a apparet postremum hoc Nini bellum fuisse, cui consentiens Iustinus b, postremum, inquit, Nini bellum fuit cum Zoroastro rege Bactrianorum, qui primus dicitur artes magicas inuenisse, & mundi principia, syderumque motus diligentissime spectasse. Eundem tum magum, tum magicæ superstitionis inuentorem memorat Plinius c, Clemens Alexandrinus, S. Epiphanius d S. Augustinus e, Eusebius f, & alij. Nominatim autem Plinius ait Magiam in Perside à Zoroastre inuentam, idque inter auctores conuenire, ibidemque magos ad tantâ excreuissè potentiam, vt regum regibus, id est Persarum imperatoribus imperarent. Clemens quoque Alexandrinus ex Pythagora refert Zoroastrem magum Persam fuisse. Eusebius quoque l. 1. de Prepar. extremo, citat eius sacrum Persicorum rituum commentarium, ex quo intelligitur eum illos in Perside commentarios edidisse. Inde autem Orientis interiora penetrans inquit Epiphanius, Bactra, Bactrianorum oppidum erexit, indeque omnia, quæ in orbem inuecta sunt, scelera propagata dicuntur. Sic ipse.

II. Quomodo Zoroastrem fecerit. g l. 1. sub med.

Quod ad bellum ipsum attinet scribit Arnobius h Assyrios inter & Bactrianos, Nino & Zoroastre ductoribus, non tantum humanis viribus, feròque dimicatum esse, verum etiã magicis artibus, & ex reconditis Chaldaeorum disciplinis. Diodorus ait immensas Nini copias extitisse: nec pauciores Bactrianorum fuisse probabile est, cum idem ancipiti Marte aliquandiu pugnatu esse dicat. Et Ninum, post aduersu prælium, & ingentem suorum cladem, victorem euasisse, indeque regiam urbem obsidisse, & in dustria Semiramidis occupasse, ideoque eam vioreptam vxorem accepisse; virum autem, Menoem nomine, doloris impatentia, laqueo sibi vitam extorxisse. Ita Semiramis Assyrioru regina facta est, Ninus autem Bactrianorum thesauris potitus, rebusque ibi constitutis, exercitum Ninum, siue, vt ab Hebræis appellatur, Niniuem reduxit. Hæc pluribus Diodor. & Ctesias.

III. Moys Zoroastri. h l. 1. Hist. f. 771. c. 5.

Iustinus Zoroastrem in bello occisum significat, cæteri ferè de morte tacent. Gregorius i tamen Turonensis, qui putat, parum sane probabiliter, hunc Zoroastrem fuisse Chus Cham primogenitum, ait eum ad Persas transisse, ab iisque Zoroastrem, id est viuentem stellam appellatum esse. Eundem ignem & stellas de cælo deuocasse, & ignem adorare docuisse; denique immisso diuinitus igne fuisse consumptum, diuinosque illic honores adeptum esse. Legimus in chronico Alexandrino, illum precatum fuisse, vt fulmine ictus interiret: quod cum Persis factum prænucciasset, monuissetque, vt collectos cineres suos seruarent, in pignus perpetuæ dominationis, inuocato Orione,

ne, à cœlesti flamma depastum, interuisse, illoque, quod iussi fuerant, executos esse.

ANNVS MVNDI 2048. ABRAHÆ 10. NINI 52. & vlt. Imperij Assyriorum 117. ANTE CHRISTVM 2005.

I. Nini mors.

BSOLVITVR hoc anno, qui est decimus Abraham, Nini secundi Assyriorum regis quinquagesimus secundus & vltimus, vt placet Eusebio in Chronico, & Africano. De cuius morte hæc pauca Diodorus Siculus. Suscepto ex Semiramide Ninya, successionem in regno uxori, è vita decedens, reliquit. Huic Semiramis in Regia sepulto, ingentem terra aggerem altitudine nouem, & latitudine decem stadiorum, vt Ctesias auctor est, construxit. Cumque vrbs illa iuxta Euphratem, aut potius Tygrim, a vt alibi dictum est in planicie iaceat, moles instar cuiusdam arcis se per multa stadia inde conspiciendam offerebat. Et adhuc Nino diruta, & Assyriorum imperio per Medos soluta, extare dicitur. Hæc ibi. Nini Epitaphium scripsit olim Phœnix quidam Poëta Colophonius, quod apud Atheneum b leges.

a an 1. Nini num. 3.

b l. 12.

II. Ortus Lot ex Hebræorum chronico. c in Seder Olam.

Hoc ipso anno Aran frater Abraham primogenitus genuit Lotum nepotem Abraham, vt Hebræis c placet. Vno enim anno præcessisse ortu Saræ tradunt. In cæteris autem, quæ ibidem ingerunt minimè probandi sunt, quantumuis probante Genebrardo. Abraham, inquit, anno dumtaxat supranit Nachorè, & Nachor altero fratrem suum Aran, qui post septennium ab ablactatione accepit vxorè, anno certè vita octauo: hinc natus est Lot, sequenti demum anno Iescha quæ & Sara Hæc ibi, quæ illi per quã imprudenter finxerit, vt Abrahamo primogenituram affererent, & eius patriuitatem in anno patris septuagesimo retinerent, quod vtrumque refutatum est: Nam quod Genebrardus ait huiusmodi præproperas generationes non fuisse inuitatas apud Hebræos, suis locis Deo fauente refutabitur. Interim recipiamus, quod nihil habet incommodi. Lotum ante sororem suam Saram genitum fuisse; anno tamen patris sui non octauo, sed septuagesimo. Cum enim Thare omnium consensu genuerit vnum de tribus illis Patriarchis, & Aran cæterorum socer fuerit primogenitus, vt permulti sentiunt; perspicua est consecutio. Aran hoc anno patris 140. fuisse septuagenarium.

Reicitur.

Nascitur anno patris 70.

ANNVS MVNDI, 2004. THARÆI 141. ABRAHÆ 11. SEMIRAM. 1. Imperij Assyrior. 118. ANTE CHRISTVM 2004.

I.

ABET hic annus initiu regni Semiramidis, quæ prima mulieru omniu regnasse perhibetur, & maximum Assyriorum imperium

Regnum Semiramidis cum ortu Saræ concurrit.

tertio loco gubernasse, atque adeo vehementer amplificasse. Habet & initium vitæ Saræ, vxoris maximi Patriarchæ, mulierum illius ætate celeberrimæ. Istam sacri omnes Scriptores prædicant, illam profani, istam virtutibus nobilem, illam flagitiis hæc primum annum regni hunc habet, illa vigesimum primum, vt ex eius morte intelligitur. Semiramidis primum hunc annum ponit Eusebius in chronico, secutus Africanum, cui & de numero annorum 42. regni sententia. Saræ autem primum hunc annum Scriptura statuit, quæ facit eam nonagenariam, cum Abrahamus esset centenarius. Decem ergo iam annos Abrahamus expleuerat, cum illa primum inchoauit.

De regni porrò Semiramidis initio Iustinus; Occiso, inquit, Zoroastre, & ipse Ninus decessit, relicto impubere adhuc Nino, & vxore Semiramide. Hæc nec immaturo pueri causa tradere imperium, nec ipsa imperium palam tractare, tot ac tantis gentibus vix patienter vni viro, nedum scemina parituris, simulat se pro vxore Nini filium, pro scemina puerum. Nam & statura vtriq; mediocri, & vox pariter gracilis, & lineamentorum qualitas matri ac filio similis. Hæc & plura sine Trogo, siue Iustino: non magna sanè probabilitate. Nam & Ninyas infantulus erat, natus postremis Nini patris annis, bello contra Zoroastrem iam penè confecto. Nec erat qui eius ignoraret ætatem, sicut & Nini matrimonium cum Semiramide. Quomodo ergo infantulus matri statura, voce & cæteris similibus erat, quæ iam bis nupsit, & ex priore marito duos minimùm liberos sustulit: at Hypaten & Hydaspem, auctore Diodoro, qui de eius obitu agens ait eam sexaginta duobus annis vixisse, quadraginta duobus regnasse: primum itaque ac vigesimum nunc annum agebat. Accedit quod eodem teste Semiramis in Bactriano bello eximium iam dederat peritæ bellicæ documentum. Itaque maius apud exercitum proprio nomine quàm commentitio, & persona propria quàm aliena pondus autoritatis ad res gerendas erat habitura.

In primis eius operibus numeratur Babylon, cui in Babylonia condenda adiecerat animum, vt Diodoro placet atque Iustino Verum vtrumque refellit Moses, quæ Babylonem opus Nembrodi siue Beli facit. Itaque rectius dixerimus eam inchoare, necdum perfectæ vrbis muros magnificè excitasse, de quibus illi ferè tantum agunt. Consule Diodorum.

Iam quod ad Saram attinet, quam hoc anno natam constat, celebris est controversia filiane fuerit Tharæ, & ab eo ex secunda vxore genita, an vero neptis, & Arani filia. Et prior quidem sententia probabilitate non caret, ex illa maxime Abrahami oratione, verè, inquit, soror mea est filia patris mei, & non filia matris meæ. Itaque sentiunt Clemens Alexand. & atque Hieronymus, qui putat nuptias huiusmodi tum non fuisse prohibitas. Consentient Caietanus, Lipomanus, ab Oleastro, & si qui alij.

Communior tamen & probabilior est opinio, quæ Saram filiam Arani, Abrahami neptem, sororem Loti esse contendit. Tulit, inquit, Moses, Thare Abram filium suum, & Lot filium Aran filium filij sui, & Sarai nurum suam, vxorem

Abram filij, & educa. eos de Vr Chaldeorum. Si Sara esset filia naturalis Tharæ, non eam vocaret nurum suam, sed filiam vocabulo amabiliore. Quod autem non vocat filiam Aran sicut Lot, ratio est, quia maior ei dignitas accedit ex coniugio Abrahæ, ex quo facta est mater credentium, & totius populi Dei, quam ex filiatione Arani hominis fortasse infidelis, nulla certe dignitate insignis. Aranes, inquit Iosephus, relicto filio Loto, & filiabus, Sara & Melcha, in regione Chaldeorum est mortuus. Et mox, Neptes verè ex fratre duxerunt coniuges, Melcham Nachor, Saram Abrahamus. Idem sentit August. simulque explicat illam Abraxami vocem Vxorem, inquit, suam dixit sororem suam, nihil mentitus, erat enim & hoc, quia propinqua erat sanguine: sicut etiam Lot eadem propinquitate, cum fratris eius esset filius, frater est dictus. Hieron. in cap. 20. Genesios anceps fuit, sed alibi sapius filiam Arani esse dicit, eundemque esse cum Iesca, vt quæ fuerit Saravva. Eadem est D. Chrysostomi & Procopij, & Hebræorum sententia in chronico: eadem Lyrani & Tostati, qui eam communem doctorum esse asserunt, eadem Pererij, Torrielli, Genebrardi, Variabli, Emanuëlis, Delrio, Cornelij à Lapide, Marianæ, & aliorum.

Explicatur porrò hæc nostra sententia ex 11. Genes. in hunc modum. Cum Aram genuisset filium vnum nomine Lot, & filias duas Melcham & Saram, præmaturè mortuus est in Vr Chaldeorum, parente adhuc superstiti, in quem propterea, vt communem patrem, orbata familiæ cura incubuit. Ergo puellas nobiles neptes suas, filiarum loco habens, elocauit eas, intra familiam suam, duobus filiis suis Abrahamo, & Nachori. In eo quoque paternæ Tharæ prouidentia eluxit, quod cum diuino iussu ex Vr Chaldeorum Abrahamo abeundum esset, ipse Thare grandævus non comes, sed dux & princeps professionis ponitur. Tullit, enim Thare Abram filium suum, &c. Nihil ergo mirum si Sara parentem agnosceret Thare, & parentem appellaret, qui pater esset patris sui, quique passim pater potius à nepotibus dicitur quam auus, qui, patre demortuo, veri patris erga se munere fungeretur, & quo nuptui tradita esset, qui denique focer esset, qui nurui instar patris est, & dicitur pater. Quod autem Abraham dixi Saram filiam patris sui esse, non autem matris, significat Thare duas habuisse vxores, & ex vna sustulisse Aran, ex altera Abrahamum. Itaque Abraham & Sara eundem agnoscebat, & vocabant patrem Thare, licet is immediatus esset pater Abrahami, mediatas autem Saræ, ambo tamen diuersam habebant matrem.

a l. 2. Ant. c. 6. & 7.

b l. 16. de Civ. c. 12. & 19. Et qui ita sentiant.

c c. 11. Gen. & contra Heluid. d Hom. 47.

V. Qui dicitur filia Tharæ.

c Gen. 11. 31.

Dux vxoris Tharæ.

a Gen. 17. 17.

I I. An pro filio diffini tantè regnari.

Non vide.

III. B. bylenem instaurat.

Saræ ortus An filia Tharæ.

b Gen. 20. 21. c l. 2. Strom.

IV. An potius Arani.

ANNVS MVNDI 2052.

THARÆ 144. ABRAHÆ 14.

SEMIRAMIDIS 4.

Imperij Assyriorum 121.

ANTE CHRISTVM 2001.

I. Matura pietas Abrahæ in monendo patre.

DECIMVS quartus annus Abrahæ exhibet insigne pietatis ipsius in Deum monumentum. Nam Suidas ex Philone in politico, scribit Abrahamum natum annos quatuordecim Dei cognitione illustratum, patrem idola fingentem reprehendisse, quod homines, ob perniciosum lucrum, seduceret; simulque contestatum esse, non esse alium Deum, præter cœlestem illum totius Mundi opificem. Itaque cum videret homines rebus creatis diuinum cultum deferentes, magno labore peregrinantem verum Deum animo religioso exquisisse. Sic ille apud Suidam, nam apud Philonem in politico, siue in Iosepho, nihil tale reperies. Cum autem hoc siue Philonis, siue Suidæ testimonium faueat pietati Abrahæ, etiam ab ætate puerili, non videtur hoc loco negligenda illa quæstio, grauium virorum disputationibus agitata, fueritne aliquando Abraham deidus Idololatriæ.

II. An aliquando idola coluerit.

a Ios. 24. 2.

b Rom. 4. 5.

III. Non videtur. c hom. 36. in Gen. d l. 16. de Civ. c. 12. & 13.

IV. Explicatur locus Iosue.

Patrem aientem sequuntur S. Ephrem, Ambrosius, Philo Iudæus, qui in libro, quem de Abrahamo scripsit, ait ipsum longo tempore Chaldeorum delirio, de astrorum diuinitate fuisse innutritum: quæ aliorum quoque Hebræorum sententia est: cui subscribunt Andreas Masius, Serarius, Magalinus in librum Iosue, propter illa verba Iosue. Trans fluminiem habitauerunt patres vestri ab initio, Thare pater Abraham, & Nachor, seruiueruntque diis alienis. Sicut ergo habitatio trans Euphratem conuenit non solum Tharæ & Nachori; sed etiam Abrahamo, ita & seruitus Deorum alienorum. D. quoque Paulus de eo agens videtur dicere eum, dum antea fuisset impius, iustificatum fuisse. Impietas autem est seruitus idolorum, sicut pietas, verus Dei cultus. Sic autem maior apparet Dei bonitas & vocatio gratuita magni Patriarchæ.

Contrarium sequuntur sancti Chrysostomus & Augustinus, quorum ille. Nam quia, inquit, prima ætate non secutus est errorem patrum, sed pietatem diuini cultus seruauit, ideo supernam visitationem cito obrinuit, adhuc in Chaldea existens, &c. Augustinus autem vnam affirmat fuisse domum Thare, in qua custodia fuerit plantatio ciuitatis Dei. In quo autem custodia est, si ne in ipso quidem Abrahamo? Et aliquanto post conicit Nachorem non exisse de Chaldea, cum fratre, & parente: quia fortasse, inquit, à paternæ & fraternæ pietate descuerat, & superstitioni adhæserat Chaldeorum. Idem sentiunt Abulensis, Caietanus, Chartusianus in eundem locum Iosue. Pererius & Cornelius à Lapide, Suidas, & Genebrardus, etsi parum constanter loquatur.

Neque vero Iosue huic sententiæ, quæ longe probabilior videtur, repugnat. In parenti-

bus enim ludorum, qui seruiuerant diis alienis, plures fuisse significat; quorum vnum Thare, exempli causa profert, quem ex progenie sua notiore deseribit, Abrahamo scilicet & Nachore fratre eius, quos sui causa, sed obiter propter parentem nominat, neque quidquam de eorum pietate, vel impietate dicit: sicut nec D. Paulus. Inepta enim est illatio, Abraham credidit ei qui iustificat impios, ergo fuit impius. Sed frustra etiam verentur religiosi homines, ne parum gratuita sit Abrahæ vocatio, nisi ille in voraginem idololatriæ prolapsus fuerit: & ab eadem diuina miseratione traducto: quasi non maior sit diuina in eum gratia, quod in medio nationis prauæ, à Deo conseruatus sit integer vitæ, scelerisque purus.

ANNVS MVNDI 2053.

THARÆ 145. ABRAHAMI 15.

SEMIRAMIDIS 5.

Imperij Assyriorum 122.

ANTE CHRISTVM 2000.

POSTREMVS est hic annus vitæ Cainani iunioris, quem ex D. Lucæ autoritate, & Septuag. interpretum sententia, inter Arphaxad & Saræ collocauimus, vt illius filium, & istius patrem; quæ de re cum satis disputatum sit ipsius Cainani anno primo, non est necesse plura hoc loco dicere. Moritur ergo Cainan patre & auo superstitibus; filiis etiam ac nepotibus vsque ad nonam ætatem. Et si enim mortui fuerant Nachor & Phaleg. qui propterea indicibus vltra non apparent, viuere tamen adhuc plerique eorum fratres, ac sorores. Quoniam vero Hebræi Cainam hunc, vt ignotum hominem præteriere, nihil de illius aut gestis, aut moribus prodidere.

Interim Semiramis Assyriorum imperium quintum iam annum administrabat, dum Nynias eius filius Monarchiæ successor adulesceret, sed & magnificè, vt iam cœperat, Babylonem ædificabat. Ad hæc ergo & sequentia tempora referamus licet regias illas duas, siue arces, ad ortum vnam, ad occasum alteram, ex vtraque pontis regione ad oram fluminis ædificatas, vnde in totam vrbem prospectum, & quasi clauis ad loca eius oppor-tunissima habitura erat: quibus peractis, etiam cuniculum ab vna in alteram ripam sub fluuio, intra 260. dies construxisse, auerso interim in alium locum fluuio, leges apud Diodorum Siculum, sed suis minimè distincta temporibus.

Triennio autem post hunc annum mortuus est Rehu, pater Sarug, & filius Phaleg, qui ante annos 30. mortuus reperitur, cuius & vitæ curriculum exactè adæquauit, nisi forte mensuram aliquot discrimen fuit: vtrique enim 234. anni in Genesi tribuantur. Reliquit autem hic in viuis quatuor ex progenitoribus suis, ex filiis autem ac nepotibus totidem generationes.

I. Cainani obitus.

II. Gesta Semiramidis.

Obitus Rehu. a an. m. 1026.

tia, quæ ad molindas res nouas inuitaret. Hæc fere Diodorus. Iustinus autem, Ninus, inquit, contentus elaborato à parentibus imperio studia depofuit, & velut sexum cum matre mutasset, raro à viris visus, in fœminarum turba confenit. Pluribus hoc loco, & superioribus aliquot de regibus Assyriorum egimus, quod de illis in pøsterum magnum silentium est futurum, tam Scriptorum inopia, quam ignauia Imperatorum.

ANNVS MVNDI, 2096

THARÆ 188. ABRAHAMI 59.

NINYÆ 6. Imperij Assyriorum 165.

ANTE CHRISTVM 1957.

I. Obitus Arphaxadi, & ratio temporis.

AD hunc vsque annum vitam Arphaxadi produximus, tamen non ignoremus, pleròque 338. annos duntaxat illi tribuere, in quibus Toriellus, Primum quia 438. annos habent omnes Hebræi codices, quos perpetuo sequitur in sua versione Hieronymus, vt propterea mendum in numeros vulgata irreplisse videatur. Secundo, quia plerique Latini codices hinc variam habent lectionem, & aliqui trecentos, alij quadringentos legunt. Tertio, quia is numerus, qui superat quadringentos, consentaneus est omnibus Græcis & Chaldæis. Quarto, quia Arphaxadi nepos, & pronepos, Sale & Heber, vltra quadringentos annos vixere, nec agnoscitur tanta vitæ mortalium diminutio ante Phaleg, vt notarunt Hebræi. Quinto, quia hæc est mens Sancti Augustini & Epiphaniij cum aiunt primum de istis Patriarchis Aranem mortuum esse ante patrem suum. At sic Arphaxad mortuus fuerit non solum ante patrem, sed etiam ante auum suum. Postremo, quia hæc est plurimorum interpretum ac Chronologorum sententia, quos retulimus in Annalibus.

a. a. m. 2096. n. 2.

II. Et sepultura.

b. 10. April.

c. n. 15. a. m. 3462.

Mortuus est ergo hoc anno Arphaxad, patre adhuc superstite, & secundam eum omnium Patriarcharum antiquissimus, cum iam filium Cainanum, & multos nepotes ac pronepotes præmississet ad tumulum. De rebus ab eo gestis aut ipsius moribus mirum silentium. Sepultus dicitur in Babylone, vt est in Romano martyrologio; in quod sepulchrum & pater eius Sem post annos 62. & Ezechiel Propheta, post annos fere 1366. illati sunt, vt dicemus anno Nabuchodonosoris 34.

ANNVS MVNDI, 2105.

ABRAHAMI 67.

NINYÆ 15. Imperij Assyriorum 174.

ANTE CHRISTVM 1948.

a. cap. 14. n. 4.

I. Codorlahomor de

PERERIVS in Genesim existimat expeditionem Abrahamæ ad recuperandum Lotum nepotem suum, circa annum octogesimum eiusdem Abrahamæ contigisse, aliquot nimirum annis ortu ante Ismaëlis, qui re-

centetur Genes. 19. sub Annu Abrahamæ 85. Inde si 14. annos auferas, ante quos Codorlahomor subiugauit primum Sodomitas, eisque fœderatos, quos & sibi tributarios fecit, ad præsentem annum Abrahamæ 67. peruenies. Aliqui maluerunt eam expeditionem ad Annum Abrahamæ 83. vel 84. differre, quos nec reprehendo, nec sequor. Causam prioris huius belli Scriptura tacet. Libido dominandi, & auaritia facile causas comminiscuntur, ad tenuiores inuadendos. Itaque sentit Hieronymus ab Oleastro, in illum locum Genesios.

ANNVS MVNDI 1208.

THARE 200. ABRAHÆ 70.

NINYÆ 18. Imperij Assyriorum 177.

ANTE CHRISTVM 1945.

SEPTVAGESIMVS annus Abrahamæ celebris est exitu eiusdem ex Vr Chaldæorum, sicut 75. egressione ex Charan. Vterque exitus ex Scriptura certus est, posterior autem etiam tempus in ea notatum habet, at prior non item. Fuisse tamen satis diuturnum tempus interiectum inter vtramque egressionem ex Scriptura aperte colligitur, quæ ait Abrahamum habitasse in Charan, & ibi substantiam possedisse, & fecisse animas. Id tempus quinque annorum fuisse, & Abrahamum de Vr Chaldæorum anno septuagesimo vitæ suæ egressum esse, ex Hebræorum traditione refert Genebrardus, cui Scriptores multi consentiunt. Et merito; neque enim probabile est vno eodemque anno Tharam cum Abrahamo exisse de Chaldæa, venisse in Charan, ibique habitasse, multam substantiam acquisisse, multaque seruorum & ancillarum familiam: ibidem Tharam mortuum esse, eiusque funere expleto Abrahamum totam familiam, omniæque bona sua collegisse, & in terram Chanaan venisse. Nec Scriptura vsquam cogit hæc omnia in vnicum annum conferre: ne spatium quidem 430. annorum, inter promissionem factam Abrahamæ, & legem latam interiectum: Id enim tempus à posteriore vocatione Abrahamæ, inchoandum est.

Gemina enim extat Abrahamæ in Scriptura vocatio, quæ multum inter se differunt. Primum locis. Nam prior in Vr Chaldæorum facta est, priusquam Abraham moraretur in Charan vt testatur S. Stephanus Act. 7. Posterior autem in Charan, post mortuum patrem, cum Deus illum transtulit in terram Chanaan, id est transferre iussit se suaque omnia, ad peregrinandum illic, vt habet Stephanus ibidem. Differunt temporibus, nam prior facta est ante mortem Tharæ, posterior illo mortuo & sepulto: Differunt personis, quæ vocationem, siue iussionem exequentur, priorem exequitur Thare, qui dicitur tulisse Abram filium suum. Posteriorem ipsemet Abraham, dicitur enim egressus de Haran, sicut præceperat ei Dominus. Si ergo exitum de Haran, sicut præceperat ei Dominus, datum est

Pentapolis prima victoria.

I. Egressus Abrahamæ de Vr,

& habitatio quinque annis in Haran.

II. Gemina vocatio Abrahamæ, & qui differant. a. Act. 7. 2. 4.

b. Gen. 11. 31.

est illi præceptum exeundi de Haran, sicut prius datum ei fuerat exeundi de Chaldæa. Differunt denique rebus: nam in priore iubetur exire de terra sua, de cognatione sua, de domo patris sui, quæ rectè conuenienti habitanti in Chaldæa, non autem commoranti in Charan, quæ eius patria non fuit, in qua neque domum patris, neque terram, neque cognatos reliquit.

III. Vtraque necessaria. a. cap. 5. 9. in textu Græco.

b. g. 18. in 11. Genes.

Abrahæ obedientia.

IV. Rei gestæ series.

Familia Thare à Chaldæis vexata.

V. Deus primum apparet Abrahamæ.

Nachor. venit in Charan. c. hom. 36 in Gen. d. l. 16. de Civ. c. 13.

e. l. 1. Ant. cap. 6.

Deinde vt necessaria fuit prior vocatio ad egrediendum ex Chaldæa, ita & posterior ad discedendum ex Haran, vbi diu Dei iussu substiterat, vt habetur in libro Iudith. Cum ergo dudum illuc habitaret, nec sciret quando Deo placeret vt inde recederet, noua monitione, & vocatione opus fuit, ad emigrandum in terram Chanaan, vt notauit Abulensis. Ex quo intelligitur hanc secundam vocationem non arguere Abrahamum tarditatis, sed promptissimam potius obedientiam ostendere, qui exire iussus de Chaldæa, exiit: substituere in Haran, substitit, proficisci in Chanaan, profectus est. Hanc geminam vocationem planissimè tradit Chryostomus homil. 36. in Genesim, plurimique alij, quos in Annalibus retulimus.

Rei porrò gestæ series in priore vocatione ex vtroque Scripturæ loco petenda. Deus gloria, inquit Stephanus, apparuit patri nostro Abrahamæ, cum esset in Mesopotamia, id est in terra Chaldæorum, vt ipse mox explicat, priusquam moraretur in Charan. Ex dixit ad illum. Exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram, quam monstrauero tibi. Tu c. exiit de terra Chaldæorum, & habitauit in Charan. Causam profectiois explicauit Stephanus, modum explicat Moses, dicens, Tulit itaque Thare Abram filium suum, & Lot filium Aran, filium filij sui, & Sarai nurum suam, uxorem Abram filij sui, & eduxit eos de Vr Chaldæorum, veneruntque vsque Haran, & habitauerunt ibi. Causam aliam explicat Achior apud Holophernem; Quoniam, inquit, noluerunt sequi Deos patrum suorum qui erant in terra Chaldæorum. Deserentes itaque carum patrum suorum, que in multitudine Deorum erant, vnum Deum cæli coluerunt, qui & præcepit eis vt exirent inde, & habitarent in Charan. in codice Græco additur de Chaldæis, & eiecerunt eos à facie Deorum suorum, & fugerunt in Mesopotamiam, & habitauerunt ibi dies multos, &c.

Deus ergo vexatos pro confessione nominis sui consolaturus, siue ipse per se, siue per angelum suum, in specie quadam gloriosa, & illustri apparuit Abrahamæ; propterea enim Deus gloriæ appellatur à S. Sephano. Caietanus ait dormienti apparuisse, & migrationem præcepisse à terra, & cognatione sua: nisi qui forte vltro comites peregrinationis esse vellent. Itaque Thare non solum comes, sed dux etiam factus est viæ, vt diximus, idque ob suum in filium amorem, vt ait Chryostomus. Quare autem Nachor patrem fratremque secutus non fuerit, cur putamus, inquit, August. nisi forte quod à paterna, & fraterna religione desinerat, & superstitioni adhaererat Chaldæorum? Postea tamen venit ipse quoque in Charan, vbi, Iosepho teste, postea cum fratre patrem defunctum sepeliuit. Nec tamen cum eo in Chananitidem abire voluit, diuina ita

dispensante prouidentia, quæ solis Abrahamitis, & ne omnibus quidem, Chananitidem destinaret.

ANNVS MVNDI 2113.

THARE 205. ABRAHÆ 75.

NINYÆ 23. Imperij Assyriorum 80.

ANTE CHRISTVM 1940.

OBILITATVR hic annus morte Patriarchæ Tharæ, filij gloria, quam propria longè clarioris. Mortis locum & tempus Scriptura notat; quam apud Septuag. dubiam declarat S. August. vt scilicet 205. anni vitæ ipsius non transacti, sed finiti fuerint in Haran. Cæterum de aetate Abrahamæ sub mortem patris, satis disputatum est primo anno Abrahamæ. Funus ab vtroque fratre, Abrahamo inquam, & Nachore curatum est, vt paulo ante ex Iosepho diximus. Restat de Thare explicanda breuiter hoc loco illa quæstio, fuerit ne Thare cultor idolorum, nec-ne. Non enim desunt quæ in vtramque partem dicantur, & ancipitem Lectorem teneant.

Partem ergo aientem tuentur Hebræi apud Lyranum & Abulensem, aiuntque eum in cultu idolorum tam perditè insanisse, vt Abrahamum auersantem idololatriam apud Nembrodum accusaret, eiusque iussu in ardentem fornacem coniectus sit, ibique diuino beneficio incolumis perduravit. Aran autem in eadem extinctus sit. Male quoque audit Thare hoc nomine apud Epiphanium & Suidam, & apud ipsum Iosue, qui eum annumerat patribus Israëlitarum, qui trans Euphratem diis alienis seruierant. Idemque videntur sentire Sancti Augustinus, atque Chryostomus, qui etiam mortuum in infidelitate significat, & inter illum ac filium magnum chaos in inferis interiectum esse. Pro parte negante afferri potest ille ex Iuditha locus, in quo dicuntur patres Israëlitarum eiekti ex Chaldæa, quod idolis seruire nollent, & fugisse in Mesopotamiam. Atqui isti memorantur à Mose, non solum Abram, & Lot, sed etiam Thare. Idemque sentit August. quem paulo ante retulimus memorans paternam fraternamque, id est, Tharæ atque Abrahami pietatem.

Conciliandæ videntur hoc modo ambæ sententiæ, vt dicamus Thare aliquando in Chaldæa idololatria fuisse contaminatum, sed mox diuinitus Abrahami opera fuisse conuersum, & cum eo in veri Dei cultu perseverasse. Priorem huius assertionis partem confirmant verba Iosue, quæ non simpliciter affirmant Tharam fuisse idolorum cultorem, sed cum habitaret trans flumen. Posteriorem probat Abrahamæ pietas in Deum, & in patrem suum: Dei quoque in Abrahamum amor, & in senem, qui pro eius cultu persecutionem passus patria exularet. Quin etiam existimo causam commorationis Abrahamæ in Haran cum patre suo fuisse, vt ne eum cito moriturum desereret spirituali auxilio destitutum, sed ad piæ ac re-

I. Mors Tharæ & funus.

a. l. 16. de Ci. c. 14.

An idola coluerint.

II. Pars aicns b. in 11. Gen. 2. 20.

c. lap. 16. de Ci. c. 12.

d. hom. 31. in Gen.

e. c. 5. v. 7. in Græco.

f. A. m. 22108. n. 5.

III. Tharæ initia deteriora, finis laudabilis.

ligiose moriendum iuaret. Quin etiam ratio humanitatis ac iustitiæ postulabat, vt quoniam pater in gratiam filij patriam deseruerat, filius in gratiam patris institutam peregrinationem ad aliquod tempus differret. Iam quod ad insulam illam fabulam, quam passim omnes reiciunt, recte dici potest insanire Rabinos, qui Taræum ita insanisse putant, itaque omnem sensum humanitatis exuissent. Dicamus potius Thare plenum dierum, in senectute bona animam Deo, pro cuius honore vexatus fuerat, in manibus Abraham filij sui pie reddidisse, in fide, spe, & charitate venturi Messia.

cedem offert omni expectatione maiorem. Etsi enim vaga & incerta peregrinatio liberorum procreationi solet officere, in præmium tamen obedientiæ, ei posteritatem copiosam pollicetur, *faciamque te in gentem magnam*, non carnalem tantum, quæ stellas cœli numero, & arenas maris æquet; sed spirituales, vt futurus sit omnium credentium pater. Pollicetur deinde opes & copias, dignitatem, corporis incolumitatem, & vitæ diuturnitatem, & *benedicam tibi*. Hæc enim omnia benedictionis nomine continentur. Accedet fama & gloria, nominisque celebritas, & *magnificabo nomen tuum*. Denique omni benedictionum genere cumulatum iri significat, *erisque benedictus*, quod possumus ad benedictionem æternæ felicitatis referre. Addit etiam se in gratiam eius amicum fore amicis eius, id est beneficium: amicitia enim Dei in homines beneficentia est, *benedicam benedicientibus tibi*. Inimicis autem tuis & tuorum, hostis ero, eosque supplicis afficiam, *maledicam maledicentibus tibi*. Denique quod omnium maximum est, *in te, id est in semine tuo, quod nascetur ex te, benedicentur vniuersa cognationes terra*, nimirum in filio Abraham, Iesu Christo Domino nostro, in quo pater *benedixit nos omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo*, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem.

Sed iam Abrahamum cum sociis abeuntem prosequamur. Tulitque *Sarsi uxorem suam* ait, Moses, & *Lot filium fratris sui*, quem non recte adoptatum ab Abrahamo Iosephus arbitratur, neque enim iuuenis erat, vt ille putat, vt qui vno anno senior erat Sara, vt est in chronico Hebræorum. Sara vero quæ 10. tantum annis erat iunior Abrahamo, agebat nunc sexagesimum quintum. Adde quod Abraham nusquam vocat Lotum filium, sed fratrem, quod factum oportuisset, si eum adoptasset in filium. Quin etiam constituisset eum hæredem bonorum suorum, non autem illum à se, quasi alterius familiæ patrem, segregasset. Tulit quoque secum Abraham, quasi nunquam reuersurus in Haran, vnde abibat, *vniuersam substantiam quam possederant, & animas quas fecerant in Haran*. Pecora intelligit substantiæ nomine, hæ enim erant Patriarcharum diuitiæ, vt de Iobo, Loto, ipsoque Abrahamo constat, quamquam aurum quoque & argentum intelligere nihil vetat, vt ex alio loco Genesios aperte constat.

Animas autem intelligit homines, non quos genuerat, decem enim annis adhuc liberis caruit, sed seruos & ancillas emptitias, & vernas ex illis magno numero natos. Onchelus in paraphrasi Chaldaica, animas quas fecerant interpretatur, quas subiecerant legi. Tradunt enim Hebræi Abrahamum viros, Saram vero mulieres in vero Dei cultu instituisse, atque ita eas Domino procreasse, iuxta illud Apostoli, *Filii mei, quos iterum parurio, donec formetur Christus in vobis*. Existimatque probabile Testatus, eos quos ibi ad veri Dei cognitionem cultumque traduxerant, cum abeuntibus esse profectos, in Chananitidem, vt magis ab eis studerentur; & ne si in Haran remanerent, iterum ad idolorum cultum, impiorum consuetudine, aut vexatione transferrentur. Huic

Tyrannus. Testatus. Pererius.

I. Egressio Abraham ex Haran. Gen. 12. 4.

Alteri Dei apparitio.

b Abraham 70. n. 1. 2.

II. Fide & obedientia laudabilis. c cap. 11. 8.

d cap. 12. 2. III. Dei promissiones factæ Abraham.

ANNVS MVNDI 2114.

ABRAHÆ 76. PROMISSIONIS I.

NINYÆ. 24 S. Imperij Assyriorum 183.

ANTE CHRISTI ORTVM 1939.

a Ephes. 3.

IV. Socij abeuntis ex Haran. b Gen. 12. 5. An Lotum adoptarit.

c Gen. 13. 4.

V. Abraham numerosa familia.

d Gal. 4. 19.

& regnum fictitium.

a hęc anno. 9.

b l. 1. Ant. c 7.

V I. Peruenit in Chanaan.

& Sichem.

c cap. 24. 1.

VII. Et conuallem illustram.

Adrich. & Brocard. d Gen. 13. 10.

e c. 13. 14. & c. 15. 18. & c. 26. 3.

VIII. Tertia Dei apparitio facta Abraham, cum promissionem terræ.

multitudini comitum inferioris notæ, fauent illi 318. vernaculi ad pugnam expediti, & fabula Abrahamitici regni in Damasco, quam in Annalibus a refutauimus. Hic tantum dico, si regnum fuit, paucorum dierum fuit. Hoc enim ipso anno non solum peruenit in Chanaan, sed in Egyptum etiam profectus est peregrinus. Credimus itaque Damasci duntaxat ad vicinum pagum fixisse tentoria, ibique dies aliquot substitisse, ex quo deinde datum sit illi loco nomen, vocatusque sit, Abrahami domicilium, vt scribit ex Nicolao Damasceno Iosephus b.

Cumque venissent, ait Moses, in terram Chanaan, pertransiit Abram terram vsque ad locum Sichem, Septuag. habent, & perambulauit Abram terram in longitudinem ipsius, vsque ad locum Sichem. Nimirum Damasco venit in Emath. siue Reblata, qua venit etiam Nabuchodonosor in Iudæam; ex Emath autem vsque ab Bersabee, quæ respicit Egyptum, terræ promissæ longitudo desumitur. Itaque non assentior Toruicello existimanti Abraham venisse per eandem viam, per quam postea Iacob cum rediret de Mesopotamia: scilicet per montem Galaad, & Manaim, & Socoth, & c. Ea enim est latitudo terræ, non longitudo. E sane, si quam fidem habemus Ptolemæi tabulis, venientibus ex Haran in Sichem, siue Neapolim, vt eam ille nominat, rectissima via est per Damascum. Porro Sichem & Sichina, & Sichar, quæ post ruinam restaurata, dicta est Neapolis, admodum celebris est in Scriptura: fuit enim præfiscis temporibus metropolis Samariæ, sita in monte Ephraim; quam Abraham primum vestigiis nobilitatam, Ioseph ornauit sepulchro suo, & Iosue c mortuus totius populi comitiis, renouatæque cum Domino federe honorauit.

Cum autem Abraham in Sichimis aliquandiu substitisset, vltius iteridem versus progressus est, secundum longitudinem regionis Chananæorum, venitque in conuallem illustram, quæ & vallis Saue, & vallis regis propter fertilitatem, & amœnitatem dicta est; quæ incipit à Bethsan, siue Scythopoli ad mare Galilææ, & extenditur secundum Iordanis decursum, vsque ad mare mortuum, eratque illustrissima, priusquam Dominus subuerteret Sodomam, medioque Iordane irrigabatur sicut paradysus Domini, vt ait Moses d. Dicitur autem is locus à Septuag. quercus excellentia, quod ea planities quercetum haberet proceris arboribus consitum. In hac porrò planicie, quam tum Chananæi latè possidebant, apparuit Dominus Abraham in somnis, vt Caietano placet, aut vigilanti, vt mauult Pererius, & dixit ei, *Semini tuo dabo terram hanc*; eaque promissione deinceps terra promissionis dicta est, quam etiam postea e sæpius iteratam reperiemus.

Cum ergo inter Chananæos peregrinaretur Abraham, sine lare, sine solo, sine domicilio, Deus eum consolari volens tertia eum apparitione dignatur. Prima enim in Chaldæa fuit, ad iubendam migrationem ex patria. Altera in Mesopotamia. ad eandem redintegrandam post mortem Tharæ: tertia ad eum in suscepta peregrinatione consolandum, facta

illi promissione terræ, in qua peregrinabatur; quam Patriarcha nomine posterorum suorum sic accipit, quasi iam tum in possessionem mitteretur. Erigit enim altare, quod sit grati in Deum animi monumentum, simulque acceptæ, & acquisitæ possessionis indicium: denique consecratæ vero Deo regionis argumentum. Hæc est terra quam se ei monstraturum promiserat; nunc factis liberalior quam promissis, spondet se eius dominium ipsius posteritati traditurum. Neque altare solum excitat, sed in eo etiam Domino sacrificat, & cætera religionis officia Deo cumulatè exhibet. vt Iosephus affirmat a, & alij post eum.

Inde autem mouens progreditur in dicta conualle illustri, orientem versus simul & meridiem, terendique tabernaculum suum ab occidente habens Bethel, & ab oriente Harædificauit quoque ibi altare Domino, & inuocauit nomen eius. Quidam vertunt, & *predicauit aliis in eo loco Dominum*, itaque videtur legisse Chryostomus b, cum ait, *Volebat hunc doctor fieri, nunc quidem omnibus Palestinis, pualo post autem etiam Egyptiis*: idque valde consentaneum est tam pietati Abraham, quam zelo salutis animarum, quo feruebat. Neque vero ad Bethel quies est Patriarchæ, inde enim ultra progreditur ad meridiem Egyptum versus: opportunè. Nam facta est fames in terra; descenditque Abraham in Egyptum, vt peregrinaretur ibi. Noua exortitur lusti probatio, exercitatioque virtutis. Nam ad vitam instabilem, in solo ignoto, ignotis hominibus, ignota lingua, accessit igens fames, quæ magnæ familiæ patri, igentem sollicitudinem afferret.

Hanc profectioem extremo hoc anno apparet contigisse. Nam Seder Olam, *Is ipse est annus, inquit, quo exit Abram pater noster de Haran, est annus sanis, cuius causa descendit in Egyptum, ubi transiit tres menses*. Sic ibi. Extremum autem annum requirit non solum longitudo peregrinationis iam obitæ, ab Haran Damascum vsque, ac Sichem, & Bethel, sed sæpius etiam fixa refixaque tentoria. Accedebat etiam multitudo pecorum, mulierum, paruulorum, quos necesse erat lentè progredi, & sæpè quiescere, re quod timebat Iacob, cuncti greges c *vno die morerentur*.

Ergo extremo anno descendit Abraham in Egyptum. Sed dum maximè profectioem adornat, valde ancipiti cura distrahitur. Nam hinc fames iter non solum suadet, sed extorquet: è contrario metus mortis, vel deditoris propter vxorem, ab eo vehementer auertit. Tandem visum est commodum Saram dissimulare vxorem, sororem fateri, vt Egyptij spè coniugij fratrem colerent, qui virum interfecituri erant: quod tamen coniugium sperabat diuina prouidentia impeditum iri, sicut & factum est. Interim maluit vxorem exponere periculo incontinentiæ d, quam seipsum periculo mortis.

Mitum est autem mulieris celebrari pulchritudinem, quæ 65. annum superaret. An zelotypia mariti oculis illudebat? an potius Sara multum de pristina pulchritudine retinuerat, quæ caruerat ærumnis ac doloribus partuum? An etiam pulchra erat compara-

eiisque acceptione.

Erigit priu altare.

a l. 1. c 7.

IX. Altera comoratio, & altare ad Bethel.

Eius animarum zelus. b hom. 31.

& migratio in Egyptum.

X. Extremo anno facta.

c Gen. 33. 13.

Sollicitudo Abraham pro Sara.

d vide August. 1. 16. de Civ. 1. 16.

XI. Sara pulchritudo.

a Abu.
g. 29. in hūc
locum.

Abraham
nec dicit.
nec suadet,
menda-
cium.

I.
Abrahā in
greditur
Ægyptum.

a c. 12. 14.

Sara addu-
citur ad re-
gem.

& Abrahā
benef.

II.
Deus sab-
uenit Abra-
hā.

b in lib. de
Abram.
Quæ Pha-
raonis fla-
gella.

ione mulierum Ægyptiarum, quæ passim crite nigriore, capillo crispo ac breui, prominentibus labris, felleis oculis, dura carne erant, & toto corpore ad seruitutem nato? At a num tam præpostero iudicio futuri erant Ægyptij, vt homicidium præ adulterio leue crimen ducerent, & vt hoc vitarent, illud perpetrarent? Intelligebat potius Abrahamus Ægyptios neutrum crimen reformidaturos, sed per mariti cædem, qui alioqui impediturus, aut vlturus adulterium videbatur, tutam illos & facilem viam ad pudicæ matronæ dedecus munituros. Denique neque mentitus est, neque mendacium suavit Abraham, sed sororis vocabulo ambigüe vsus est, Ægyptiis eam vocem de germana sorore intelligentibus, Abrahamo vero de nepte, quæ soror quoque appellatur ab Hebræis. Hac ergo cautione muniti, extremo anno in Ægyptum perueniunt.

ANNVS MVNDI 2115.

ABRAHAMI 77.

NINYÆ. 25. Imperij Assyriorum 184.

ANTE CHRISTVM 1938.

INGRESSVS Abrahæ in Ægyptum obsecutus esse non potuit, siue quod iam fama de tali viro præcurrebat, qui & sapiens, & opulentus & grandis natu cum esset, plurimæque stipatus familia, deserta patria, in alieno solo peregrinaretur: siue quod hæc ipsa in conspectu iam posita, ipsa insolentia admiranda videbantur. Cum itaque, inquit Moses a, ingressus esset Abram Ægyptum, viderunt Ægyptij mulierem quod esset pulchra nimis, & nunciaverunt principes Pharaoni, & laudauerunt eam apud illum, & sublata est mulier in domum Pharaonis, utique animo potius, quam corpore reluctante, vt quæ per vim abduci potuisset, & non ignoraret quantum ipsa, & vir eius adirent periculum. Cum autem Sara Regis vxor futura crederetur, & ob insignem pulchritudinem, plurimum gratia apud ipsum valitura, & idipsum quoque de ipsius fratre speraretur, plerique passim eius gratiam beneficiis sibi parare conati sunt. Itaque Abrahamo bene vsi sunt propter illam. Eodemque pertinet quod sequitur, fueruntque ei oves, & boues, & asini, & serui & ancilla: & in his Agar Ægyptia, & asina & camelus. Sed hæc à rege data Abrahamo sororio satis docet textus Hebræus, Et ipsi Abram benefecit, nimirum Pharaon, propter eam.

Res erat ad vltimum iam adducta discrimen, cum Dominus famulo suo opportunissimè opertulit, & vtrumque coniugem ab infamia & dedecore liberavit. Flagellavit enim Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum eius, propter Sara vxorem Abram. Quibus autem plagis? Explicat Philo b Tunc scilicet cum Sara ad Deum precibus confugisset, propitius Deus, factusque patientium iniuriam protector, graves penas & cruciatus infligit regi, ita ut amorum & voluptatum oblitus longe diuersas ageretur curas: quemadmodum scilicet euadere posset à tormentis,

quibus sine intermissione dies noctesque afflictabatur. Ita Philo. Itaque venator, ait Theodoretus, habens inter retia pradam, capta frui non potuit, quia morbus impediuit. Neque alia mens S. Augustini fuit, neque Chrysostomi. Quæ ratio conseruata Saræ pudicitia, cæteris, quas Iosephus & alij Hebræi, & Eupolemo apud Eusebium a proferunt longe præstat.

Ergo Pharaon Abraham euocat ad se, eique cum miti querela restituit vxorem suam, Et mirum sane videatur Pharaonem non acerbius cum Abrahamo expostulasse, aut etiam suppliciiis exantlatis exacerbatum, supplicio in illum non animaduertisse. Sed nimirum qui eum de tota re docuit, etiã conterruit, ne asperius aliquid aut diceret, aut moliretur; vt de Labano in Iacobum ira fremente legimus b, & significat hom. 32. Chrysostomus. Imò & officiosum esse docuit, vt qui studiose curarit, ne qua eis iniuria fieret à popularibus suis, que in regis ipsius caput redundaret. Neque parum etiam credibile est, factam illi potestatem multos camelos, atque asinos frumento onerandi, & exportandi in Chananitidem, quando illum muneribus ac diuitis locupletatum scribunt Iosephus, atque Chrysostomus: consentanea iis quæ mox à Moyse de auro & argento Abrahæ dicuntur. Quæ autem de tradita Ægyptiis ab Abrahamo Astrologia dicuntur, in Annalibus c refutata sunt.

ANNVS MVNDI, 2116.

ABRAHÆ 78.

NINYÆ 26. Imperij Assyriorum 185.

ANTE CHRISTVM 1937.

TRANSACTA in Ægypto hyeme, & bona parte veris, reuersus est Abram in Chananitidè cum suis auctior familia, diuitisque locupletior, regressusque est per easdem mansiones, & hospitia, per quæ in Ægyptum descendendo transierat, maximèque ad locum vicinum Bethel, & in eodem altari inuocauit nomen Domini: & videlicet sacrificium gratiarum actionis obtulit Deo.

Narrat deinceps Moses separationem Abrahæ à Loto; ab Abrahamo propositam, conseruandæ charitatis gratia, patrem inter ac nepotem: quam vtriusque pastores rixando inter se labefactare poterant, dum suos, vt fit, herus vterque pastores tueretur. Distuli porò in hunc annum separationem hanc, quod crediderim non tam cito exortam contentionem inter pastores, nec cum exorta est repente ad heros delatam, nec ad primam querelam, statim illatum de separationem sermonem, nec cum illatus est, statim executioni mandatum. Experimento enim didicisse poterat Lot, Deum sibi benefacere propter Abraham, cuius tamen petitionem pacis causa boni consulebat. Itaque cum iam dudum bonorum facta esset separatio, locorum quoque hoc tempore instituta est, ne deinceps alter alterius incrementis officere putaretur. Ita autem ista sparatio intelligenda est, vt vterque

a lib. 9. de
Præp. c. 17.

III.
Eius ad A-
bram quæ-
rela, & re-
stitutio.

b Gen. 31.
29.

ac benefi-
centia.

Num do-
cuerit Æ-
gyptios.

c An. A-
bram. 77.
num. 9.

I.
Abrahæ
reditus ex
Ægypto.

II.
Et separa-
tio à Loto.

III.
Loti epico.

a Gen. 13. 13.

b g. 40. in
cap. 11.

V.
Dei appar-
itio, &c
promissio
facta Abra-
hæ.

c Gen. 17. 7.
d Gen. 13.
14.

e c. 15. 18.

f Act. 7. 5.

V.
Quæ illius
diuturnitas.

g Ioan. 8.
39. 44.

h Filij Abra-
hæ stellæ,
& puluis.

i Ps. 17. 43.

seorsim vteretur conductis à Chananais adibus & pascuis: Isti enim Domini erant locorum, Abrahamus & Lot, aduenæ & inquilini.

Quando ergo separatio necessaria videbatur, & seniori iuniori optionem offerebat, ne quomodo se ab illo circumuentum suspicari posset, elegit Lot regionem circa Iordanem, quam idem fluius irrigatione fecundam reddebat, sicut Nilus Ægyptum, aut suus olim fluius paradysum. Hebræi porò Loto vitio vertunt, quod apud Sodomitas habitare voluerit, qui a pessimi erant, & peccatores coram Domino nimis, vt ait Scriptura, id est publici peccatores, & de summa turpitudine infames: quæ si culpa fuit, non diu caruit poena sua. Cæterum Philo dum studet Abrahæ, iniquior videtur in Lotum, in eumque culpam deriuat pastorum inter se rixantium, quod ex Scriptura probari non potest: & eum Catholicos scriptores sanctum appellare non dubitant. Vide Testatum in hunc locum b.

Cum autem Lot ab Abrahamo separatus esset, noua facta est apparitio, & promissio Domini ad Abraham, vt is intelligeret prius factam ipsi promissionem, Lotum, eiusve progeniem non comprehendere. Est autem hæc promissio terræ, superiore longe magnificentior. Cum enim ibi tantum dixisset c, Semini tuo dabo terram hanc: hinc, Lena, inquit d, oculos tuos, & vide à loco, in quo nunc es, circa Bethel ad Aquilonem & Meridiem, versus Syriam & Ægyptum, ad Orientem & Occidentem, versus Euphratem, & mare Mediteraneum, vt infra quoque repetitur e: omnem terram quam conspicias, tibi dabo, & semini tuo vsque in sempiternum. Quod non totum hoc spatium occuparint, culpa eorum fuit, vt alio loco diceretur. Non dedit quidem terram istam Abrahæ in persona propria, vt constat ex oratione S. Stephani f, vbi negat in ea terra datum Abrahæ, quantum est pedis vestigium. Ei tamen dedit, quia semini eius propter ipsum dedit.

Sed quomodo in sempiternum, cum à mille & sexcentis pene annis ex ea terra funditus exterminati sint? Est et sensus, inquit Caietan. quando erit semen tuum, dabo ei terram hanc, vnde cum desierunt esse semen Abrahæ, perdidit terram illam. Et primum quidem maxima ex parte, quando inde translata sunt decem tribus. Deinde ex integro, cum à Nabuchodonosore euerisa est Hierusalem, illicque concessu Persarum, Græcorum, Romanorum precario habitarent. Postremo inde sine vlla spe reparationis eiectione sunt, post Messiam suum scelestissime trucidatum. Tunc enim penitus desierunt esse semen Abrahæ, verèque dictum est illis, & vos ex parte diabolo estis Nam scite R. Salomon, vt refert Abulenensis in hunc locum, dicebat Deum comparasse filios Abrahæ stellis cæli & terræ pulueri, ad vtrumque eorum statum, virtutis scilicet, atque improbitatis designandum. Quando enim iusti fuerunt, & diuinæ legis obseruatores, instar stellarum fuerunt, quas nemo lædere potest: quando autem facti sunt improbi, vt puluis terræ facti sunt, qui in omnem ventum dispergitur, & ab omnibus conculcatur, & impletur illud Dauidicum h, Et conminuam eos, vt puluerem ante faciem venti, vt lutum platearum delebo eos. Nam in omnes dispersi regiones, miserabilem vbique seruitutem seruiunt.

ANNVS MVNDI 2117.

ABRAHÆ 79.

NINYÆ 27.

Imperij Assyriorum 186.

ANTE CHRISTVM 1936.

DAMVS hunc annum nouæ Abrahæ demigrationi, de qua Moses, Mouens, inquit a, tabernaculum suum Abram, venit & habitauit iuxta conuallē Mambre quæ est in Hebron, edificauitque ibi altare Domino. Tertium hoc altare, nouum est testimonium pietatis Abrahæ, in gratiarum actionem de postrema apparitione, & promissione Domini, vt placet Chrysostomo b. Possimus etiam existimare Abrahamum quico loco diutius habitaturus erat (etsi ex diuino nutu pendens, ad omnem illius oris auram mobilis erat, ideòque neque domos ad habitandum, neque agros ad perpetuū vsu suum emebat) de diuino primum cultu cogitasse, ad suam, totiusque familiæ suæ ordinariam consolationem. Diuturnioris etiam moræ iudiciū est, quod nunc primum cum terræ huius incolis foedus iit, vt collatis studiis, viribusque, facilius ab hostium potentia, atque iniuriis sese tuerentur.

Tres enim fratres, Mambre, cuius erat prædicta conuallis, Escol & Aner sibi foedere copulauit, vt ex cap. sequenti c certum est. Idque factum videtur hoc anno, quem numeramus 15. ex quo Chodorlahomor reges Pentapoleos sibi subiugarat: & quidem factum occasione rupti ab illis foederis, cum rege illo Esamitarum. Cum enim Hebron non multum distaret à Pentapoli, veriti Hebronitæ principes, ne clades illorum in seiplos redundaret, libères Abrahamum virum potentem, & sapientia celebrem, & bello fortem sibi aggregarunt d. Porro ab hac societate istorum quatuor principum nomen ciuitati Hebron datum, indicat ipsum nomen, quod vertitur Societas, quod alij e ab Hebron ductum malunt. Ab iisdem quatuor viris eidem vrbi datum est nomen Cariath Arbæ, id est Ciuitas quatuor. Sed ea de vrbe plura leges in Annalibus f, & apud Bolducium l. 3. c. 3. de Ecclesia ante legem. Vbi Cariath Arbæ, pro Cariath Arbæ dici ait, quod ea ciuitas hoc nomen ab Abrahamo acceperit, à quo ibidem torquata militia instituta fuerit, eorum qui inde filij Enac, vel Enacim dicti sunt. Quæ si minus vera sunt, non sunt inconcinne inuenta.

ANNVS MVNDI 2118.

ABRAHÆ 80. NINYÆ 28.

Imperij Assyriorum 187.

ANTE CHRISTVM 1935.

PVGNAT hoc anno Chodorlahomor, eiusque socij reges contra Pantapolitas, quos ex

I.
Abrahæ mi-
gratio, in
Hebron.
a Gen. 13. 13.

b Hom. 34.
in Gen.

II.
Et foedus
intu cum
Hebronitis.
c c. 14. 13.

d Serar. in
14. Iosue.
Hebron vnde
dicitur.
e Bolduc.
l. 2. c. 10.
f Vide a. m.
1931. n. 99.
g hoc anno
num. 4.

I.
Bellū Cho-
dorlah. con-
tra Pentap.

a Gen. 14. 1. 1. & c.

pugnant & spoliant, moxque ad Abrahamo, vice versa, expugnati spoliatur. Ratio temporis ex iis pender, quae anno Abrahæ 67. diximus: est enim hic annus ab eo decimus quartus. De quo sic loquitur. Moles Duodecim annis seruiuerant, Pentapolitæ pendentes tributum regi Chodorlahomor, & tertio decimo anno recesserunt ab eo: pertæsi tributariæ seruitutis, igitur decimo quarto venit Chodorlahomor, &c. quibus verbis etiam causa belli huius continetur. Iterata assertio in seruitutem. Verum si mentis oculos in Pentapolitas conuertamus, & cogitemus homines pessimos, & peccatores coram Domino nimis, facile erit intelligere hæc verbera, sine diuina prouidentia contigisse. Prima verbera senserunt cum ante quatuordecim annos amiserunt libertatem; secunda hoc anno, cum amiserunt omnia bona sua. Sed vide diuinæ prouidentiae dulcedinem, antequam ad extrema procederet, Letum ad eos misit, qui verbo & exemplo, illos ab immanibus flagitiis reuocaret: misit Abraham, qui omnia bona recuperaret & redderet. Vbi neque virgæ, neque oscula profuerunt, secutum est incendium.

Eiusque causa.

II. Qui belli socij.

Authores Belli huius fuerunt Persæ, qui & Elamitæ dicuntur, duce Chodorlahomere, cui suppetias tulerat Amraphel rex Sennaar, id est Babylonæ, quæ hoc tempore subiecta erat Assyriis, apparet hunc, qui Rex appellatur, fuisse Babylonis gubernatorem, subiectum Ninyæ, qui omnia per præfectos suos administrabat, vt supra ex Diodoro diximus. Cæteri quoque Reges sub auspiciis regis Elamitarum in hoc bellum profecti sunt, vt Scriptura aperte significat. quamuis Amraphel dignitatis nomine primo loco ponatur. Hi ergo contra quinque ciuitatum reges arma sumpserunt, & conuenerunt in vallem syluestrem, confitis videlicet arboribus amœnam: quam vallem falsam ab euentu Septuaginta vocant b, cui vulgata consentiens, quæ, inquit, nunc mare salis, quod & mare mortuum dicitur, eo quod nihil in eo dicatur posse viuere. Antequam autem Pentapolitanos aggredierentur, populos illos ab Oriente & Meridie positos deuastarunt.

b Gen. 14. 3.

III. Ignauia Pentapolitanorum.

Quæ regiones cum valde late pateant, & totam penè Chananitidem ab Oriente & Meridie cingant, non potuerunt paucis diebus ab hostili exercitu percutari, ac deuastari. Ex quo intelligitur diuina in Pentapolitanos indulgentia, quæ eos interea alieno malo sapere volebat, & emendari. Intelligitur etiam eorum vel ignauia, vel iustus metus, qui cum à tempore defectionis, ad bellum non dubium parati esse debuissent, & nunc alacres hosti venienti occurrere, vix tandem ex suis vrbibus egressi sunt, direxeruntque aciem contra eos in suburbiis suis, valle scilicet syluestri. Nimirum libido non molles solum & ignauos reddit homines, sed stupidos etiam ac vecordes. Ergo pararunt prælium in propinqua valle: cuius multos bituminis puteos idcirco memorat, quod is locus electus putetur, vt hostes locorum ignari, iis per imprudentiam absorberentur; quod tamen potius plerisque Pentapolitanorum terga uertentibus, & præcipiti pauore fugientibus, exitio fuisse merito creditur.

c l. 1. Ant. c. 9.

IV.

Assyrij, hoc enim nomine Iosephus c omnes istos regulos comprehendit, obtenta victoria,

non diù fugacibus hæere tergis, sed ad prædam conuersi, tulerunt omnem substantiam Sodomorum, & Gomorrhæ, & reliquarum videlicet vrbium, & vniuersa quæ ad cibum pertinent, & abierunt. Egregiè pugnatum ait Iosephus à Sodomitis contra Assyrios, quod de hominibus luxuria perditis parum probabile arbitror. Certè Scriptura non pugnam, sed fugam duntaxat, & casum memorat. Et Chryostomus a ait Assyrios hostes suos, etiam aspectu suo in fugam vertisse, quæ est Philonis b quoque sententia. Abduxerunt autem & Lotum, qui habitabat in Sodomis, omnesque fortunas illius. Quod à Deo permisum ait Chryostomus, vt Patriarchæ virtus, & gratia apud protectorem Deum, in eo liberando monstraretur; qui fortasse illo non capto non sumpsisset arma: Et vt diuino iudicio patienter acquiescamus, dum permittit impios euadere laqueos venantium, & iustos in tentationem cadere. Nam his cum tentatione victoria præparatur, illi ad incendium referuntur.

Assyriorum victoria & præda.

a hem. 34.

b lib. de Abraham.

V. Abraham parat liberare Lotum.

Sed iam Lotum cladi eripiamus. Quidam enim qui eam euaserat, rem nuciauit Abram Hebræo, & dicitur habent Sept. allusione facta ad notationem vocis Heber, siue ad innuendum obiter genus Abrahæ, siue ad distinctionem principum Hebronitarum, qui hic memorantur, qui cum Abrahamo fœdus superiore anno pepigerant, vi cuius fœderis, nunc Abrahæ commilitones facti sunt, vt patet ex fine capituli huius, et si Philo, vt gloriosorem reddat Abrahæ victoriam, commilitonibus caruisse dicat. Abram igitur clade nepotis sui cognita, numeravit expeditos vernaculos suos trecentos decem & octo, & hostem persecutus est vsque ad oppidum Dan quod in extremis Idææ sinibus ad Iordanis fontes situm est. Hic porro numerus famulorum Abrahæ, qui domi eius nati erant, aperte docet quanta esset eius familia. Nam illi, vt Caietanus notat, post Ambrosium atque Chryostomum, electi sunt de multis ad pugnam idonei relictis domi senibus, paruulis, inualidis, mulieribus, empriis etiam, v: Philoni placet, ad curam tot animalium, & domesticum ministerium necessariis.

c Hebr. 7. 2.

d in Trad. in Gen.

VI. Eius seruorum copia confirmatur.

c Diodorus l. 26. d in eius vita. c l. de Træq. an. c. 8.

VII. Abrahami prudentia, & victoria. f l. 1. Ant. c. 10.

Nec est quod Porphyrius aliquis, aut Iulianus Scripturam in hoc seruorum numero suspectam habeat. Recordetur Tiberium Minucium Romanum equitem quadringentos seruos domesticos armantem e. Turbam seruorum M. Craffi, ad quingentos authore Plutarcho d excurrentem. Demetrium Pompeij magni liberum, cui quotidie seruorum numerus, velut Imperatori exercitus, Seneca teste e, referebatur. Hermetem præfectum vrbis, & Quinium Gallicanum, vtrumque Martyrio coronatum: quorum ille in die sancto Paschæ 1250. seruos manumiserat: iste quinque millia. Octo etiam millia Melania iunior apud Palladium, quæ, aliæque plura studiosè colligit Laurentius Pignorius, in commentario pererudito de Seruis. Sed omissis illotis, redeamus ad Spartam.

Quinque dierum fuisse hoc iter scripsit Iosephus, idque ferè cum Adriehomij tabulis congruit. Cæterum vt Abrahæ fortitudini cooperaretur industria, dimisit socios, vt pluribus ex

locis

a l. 1. c. 10.

10. vbi vbi equitatum.

VIII. Abrahæ facta gratulatio. b cap. 14. 2.

c Hebr. 7. 2. d in Trad. in Gen. e l. 7. de Bell. c. 18.

IX. Eum fuisse Chananzu communi consensu. f Ep. 126. ad Enagr.

g l. de Cæl. Hier. c. 9.

locis simul hostes incautos inuadens, & perturbationem inferret, & auferret elabendi facultatem. Deinde nocte irrui super eos, vt facilius inermes, semi-somnes, quietos, & nihil minus, quam de hoste & pugna cogitantes, opprimeret: neque illi paucitatem hostium agnoscere possent, & consciam suscitare virtutem. Ergo cum omnia clamoribus, & confusione plena essent, & cuncta credibus miscerentur, omne præsidium in nocturnis latebris, & fuga posuerunt: quos nihilominus sequenti luce, vt ait Iosephus a, persecutus est Abraham vsque Hoba, quæ est ad Lauam Damasci. Inde victor cum suis ad locum reuertitur, in quo hostem oppræslerat, locum spolijs corrasa & congesta, opulentum, reduxitque omnem substantiam, & Lot fratrem suum cum substantia illius, mulieres quoque & populum. ne vno quidem suorum amisso, vt ait Philo. auctusque ingenti equorum & iumentorum numero.

Egressus est autem rex Sodomorum b. Baram ante vocauerat, qui se mortis periculo strenuè fugasubdaxerat, moxque desolatam vrbem, fœdissima nequitia ganeam, repetierat. Inde egressus, audita Abrahami victoria, venit in occursum eius, siue tam insignem gratulaturam, siue sua, suosque è captiuitate reduces recuperaturum. Verum non vnus Bara veniobuiam Patriarchæ. Venit enim & Melchisedech rex Salem, proferens, siue offerens in sacrificium gratiarum actionis Deo panem & vinum erat enim Sacerdos Dei altissimi, & benedixit ei: Abrahamo videlicet, à quo, vice versa, decimas omnium accepit, vt interpretatus est Apostolus c.

De hoc autem Dei sacerdote, & rege Salem, quæ postea Hierusalem dicta est, non leuis est controuersia, fuerit-ne Sem primo genitus Noë, qui adhuc erat in viuus; vt ex anni huius indice constat. Partem aientem non pauci tuentur, Hebræi in primis apud Hieronymum d, & Isidorum; sed eam traditionem non esse valde antiquam argumento est Iosephus e qui cum alioqui totus sit in laude surgentis, non tamen hunc aut Semum, aut ex Semi gente aliquem esse dixit, quæ est omnium Abrahamitarum origo, sed Chananzorum dynastam, qui patria lingua Rex iustus appellatus sit. Eandem traditionem ignorauit & Philo qui cum sapius regem istum laudauerit, nunquam tamen ad suam gentem pertinere dixit.

Dicimus igitur Melchisedechum Chananzorum ex gente oriundum, alium à Semo extitisse. Hæc communis Patrum sententia est. Nam Hieronymus f, Verti me, inquit, ad Hippolytum, Irenæum, Eusebium Casariensem, & Emisenum, Apollinarem quoque nostrum, & Eustathium, qui primus Antiochens Ecclesie episcopus, contra Arium clarissima tuba bellicum cecinit, & deprehendi horum omnium opiniones, diuersis argumentationibus ac diuerticulis, ad vnum compitum peruenisse, vt dicerent Melchisedech hominem fuisse Chananzum, regem vrbis Hierosolyma, &c. Idem sentit magnus ille Areopagita g, qui eum ex gentibus conuersum ait, Angelorum ministerio, sicut & seip-

sum. Idem Epiphanius, qui se id chronologica ratione demonstrasse putat. Idem Procopius, qui contrariam opinionem stultam putat, & impossibilem. Idem S. Martyr Ignatius; quem enim virginem fuisse asserit, omnino Semum fuisse negat. Idem Theodoretus, qui et si genus eius ignotum ex Apostoli sententia fatetur, verisimile tamen putat eum ex illis ortum gentibus, quæ Palestinam incolebant, vt qui ibi Rex esset, & Sacerdos. Idem Iosephus sensit, & sine dubio Philo, vt diximus. Idem Chronicum Alexandrinum & Suidas, qui etiam addit eum in Salem annis regnasse 113. perque omnem ætatem fuisse virginem. Accedunt ex recentioribus, Pererius, Ribera, Iustinianus, Del Rio, & alij.

Probatur autem hæc sententia. Nam cum constet ex multis Scripturæ locis, totam Chananitidem à posteris Chanaan fuisse possessam, eamque illis regionem forte obrigisse, sicut Semo regiones vltra Euphratem, vt ex Iosepho, contentancè Mosæ narrationsi suo loco diximus, qui sit credibile, ait Pererius, aut Semum regnasse inter Chananzos, aut Melchisedech in Chananzorum regione Pontificatum & regnum obtinentem, non fuisse Chananzum? Accedit quod Melchisedech nullam habet in Scriptura genealogiam: Semo autem eam habet, per omnes maiores, posterosque descriptam. Habet, aiunt aduersarij, genealogiam sub nomine Semi, non sub nomine Melchisedech; quasi de nomine quæstio sit, non de homine ipso: hominis autem, si ille fuit Sem, & genus & anni in Scriptura traduntur. Sed hæc aliæque id genus in Annalibus pluribus refutata reperies.

Maneat ergo Melchisedechum alium planè esse à Semo; ex quo etiam sequitur, Melchisedech non esse cognomen Semi, ipsi attributum, ad commendationem iustitiæ eius, sed esse nomen eius proprium, tametsi nominis significatio, personæ moribus, & virtuti congruat. Non defuit etiam nuper, qui noua metamorphosi Melchisedechum in Henochum mutare conatus sit, quem in præfatione quinti Tomi non negligenter refutauimus.

Obuiam ergo processit Abrahamo Melchisedech, et si Sacerdotij dignitate superior, ex officiosa demissione animi, protulitque panem & vinum, non nudi conuiuij gratia, frustra quippe fieret mentio Sacerdotij eius; neque ad subueniendum necessitati exercitus, is enim minime indigebat cibaribus, quippe qui recuperauerat omnem prædam, Sodomis, aliisque ex locis sublata, in qua magna erat ciborum copia, vt nominatim Scriptura notauit. Illud tamen Iosepho, & aliis, qui hic tantum prophanum conuiuium agnoscunt, concedi potest, Melchisedechum, postquam vt Sacerdos panem & vinum Deo, in gratiarum actionem obtulit pro victoria, eisdem etiam panes sanctificatos, tam Abrahæ quàm socijs eius, edendos præbuisse; vt multo post ab Achimelecho Sacerdote factum legimus, in gratiam Dauidis. Abrahæ quoque, vt famulo Dei excelsi, beneprecatur, cuius opera cedunt in laudem & gloriam altissimi Dei, cuius erat ipse Sacerdos. Tum

X. Probatur ratione non esse Semu.

Neque Henochum.

XI. Offert Deo sacrificium gratiarum.

Actionis, & conuiuium populo.

1. Reg. 21.

& Deum laudat, eique gratias agit, agnoscens à Domino exercituum victoriam de hostibus esse profectam.

XII. Vice autem versa nouus Imperator Pontifici dedit partem Deo dicatam ac debitam, decimas de tota præda hostibus erepta. Proprie autem sumendam hoc loco decimam, quidquid dicat Caietanus, docet Chaldaea paraphrasis, quæ decimam interpretatur vnam ex decem: neque decima aliud significat quam eam partem, quæ nonam ordine sequitur: itaque etiam Græcè & Hebraicè sumitur puta de mancipiis decimum dedit, de equis & pecoribus decimum quoque: qui mos passim legitur ab Ethnicis obseruatus, demone perpetuo diuina sibi iura & gloriam arrogante. Sic Leuitica decimæ vere erant decimæ, quibus hæc componit Apostolus. Ut sine causa videatur Caiet. improprie decimam interpretari de aliqua portione quæ solet dici decima, licet forte sit duodecima, vel decima quinta: viderique possit studiose patrocinari hominum parcitati, quæ durare putare cœpit, illi, à quo decem acceperat vnicum reddere.

XIII. Videtur autem dedisse decimas de omni præda Assyriis erepta, cum Pentapolitanorum tamen consensu, in iis, quorum domini erant quibus gratissimum esse debuit, de decem paribus amissis, nouem recuperare, & ponere in lucro, quod præter spem reciperent, non in damno, quod Dominio, & eius sanctissimo Sacerdoti largirentur. Eius autem consensus, quem dixi, perspicuum dedit indicium Res Sodomorum, cum professus est se personis, parciatibus, ac domesticis suis, contentum, cæteri omnibus eedere. Quod autem tam serio Abrahamus, atque iurando adhibito, negat se quidquam sibi accepturum de Pentapolitanorum præda, causa est quod id Deo promiserat, dum proficisceretur ad bellum, siue ut eum in difficili victoria propitium haberet, siue ut homines intelligerent se tantum adiuisse discrimen hominum salutis, non propriorum emolumentorum causa. Prudenter autem addidit, ea omnibus quæ tua sunt. Non enim diffidit se prædam, quæ Barbarorum propria erat, in rem suam conuersurum. Duo tamen excipit, primo esculenta, quæ cum distinguere non possent, à suis quoque famulis, pro sua parte consumpta fuerant: neque enim bobus triturantibus ora fuerant alliganda. Secundo quæ in partem obueniebant sociorum fœderatorum, quorum iuribus nihil sua ipsius abstinentia, detractum volebat. Est enim iure gentium, ut quæ iusto bello acquisita sunt, in dominium victorum transeant.

XIV. Cæterum quoniam neque Melchisedecis initia, neque finis notus est nobis, neque ue vir clarissimus consuetis talium virorum elogiis carere debet, eius gloriam, quæ maximè posita est in ipsius cum Christo Domino similitudine, & 13. capitibus continetur, pius Lector in Annalibus nostris reperiet explicatam; & in epitaphio quod ex Apostolo Paulo mutuati sumus, ut sepulchro inscribi possit, ne quis illud forte fastidiat. *Hic situs est summus Dei altissimi Sacerdos, vir omnino magnus, aut verius miraculorum virorum. Quippe qui licet sine patre fuerit, sine matre, sine genealogia, virumque habuit parentem, & vtriusque genui*

Qui initio dierum carens, longe post initium temporis factus est. Qui finem vite non habens, vitam ita morte conclusit, ut vitam assecutus sit, cuius nullus est terminus, nullus finis. Rex fuit, sed iustitie simul & pacis. Pontifex fuit diceturque, Sacerdos in perpetuum, qui in diebus carnis sue, obtulit Deo sanctum sacrificium, immaculatam hostiam panis & vini: quo sacrificio augustius diuini filij Dei, cui assimilatus est, dedicauit Sacramentum. Non regnavit aut vixit, sed vixit, & regnat cum eo, qui se dignatus est dicere Sacerdotem secundum ordinem Melchisedech.

ANNVS MVNDI 2119.
ABRAHÆ 81.
NINYÆ 29.
Imperij Assyriorum 188.
ANTE CHRISTVM 1934.

AVLO post prædictam victoriam, visionem Domini, quæ habetur decimo quinto Genet. Abrahamo contigisse, multorum sententia est. Quin etiam Iosepho, & Chryostomo, aliisque nonnullis visum est tam victoriam, quam visionem eodem anno contigisse. Rectius tamen visum est in præsentem annum visionem differre, post reditum Abrahami in Hebron, omniaque pacata. Quanquam minime hoc loco de tempore litigandum censo, cum neutram in partem tempus hinc momentum vllius afferat ad turbadam Chronologiam, modo hæc visio post prædictum Bellum, & ante natiuitatem Ismaëlis colloceatur. Eam autem noctu contigisse, ex eo facile colligitur, quod Dominus educit Abrahamum foras extra tabernaculum suum eique celum ostendens, stellas numerare iubet, quas constat interdiu numerari non posse, quæ ipsa ostensio &eductio facile ostendit visionem totam ad extremos sensus pertinere, & vigilanti contigisse, ministerio Angeli specie visibili apparentis. Et si Caietanus eam ad internos referat, Abrahamo in quadam extasi, & altiore contemplatione defixo.

Et porro hæc quinta visio facta diuinitus Abrahamæ, in qua dictum est illi. *Noli timere Abram, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis.* Quid autem timebat Abraham? Rationi consentaneum est, eum apud se reputatam Assyriorum potentiam, quæ in proxima quatuor regum cæde irritata fuerat, aliquid humanitus passum fuisse, veritumque ne illi, coactis maioribus copiis, in Hebron irruerent, seque suosque internectione delerent. At Deus Bellicum timorem illi eripit, spondens se illi instar clypei fore: hac enim metaphora vtitur Hebræus, Græcusque textus.

Anxium ergo Patriarcham Dominus cumulare consolatur, dum, se eum immunem à damnis conseruaturum spondet, & vice clypei omnia periculorum tela depulsurum; deinde amplissima mercede cumulaturum labores eius Dei causa susceptos: præteritam patriæ & cognatorum derelictionem, præsentem peregrinationem, in erigerdis diuino cultui

I. Tempus & modus visionis quintæ Abrahamæ.

II. Domini promissio. Gen. 15. 1. &c.

Abrahamæ merita.

cultui altaribus religionem, in parentis aliorumque peccatorum conuersione pietatem & zelum, in recte instituenda, gubernandaque familia prouidentiam & curam, in aggrediendo reges confidentiam, in nepote liberando charitatem, in despiciendis Sodomitarum bonis magnificentiam, in toleranda ultra octogessimum annum orbitate longanimitatem, in credenda, sperandaque copiosissima posteritate diuinitus promissa inconcussam constantiam, atque firmitatem.

III. Ad hanc mercedis mentionem, statim memoria occurrit, quod maximè infederat animo Patriarchæ, ut scilicet prolem à Deo peteret, per quam eximia illa promissa completerentur, & quidem peteret cum familiari genuitu, & amica querela. *Domine Deus, inquit, quid dabis mihi? ego vadam absque liberis, quasi dicat, Quam ego hic mercedem sperem, cum confenscam orbarus liberis, quibus tamen repositæ sunt promissiones tuæ? Ego iis grandæuus non fruar, nec filios quibus careo, relinquam. Itaque filium procuratoris domus meæ iste Damascus Eliezer, supple, erit hæres meus.* Apoptosis recte conueniens orationi plena affectuum: significans sibi aliquam de vernaculis suis in filium adoptandum, in quo diuina promissa impleantur. Hic bonus Dominus fidelis famuli commiseratione tangitur. Nam statim sermo Domini factus est ad eum dicens, *Non erit hic hæres tuus, sed qui egredietur de utero tuo, id est, quem genueris, ipsum habebis hæredem: ex quo tam multos habebis filios, quot stellæ in cælis lucent.* Et si enim definitus earum numerus ab antiquis Astrologis constellationibus notatus sit, recentiores tamen nouis adiuti conspiciunt, multo plures, in via præsertim lactea deprehenderunt; sed Dominus ad vulgi captum suum sermonem attemperat.

IV. *Credidit Abram Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, magnumque meritorum incrementum; neque enim tunc ex peccatore factus est iustus, qui iam plurimarum erat virtutum locuples, adeo, ut se illi debitorem magnæ cuiusdam mercedis Dominus fateretur. Eam fidem celebrat Apostolus, cum inter alia, Et non infirmatus est, inquit, fide, nec considerauit corpus suum mortuum, cum iam fere centum esset annorum, & mortuam vuluam Sara.* Hoc refert Apostolus ad natiuitatem Isaac: nam Ismaël, qui 14. annis cum antecessit, nihil ad Saram pertinet. Sed ecce tibi nouam dubitandi materiam. Cum enim ad promissionem seminis, quod stellis cælis numero, & claritate conferri posset, Dominus etiam adderet iteratam terræ Chananæorum promissionem, quæ doceret non tam ereptam illi patriam, quam maiore, meliorique possessione commutatam, addidit, *Domine Deus vnde scire possum, quod possessorum sim eam? Hæc enim verba dubitationem redolent, hominisque videntur signum aliquod requirentis, ut promissis habeatur fides. Nec alia videtur Zachariæ ad Angelum oratio, quam constat pœna fuisse mulctatam.*

V. Respondeo, non videri dicendum cum Cyrillo, Abrahamum aliquo modo dubitasse, neque enim pœna, ut Zachariæ, aut castigatione caruisset. Dixerim potius cum Ruperto, voluisse scire Abrahamum an conditionalis

tantum esset ista promissio, quæ scilicet à posterorum culpis meritivè penderet; an vero id immutabili Dei decreto definitum esset. Sicut illa posteritas, quæ omnino immensa futura erat, & carnalium, & multo maximè spiritualium Abrahamitarum. Perpetua tamen terræ possessio, ex incolarum pietate penderet, qua deficiente, ex ea paulatim expulsi, postremo funditus atque in perpetuum exterminati sunt. Firmat ergo Dominus promissam Abrahamæ possessionem, fœdere cum eo inito, additis solemnibus cæremoniis, quæ in huiusmodi pactis vsui erant, apud Chaldæos aut Chananæos, sacrificio scilicet certorum animalium, quæ parari iussit: sicque finita est visio, abscellit Angelus, & superuenit dies.

Is vt illuxit, nihil habuit antiquius Abraham, quam parare in sacrificio vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque ac columbam, quorum animalium mysteria in Annalibus ex Theodoro, aliisque reperies. Ritus au em fœderis & sacrificij hic fuit. Assumpsit Abraham hæc animalia, ac iugulauit; tum ea per medium à capite ad caudam diuisit, & vtrasque partes destinato in loco, iuxta altare fortasse, ita composuit, vt medietates sibi inuicem responderent; relicto de more spatio in medio, per quod transirent, qui fœdus inibant. Et Dominus quidem sub specie ignis inter diuisiones illas transiit, vt habetur in extremo capite, & apparet idem ab Abrahamo factum fuisse. Manserunt toto die ita disposita cadauera, expectante Abrahamo Dei aduentum, & interea prædarrices volucres abigentes: donec sub occasum solis ingruentibus tenebris, magnus & tenebrosus horror inuasit Abrahamum non solum vt præsentia Dei admoneretur, sed vt membrorum suorum mala, ipsemet eorum caput præsentisceret.

Præsentia porro Domini ea quoque se voce prodidit. *Scio pranscens quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subyicient eos seruituti, & affligent quadringentis annis. Quod annorum spatium, non solum afflictionem & seruitutem Ægypti continet, quæ multo breuior fuit, sed etiam peregrinationem, vt S. Augustinus hunc locum interpretatus est. Et quia semen, de quo est ista prædictio, est Isaac, iuxta illud, In Isaac vocabitur tibi semen, ideo ab eius ortu inchoantur. Atqui ab anno natiuitatis Isaac, vsque ad annum egressionis ex Ægypto, quinque supra quadringentos annos computantur, vt fateretur Augustinus, & series ipsa temporum aperte docet. Dicendum est illos quinque annos in maiore ac rotundo numero neglectos: quibus tamen additis ad viginti quinque, qui Isaac ortum antecesserunt fient integri 430. quos Moyses, & Paulus distincte celebrant, quorum initium interprete Chryostomo, sumendum est, ex quo imperatum est Abrahamo, vt ex Charan egrederetur.*

Et quoniam Patriarcha tam diuturna vexatione posteritatis suæ, quam dilatione promissæ hæreditatis vehementer angi poterat, statim addit Dominus tria, quæ eius consolationem plurimum facerent. Primum pro-

VI. Dei cum eo fœdus.

Gen. 16. 17.

Gen. 15. 17.

VII. Prædictio Ægyptiæ seruitutis. Gen. 15. 13.

d. 1. 16. de Civ. c. 24.

e. Gen. 21. 12. & Rom. 9. 7.

f. 9. 47. in Exod.

g. Exod. 12. 40.

h. Gal. 3. 17. i. Rom. 37. in Gen.

VIII. Super qua Deus Abrahamum consolatur.

mittit se gentem, cui seruituri erant, iudica- tarum, multis scilicet verberibus ac plagis pu- niturum. Deinde egressuros nepotes suos cum multa substantia; ne scilicet quasi mancipia, sine vlla vitilitate sua, seruitute oppressi fuerint. Tertio non futurum ipsum huic obnoxium ser- uitudi, vita in aliquot præterea secula produ- cta, sed abiturum in pace ad patres suos, in senectute bona. Quæ verba consolationi valde congruunt. Vocat enim mortem profectioem ad patres suos, & eam dicit fore in pace, id est non in afflictione, sed in multa rerum abun- dantia, & in senectute bona, non ærumnosa mor- bis aut curis, aut Deo malis operibus iniusta, sed pia, contenta, venerabili, qualis possit ab hominibus à Deo desiderari.

factam fuisse in diuinis promissis mentionem neque dictum qua ex muliere filium susceptu- rus esset Abraham, videtur existimasse se, & sterilem, & vetulam, huic muneri à Deo mini- me destinatum, sed alteram quampiam, cuius ipsa fecerit in filium adoptaret. Itaque ancil- lam, domo ac genere Ægyptiam, religione He- bræam, vt ait Philo, nomine Agarem, ad gignen- dum habilem, dedit viro suo uxorem, siforie, in- quit, saltem ex illa suscipiam filios. Uxorem qui- dem vocat, quæ tamen non ad omnia iura con- nubij vocaretur, sed ad suscipiendam prolem, ideoque non mater familias, sed concubina vo- caretur.

Perspicuum est honestissimam, matronam, non suauitate viro adulterium, sed diuina inspi- ratione impulsam, polygamiam suauitate, & communem circa prolem charitatem, magno animo natiuæ mulierum zelotypiæ antetulisse. Abraham quoque vir iustus, qui acquieuit de- precanti, & cuius virtus longe ab iniusto con- cubitu abhorrebat, merito creditur diuina ins- piratione inductus, in has inferioris ordinis nuptias consensisse, quibus diuina promissa, in Saræ sterilitate & senectute impedita, com- mode expediri possent. Itaque Philo ait Abra- hamum, vbi Agar facta est grauida, deinceps ab eius abstinuisse congressu: idque probabile fit, ex eo quod nullam deinceps ex ea prolem suscepisse legatur, neque omnino ex vlla alia, vsque ad decimum tertium abhinc annum, eximia vtique continentia: contra quam ho- minem sanctum acere poterant diuina pro- missa, de innumerabili posteritate ex ipso prop- aganda.

Cæterum diuinam interuenisse inspiratio- nem, quæ à naturali lege coniugij duabus personis definiti, absolueret, omnium pene consensu constat; cuius cum non facta sit in Abrahamo peculiaris mentio creditur anti- quior fuisse, etiam in viris piis, ac Deum ti- mentibus. Videtur certè Sara hanc polyga- miam, non vt rem nouam & inuisitatum, viro suo proposuisse, sed vt vulgò vsitatum, passim- que frequentatum. Itaque Pererius existimat huiusmodi dispensationem statim à diluui- o factam esse Noë, eiusque filiis, ad generis hu- mani multiplicationem. Eius consuetudinis testis est Augustinus, cuius vi hanc Abrahæ cum Agare coniunctionem à crimine vindicat. Quando mos erat, inquit, crimen non erat, & nunc propterea crimen est, quia mos non est: & l. 3. de Doctr. Christiana, ait sufficiens pro- lis causa inculpabilem fuisse consuetudinem, vt plures simul uxores vir vnus haberet. Deinceps au- tem huiusmodi consuetudo ita inoleuit, vt Mosæica lex superueniens, quæ multo laxiora in hominum moribus astrinxerat, eam tamen laxitatem non tolleret, sed firmaret: quippe quæ tam odiosæ quam dilectæ vxoris liberos, pro legitimis filiis, & hæredibus haberi voluit: & regibus plures concesserit, plurimas prohibuerit. Nimirum nihil ad perfectum ad- ducebat lex; donec veniret Legislator nouus, qui ea laxitate sublata, iterum stabiliret illud, Erunt duo in carne vna.

Concepit ergo mulier, & fortunatior effe- cta, facta est insolentior; ancillam se oblita est, quæ bono fruebatur, quod videbat à Do-

Cur has nuptias Sa- ra concilia- uerit.

II. Non sine afflatu diui- no Abram Polygamiz- contemnit.

III. Nec ideo fuit hæc dispensatio.

a l. 22. cont. Faust. c. 47.

b cap. 12.

Et scripta lege proba- ta.

c Deut. 21. 15. 16.

d Deut. 17. 17.

e Matth. 19. 5. 6.

f Gen. 2. 4.

IV. Agar à con- ceptu infan- tificat.

mina tandiu frustra desiderari. Despexit itaque dominam suam: id enim solemne est seruis & maximè ancillis, quæ multam habent in te familiari administrationem, aut gratia apud he- rum valent: multa enim sunt in respondendo, in obloquendo, in excusando, in iactando seip- sas. Quam morum mutationem Sara non fe- rens, suspicata mariti gratiam ei animos facere, querelam ad eum defert de ancilla sua, quod ab ea despectui habeatur; additque denique, indi- cet Dominus inter me & te, quasi dicat, de alienis in me iniuriis, tu iudex & vltor esse debes, ad de tuis contra me, Deum appello iudicem. Quo animosior fuit hæc mulieris oratio, ac sus- picatior, eo maior fuit viri virtus, quando se iniuste à coniuge accusari, sine iracundia passus est, sed ira tumentem eius animum molli re- sponse fregit. Ecce, ait, ancilla tua in manu tua est, utere ea vt lubet.

Sara igitur læta stare à se maritum suum, ac- cepta potestate strenue vitur, ancillam dies noctesque labore vexat, & cessantem verbis castigat & plagis. affligente igitur eam Sara fu- gam inuit. Quid aliud faceret? inquit neque enim seruitio exire licebat. At summitteret Domine rigidam ceruicem; præsidio, atque armis humilitatis vteretur, virtutis omnium gratiosissima, & potentissima ad molliendos animos, quantumuis efferatos. Fugit autem ex Hebron Meridiem versus, circa ea loca, quæ postea filius eius incoluit, & sane, vt apparet, & notauit Hieronymus, patriam cogitabat; verum iter moliebatur, per loca deuia, ne faci- lè à persequentibus fugitiua reperiri, & à fuga retrahi posset. Cum ergo Angelus Domini eam inuenisset iuxta fontem aquæ, siti fortasse, atque itinere fatigatam, rogassetque vnde veniret, & quo vaderet, fatetur mulier se fugere à facie dominæ suæ, declinare videlicet iram atque acerbiter eius; sicut Dauidem legimus fugisse à facie Saulis.

Hic Angelus Domini reuertere, inquit, ad dominam tuam, & humiliare sub manu eius. Ad- didit etiam fortasse promissionem maioris leni- tatis, & mansuetudinis Saræ aduersus ipsam. Nam id affirmat Iosephus, addit etiam inten- tasse minas si vltra pergeret. Addidit certè con- solationem, eamque multiplicem; Primo ex spe innumerabilis posteritatis. Secundo com- miseratione, cum ait Deum vidisse afflictionem eius, propterea que velle, vt filium, quem pari- tura erat, vocaret Ismaëlem, quæ vox exau- ditio Domini interpretatur, Hieronymo inter- prete, Iosephus autem ἰσχυροῦς vertit. Terti- o repræsentatione morum eius, quibus red- deretur hominibus formidabilis, vt pote ferus instar onagri, solitudinis incola, durus & agre- stis, ignarus vrbanitatis, mutua damna vicinis inferens atque accipiens: qui dicuntur nunc quoque Agarenorum, vulgò Arabum, & Sa- racenorum mores. Denique significat impau- dum habitaturum non in vrbibus muratis, sed in tabernaculis, è regione vniuersorum fratrum suorum, qui ex Abrahamo erant orituri.

Cum autem Angelus hac oratione reditum Agari persuasisset, perfunctus legatione sua, ex oculis mirantis euanuit, ita tamen vt illa à tergo recedentem videret, simulque sensu pie- tatis affecta, eodem loco inuocauit Dominum,

cuius personam Angelus repræsentabat, dicen- Tues Deus qui vidisti me, id est afflictionem meam, qui desolationis meæ in solitudine mi- ferrus es. Deinde secum ipsa, Profecto, inquit, hic vidi posteriora, dorsum scilicet, videntis me, cuius oculis nuda & aperta sunt omnia. Ex ea porro visione, quæ ad fontem siue puteum fa- cta est, locus appellatus est Puteus videntis & videntis me. Inde reuerfa domum, Dominis reconciliata est, narratis, vt apparet, quæ sibi in solitudine contigissent; quod ex eo colligitur: quod natum postea filium, Abraham Ismaëlem vocauit, prout didicerat ab ancilla.

ANNVS MVNDI 2125.

ABRAHÆ 87.

NINYÆ 35. Imperij Assyriorum 194.

ANTE CHRISTVM 2928.

PERIT Agar Abre filium, qui vocauit no- men eius Ismael. Id factum anno Abrahæ 87. inunte. Nam 86. annorum erat Abram ait Moyles, quando peperit ei Agar Ismaëlem; ex- pletos enim annos iunimus, vt non semel mo- nuimus, idque phrasi Scripturæ admodum con- gruit, & historiæ sequenti. Oportet enim cum hoc anno natum esse, vt quando circumcisus est tredecim annos impleuerit, vt habetur 17. Geneleos. Ergo octogesimo septimus Abrahæ est primus Ismaëlis, ita deinceps: quem in se- rie Chronologica ponimus, quoniam tempus ortus eius à Mose notatum habemus, licet per Isaacum sanctius Abrahæ semen propagan- dum sit. Et si hoc tempore Abraham putauerit in Ismaële, quod reliquum erat promissionis adimplendum, vt ait Chrysoft. Cuius rei probabilitatem auget promissa Agari ex Ismaële innumerabilis posteritas, quæ vtique ad Abra- hamum ipsum pertinebat.

ANNVS MVNDI, 2128. & 29.

ABRAHÆ 90. & 91.

ARII 1. Imperij Assy. 197. & 98.

ANTE CHRISTVM 1924. & 25.

INEM viuendi hoc anno, simul & impe- randi fecit Ninyas, filius Nini & Semi- ramidis, quartus à Belo rex Assyriorum, cum octo & triginta regnasset annos, iuxta Eusebij Chronologiam; in cuius anni exordio re- tulimus, quæ de eo apud Diodorum Siculum re- periuntur. Ei proximè successit Arius ordine quintus, etsi Latini Eusebij codices eum quattu- appellat, omisso Belo; qui tamen cur præter- mittatur nulla nobis causa est, etsi Eusebio esse p- tuerit, qui Chronologiam ab Abrahamo ordi- di, & sigillatim per singulos annos digerere statuerat, nec antiquiora nisi compendio tradere. Interea infantulus Ismaël crescit: in eo Abrah-

I X. Reditus co- tigit quarta- tate.

a q. 64.

ANNVS MVNDI 2124.

ABRAHÆ 85.

NINYÆ 34.

Imperij Assyriorum 193.

ANTE CHRISTVM 1929.

I. Coniugium Abrahæ cū Agare. a Gen. 16. 3.

IC est annus coniugij Abrahami cum Agare ancilla Saræ, quæ dedit eam viro suo uxorem, post annos decem quam habitare cœperant in terra Chanaan. vt Scriptura loquitur. Exactos autem fuisse hosce annos, phrasis quoque Hebræa significat, quæ habet, à sine, siue post finem decem annorum. Ergo vnde- cimo inchoante, qui est præsens annus. Ex qua temporis diurnitate non exigua Saræ vir- tus agnoscitur, cuius nulla querela, nulla obmutatio audijit, post tot promissa facta diuinitus semini Abraham. Nec minorem hac ipsa de causa vilitatem Abraham Chrysothomus agnoscit. At Sara, quæ meminerat nullam sui

b hom. 38. in Gen.

I. Citus Is- maëlis. a Gen. 16. f.

ver. 25.

hom. 31.

I. Ninyæ obi- tus.

Arij. 1.

& Sara suam confolantur senectutem; Agarfa-
cta ex vexatione modestior, gaudet in sinu.

ANNVS MVNDI 2138.

ABRAHÆ 100.

ARII 10. Imperij Assyriorum 207.

ANTE CHRISTVM 2915.

I.
Summa ca-
pita rerum
anni huius.

SECVLARIS annus Abrahæ pleraque com-
prehendit decimo septimo Geneseos, &
tribus sequentibus comprehensa, primum
nouam Domini apparitionem, in qua facta est
mutatio nominis Abrahæ, & iterata, siue confir-
mata promissio; qua Dominus viam munit
ad institutionem circumcisionis, tum filium ei
ex Sara promittit, ad quem benedictiones factæ
Abrahamo pertineant. Confirmat nihilominus
promissiones de Ismaele factas in gratiam Abra-
hæ. Sequitur ipsa circumcisio totius eius fami-
liæ. Accedit exhibita ab Abrahamo tribus An-
gelis hospitalitas, & promissio filij Saræ in an-
num proximum: deprecatio item Abrahæ pro
Pentapolitis, totaque de eorum clade, & Loti
liberatione narratio. Denique alterum Patriar-
chæ circa uxorem suam, apud regem Abimelechum
periculum, dissimulatio, liberatio, ei
per quam similis, quæ ante annos tres & viginti
in Ægypto contigerat; quæ omnia hoc ipso an-
no contigisse ex sequentibus intelligitur. Quæ
priusquam expendamus, ratio temporis expli-
canda est.

II.
Ratio tem-
poris con-
firmatur.
a. cae. 17. 1.

Videmur enim repugnare Scripturæ, di-
centi hæc contigisse, postquam Abraham non-
aginta & nouem annorum esse cœperat. Ve-
rum hac phrasi nihil nobis repugnat Scriptura:
nisi velimus eam secum pugnare: quæ mox
Abrahamum centenarium vocat, quod propriè
& exacte loquendo, non nisi illi conuenit, qui
99. annos expleuerit, & centesimum sit ingres-
sus. Exacte autem hic loqui scripturam in nu-
merando, patet, cum non rotundos, vt vocant,
numeros per decades persequatur, sed fractos
etiam per vnitates infra decades, subtilius re-
censeat. Hinc est quod paulò ante 86. annos
reulit, & paulò post tredecim, & hoc loco no-
naginta nouem. Cumque mox Ismael dicatur
impleuisse 13. annos cum circumcisus est, non
potuit eos impleffe, nisi pater 99. impleffet,
cum primus Ismaelis concurrat cum 87. Abra-
hæ. Denique qui aliter sentiunt, non videntur
animaduertere magnum esse discrimen inter
incipere 99. annos, & incipere esse 99. anno-
rum, prior enim phrasis vltimum annum in-
choatum, posterior absolutum ponit. Et de
tempore hoc loco satis.

III.
Sexta Do-
mini appa-
ritio facta
Abrahæ,
cum promi-
SSIONIBUS.

Cum ergo Abram natus iam esset annos no-
naginta nouem, Dominus ei iam sextum appa-
ruit, & quidem specie visibili atque corporea;
idque toti narrationi congruit, neque conuenit
ab externis sensibus ad internos, sine necessi-
tate confugere. Facta est autem hæc apparitio
ad institutionem circumcisionis, que esset si-
gnum externum fœderis initi Deum inter &
Abrahamum, quod capite 15. continetur, & ad

annunciandum Isaaci ortum in proximum an-
num. Et quia rem difficilem ac molestam sensi-
bus præcepturus erat, ingerit atque inculcat
antiqua promissa. *Et multiplicabo te vehementer
nimis.* Et mox *erisque pater multarum gentium,*
tam secundum carnem, quam secundum spiritum.
Et rursus, *faciamque te crescere vehemen-
tissime, & ponam te in gentibus, regesque ex te
egredientur.* Iterat & promissionem Chanani-
tidis. *Daboque tibi, & semini tuo terram peregrini
nationis tuæ:* vt scilicet tu ius ad rem habeas,
illi autem ius in re, ipsamque terram possi-
deant.

Vt autem fidem ac spem Abrahæ Domini
magis magisque stabiliat, & ille Dei promisso-
rum magnificentiam perpetuò memoria reti-
neat, idoneum illi, & congruum ad eam rem
monumentum, in nominis sui amplificatione
præbet. Vbi ergo hisce promissis Deus in Abra-
hamo obediendi alacritatem excitauit, circum-
cisionem, quam sub nomine pacti ac fœderis
adhuc texerat, aperte proponit, & quasi legem
perpetuo valituram promulgat. *Circumcidetur
ex vobis omne masculinum.* Hæc summa legis
est, quæ distinctius explicatur, & *circumcidetur
carnem præputij vestri;* additur finis, *vt sit in si-
gnum fœderis inter me & vos.* Nimirum esse vos
populum mihi fœderatum, segregatumque à
cæteris gentibus, quæ vero Deo non seruiunt,
neque eum patrem agnoscunt, ex quo hæredi-
tatem accipiant. Alius quoque finis est ad si-
gnificandum Messiam secundum carnem ex ge-
nere Abrahæ producendum esse. Qui vterque
finis docet antiquatam nunc esse circumcisi-
onem, cum iam & Messias venerit & populus
Dei non modica prouincia, linguæque definitus
sit, & à cæteris discretus, sed ad nationes om-
nes, mundumque vniuersum diffusus; iuxta illud,
Euntes in mundum vniuersum &c. vt nullo separa-
tionis signo vltra opus sit.

Additur in hac ipsa lege circumstantia perso-
narum, ad quas illa pertinet, vt serui quoque
tam emptitij, quam dominati ea comprehen-
dantur, & quicumque non fuerit de stirpe Abra-
hæ, qui tamen profelytus ad eam transcribi
voluerit. Et serui quidem ac vernæ circumci-
dendi erant, dominorum enim suorum posses-
sio erant, quod de mercenariis famulis dici ne-
quit, qui propterea, nisi Iudæi fieri vellent, non
circumcidebantur. Temporibus quoque perista-
tis ponitur octauus dies, ne ante id tempus do-
lorem vulneris, infantuli sine vitæ discrimine
ferre non possent. Postremo firmatur lex in-
terminatione supplicij, *Masculus cuius præpu-
tij caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa
de populo suo, quia pactum meum irritum fecit.* Id
est non censetur in populo Dei, vt qui signo
careat fœderis à Deo initi cum populo suo; po-
pulo electorum, ex semine Abrahæ congre-
gando, vt qui maneat filius iræ, carens reme-
dio ad expiationem peccati originis, diuinitus
tradito Abrahamitis.

Circumcisionis lege ita constituta, ad eius-
duritiem molliendam, subdit Dominus ingen-
tem materiam gaudij, tam ipsi Abrahæ, quam
Saræ, vniuersæque familiæ; & nominatim Saræ,
quæ non solum gloriose deinceps nomi-
ne honoranda erat, sed & fœderate. Ait
enim, *Et benedicam ei, id est ex sterili fœcun-*

IV.
Institutio
circumci-
SIONIS.

V. 10.
Eiusque
causæ.

V.
Ad quos
pertinet.

VI.
Qua pena
sanctita.
v. 14.

VI.
Promit-
tur ex Sa-
ra filius.

v. 17.

dam reddam. Nam *ex illa dabo tibi filium, cui
benedicturus sum, eritque in nationes,* siue caput
& radix multarum gentium. *& reges populorum
orientur ex eo.* Quid autem Abraham ad tam læ-
tum, tam gloriosum, tam insperatum nunc-
cium? *Cecidit in faciem suam, vltro prostravit se,
& risit, dicens in corde suo. Putasne centenario
nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet?* Non
fuit hic ilus index dididentæ, vel incredulitat-
is, sed insperatæ, & superfundentis se lætitiæ;
vt passim Sancti Patres interpretantur; alioqui
reprehensione non caruisset, quam non effugit
Sara, vt ex sequentibus intelligitur. At risum
Abrahæ vsque adeo non improbauit Dominus,
vt propterea voluerit, inde nascituro filio no-
men dari, vt Hieronymus affirmat.

VII.
An dubita-
rit Abrahâ.

Cum autem Abraham versaret animo pro-
missionem diuinam, dubitasse videtur Caieta-
no non de diuina potentia, sed quo sensu verba
diuina accipienda essent, ideoque adiecit, *vi-
nam Ismael viuat coram te.* Quali dicat, de
noua prole hominis centenarij, & mulieris no-
nagenariæ, Domine Deus, non sanè satis in-
telligo quid velis, aut quid statueris: vnum oro
vt ea proles, quam ante annos tredecim ex Aga-
re suscepi, incolumis perseueret, in eamque
benedictiones tuas transfundas. At Dominus
volens omnem Patriarchæ adimere dubitatio-
nem, promissionem cum assueuatione, quæ in
Hebræo Græcòque textu, & Chaldaica para-
phrasi habetur, confirmat in hanc sententiam.
Ne ambigas quæ vis sit orationis meæ, & an
mysticè & parabolicè locutus sim, an nuda &
simplici narratione vsus verè tibi assero, ac si-
ne vlla ambiguitate spondeo fore, vt Sara vxor
tua pariat tibi filium, & vocabis nomen eius
Isaac, in monumentum lætitiæ, qua affectus es
hoc accepto nuncio. Constituam & pactum
meum illi in fœdus sempiternum, quod scilicet
tecum ferij de multitudine posteritatis, de pos-
sessione terræ Chanaan, de semine, in quo be-
nedicendæ sunt vniuersæ cognationes terræ,
confirmabo & renouabo cum illò, eiusque po-
steris, ne eam fœlicitatem ambias Ismaeli.

VIII.
Promissio
pro Ismae-
le.

a. Gen. 15.
13.

Abraham
se suosque
circumci-
dit.

b. l. i. c. 12.

IX.
Ratio tem-
poris cla-
dis Sodo-
moru, &c.

Quamquam ad Ismaelem quod atinet, exau-
diui te, non solum vt viuat, sed floreat etiam,
& filiorum multitudine abundet, & duodecim
duces generet. Recensentur hi duces infra no-
minatum, vocanturque tribuum suarum princi-
pes. Denique concludens orationem suam
spondet Saram anno proximo parituram Isaacum.
Quibus dictis abscessit atque euauit An-
gelus; Abraham autem è vestigio, eadem ipsa
die se & Ismaelem, reliquamque familiam om-
nem circumcidit, in qua facilè quadringenti
erant tam alienigenæ emptitij, quam ex iis do-
mi nati, eximia vtrique & sua & suorum obe-
dientia, in re minimè facili, imo quæ vulgò
inutilis, ac ridicula videri poterat. Ex eo au-
tem quod Ismael decimo tertio anno circumci-
sus est, Arabes, vt ait Iosephus, non octauo
die vt lex præcipit, sed post decimum tertium
annum circumcisionem celebrant, gentis suæ
authorem imitantes.

Sequitur clades Sodomorum, eiusdemque
sceleris cognatarum ciuitatum; idque ex eo
constat, quod illi ipsi Angeli, qui ad eas per-
tendas proficiscebantur, Saræ partum in an-
num proximè sequentem pronunciant, sicut

paulò ante Abrahæ reuelatum fuerat. Sed me-
rito quis dubitabit, an Abraham rem totam ad
uxorem reculerit. Et circumcisionem quidem
ignorare non potuit, quæ ad tam multos perti-
neret, ex eaque tota domus aliquot diebus agra
decumberet. Illam autem promissionem, si à
marito iam didicerat, vnde mox ille risus, rem
vt nouam & improbabilem eleuantis? Si non
didicerat, quomodo rem tacebat vxori, quæ si
ne ipsa confici non poterat? An didicerat, &
non credebat, vt noua fuerit reuelatione opus?
In re vtramque in partem ambigua, existima-
mus Abrahamum rem istam ad hanc vsque ap-
paritionem tacuisse, siue pudore aliquo retentum,
propter multorum annorum desuetudinem,
& à ventalis sterilitate continentiam: siue
quod propter circumcissionis dolorem, dff. re-
opereret; siue quod rem totam diuina prouiden-
tiæ, quæ disponit omnia suauiter, & permit-
tendum putaret.

Neque illa Patriarchæ desiderium, aut ex-
pectationem fefellit. *Apparuit enim ei Domi-
nus in conualle Mambræ, quæ est prope urbem
Hebron, sedenti; sub meridiem in ostio taberna-
culi sui, & expectanti vt ega peregrinum ali-
quem officium hospitalitatis exerceret.* Itaque
apparuerunt ei tres viri, qui publica via prope
ipsum gradiebantur, quos cum vidisset, *cucurrit
in occursum eorum de ostio tabernaculi, & adorauit
in terram, inclinans se venerabundus vsque ad
terram.* Vtra mirabilior virtus in tanto viro,
& longæ senectute venerabili, humilitas erga
ignotos iuuenes, quales apparuisse Chryso-
stomus suspicatur: an charitas qua incitante, non
expectauit dum illi vltro se offerrent, & à Pa-
triarcha peterent vt cibo reficerentur? non mi-
sit quempiam famulorum, quos habebat ad
manum, vt eos inuitaret ad prandium; non
lento ac senili gradu processit obuiam, sed fe-
stinavit, imo *cucurrit* ad eos instar adolescentu-
li, & tanquam ingens aliquod accepturus bene-
ficii, non daturus; vt pulchre dillexit Chry-
stostomus.

Vt ad hospites peruenit, oratione ad cum
conuersa, qui inter cæteros oris aut cultus di-
gnitate præstare videbatur. *Domine, inquit, si
inueni gratiam in oculis tuis, ne transcas seruum
tuum, subsiste paululum, dum hospitio accipiaris.*
Et ne vniuersi tantum inuitare videatur, cæte-
ros negligere, aut instar umbrarum ducere,
vniuersæ cunctis offert hospitalitatem, quam
magna vrborum humilitate extenuat. *Affe-
ram, inquit, paucillum aquæ, & lauare pedes ve-
stris, & requiescite sub arbore.* Apparet ad pa-
rulam quandam arborem affixas sedes, in qui-
bus velit sedere hospites suos, dum curabit de-
ferri aquam, & abluere pedes eorum, Neque enim
hospites ipsi de via fessi sibi pedes abluebant,
sed id erat officium famulorum, totum autem
conuiuij apparatus vocat *buccellam panis.* Ci-
bos ergo, & sim lagneum panem celeriter ap-
paratum offert conuiuiis suis, ipse vero stabat
coram eis sub arbore: an vt ministraret ipse-
niet potum, & quæcumque opus essent conui-
uiis? nec præ humilitate mensæ comes esse vo-
luit, vt notat Chrysostomus.

Sed illi mox de referenda hospitalitatis gra-
tia cogitant. Accersitur Sara, qua ad ostium
tabernaculi stante, & audiente à tergo eorum,

An Abrahâ
Sarae promi-
SSIONIS
Isaac nunci-
ari.

X.
Apparitio
Patriarchæ,
& mira A-
bræ ho-
spitalitas.
a. Gen. 18. 1.

b. Rom. 4.
in Gen.

XI.
Inuitat ad
hospitium
tres Ange-
los:

v. 4.

c. Rom. 4.
vide an.
fig. n. 1.

XII.
Qui pro-
misiunt Sa-
ræ filium.
ait

ait Angelus ad Abrahamum, Reuertens veniam ad te tempore isto, vita comite, & habebit filium Sara uxorem tuam. Nulla tamen est mentio in Scriptura reuerfionis eius, post natum Isaac, de ea tamen, quæ cum asseueratione promittitur, dubitare non licet. Sara tamen de implenda promissione dubitauit, ac risit, vires potius naturæ intuita, quam beneplacitum omnipotentis Dei; sed risus occultus fuit, utpote à tergo conuiuia- rum, & summissus, ut probabiliter negari posset. Negauit enim se risisse, existimans risum non fuisse animaduersum. Sed ea mendacij ab Angelo arguitur, cum confirmatione promissionis, qui etiam significat se diuinæ voluntatis & iussionis interpretem, cui in promptu sit facere quidquid libuerit. Nunquid Deo, inquit, quidquam est difficile, ut anui conceptum & partum dare non possit?

Peracto prandio surrexerunt hospites de mensa, actisque Deo, & hospiti de more gratias, direxerunt oculos contra Sodomam; sed & gressus. Nam Abraham simul gradiebatur deducens eos, aliquantisper, ut solent officiosi hospites. Quæ beneuolentiæ, & honoris exhibitione commotus, qui primas hæcenus egerat in hac fabula, inter eundem ait. Num celare potero Abraham, quæ gesturus sum? cum is quantumcumque sese abiiciat, futurus sit in gentem magnam, ac robustissimam, & benedicenda sint in illo omnes nationes terræ, per Messiam, qui ex ipso oriturus est. Sed hinc etiam triplex manatura erat utilitas. Prima, quod Abraham de causa futuræ animaduersionis edoctus, illam non fortunæ & casui, ut solent infideles, sed diuinæ iustitiæ attributus sit, & suos in Dei timore institutus, alieno ut malo sapiant, & iuste ac sancte uiuant. Altera, quæ non exprimitur, est ut Abraham impendentem præuidens calamitatem, pro ea auertenda, magno charitatis affectu intercedat, & iustis præbeat in posterum imitationis exemplum. Tertia, ut hinc digito tangi possit, quanti Deus iustos faciat, quantaque in amicorum suorum gratia, erga grauissimos peccatores indulgentia utatur.

Clamor, inquit, a Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus est, & peccatum eorum aggranatum est nimis. Duæ tantum ciuitates nominantur è quinque, quæ reliquas vt potentia & opibus, ita flagitijs autebant: vt significat Chrysostomus. Et in Ezechiele Sodoma ponitur quasi mater siue Metropolis, reliquæ appellantur filie. Est autem clamor, & constans fama, cum homines aliqua de re non mustitant in angulis, sed clare & aperte vbique loquuntur, aut concurunt: qualis fuit Israëlitarum clamor, quem ad se quoque Dominus peruenisse dicit. Dum autem Angeli se aiunt descendere velle, & de criminis veritate inquirere, Iudices docent, ne nisi re plane explorata, sententiam ferant. Conuerterunt autem illi se inde, & abierunt Sodomam versus. Videtur significare Moles, Angelos conuertisse se ad Abrahamum, qui vnâ gradiebatur, ad valedicendum, eumque remittendum ad tabernaculum suum. Sed ab Abrahamo tantisper retenti sunt, dum pro peccatoribus illis oraret.

Quæ oratio plena est suauissimæ atque inge- Orat pro misericordissimæ charitatis, dum specie iustorum Abraham, seruandorum, vult etiam peccatoribus veniam

obtinere. Et primo quidem præ se fert solis se iustis incolumitatem flagitare, puta 50, si fortè reperiantur; tum delabitur eò, vt non illi soli à clade eximantur, sed vt propter illos toti ciuitati, puta, Sodomorum, vbi Lot habitabat veniam impleret, tum propter 45. tertio propter 40. quarto propter triginta, quinto propter viginti, denique vsque ad decem deuentum est: quos oportet non esse inuentos Sodomis, sed vnum tantum Lot cum filiabus, qui propterea inde seducti sunt. Infantuli autem quid? ne ipsi quidem iusti erant, filij iræ, & peccato originis obnoxij. Neque enim parentum infidelium fide, aut sacrificijs demonibus oblatis, miselli poterant iustificari. Abiitque Dominus postquam cessauit loqui ad Abraham, & quidem cum socijs, sed mox regresso in locum suum Abrahamo, ille, qui Domini personam sustinuerat, reuolauit in cælum, Duo reliqui Angeli vespere Sodomam venerunt.

Quæ autem peccata illam, eiusque socias perdidit, facile est ex Scriptura colligere: Eminabant autem libido præpostera, superbia, gula, quam Ezechiel vocat saturitatem panis, & abundantiam, qui luxus quoque est in affluentia rerum omnium. Accedebat otium, inhumanitas, iniustitia & contumeliosa improbitas in homines, & impietas in Deum, quæ in Annalibus paulò fufius explicantur. Hæc ergo crimina Sodomam, sociasque ciuitates in perniciem egerunt: hæc causæ horribilis deflagrationis & tragediæ quæ seculis omnibus iustissimum terrorem incutiat. Diuina porro factum est prouidentia, vt nefarij homines in illos ipsos contumeliosi essent, quos modis omnibus placatos oportuisset; vt pote quorum manibus diuina fulmina commissa erant. Et vice versa Lot nihil minus cogitans, in illos officiosus fuit, à quibus maximum accepturus erat beneficium.

Venerunt ergo duo Angeli Sodomam vespere, sedente Lot in foribus ciuitatis, & scilicet patris exemplo præstolante, vt aliquem peregre venientem hospitio acciperet. Nam cum vidisset eos, surrexit, & iuit obuiam eis, adorauitque pronus in terram. Eximia quadam specie commendabiles fuisse apparet, qui ita dudum ab Abrahamo, & nunc à Loto, tam in primo congressu, quam in sermonis progressu honorarentur. Iosephus vocat adolescentes forma præstantes. Id videlicet hircos illos in furorem egit. Impulsum etiam internum in vtroque Patriarcha par est confiteri, & opinionem de iis humano fastigio superiorem. Præuenit etiam eos Lot, veritus ne in malum inciderent hospitem. Sed summisionem actionis, adiecit insignem verborum modestiam. Dixit enim, Obsecro, domini, declinate in domum pueri vestri, ibique pernoctantes recipite consueta hospitalitatis officia: & mane proficiscemini in viam vestram. At illi minime, inquit, sed in platea manebimus. Ex quo apparet hæc in ætate contigisse, quando solent iuuenes noctes sub dio obambulantes traducere.

Non dicunt se alterius cuiuspiam hospitium accepturos, ne iustum illi inurbanè prætulisse viderentur. Loto autem qui sciebat neminem esse in tam execranda ciuitate, ad quem possent tuto diuertere, multo autem minus in platea

XIII. Abiit Sodomam, cuius cladem Abraham nunciant.

Quo fructu.

XIV. Clamor Sodomorum.

Oratio Abraham.

XV. Oratio Abraham.

v. 35.

a cap. 19. 1.

XVI. Quæ fuerunt eorum peccata.

b cap. 49.

c n. 35. & seq. ad 48.

XVII. Angeli Sodomam à Loto excipiuntur.

d l. i. c. 11.

XVIII. A populo obediuntur.

ab improborum petulantia & contumelijs immunes fore non, inuitauit ultra, sed compulsi illos oppido, vt diuerterent ad eum. Ingressisque domum illas fecit conuiuium, & coxit azyma, simulagineos scilicet panes, vt in prandio Abraham. Prius autem quam irent cubium, viri ciuitatis vallauerunt domum, à puero vsque ad senem, omnis populus simul. In Hebræo est, omnis populus ab extremo, scilicet vrbis; eò enim concurrerunt ab extremis vrbis locis. Omnis ergo ciuitas. Circumsussa ruit, certatque illudere captis. Vt non mirum sit diuinam patientiam, tam truculentarum bestiarum immanitate victam, cessasse iustitiæ. Necdum finis: vocauerunt quippe Lorum, eumque nequitiæ suæ, quam canina impudentia palam euulgabant, participem esse voluerunt, & hospitij, & naturæ iurium violatorem.

At bonus hospes pro suis peregrinis sollicitus, negligens sui, foras vocatus egreditur; post tergum ocludit ostium, ne receptum quidem liberum sibi relinquens, ne isti Corybantés facti imperu domum irrumperent: tum blanda oratione furentes mitigare nititur. paratum se potius exhibens ad ferendam domesticam ignominiam, quam ad iura hospitalitatis atrociora scelere violanda. Multa lis hoc loco à plerisque Loto intenditur, de filiabus oblatis, insanis illis cynædico furore bacchantibus. Quæ in re valde assentior Caietano, Lotum furentem populum hyperbolica summisione placare voluisse, certum non accepturum populum huiusmodi oblationem, quod filia eius sponte erant ciuium Sodomæ, & quidem, vt apparet, Primariorum. Itaque non magis peccasse videtur, quam Dauid cum dixit Ionathæ, Si est iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad patrem tuum ne introducas me. Eadem hyperbole dixit Ruben Patri, Duo filios meos interfice, si non reduxero illum tibi: Et Moses Deo, dele me de libro tuo quem scripsisti. Eadem fortasse Paulus optauit esse anathema à Christo pro Iudæis, sed redeamus in viam.

Nihil isti persuasi, insanire pergunt, abscedere à ianua iubent, verbis insultant, intentant minas. Denique vim faciebant Loto vehementissimè, iamque prope erat vt effringerent fores. Et ecce miserunt manum viri, aperto tantisper ostio, & introduxerunt ad se Lor, etsi poterant incolumem inter furiosos conseruare, utpote quos iam cæcitate percussuri erant, & inhabiles ad ei nocendum reddituri. Introducto Loto, clausoque ostio, eos qui foris erant percusserunt cæcitate à minimo vsque ad maximum, ita vt ostium inuenire non possent. Eam cæcitate Septuag. *αεχθία* vocant, quæ nullum oculis vitium inferbat, sed ostium videre prohibebat, eo nullam speciem visibilem ipsorum videre non possent, nec suam agnoscerent cæcitate, ostium frustra quærendo defatigati, irrisi iritique abierunt.

His angustijs Lot expeditus operâ suorum hospitem, quibus vnus maximè timuerat, non ægrè agnouit eos, quos adhuc homines crediderat, super homines esse. Illi autem qui eum à maiore etiam malo liberare cupiebant, monent vt omnes suos, qui eum affinitate, aut consanguinitate contingerent, ex

vrbe secum educeret. Delebim enim inquit, locum istum, eo quod increuerit clamor eorum coram Domino, qui misit, vt perceramus illos. Obedi Lot Angelis, & ea ipsa nocte domo egreditur; generos adit qui filias eius accepturi erant: iubet de lecto surgere, & ab imminenti clade liberari. At miseri, quibus vltimus esset ille dies, ludere illum, non serio loqui credentes, salutem consilium aspernati sunt. Nullum quippe videbant apparatus ad tam vicinam cladem. Ideo illum, visis quibusdam aut panico terrore ludificarum putabant, qui nocturnus obambulet, & turbaret alienam quietem.

Lot infecta re domum redit, & forasse non nihil, propter recentia generorum libidria, d. imminente clade subdubians; fortasse etiam amore bonorum suorum in vberima regione retentus, vt dicit Rupertus, & gmina quasi compede præpeditus, lentior redditus cunctabatur, adeo vt pene per vim ab Angelis domo eductus sit: iucunda gratia retributione. Nam per amicam vim domum inducti fuerant, vt immunes fierent à peccatorum petulantia: Nunc, vice versa, ab iis per vim Lot educitur domo, vt immunis fiat à peccatorum poena. Quid plura? dissimulante, siue cunctante illo, apprehenderunt manum eius, & manum vxoris, ac duarum filiarum eius. Terni videntur exisse, vno Angelo medio inter coniuges, altero inter filias incedente, eductisque extra ciuitatem, Salua inquit Loto, animam tuam; noli rescicere post tergum, nec stes in omni circa regione, sed in monte saluum te fac.

Prohibetur Lot, ceterique domestici, retro in hac fuga respicere, siue ad significandum summa festinatione opus esse, quæ respectando impeditur, siue ad maiorem detestationem peruentium, quos Dominus ne bonorum quidem virorum aspectu, nedum commiseratione dignatur. Sine ad docendum oportere timentes Deum à locis personisque impuris celeri se fuga propere: siue ad reuerentiam iudiciorum Dei, quæ hæc humana æstimatione atrocè videantur, minimè tamen curiosè respectanda sunt, sed cum Dauide potius demissa ceruice dicendum, Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. Prohibentur etiam in circumposita regione subsistere, quia tota vallis funditus perdenda erat, in qua erant quinque ciuitates, vt probat nomen Pentapoleos, Sodoma, Gomorrhæ, Adama, Seboim & Segor. Sed Segor, quæ prius Bala dicebatur, & nomen Segor, id est parua, Loto pro ea deprecante sortita est, in extrema erat valle, in aditu montium, ad quos clades non erat peruentura; sed cum pro ea rogaret Lor, causatus difficultatem adeundi montes homini seni, ductorique sceminarum, veniam impetrauit, Statuerat quidem Dominus non subuertere illud oppidum præuisi Loto precibus, ideòque illum ad orandum incitauit, quod si non orasset, vtique illa periisset, atque de illa decretum in diuina mente antecessisset.

Dixit ergo Angelus. Ecce etiam in hoc suscipi preces tuas, vt non subuertam urbem pro qua loquor es. Quoniam ergo factus es voti compos festina, & saluare ibi, quia non potero facere quidquam, donec ingrediaris illuc. Non explicat

XIX. Lot eosplacare conatur.

Quomodo filias effugerat, nec peccet.

a 1. Reg. 20. 8.

b Gen 42. 37.

c Exod. 32. 31.

d Rom. 9. 3.

XX. Illi cæcitate percipiuntur.

XXI. Angeli Lotum pro cognatis eius monent.

Qui negligunt momentum.

XXII. Lot cunctatur.

a 16 in Gen. c. 10.

Cum domesticis educitur.

XXIII. Cur retro aspiciere prohibeatur.

b Psalm. 18.

Lot orat pro Segor.

v. 21.

XXIV. Et voti compos iubeat ad eam festinare.

apertius

Vxor eius in statuam salis versa.

XXV. Quæ mihi reddur.

XXVI. Subuerfio vrbium.

1c. 29. 23. b c. 11. 3. c. 9. 69.

1 cap. 48. c. 1. 16. f. l. 5. Hiflor. g. l. 5. de bell. c. 5.

XXVII. Gemina cladis causa efficiens.

apertius quid facturum esset, ne eum terreat & contrister, festinare etiam iubet, vt ipsa progredientium festinatio alias cogitationes excluderet, praesertim de respiciendo retro, ad quod horrendi pereuntium clamores facile induxissent Lotum, cum eadem clade, in quam incidit vxor eius. Nam in hoc itinere, cum appropinquarent portis oppidi Segor, in ipsius eius suburbis, iamq; caelum vltices flammis ostentaret, & inciperent horrendum mugire tonitrua, mulier, quæ progrediebatur lentius, aut gressu properabat anili, victa curiositate muliebri, conuertit se retro, vt horribile spectaculum tantisper oculis vsurparet, cum statim conuersa est in statuam salis, celerisque inobedientiae, & curiositatis poenas dedit: Loto interea cum filiabus vrbem prope subeuntibus, neque domesticam cladem animaduertentibus.

De loco in quo mulier in statuam salis versa est, ipsoque salis cumulo, ita scribit Benjaminus Iudæus in suo itineralio. Ex monte autem ipso oliuarum Sodomiticum mare conspicitur: à mari verò illo ad cumulum salis, in quem Loti vxor conuersa est, duæ leucae sunt. Constat enim adhuc cumulus ille, qui à gregibus aliquando lambendo imminutus, denuo ad pristinam crescit molem. Sic ille, quæ tanto ante Tertull. in carmine de Sodoma eleganter notauerat. Sic enim ait.

Isaque imago sibi formam sine corpore seruans Durat adhuc. Et enim nuda statione sub aethram, Nec pluuiis dilapsa sua, nec diruta ventis. Qui etiam si quis mutauerit aduena formam Prius ex sese suggestu vulnera compler.

Hanc porro cladem Moses paucis hisce verbis describit. Sol egressus est super terram, & Lot ingressus est Segor. Igitur Dominus pluit super Sodomam & Gomorrhiam sulphur & ignem à Domino de caelo, & subuertit ciuitates has, & alias praeterea duas, Adamam & Seboim, quæ in Deuteronomio, & Osea memorantur; & omnem circum regionem, vniuersos habitatores vrbium, & cuncta terra vinentia. Theodoretus addit pagos plurimos eadem ignea pluuia exarsisse. Non enim dubium est in vberissimo solo frequentes pagos extitisse, De numero vrbium aberrant Solinus, Strabo, Stephanus, Tacitus: nec mirum, cum Iosephus quoque, Egesippus, Andreas Mafius quinque vrbes deflagasse scribant, quod vulgò plerique omnes dicunt & sentiunt, cum tamen ex eo numero eximenda sit Segor, quæ Loti precibus effugit incendium. Dicitur tamen ignis in Pentapolim descendisse, Sapien-tiae 10. 6. quia reuera quinque vrbes fuerant incendio destinatae.

Clades omnibus eadem, eaque gemina, è caelo & terra. Nam crebri ignes excutiuntur è nubibus, fulmina conuulsionibus aequantur, quæ rectis flammis iniiciunt, cum tonitribus horrendo fragore reboantibus: statimque ignea pluuia, ex sulphure, seu pice & sale liquatis vici omnes ac plateæ planiciesque camporum inundantur, flammisque concipiunt, quibus homines & animalia, cunctaque plantarum genera exuruntur. Terræ autem tribuenda est subuersio ciuitatum, quam Scriptura crebro inculcat; quam factam possumus intelligere, terra, per ingentes terræ motus, vastis hiatibus

discedente, & in profundum abeunte, aquis subterraneis eius locum subeuntibus. Itaque contra insensatos caelum & terra pugnant. Nimirum caelum peccatorum suorum clamore fatigarant, & terram detestabili nequitia, diuturnaque polluerant. Itaque tota illa regio, cum habitatoribus suis, funditus perit, & quæ dudum fuerat quasi paradisius Domini, facta est vindictæ Domini monumentum, incredibili fetore ex aquis virulentis, & amaro ac faldedine & grauitate intolerandis exhalante, nihil vt ibi viuere possit. Si quid autem plantatum in vicino viuit, fructusve edit, in cinerem vanescit ac fumum, vt pulchre describit Tertull. in carmine de Sodoma.

Tota regis regio est, &c.

Quamdiu durauerit hoc incendium, quanto tempore subuersio facta sit, non satis constat. Etsi enim Ieremias Sodomam momento subuersam dicat, id tamen momentum dicitur comparatione aliquod annorum quibus Ierofolyma, obsessa, debellata, euerfa est. Et credibile est aliquot horis durasse supplicium, dum ad omnia remedia irritò conatu curritur. Valuit etiam mora ad poenam, eiusque causam agnoscendam, & crimina per poenitentiam detestanda: Abraham tamen, qui mane confurrexisset dicitur, venissetque ad locum, vbi prius cum Angelis steterat, non vidit descendentem pluuiam, sed ascendentem fauillam, id est, fumum flammæ permixtum. Fumo ergo cum flamma exundante, & aërem terraque obscurante fiebat, vt non satis discerni posset, quis esset vrbium, totiusque regionis status, quam tamen luctuosissimum esse constabat. Interea nesciebat quid Loto factum esset, neque eum donatum fuisse precibus suis adhuc didicerat.

Sub idem autem tempus ascendit Lot de Segor: ex vicinaria timore perterritus, quod eò quoque fauilla & terræ motus, qui reliquas vrbes subuertebant, peruenirent; memor etiam Angeli, qui prius eum iusserat in monte saluum fieri, quam de Segor assentiretur. Ascendit igitur in montem cum filiabus suis, & nactus speluncam, à diro spectaculo auersam, in eam se abdidit. Et quamuis non parcebatur oppidulo, nisi in gratiam Loti, non tamen ipso in montem abeunte, Segor in pristinam meritæ damnationis sententiam reuoluta est. Verum Dei dona sunt sine poenitentia: & perseverauit indulgentia, quam sine conditione largitus fuerat diuinus interpres. Cæterum quod pater ex Segor abiens futurum timuit, filia iam factum esse leuiter crediderunt, eandemque calamitatem totam mundum occupasse, sicut olim diluuium; aiunt enim nullum virorum in terra mansisse. Itaque patre super ea re inconsulto, temerarium sibi consilium stultè acceperunt, & stultius executæ sunt.

Reliqua est hoc anno Abraham peregrinatio in Palæstinam, cuius causam è m Moses non expresserit, occasionem dedit coniecturis. Ego sanè crediderim, non aliam illi migrationis causam fuisse, loco, in quo & gloria, & diuitiis, & beneuolentia, & fœdere incolarum principum florebat, quam diuinam iussionem, qua illius virtutem exercere, & illum peregrinam vitam ducere volebat; quod non obscure docet hoc

Tota regio subuertitur.

XXVIII. Quamdiu durauit hæc clades. a Tër. 46.

XXIX. Lor abiecit Segor in montem. b c. 19. 30.

Eoque filie abutuntur.

XXX. Abraham abiecit in Gerara, & qua de causa.

loco

a hom. 45. Prius gignitur Isaac.

b c. 18. v. 1.

XXXI. Aduentus Abraham in Gerara.

XXXII. Qui exceptus fuerit à rege.

loco Chrost. a. Cum ergo tota Patriarchæ peregrinatio, ab exitu de Vr Chaldæorum vsque ad mortem, ex Dei nutu, & directione pependerit, hanc quoque illi oportet ascribere, qui primum illi dixit, *Exi de terra tua*. Praesertim cum hæc commoratio in Geraris diuturnior futura esset. Volebat autem Dominus non solum merita eius augere, sed diuersis populis sancti viri virtutem, & pietatem in exemplum proponere. Est autem credibile Abraham plenum fidei seruire, & obedientiæ promptitudine, ei obsecundante Sara, ante digressum ex Hebron, filium promissionis Isaac genuisse, eodem tempore, quo filia Loti ex parente, Moabitarum, & Ammonitarum, authorem conceperunt. Nam pridie facta est mentio seruatoris diei, & sub arbore sumptum est prandium, loco ventis peruio, & vmbra opaco, vt æstate fieri solet.

Abit ergo Abraham ex Hebron, & proficiscitur. In terram australem Egyptum versus, & habitauit inter Cades & Sur, & peregrinatus est in Geraris. Breui compendio narrat Moses hunc aduentum, & transmigrationem Patriarchæ in Gerara. Vbi cum se diutius mansurum putaret, haberetque copiosam familiam, quoniam in paruulo regno, tanquam peregrinus aliquis latere non poterat, nec iniustum & improuifum, in fines alienos adire, ac pene irruere conueniebat, exigit ratio vt fateamur, missum esse ad regem Abimelechum ab Abrahamo legatum, oraturum vt sibi liceret, bona cum eius venia, in regno ipsius, sine cuiusquam iniuria commorari. Eam orationem regi pergratam fuisse non parum probabile est, quippe qui frequenti fama accepisset, (Est enim Hebron vicina Gerara 14. fere horarum itinere) qui vir & quantus esset Abraham, quanta probitate, fortitudine, opibus. Existimauit ergo eius commorationem, & sibi decoram, & regno fructuosam fore. Itaque respondit perhumaniter, sibi pergratum, perque iucundum eius aduentum fore: amicitiam autem, ac vitæ consuetudinem, etiam gratiosorem. Veniret ad se ad vrbem regiam, cum illic, non quasi peregrinum aut subditum, sed instar germani fratris habitaturum.

Credidit Abraham, venit ad regem cum Sara, & aliquot præcipuis domesticorum, beneuole accipitur, indeque familiariter requirit rex, quæ esset matrona illa, quam habebat comitem. Abraham suum illud antiquum seruans, Soror, inquit, mea est. Abimelech autem cupidus ineundæ affinitatis cum Abrahamo, eam optauit habere coniugem. Solent enim principes ambire matrimonia, quibus potentiores fiant, cum alioqui non desint eis mulieres in regnis suis, ætate amabiles, ac pulchritudine præstantes. Itaque nulla hoc loco fit mentio pulchritudinis Saræ; quæ olim in Egyptiaca peregrinatione celebrata fuerant. Optauit ergo vxorem habere sororem Abraham, vt Abraham haberet fratrem, id est commilitonem, in bello eximium bellatorem, in pace consiliarium, antiqua probitate, ac prudentia virum: in rerum penuria cognatum, cuius essent opes minimè contemnendæ, qui deniq; in prof-

peris & aduersis rebus, præsidio esset & ornamento.

Hæc igitur animo versans Abimelech, misit viros honoratos ad Abrahamum, qui cum eius, affinitatem non respiciens, bona venia, Saram ipsius, vt ferebat, sororem, ad se quasi futuram coniugem adducerent, quam tamen interea apud se haberet intactam, dum eius virtutem & mores, non indignos regio thalamo, cognitos haberet atque perspectos. Hæc ergo dicimus, quod necesse sit sat multum temporis versatam Saram in domo regia, antequam sciretur eam esse Abrahamæ coniugem, vt plaga sterilitatis, quæ extremo vigesimo capite memoratur, in tota regis familia sentiretur. Nec aliorum probabilior apparet, in Mosis silentio qua & ducta fuerit, & tamen intacta permanferit; tulit enim eam quasi sponsam, & futuram coniugem, non quasi vxorem in præfens, Deo ita disponente, & fortè regionis consuetudine id ferente.

Cum autem iam tempus adesset, quo eam in vxorem erat ducturus, ne fieret Sara duorum maritorum coniux, venit Deus ad Abimelech per somnium nocte, & ait illi *En morieris propter mulierem quam tulisti, habet enim virum*. Subintelligenda est hoc loco illa particula; *si reddere nolueris*, quæ inferius additur. Nam tulisse bona fide mulierem in coniugium nulli obligatam viro, criminofum non fuit; at vbi agnouit coniugatam, retinere capitale fuit. Etsi enim tum licuit vni viro plures habere vxores, nunquam tamen licuit vni mulieri ad plures viros pertinere. Itaque Abimelech omnem à se culpam, in eos transfert, qui iniuriam accepisse videri poterant: quem virum etiam probum fuisse, ac timentem Deum, ex tota Mosis narratione facile intelligi potest; certe Ambrosius cum fidem appellat. Theodoretus etiam iustum; vt qui ab iniuria hominibus inferenda, etiam ignotis & peregrinis abhorreret, & adulterium, tanquam peccatum graue, & sibi regnoque suo perniciosum, detestaretur.

Nunc, ergo, inquit Dominus, *redde viro suo vxorem, quia Propheta est, & orabit pro te, & viues*. Quasi dicat. Magni vir est meriti apud me, & eo familiariter vtor, ac futurorum cognitione glorifico. Itaque eius precibus exoratus incolumem te seruabo, & vxor tua, cæteraque femina à sterilitate curabuntur; neque enim alium morbum intelligit, vt infra dicitur; addit autem ad præceptum minas. *Si autem nolueris reddere, scito quod morieris tu, & omnia que tua sunt*. Quibus monitis, & denunciationibus territus Abimelech, statim summo mane surrexit, & vocauit omnes seruos suos: ex quo intelligitur fictam esse regis agnitionem, etiam medicis, si superis placeret, desperatam, quæ non prohibuerit, quo minus primo diluculo surgeret, domesticos conuocaret, vt eis visa per quietem, auditæque referret. *Qui timuerunt etiam ipsi*, quoniam ad ipsos quoque minæ pertinebant. De eorum ergo consilio, vt ait Iosephus, Abrahamum accersit, & cum eo expostulat, quod ipsius dissimulatione tantum non factum fuerit, vt adulterij poenas immeriti luerent.

Respondet Abraham afferens primò diffi-

XXXIII. Curque is optarit Saram coniugem.

XXXV. Agnosceit diuinitas eã coniugatam. a c. 20. c. 3. Genef.

b l. 1. de Abra. c. 7. c. 9. 62. in Gen.

XXXIV. Ac iubetur reddere.

K mula

XXXVI. mulationis causam, & in homine peregrino non reprehendam. Cogitavi mecum, dicens, forsitan non est timor Dei in loco isto, & interficient me propter uxorem meam. Non quod gravius putarent adulterium homicidio, sed quod adulterij ultorem timerent; quod de medio sublato, nullo Dei timore coerciti, impune se peccaturos sperarent. Secundo ostendit se iusta cautione utentem, veritatem celasse, non tamen esse mentitum, vtendo verbis, iuxta morem in sua gente usurpatum, qui fert vt qui eundem patrem, licet non proxime, agnoscunt, fratres dicantur & sorores, vt supra in simili causa dictum est. Alias, inquit, & vere soror mea, est filia patris mei, mediante Aram, & non filia matris meae, quia genitus fuerat Aran, ex alia vxore Tharae. Postremo ad molliendam dissimulationem; addit suum id consilium, non ipsius Abimelechi causa recens fuisse susceptum, sed iam pridem, in omnem huiusmodi euentum inter coniuges institutum: puta ex quo in Aegyptum descenderant.

XXXVII. Abimelech dat Abrahamo. Hac responsione cum Abimelecho satisfactum esset, Dei praeterea minas a se suisque auertere cupiens, & Abrahami gratiam, & orationes, ad depellendam sterilitatem, impetrare, tulit oues & boues, seruos & ancillas, & dedit Abraham, reddiditque illi Saram uxorem suam: hoc necessitatis fuit, illud humanitatis & benevolentiae. Postremo liberam facit ei habitandi potestatem, quouis in loco dictionis suae. Inde ad Saram oratione conuersa; Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, non sine ironia id dictum est, sicut & illud, hoc erit tibi in velamen oculorum, ad omnes qui tecum sunt, quasi dicat, me ibi porius velamen, quod caput obnubas vt omnes agnoscant te esse nuptam. Sunt autem mille agentei sicli, totidem semiunciae argenti, quae in are gallico hoc tempore sunt 27. solidorum cum dimidio. Itaque mille sicli, siue argentei, sunt quingentae vnciae, respondentque 1375. Francis Gallicis, aureis autem 458. cum tricente, quae fusi in Annalibus, disputata reperies. Et iuxta hanc estimationem, & valorem pecuniarum, deinceps siclos, aliasque monetas peregrinas, in nostrates transferemus.

XXXVIII. Et diuinitus sanatur. Vt autem hanc Abimelechi historiam, si mulque res anni huius concludamus. Accepit Abraham munera, eoque Deum orante sanauit Deus Abimelech, & uxorem, ancillasque eius, & pepererunt. Concluserat enim Deus omnia vulnura domus Abimelech, propter Saram uxorem Abrahae. Perpicuum est hanc muliebrem pœnam esse, nec Regi conuenire. Sed is sanatus dicitur quoniam tota domus, cuius erat ipse paterfamilias, sanata est: nec potest esse caput sanum toto corpore languente.

ANNVS MVNDI 2139.

ABRAHÆ 101. ISAACI 1.

ARII 11. Imperij Assyriorum 208.

ANTE CHRISTVM 1914.

ANNO D E S T annus singularis, atque iniustitiae latitiae, in domo Patriarchae Abrahamae, in natiuitate Isaac, eoque maioris, quod diutius expectata fuerat, & ardentioribus votis expectata. Visitationem enim Domini Saram, sicut promiserat, & impleuit qua locutus est. Hæc visitatio benedictio est, & fecunditas sterilibus, & grandæuæ mulieris, quæ diuinam veritatem, & prouidentiam circa singularia rerum humanarum prodit, factis vberiorum, ac latiorum quam promissis. Potest quoque accipi hæc visitatio, de Angelo visitante Abrahamum & Saram, iuxta eius promissionem, vt eis ortum filij gratularetur, quæ alioqui scripta non est, et merito facta credatur. Sed prior expositio magis placet. Conceptit ergo Sara, & peperit filium in senectute sua. Nonagesimo anno conceptit sub ætatem, vt colligitur ex initio cap. 18. & peperit 91. sub veris initia.

Vocauitque Abraham nomen filij sui, quem genuit ei Sara, Isaac, & circumcidit eum octauo die, sicut præceperat ei Deus, in generali lege circumcisionis, cum centum esset annorum, hac quippe ætate patris natum est Isaac. Annos expletos sumendos esse supra probatum est; atque ita primus Isaaci, est patris 101. sicque sacra Chronologia, quæ Isaac deinceps nititur, bellissime progreditur. Dixitque Sara, Risum fecit mihi Deus. Et risum quidem Isaac significat, ait Eusebius, vt hoc suo nomine castam illam, sanctamque latitiam repræsentaret, quam amicis suis Deus, tanquam singulare munus, ac præmium pollicetur. Pergit Sara. Quicumque audierit corridebit mihi, congratulabitur mihi, fietque particeps gaudij mei. Hoc indicium est virtutis Saræ, & Abrahamæ, quod ab omnibus amarentur, ex quo futurum erat, vt eis cum charitate collarentur. Quis putasset fore vt aliquando nunciatus deferretur ad Abraham, Saram ei seni lactare filium; & veritate lactationis excludit, quod quis de supposito, partu suspicari posset.

Magno autem cum gaudio totum lactationis tempus Saram transegisse, & res loquitur ipsa per sese, & sancti Patres Chrysof. & August. s aliique significant. Hebræi autem tantam lætæis vberitatem illi à Deo concessam aiunt, vt pluribus etiam infantibus nutriendis sufficeret. Certum quidem est Deum non parcere liberalem esse, sed fundamentum, quo nituntur infirmum est, quod scilicet Scriptura plurali numero utatur, & filios dicat non filium. Id enim idiotismo tribuendum est, qui enallagen numeri admittit, etiam vulgò usurpatam, quod plerique notarunt interpretes.

I. Ortus Isaac.

a c. 11. i. Gen.

b c. 18. v. 10.

c vide supra an. 30.

II. Ratio nominis.

d c. 21. 5.

e de Prop. Euan. l. 11. c. 6.

III. Lactatur Isaac.

f hom. 46. s serm. 68. de temp.

ANNVS MVNDI 2143.

ABRAHÆ 105. ISAACI 5.

ARII 15.

Imperij Assyriorum 212.

ANTE CHRISTVM 1910.

I. Quando ablactatus Isaac. a In trad. Hebr.

IN variis de anno ablactationis Isaac sententiis, illam elegi quam ab Hieron. ex Hebræis relata, probatamque video, de quinto anno currente: quamuis legamus sanctam Machabæorum matrem triennio filios lactasse; dum enim vita productior fuit, consentaneum est lactationem fuisse diuturniorem, contra autem fuit tempore Machabæorum, post mille videlicet septingentos & quadraginta circiter annos: & satis constat res diutius duraturas, tardius assequi perfectionem suam. Itaque tardius etiam fortassis ei dentes, ad solidiorem cibum necessarij succrescebant.

De hac porro ablactatione nihil aliud habet Moses, quam creuisse puerum, & ablactatum esse, fecisseque Abrahamum grande conuiuium in die ablactationis eius. Id autem Hebræis solenne fuisse, etiam ex Samuëlis historia demonstratur, ex qua etiam clarius intelligitur illud ad gratias Deo agendas referri. Cur autem in die Circumcisionis non fieret conuiuium, in signum lætitiæ, quod infans aggregatus esset in numerum filiorum Dei, sicut nunc plerisque in locis baptisinate paruulorum, causam non reperio, nisi id placet consuetudini datum. Circumcisio enim recens instituta fuerat, consuetudo autem conuiuij in ablactatione, antiqua, & à maioribus recepta per manus: infante primum inter conuiuias, vt apparet, sedente, eorumque cibos pro suo modulo, participante.

ANNVS MVNDI 2144.

ABRAHÆ 106. ISAACI 6.

ARII 16. Imperij Assy. 213.

ANTE CHRISTVM 1909.

I. Eiectio Ismaëlis, eiusque rebus. a In Trad. Hebr.

HABET hic annus eiectionem Ismaëlis cum matre sua, quam plerique in hunc annum referunt, cum Isaac iam quinque annorum esset, nimirum expletorum, & sextum esset ingressus. Præit fere Hieronymus, vbi cum dixisset quinto infantis anno ablactationem factam fuisse, addit, post ablactationem, Ismaëlem cum matre domo expulsus esset. Et cum nihil cogat illos statim à conuiuio eiicere, possumus sane cum Tornello, & aliis, eiusdem anni finem expectare. Ita temporis ratio à Scriptura firmatur: cum enim Dominus dixerit semen Abrahamæ quadringentis annis afflictum iri, quod à sancto Stephano iteratur, idque de semine eius per Isaac intelligatur: ab hoc autem anno ad exitum de

b Gen. 15. 13. c Ab. 7. 6.

Agypto, anni 400. numerentur, oportet hunc annum primum esse afflictionis, quando Ismaël persequens Isaacum, vt loquitur Apostolus, a domo eiectus est. Deinde cum à promissione primam facta Abrahamæ, vsque ad legem datam, anni 430. ab eodem Apostolo, numerentur, & hic annus sit 31. promissionis, oportet etiam primum esse eorum quadringentorum, qui sequuntur. Sed de tempore satis, plura in Annalibus reperies.

Huius eiectionis causam Moyses in hæc verba refert. Cumque vidisset Sara filium Agar Aegyptia ludentem cum Isaac filio suo, dixit ad Abraham; Eiece ancillam hanc & filium eius: non enim erit haeres filius ancilla, cum filio meo Isaac. Ex hac ratione Saræ apparet Ismaëlem vigesimum iam annum ingressum, maiores quam pro filio ancillæ, spiritus assumpsisse, & se pro hærede, & primogenito gerentem, Isaacum quinquennem contempsisse, & crebra illusionem vexasse. Ita hunc locum intellexit Paulus Apostolus, cum hunc ludum persecutionem vocauit, is, inquit, qui secundum carnem natus fuerat, persequatur eum qui secundum spiritum. Itaque Paulum ibid. Hieronymus intellexit, & in trad. Hebr. Et vox Hebræa non tam ludentem, quam insultantem, & superbè, contumeliosèque tractantem significat, eodemque modo eandem infra usurpat vxor Putipharis, in accusatione Iosephi. Talis fuit ludus famulorum Abner & Ioab, qui in mutuam multorum eadem euasit.

Dixit accepit hoc Saræ verbum Abraham pro filio suo. Patriarcha, inquit Chrysof. bene affectus erga Ismaëlem molestè accipiebat, quæ è Sara dicebantur. Neque enim de Agar multum sollicitus erat, sed erga puerum ita afficiebatur, vt pote adhuc adolescentem. Maminerat quoque eximias sibi de eo promissiones factas, eundemque, vt pote à se genitum, non poterat aspernari, nedum exturbare domo, cum matre sua. Cum ergo hæc eiectio Abrahamum male haberet, affuit ei per visum nocturnum Deus qui crebro virtutem eius duris exercebat rebus, eique dixit. Non tibi videatur asperum super puero, & super ancilla tua; Omnia quæ dixerit tibi Sara audi vocem eius, quia in Isaac vocabitur tibi semen. Cui scilicet promissi terram hanc, & in quo benedicentur omnes nationes terræ. Sed & filium ancillæ in gentem magna, quia semen tuum est. Significat ergo Dominus hanc Saræ postulationem, non ex inconsulta mulieris iracundia, sed ex diuina inspiratione profectam, volente Domino illum ab adolescentia longe ab Isaac secludere; ne cum ætate crescente ferocia, Isaac legitimo hæredi dominari conaretur.

Abraham cui nihil erat antiquius, quam diuinæ voluntati in omnibus rebus obtemperare, surrexit mane, & tollens panem & vitem aquæ, imposuit scapulæ eius, tradiditque puerum, & dimisit eam. Magna hæc videretur Abrahamæ erga uxorem concubinam, & susceptum ex ea filium parcitas, atque diuities. Sed fortasse hoc quoque iussit Dominus, quod deinceps vtriusque curam in se susciperet, vt sentiunt Theodoretus, & Abulensi, qui tamen hanc parcitatem

Abraham cui nihil erat antiquius, quam diuinæ voluntati in omnibus rebus obtemperare, surrexit mane, & tollens panem & vitem aquæ, imposuit scapulæ eius, tradiditque puerum, & dimisit eam. Magna hæc videretur Abrahamæ erga uxorem concubinam, & susceptum ex ea filium parcitas, atque diuities. Sed fortasse hoc quoque iussit Dominus, quod deinceps vtriusque curam in se susciperet, vt sentiunt Theodoretus, & Abulensi, qui tamen hanc parcitatem

II. Et causa, & quis ludus Ismaëlis. c Gen. 21. 9. 10.

d Gal. 4. 29. id est.

e c. 39. v. 14 f. 2. R. g. 2. 14.

III. Molestia Abraham su per Ismaële.

Et diuina eius consolatio.

IV. Dimittit matrem cum filio.

g. 71. in.

An cum
aqua sola?

transfert in Saram parum æquam in Agarem, & Ismaëlem, cui tamen Dominus hac in re voluerit Abrahamum obsequi, sed addit etiam mox à discessu eorum, Abrahamum eis copiose necessaria subministrasse: idque propter loci vicinitatem, facile fuisse, & propter naturæ coniunctionem, oportuisse. Neque si Deus à principio eis per Angelum prouidit, perpetuum fuisse putandum est: & non potius deinceps Abrahamum recordatum esse, se patrem esse ac maritum. Denique qui in alienos ignotosque benignus erat, in suos non factus est ferreus.

V.
Agaris lu-
ctus in siti
pueri.

Cum ergo abiisset Agar, errabat in solitudine Bersabeæ, qui locus est in extrema Chananitide, ad meridiem, Ægyptum versus, & postea ex euentu id nomen accepit. Cumque consumpta esset aqua in vtrè, abiicit puerum subter vnam arborum, quæ ibi erant, quam Septuag. vocant abietem. Non abiicit autem, quasi illum ferret in brachiis infantulum, qui annum iam vigesimum attigerat, sed deseruit cum ingenti mœrore eum, qui ultra progredi non poterat, viribus, pro ariditate sitis, exhaustis; quod ei nihil opis afferre posset. Ea tanta sitis indicat hanc dimissionem factam fuisse æstiuo tempore, quo citius aqua deficit in aridis, ac siticulosis. Et quia oculi augent dolorem, abiit ab eo quantum potest arcus iacere: & sedens contra leuauit vocem suam, & fleuit: sed flebat etiam puer, & Dei vt appareret, implorabat opem, ex pia & domestica institutione Patriarchæ.

VI.
Ab Angelo
consolatur.

Et exaudiuit Deus vocem pueri in gratiam patris, misitque Angelum, qui afflictis ostenso puteo ferret opem, moneretque matrem, vt curam gereret Adolescentis, ex quo numerosa posteritas oritura erat. Hoc enim maior habenda est cura Iuuentutis, quo ad maiora destinatur. Et apparet illos ad aquam illam diutius esse commoratos, eoque conuhere solitos, quæ ipsius ad victum erant necessaria. Hinc Abrahamo prospiciente, vt ex Abulensi dicebamus a; inde adolescentes venationem exercente factus enim est iuuenis sagittarius, vt ait Moses b. Addit Iosephus c Agarem in posteros incidisse, eorumque benignitate miseriam euasisse. Inde autem aliquantum progredientes, habitant in deserto Pharan, quod Israëlita ex Ægypto reduces celebre reddiderunt. Interea Isaacus domi versabatur, sub exactissima parentum cura, vt filius benedictionis, dum Ismaël syluestrem in desertis locis vitam ageret, nullius admodum cura munitam. Ergo ille mitis, iste ferox, pro educationis diuersitate reditus est.

a c. 21. in
textu.
b c. 21. 20.
c l. 1. An.
c. 12.

ANNVS MVNDI 2154.

ABRAHÆ 116. ISAACI 16.

ARII 26. Imperij Assyriorum 223.

ANTE CHRISTVM 1899.

I.
Coniugiu
Ismaëlis.

VB trigesimum Ismaëlis annum contigisse arbitramur coniugium eius, de quo Moy-

ses a, Habitauitque in deserto Pharan, & accepit illi mater sua uxorem de terra Ægypti. Cui chronologia conciliant fidem ortus aliquot Patriarcharum, qui in Scriptura memorantur orti, sub annum trigessimum parentum suorum b: Et credibile est hoc coniugium non ignoto Abrahamo coaluisse, & patrem filio munera, non minus quam postea Ceturæ filiis largitum esse. Porro nomen vxoris Ismaëlis nusquam apparet in sacris literis.

a Gen. 21.
21.

b Gen. 11.
14. & seqq.

II.
Fœdus
Abrahæ cū
Abimelecho.
c c. 21. 22.

Eodem tempore fœdus iuit Abraham cum Abimelecho, vt ait Moyses c, explicato Ismaëlis coniugio. Nec video cur anteuerendum sit hoc fœdus, & ex eo loco mouendum, quem ei dedit series Mosâica narrationis. Diuturnam enim Abimelechi experientiam inuunt illa verba, *Deum tecum est in vniuersis que agis*, quæ videlicet causa excitauit hunc regulum ad ambiendum hoc fœdus. Apparet etiam interuenisse iurgia inter Abrahæ, regisque famulos, quæ ad Dominos delata, inimicitias inter vtrumque, & quæ ex inimicitis oriri solent, procreare potuissent. Quibus Abimelech occurrere studens, & à se, regnoque suo potentem aduersarium auertere, eum amicum habere voluit, ac fœderatum. Quod fidem etiam conciliat iis, quæ, de expetito ab eo Saræ coniugio, supra dicebamus. Et forte inaudierat aliquid de terra illi, eiusque posteris promissa diuinitus. Ideoque pro se posterisque suis cum Abrahamo pacisci voluit.

III.
Contrahitur, & iururando firmatur.

Assumpto ergo secum Phicol principe exercitus sui, quasi teste ineundi fœderis, Abrahamum adit, eique ingenue fatetur se motum fœlicitate eius, & diuina in eum beneficentia, ad quærendam non tam amicitiam, quæ pridem parata erat, quam fœdus, quod ad seram vsque posteritatem pertineret, quod iureiurando, cæterisque cæremoniis sanciretur. Abraham consentit in fœdus, promittitque se iuraturum. Sed ne qua fortasse in animis similitas resideret, expostulat prius Abraham de accepta à seruis regis iniuria, qui puteum, quem foderant Abrahamita, illi per vim abstulerant. At rex negat se culpæ conscius vel participem extitisse, sed paratum potius ad ius cuique suum reddendum, si res ad eum delata fuisset. Excusationem accipit Abraham, vt ostenderet querelam non ex odio, sed iustitiæ zelo profectam, memor præteritæ Regis erga se liberalitatis: & ipse Regi oues & boues liberaliter largitur, vicissimque Rex ei locum; in quo erat puteus, & spatium ali-quod circumpositum dedit, in quo mox Abraham plantauit nemus.

Mutua mœra.

IV.
Ritus fœderis.

Percusseruntque ambo fœdum, seruando solemnitatem, vt ait Tostatus, quæ olim in fœderibus seruabatur, vt scilicet aliquot animalia occiderentur, eisdemque diuisis, inter diuisiones; ab iis qui fœdus inibant, transfiretur, iuxta ea quæ supra dicta sunt d, de fœdere Deum inter & Abrahamum inito. Scorsim autem septem agnas statuit Abraham, quas regi dedit, in testimonium, inquit, quoniam ego fodi puteum istum, de quo scilicet inter ipsos iurgatum fuerat, & qui deinceps ex re ipsa nomen accepit Bersabeæ. His gestis illi regressi sunt ad suos in Gerara. Abraham verò

d An. m.
2119. n. 6.

Puteus & Nemus Abrahæ.

possessor

possessor putei & loci circumiacentis, plantauit in eo nemus, in quo, vt aiunt Hebræi, solebat excipere peregrinos, illosque ad veri Deum cultum adducere. Innuitur etiam ibi altare extruxisse, cum dicitur ibi inuocasse nomen Domini Dei æterni.

ANNVS MVNDI 2156.

ABRAHÆ 118. ISAACI 18.

ARII 28. Imperij Assyriorum 225.

ANTE CHRISTVM 1895.

I.
Salę obitur:
Gen. 11.
4. 15.

EXPLENTVR hoc anno tres & triginta supra quadringentos annos Saræ, quem ei vitæ cursum Scriptura a, supra in catalogo Patriarcharum attribuit. Itaque moritur hoc anno, relicto in viuis adhuc proauo suo Semo, quamuis 165. annis natu grandiore.

b n. 10. 11.

Sed is quoque biennio post viuendi finem fecit, anno diluuii 502. vt patet ex 11. Gen. b & proximè dicturi sumus.

ANNVS MVNDI 2158.

ABRAHÆ 120. ISAACI 20.

ARII 30. & vlt. Imperij Assyriorum 227.

ANTE CHRISTVM 1895.

I.
Semi obi-
us.

HOC denique anno moritur Semus, omnium Patriarcharum antiquissimus, atque adeo, quod scripto sit proditum, omnium mortalium, qui ab obitu Noë patris eius in viuis fuere. Eius enim fuisse primogenitum in ipsius Semi ortu docuimus. Sepultus dicitur in Babylone, vt habetur in Romano martyrologio, decimo Aprilis. Ex quo etiam coniectura ducitur, Semum alium planè fuisse à Melchisede cho, qui apud Chananæos, tam longè à Babylone vixit, regnauit vtrique & sepultus est. Sed de hoc argumento c alio in loco pluribus à nobis disputatum est. Et quoniam diu admodum vixit, coæuos habuit plerosque, tam ante quam post diluuium. Vixit enim ante diluuium cum patre, auo, & proauo annis ferè centum. A diluio autem, spatio quingentorum annorum, vndecim, duodecimve generationes vidit, si iam primogenitus Ismaëlis natus erat.

d An. m. 1559.
2.

c An. m. 2118.
n. 8. 9. 10.

II.
Eius præ-
stantia &
virtutes.

Vir fuit eximie virtutis, adeo vt potuerit Mechisedech existimari; quem constat fuisse sanctissimum. Virtutem probat illa in parentem Noënum reuerentia, quam illustriorem reddit alterius fratris in patris dedecore petulantia, probat, & collata in eum Patriarchæ sanctissimi benedictio, in qua singulari privilegio Dominus, Deus Semi appellatur, sicut postea Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Benedictio, quam merito existimare possumus, non in externa solum bona, sed large in corpus vt diuissimè, & in animam, vt sanctissimè viueret, redundasse. Indicat retenta in eius vnus familia, vera pietas, verusque,

Benedictio à Noë.

Dei cultus, aliis penè omnibus in idololatriam prolabantibus. Penè omnibus dixi; Nam satis constat Melchisedech & Abimelech Chananæorum regulos, cum magna vtrique parte subditorum suorum, veri Dei cultores extitisse. Quod si in posteris maledicti Chanaan tales viri reperti sunt, minimè dubitandum videtur, quin in Iapheti filiis ac nepotibus, plerique haustam à Noëmo pietatem fouerint, ac propagarint.

III.
Eiusdem
gloria.
a c. 49. 19.

Sed virtuti Patriarchæ huius respondit gloria. Seth enim & Sem, vt ait Ecclesiasticus a, apud homines gloriam adepti sunt, & super omnem animam in origine Adam. Id est inter omnes filios Adam. Quia, vt rectè notauit Iansenius, sicut Seth post Adam primus est piæ generationis pater, vsque ad diluuium, cum frater eius pater esset impiorum: Ita & à diluio post Noë, Sem factus est primus parens sanctæ generationis Patriarcharum, ex quibus Christus ipse natus est, cum eius frater Cham impius parentis irrisor, primus esset impiorum pater. Hanc vtriusque gloriam refert Bolducius b ad supremam illis temporibus in Ecclesia Dei dignitatem, vt Sethus ante diluuium post Adamum Sem à diluio post Noë summum gesserint pontificatum. Gloriosus ergo Sem, & inclutus iuxta nomen suum, & in eo maximè, quod Christum ipsum, omnium nepotum eius longe gloriosissimum, adumbrarit, qui viderit semen longæuum, qui zelo pro patris honore commotus sit, qui semen priorum à diluio segregarit, & Iapheti progeniem exceperit in tabernaculis suis, sicut Christus excepit gentilium populos in Ecclesiam suam.

b de Eccl.
ante legem,
l. 2. c. 2.

Putatur
pontifex.

Hoc ipso anno trigessimus & vltimus expletur annus Arii quinti Assyriorum regis, cui proximo anno successit Aralius filius eius tenuitque ad annos quadraginta; vtrumque affirmant Eusebius, & Africanus. Crediderim etiam hoc vel sequenti anno natam esse Rebeccam Isaac vxorem, vt infra dicemus.

IV.
Aralius
Rex Assy.

ANNVS MVNDI 2163.

ABRAHÆ 125. ISAACI 25.

ARALII 5. Imperij Assyriorum 232.

ANTE CHRISTVM 1890.

INSIGNIS est hic annus in paucis admirabili Abrahæ & Isaac Patriarcharum obedientia, quam vterque exhibuit Deo, ille vsque ad mortem dilectissimo filio inferendam; iste se, tam inuitato sacrificio, hostiam religiosissima deuotione offerendo. Quo porro tempore id contigerit certatur inter Chronologos; communior & verior opinio, & quæ nullis vrgetur incommodis, est Isaacum egisse tum annum circiter vigesimum quintum. De anni tempore proditum est ab Hebræis, id primo septimi mensis contigisse c, quo die institutus est à Mose festus tubarum dies, in quo earum clangore conuocabatur populus ad audiendam legem. Dicunt autem Hebræi, huiusmodi tubas

I.
Sacrificiu
Isaac quã-
do contig-
erit.
Gen 22. l. 1.
Ant. c. 13.

Vt tradit
Iosephus.
c. Esdra 2.
c. 2.

funebri oratione planctuque dolorem suum declararet, & mortuam commemorandis illius virtutibus dilaudaret. Et fletus quidem, vt notarunt Pererius & Abulensis, veri doloris erat, planctus autem honoris, ac solemnioris, personis illustribus deferri solitus. Quomodo David planxit Saulem & Ionatham, caesos in montibus Gelboe, & lugubre carmen ipse composuit, quod ab Israeliticis in funeribus decantaretur. Ideoque Dominus minatur Iochimo filio Iosae, in poenam scelerum suorum, fore vt non plangeretur. Non plangent eum, inquit, va frater & va soror, & non concrepabunt ei, va Domine, & va inclite: sepultura asini sepelietur, &c. Addebant & compulsionem manuum, & percussione[m] pectoris, aliaque, quae in Annalibus breuiter persecuti sumus.

czremonia funcris. a 1. Reg. 1. 17.

b Jerem. 22. 18.

c n. 3. 4.

III. Abraham emit locum sepulchri. d Gen. 10. 15.

Sed redeamus ad Abrahamum, qui cum surrexisset ab officio funeris, locutus est ad filios Heth. Incola loci huius erat Hethaei, quos inter filios Chanaan Moyses, secundo loco memorat. Ab his Abraham primum vniuersum petit, sibi vt liceat habere in eorum agro locum aliquem, in quo defunctae vxoris corpus sepeliat. Illi vltro offerunt sepulchra sua, vt vnum ex omnibus eligat, in quo sepeliat mortuam, spondentque neminem id prohibiturum. At Abraham, qui nolebat Saram in profanis infidelium sepulchris condere, petit certum sibi locum vendi, quem deinceps vt proprium possideat, in eoque perpetuum sepulchra locum sibi suisque obtineat. Is locus fuit spelunca duplex, quam possidebat Ephron, filius Seor Hethaeus, cuius pretium edixit rogante Abrahamo, quadringentos argenti siclos, quos si ad nostratrem pecuniam reduxeris, conficient 550. Francos; quoniam siclus semiuncia est argenti, vt supra dictum est. Eam pecuniam appendit Abraham, & ita confirmatus est ager, & antrum, quod erat in eo, Abraham, in possessionem sepulchri.

e c. 20. 16. A. m. 2138. n. 37.

IV. Laudatio Sarae.

Possimus nos quoque imitatione Abrahami, coonestando Sarae funeri operam aliquam ponere; funeri matris credentium cuius eximia plane laus est incomparabilem Virginem adumbrasse, & illi similem dici posse, nomine, fide, gratia, fecunditate, experta prole, peregrinationibus, coniugio, pulchritudine, honore, amissione ac recuperatione filij, & multarum similitudine virtutum. Denique Sara a principe Patriarcharum, magno cum honore sepelitur. B. Virgo a Patriarchis noui Testamenti, cum hymnis & canticis, magnaque gloria tumulatur: neque illic abfuit Isaac filius eius; neque hic desideratus est Iesus, filius eius, qui eam in caelum, ad beatam immortalitatem assumpsit. Sed hanc comparationem in pauca hic verba contractam, inuenies in Annalibus paulo latius explicatam. Ad hoc strictim eiusdem laudationem, seu breuem vitae epitomen, quae in duplicis speluncae fronte appendi possit, cum bona Lectoris venia, hunc in modum.

Vide Annal. n. 9. & seqq.

V. Et Epitaphium.

Mulierem fortem si forte queras Lector, procul & ceteris vltimis Chaldaee finibus eductam hanc spelunca claudit, Saram fortissimam, nobilissimamque mulierem, adeoque principem non familiae vnus, sed maximam lectissimamque

populi, non populi, sed gentium plurimarum Nam ad illam quoque pertinet, Benedicentur in te omnes gentes. Iacet in hac spelunca duplici dilectissima coniux Abraham, digna planctu, lacrymisque maximi Patriarchae; mulier plane fortis in deserendo natio solo, patrioque caelo, cum Diis patriis, patriaque domo, amicis cognatisque, certa perpetuae peregrinationis, exilijque sempiterni. Fortis in sterilitate ac X C. annos patienter toleranda, & promissa prole ipsos 25. annos expectanda. Fortis in periculis, atque omni tentatione superior: vt merito confidat in ea cor viri sui, dum regi Aegypto, atque Palaestino eam credit, & illa se ex eius arbitrio, vxorem vtrobique dissimulat, & sororem vocat. Fortis in peregrinationibus annorum duorum supra sexaginta, a Chaldaea in Mesopotamiam, in Chananitidem, in Aegyptum: indeque rursus in terram Chanaan, & ibi in Sichem, in Bethel, in Hebron, in Geraris, in Bersabea, & rursus in Hebron, vbi peregrinationibus morte aliquando terminatis, ad sinum Patriarcharum profecta, ipsi Abrahamo parauit locum, anno aetatis 127. ab orbe condito bis millesimo 175. Ante ortum Virginis matris, cuius clarissimus typus fuit, 1863.

a 65. ad 127.

ANNVS MVNDI 2178.

ABRAHAMI 140. ISAACI 40.

ARALII 20. Imperij Assyriorum 247.

ANTE CHRISTVM 1875.

QVADRAGESIMO Isaaci anno eius matrimonium contigisse omnes aequè consentiunt. Praet enim Scriptura Abraham, inquit, genuit Isaac, qui cum 40. esset annorum duxit vxorem Rebeccam. Et poteramus annos hic quoque numerare completos, vt hoc anno poneretur legatio in Mesopotamiam matrimonij causa, sequenti ipsa matrimonij celebritas, quae, quia vno fere verbo a Scriptura perstringitur, ipsa autem legatio late describitur, visum est vtramque in hunc annum conuicere. Tarditas porro huius matrimonij admiratione non caret: cum praesertim grandaeus Abraham nihil aequè expeteret, quam videre quamprimum ex Isaaco nepotes; quod ipsum de Sara aequè affirmari potest. Existimo sane Patriarcham ea in re diuinam expectasse monitionem, quia promissum diuinitus semen, peculiari Dei prouidentia, administrabatur. Ex qua illud etiam profectum est, vt vxores Chanantides ab hoc coniugio repellerentur, & puella de ipsiusmet, Patriarchae cognatione eligeretur. Accedere potest illa ratio, quod cum Rebecca diuinitus huic matrimonio destinata esset, non ante monuit Dominus Abrahamum de coniugio, quam illa adoleuisset, quae nunc decimum octauum, vel 19. agebat annum, vt supra notauimus.

I. Coniugium Isaaci, eiusque rebus. b Gen. 25. 20.

c a. m. 2164. num. 3.

Huius negotij eligitur interpres ab Abrahamo non ipsemet Isaac, ad quem res maxime pertinebat, & cuius consensus in matrimonium

II. Eius interpres Eliezer.

num, certamque mulierem necessario requirebatur, sed domesticus famulus. Ac ne consuleretur quidem Isaacus, quod patri certissimum esset, cum in paterna potestate fore. Accedit quod cum vnigenitus ei esset Isaac merito prudenterque veritus est, nequid ei in longinquo itinere humanitus accideret, & interim ipse suauissima dilecti sui consuetudine priuaretur. Illum porro famulum vocat Moyses seniore[m] domus Abraham, qui praerat omnibus quae habebat; crediturque fuisse ille Damascus Eliezer, cuius superius facta est mentio; Eum enim fidelissimum Abraham, ac dilectissimum apparet ex eo, quod de illo constituendo haerede, filiorum defectu, cogitaret. Tanti tamen duxit esse negotium, quod illius fidei ac prudentiae committebat, vt ab eo iusturandum exigeret, de accipienda vxore de cognatione sua, & non de filiabus Chanaan. Praesertim cum in eius arbitrio poneret vxorem, quam apud Nachorem acciperet, quae plurimae ex octo filiis Malchae natae esse poterant. Nisi forte placet Abrahamum alia sigillatim mandasse, quae non sunt a Moysese mandata litteris.

a Gen. 15. 2.

III. Abraham ab eo iuramentum exigit.

Cur abhorret a filiabus Chanaan.

b Gen. 27. f. & 28. 1. 2.

IV. Cui vsui 10. camelis. c c. 24. 15.

d v. 59.

V. Voti Eliezer.

Ea porro caeremonia, manus ad fenuit Abraham ad mouendam, famulum adiurabat per Dominum caeli & terrae, quia is de semine Abraham nasciturus erat; vt patres omnes, catholicique Doctores interpretantur: reiectis Iudaeis, qui in honorem circumcisionis factum volunt. Quoniam vero iubebat Abraham deduci puellam in Chananitidem, quaerit Eliezer, quid facto sit opus, si ea nolit ex patria demigrare, an eo deducendus sit Isaac. De priore respondet Abraham, fore vt puella non sit detrectatura migrationem, Angelo Domini rem suauiter administrante. Quoniam tamen liberae semper remanent mortaliu[m] voluntates, subdit. Sin autem mulier noluerit sequi te, non teneberis iuramento, filium meum tantum ne reducas illuc. Tunc enim videlicet exquiramus a Deo, quid fieri placeat. Abhorrebat nimirum Patriarcha ab ea gente, quae antiquo Noe maledicto tenebatur, & post annos aliquot funditus erat exterminanda. Ideoque non oportebat cum ea semen Abraham permisceri atque confundi, ne cum ea simul interiret. Idemque etiam obseruauit Iacob.

Praestitit iuramentum Eliezer matrimonij procurator. Tulitque decem camelos de grege Domini sui, quibus partim munera pretiosa portarentur, vt ex sequentibus patet, vbi de aureis argenteisque vasis, & pretiosa veste fit mentio, partim etiam procuratoris comites, de quibus infra fit mentio. Et in reditu noua nupta, eum eius comitatu deuchenda erat, & multa supellectile. Profectusque perrexit in Mesopotamiam ad urbem Haran, in qua habitabat Nachor frater Abraham, qui ibi quinquennium cum patre fuerat commoratus. Iamque peruentum erat ad propinquum vrbis puteum, cum Eliezer de suo negotio sollicitus, & humanae prudentiae diffidens, ad diuinam recurrit prouidentiam, quae futurum hoc matrimonium, pro sua in Abrahamum beneuolentia, moderabatur: peritque vt ex certo quopiam euentu, ex ipsius afflatu profecto, intelligat,

quamnam Deus elegerit in vxorem Isaaci. Eum euentum ipse proponit: vt scilicet ea puella a Deo electa agnoscat, quae sibi potum petenti libenter tribuat, & insuper vltro camelis offerat.

Id desiderium ac postulatum fuisse legitimum, Deoque acceptum, atque adeo ipso inspirante conceptum, ideoque ominosa superstitionis minime accusandam, euentus ipse patet. In eodem etiam agnoscutur Procuratoris huius prudentia, quam Chrysofomus obseruauit. Cum enim sciret mores Abrahami & Isaaci ad hospitalitatis officia propensos; hanc ipsam animi inclinationem optauit in vxore & nuru dominorum suorum, vt tanto esset felicius matrimonium, quo magis inter se coniugum mores congruerent. Agnoscutur & prompta atque officiosa Rebecca charitas, quae nec ignotum repulit virum, neque vespertinum tempus excusauit, quo virgebatur ad reditum, nec iteratum hauriendi laborem detrectauit; nec morata est puellas reliquas, quibuscum venerat recedentes; sed libenter atque officiose quod petebatur, dedit: & ad benignitatem obsequij etiam verborum gratiam & modestiam adiunxit, sed & camelis vltro potum dedit, Eliezere rem totam, cum iucundissima admiratione contemplante, & rebus ipsis agnoscente, exauditam fuisse orationem suam.

V. Ex diuina inspiratio ne factum.

Rebecca officiosa.

VI. Eliezer gratias agit Deo.

a c. 24. v. 26.

Dat Rebecca munera; eius cognatis in nuptias contentiunt.

VII. Dona Isaaci Rebecca & cognatis. c. 24. v. 53.

Reditus aliquandiu tardatur.

tem

tem decem dierum moram postulant, quibus ille resistebat: dies tamen aliquot abstulisse probabile est, quibus vale diceretur propinquus atque cognatis, quorum magnus erat numerus, quibus antidotalia pararentur, & necessaria puellae ac comitibus eius suppellex: quibus denique tam Eliezer, & socij eius, quam cameli à longo itinere modicè reficerentur.

VIII.
Rebecca
discessit
cum nūcio.

Transactis itaque diebus aliquot, paratòque comite, Mater, fratresque dimiserunt Rebeccam, & nutricem eius, quam codices nonnulli vocant Delboram, ab eaque aiunt non solum lac in infantia, sed puerilem etiam institutionem accepisse. Puellae quoque honorariae eam secutae sunt, ut haberet in sequentibus, quae forte fuerunt ancillae in dote datae; ut mirum sit eam nuperrime ancillari modo aquatum iuisse, & aqua onustam renertisse. Abulensis ait eam morem fuisse Hebraeis, ut puellae etiam opulentarum familiarum, ante nuptias domi, quasi ancillae famularentur. *Dimiserunt autem & seruum Abrahæ, & comites eius, imprecantes prospera quaque sorori suae, consentaneè ei promissioni ac benedictioni, quam postremo Dominus Abrahæ dederat. Soror nostra es, inquit, crescas in mille milia, & possideat semen tuum portas inimicorum tuorum.* Dominetur scilicet in ciuitatibus eorum, ut solent qui portas urbium habent in potestate, earumque propugnacula. *Igitur Rebecca & puella illius ascensis camelis secuti sunt virum, qui festinus reuertebatur ad Dominum suum.*

a v. 59.
Fratres fori
pro spera im-
precantur.
b c. 22. c. 17.

c v. 61.

IX.
Habitatio
Abrahæ
& Isaac.
d c. 16. 14.
e c. 20. 1.

Et autem tempore deambulabat Isaac per viam, quae ducit ad puteum, cuius nomen est Vuentis & Vuentis, ei ab Agare impositum, habitabat enim in terra Australi. Eam supra Moses vocauit Geraram. Sed dubium est, an illic adhuc habitaret Abraham, quem supra dictum est Hebronem remigrasse, vbi & sepeluit Saram, quae ibidem mortua fuerat: & difficile creditur est Isaacum à patre habitatione longius seiunctum fuisse. Dicendum igitur videtur, Abrahamum post sepultam vxorem, iterum in Gerara rediisse, ibique cum filio habitasse, & quidem ante missum famulum in Mesopotamiam, Nam is recta venit in provinciam Geraræ, ad quam pertinet puteus praedictus. Illic autem inuenit deambulantem, aut, ut est in Hebraeo, reuertentem per viam, quae ducit ad puteum. Nam egressus fuerat ad meditantum in agro inclinata iam die. Sic enim Hieronymus interpretatur *à Bethel*, Septuag. interpretum, spirituales scilicet mentis non corpoream membrorum exercitationem; cui etiam consentit Augustinus.

f c. 23. 2.

g in Trad.
Hebr.

h q. 68.

X.
Occurrit
Isaac &
Rebecca.

Regrediens igitur Isaac domum, cum eleuasset oculos, vidit camelos venientes procul. Rebecca quoque conspecto Isaac, descendit de camelo, cum prius interrogasset Eliezerum, quis esset, qui in occursum eis veniret: cognouit quippe à longe camelos suos Isaac, & suspicatus est, quod res erat, & venit obuiam suis. At Rebecca, ut accepit eum esse Isaacum paratum sibi virum, accepit cito pallium, & operuit se, vel pudoris causa, quod sponso suo ex improviso, atque inopinatè appareret, vel ut eo

theristio, aut peplo esset ordinatio. Seruus occurrit prior, significans vno verbo adesse cognatam ac coniugem suam Rebeccam. Quam Isaac peramanter salutat, oscularur, amplectitur, introducitque in tabernaculum Saræ matris suae, quod illi pater inhabitandum tradiderat. Ex quo significatur, sceminas seorsù à viris habitasse. Et accepit eam vxorem, ratum habendo, quod eius nomine Eliezer in Mesopotamia transegerat. Addit Moses Isaacum ita dilexisse Rebeccam, ut dolorem, ex morte matris acceptum, temperaret. Ingenrem illum fuisse necesse est, qui in pectore filij quadragenarij, post triennium viueret. Eum ergo amorem Isaac deinceps in vxorem transfudit; & illa, in locum Saræ amando successit.

Accipit eam
vxorem.

ANNVS MVNDI 1279.

ABRAHAMI 141 ISAACI 41.

ARALII 21. Imperij Assyriorum 248.

ANTE CHRISTVM 1874.

CONIUNCTA narratio gemini matrimonij Isaac & Abrahæ, significat alterum alteri, breui interiecto tempore successisse, quamuis Iosephus, hoc nouum Abrahæ coniugium statim à morte Saræ recenset; cum Scriptura saltem triennium intericiat. Accedit Demetrius apud Eusebium, qui ait Abrahamum annos natum centum & quadraginta duxisse Ceturam, quae est nostra Chronologia. Sed quae casa nuptiarum nouarum, & quae noua vxor. Non leuem certe fuisse causam oportet, cum iam Abrahamus duos suscepisset liberos, & vtrique infinita soboles promissa diuinitus fuisset: & de ipso centenario verè dixerit Apostolus corpore illum fuisse emortuo, cur nihilominus animum ad nuptias applicuerit.

I.
Abrahæ con-
iugium cum
Cetura.
a l. Ann.
c. 14. & 15.

b de Praep.
l. 9. c. 19.

c Rom. 4. 10.

II.
Quae illius
causae vi-
deantur.

Suspicitur non improbabiler Caietanus, & post illum Pererius, Abrahamum praefecisse domui suae Isaacum, tanquam haeredem ex asse destinatum; ipsum autem seorsim cum Cetura mansisse, quam vxorem acceperit, ut senectutis suae curam gereret, & eam familiam, quam sibi ipse retinuerat, administraret fidelius, quam simplex ancilla. Cui rei fidem conciliat, quod in aduentum Rebeccae, nulla fit mentio Abrahæ, sed tota res ad Isaacum refertur, quasi iam à patre separatum, nouumque deinceps patrem familias. Existimo nihilominus Abrahamum ad id diuino monitu adductum, vnde rationes humanae prudentem hominem fortasse deduxissent: Deoque placuisse, etiam extra populum Dei Chananitidis haeredem, multiplicari ex dilecto famulo suo nationes, quae regiones, forte iam tum parum cultas, frequentarent. Nec falsum est quod ait Apostolus, Patriarcham emortuo fuisse corpore, cum credidit se geniturum Isaacum, sed illud etiam verum, eum tunc diuinitus accepisse facultatem, quae ad vltimam vsque senectutem vigeret, ut sex filij ex Cetura suscepti docueret.

Quae

III.
Quae fuerit
Cetura.

Quae autem fuit haec Cetura? mulier primò florentis ætatis; facilius enim fuit ex huiusmodi scemina senem liberos suscipere, quam ex vetula, neque miracula sine necessitate multiplicare par est. Hebraei quidam Ceturam eandem cum Agare fuisse putant. Ineptè, erat enim vetula hoc tempore, ut quae filium haberet annos natum 55. & mox filij non concubinae, sed concubinarum memorantur, qui ab Isaaco fuerint separati. Non crediderim Chananæam, ne coniugia, quae verbis in filio repudiatar, factis in seipso approbasse videretur. Ergo malim ancillam Ægyptiam fuisse, sicut & Agarem, aut ex Ægyptia domi natam. Quoniam autem ex magno ancillarum domi natarum grege, vna ab Abrahamo electa est, quae de ancilla fieret vxor, non dubium est eam multis naturae donis praestitisse, ut recte Abrahæ senectutem fouere, eius familiam administrare, & in ea Dei cultum conseruare, atque amplificare studeret.

IV.
Eiusque filij
ex Abrahama.

Narrat deinceps Moyses quos suscepit Abraham ex Cetura liberos, ac nepotes; sex videlicet filios, nepotes aut pronepotes decem. Et si non dubium est multo plures extitisse: nam de sex filiis, duorum tantum proles recensetur. Et credibile est, saltem hos decem, ante mortem Abrahæ, intra quinque & triginta annos, esse natos: quorum tamen ortus, gesta, mortes Scriptura obruit silentio, quod ad populum Dei, qui ex Isaaco propagandus erat, non pertineret. *Hic omnibus filiis ac nepotibus, ait Iosephus, Abrahamus deducendi colonias auctor fuit, occupaueruntque Troglodyticam regionem, & Arabiae feliciae quidquid ad mare rubrum pertinet.*

a l. 1. Ann.
b cap. 15.

ANNVS MVNDI 2190.

ABRAHAMI 152. ISAACI 52.

ARALII 32. Imperij Assyriorum 259.

ANTE CHRISTVM 1863.

I.
Sterilitas
Rebeccae.

Occ tempore multiplici iam prole, non solum Isaac, sed Cetura quoque lactabantur, gemebant Isaac & Rebecca exactis iam in coniugio annis duodecim sine liberis. Quid Abraham, qui videbat ancillae filios multiplicari, liberae desiderari: & quinquagesimum iam annum sine liberis illum agere, cui promissi erant innumerabiles? Expectabat vtrique fideliter & constanter; sperabat, ut arbitror, non visurum se mortem, donec eius sobolem videret, per quam diuinae promissiones à se transfunderentur in posteros Chananitidis possessores. Verum Isaac & Rebecca non gemebant tantum, sed continentibus precibus diuinam implorabant clementiam, ut sterilitati remedium afferre dignaretur, Nam de Isaaco dicitur aliquando post, *Deprecatusque est Isaac dominum pro vxore sua, eo quod esset sterilis.* Septuag. habent deprecabatur, ne semel tantum illum orasse putemus. Viginti annis ait Chrysostronus perseverauit orans & deprecans Deum, & tunc tandem affectus est quod desiderabat.

Et pro ea
preces.

Deum.
a c. 15. 21.

b hom. 49.
c 50.

ANNVS MVNDI 2198.
ABRAHAMI 160. ISAACI 60.
ARALII 40. Imperij Assyriorum 267.
ANTE CHRISTVM 1855.

DES T annus eximia consolationis & lætitiæ sanctis Patriarchis Abrahamo & Isaaco; sed & Rebeccae illius nurui, & huius vxori, eoque maioris, quo diuini expectata fuerat, & expetita. Annus quo diuina miracula in fecundanda sterili renouantur: quo Rebecca post vigesimum sterilitatis annum, geminos ex Isaaco concepit. Id admirans Chrysostronus. *Quare, inquit, cum & ipsa & vir eius vita fuerint eximia, & ambo multa probitatis, sterilis fuit? Et ut discas rem miram, non solum ipsa sterilis fuit, sed & mater Iusti Saræ, neque mater eius sola, sed & natus Rachel vxor Iacob. Quid sibi vult iste sterilitum choros; Causam mox subiicit, ut cum videris virginem Dominum parientem ne sis incredulus, sterilis virginem parat; & ideo steriles istae fuerunt, ut credatur virginis partus.* Hæc ille fatus, quibus addit Theodoretus, voluisse Dominum ostendere, genus Israëlitarum non naturali successione, sed gratia & fauore suo esse multiplicandum.

I.
Conceptus
Rebecca.

a hom. 49.
Sterilitas
matronarum
cui fini.

b q. 47. in
Gen.

I I.
Gemini in
vtero col-
luctantur.

Dominus porro, qui merita supplicum excedit & vota, Rebeccae conceptum dedit, sed expectatione maiorem: geminos enim concepit; sed collidebantur, vel ut alij vertunt, colluctabantur in vtero eius paruuli. Certum est autem illum motum colluctantium, siue colludentium, matri cruciatum attulisse; & quidem tantum, ut penè conceptionis radiu experita pœniteret. Hinc illa vox dolentis, *si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere?* Certum est etiam eos præternaturali motu in vtero, in figuram & omen futurorum, decertasse, ut consultus super ea re dominus mox explicauit. *Perrexit enim Rebecca, ut consuleret dominum, ut ait Moses, sed neque quò adierit explicauit, neque ad quem: ideoque vtrumque incertum.* Chrysostronus d. Sacerdotem domini ab ea consultum putat, quem plerique Melchisedechum fuisse arbitrantur: alij Heberem, qui annos adhuc, nouemdecim in viuis fuit, & prophetiae dono donatus creditur. De loco, Theodoretus ait Patriarchas solitos construere altaria, in locis in quibus habitabant, ideoque virisimile esse illam ad vnum ex illis supplicasse Deo, & ita didicisse quae futura erant; quae est Diodori quoque Tarsensis, & Procopij Gazæi sententia, cui recentiores interpretes subscribunt.

Rebecca
dominum
consultit.

c c. 25. 22.

d hom. 50. in
Gen.

e Perer. &
Del-Rio.

III.
Oraculum
de gemina
prole.

Responsum accepit Rebecca, duas gentes, duosque populos in vtero matris esse, quod scilicet ipsorum capita, & stirpem attineret; easque inter se hostili animo fututas, quando earum principes, iam ab ipso vtero, in quo colluctabantur, animos alienos à se mutuo, ac diuisos ostenderent. Sed eius pugnae victoriam iuniori aliquando cessuram, & maiorem minori seruum, siue subditum fore.

Quod

b A. M.
2994. n. 1.
c. 16.

Quod postea Davidis temporibus contigisse suo loco dicemus. Ea porro diuisio in vtero exorta in egressu etiam patuit, quando alter alterius egressum impedire conabatur: deinde studiis planè diuersis tota vita, moribusque discreparunt.

Obitus A-
ralij.

Hic porro annus postremus est regni Aralij quando illi 40. tantum annos Eusebius, Africanum secutus, attribuit, sine vlla rerum ab eo gestarum commemoratione.

ANNVS MVNDI 2199.

ABRAHAMI 161. ISAACI 61.

IACOBI 1. XERXIS, siue

BALANÆI 1. Imperij Assyriorum 168.

ANTE CHRISTVM 1854.

I.
Ortus Esau
& Iacob.
a c. 25. 26.

NASCUNTUR hoc anno magni duorum populorum principes Esau & Iacob: & oraculi de ipsis editi veritas incipit agnosci. Tempus confirmat Moses, cum ait sexagenarium fuisse, Isaac, quando nati sunt illi paruuli, annos nimirum 90. explerat, tum primum enim vere sexagenarius dici potuit. Itaque primus annus paruulorum concurrat cum patris 61. & aui 161. quo modo Eusebius quoque hos annos ordinat. Qui in libris de Præparat. Euang. b scribit de Isaaco quæ huc pertineant, & insignem eius continentiam demonstrant. Ait enim eum vnam duntaxat vxorem duxisse, & semel tantum liberis operam dedisse, *Qua, inquit, vnica vice gemina prole suscepta, mutuat cum vxore consuetudinem circumscripsisse fertur, exemplo continentie singulari.* Sic ipse: quæ videntur ab Apostolo c confirmari. Ex quo tamen colligi non potest eum semel tantum liberis operam dedisse. Quomodo enim vxoris sterilitatem agnouisset, aut quomodo Deum non orasset frustra pro vxore, à qua ipse abstineret?

b lib. 7. c. 8.

c Rem. 9.
10.

II.
Qualis
vterque in
ortu, & ra-
tio nominis
iporum.
d Gen. 25.
24.

De puerorum natiuitate hæc habet Moses. *d iam tempus pariendi aduenerat, & ecce gemini in vtero eius reperti sunt. Qui prior egressus est rufus erat, & totus in morem pellis hispidus, vocatumque est nomen eius Esau.* Duo hic notantur in Esau, quibus futuri eius mores repræsentantur, color rufus, & villosa cutis. Ex colore dictus est Edon, quod illi nomen postea confirmatum, cum pro coctione rufa primogenituram vendidit. A pilis quibus, præter morem aliorum infantium, qui toto corpore glabri nascuntur, operus ferarum in morem prodiit, asperitas eius, ferique mores præsignantur; eique nomen Seir datum est, quod Iosephus, Hieronymus, & Liranus pilosum interpretantur: idque signum est fortitudinis. Protinus alter egrediens plantam fratris tenebat manu, & idcirco appellauit eum Iacob, qui scilicet ei nomen indidit, siue pater is fuit, siue mater, quasi dicat supplantatorem, in signum futuræ deceptionis in acquirenda primogenitura, & interuertenda benedictione, quod ipsemet Esau in querela obseruauit ac prodidit.

Septimus à Belo rex Assyriorum Balaneus, siue Balæus cognomento Xerxes, quem S. Augustinus antiquiorem vocat a, ad differentiam, opinor, alterius Balæi iunioris, qui tertius ab hoc regnauit annis duobus & quinquaginta; aut potius posterioris Xerxis Persarum regis, sui exercitus magnitudine, & cladis in Græcia acceptæ nobilioris; quem hic antiquior Xerxes, plus mille & trecentis annis antecedit. Hic ergo siue Xerxes, siue Balæus prior, Imperij Asiatici clauum hoc anno regendum accepit, tenuitque Eusebio teste annis 30. Cæterum Africanus eum Balaneum tantum vocat, & in regibus Assyriorum, vnicum Balæum agnoscit, ordine decimum. Hoc ipso anno Eusebius Argiuorum regnum inchoat, sub Inacho primo eorum rege per annos 50. Inde illi Phoronæm eius filium subiicit, & alios duodecim, qui omnes regnauerunt annis 544. vsque ad Perseum, qui regnum Argiuorum Mycenæ transfudit.

III.
Imperium
Balæi, qui
& Xerxes,
a l. 18. de
Cir. c. 3.

ANNVS MVNDI 2200.

ABRAHAMI 162. ISAACI 62.

IACOBI 2. XERXIS 2.

Imperij Assyriorum 269.

ANTE CHRISTVM 1853.

HIC annus est quadragesimi quarti Iubilæi, & secularis annus vigesimus secundus, quo apparet Abrahamum, qui iam vigesimum secundum agebat annum in Ceturæ coniugio, non solum sex illos filios, qui à Mose memorantur, ab illa suscepisse, sed eodem factos iam adolecentes ratio postulat. Huc ergo non male referre possumus distributionem bonorum Abrahamæ, ab eo factam concubinarum filiis, Agaræ videlicet, & Ceturæ. *Dedit, inquit Moses a, Abraham cuncta que possederat Isaac; filiis autem concubinarum largitus est munera, & separauit eos ab Isaac filio suo, dum adhuc ipse viveret, ad plagam Orientalem.* Continent hæc verba quoddam quasi testamentum magni Patriarchæ; quo hæredem constituto eo filio, quem ex Sara susceperat, reliquis septem filiis, quos ex duabus concubinis susceperat, portionem aliquam bonorum suorum distribuit. Quod si iam res suas sibi habebat Isaac, vt Caietano placet, consentaneè iis, quæ supra dicta sunt b, hæc distributio facta fuerit de bonis, quæ ipse Abraham sibi referuarat in matrimonio Isaac, cum sua omnia illi daret, vt dicebat Eliezer apud Rebeccam c, quæque ab eo tempore diuina benignitate acquisuerat.

I.
Distribu-
tio bono-
rum Abra-
hæ.

a cap. 25. 5.
6.

b A. Abrah.
241. n. 2.

c Gen. 24.
35.

II.
Isaaci hæ-
reditas
opulenta.
d Gen. 35. f.
c. 21. 35.

Ad Isaacum ergo pertinuerunt, si qua fuerunt Abrahami bona immobilia, vt sepulchrum in Hebron d, cum agro circumposito: vt puteus ille Bersabee cum adiacente nemore e. Reliqua autem fuerunt, qualia solent esse peregrinantium, mobilia scilicet, qualia refert Eliezer apud parentes Rebecca. Quam opulentus autem hoc tempore fuerit hinc æstimari potest, vt ait Pererius f, quod anni ante obitum suum amplius nonaginta,

f n. 27.
cum

a Gen. 13. 2.
3. c.

cum ex Ægypto rediit, dictus est diues valde in possessione auri & argenti a, & vsque adeo abundasse gregibus, armentis, seruitiis, vt coactus fuerit à Loto separari, quod eos simul terram capere non posset. Adde mox debellatos quatuor reges, acquisitamque prædam. Denique, nulla affectus iactura, creuit semper: adeo vt diceret Rex Abimelech b, *Deus tecum est in vniuersis que agis*, nec alienum à dignitate sua duceret cum eo inire fœdus, quod ad feram vsque posteritatem perduraret. Hæc ergo penè omnia ad hæredem Isaacum transferunt.

b Gen. 21.
22.

III.
Munera fi-
liorū Aga-
ris & Ce-
turæ.

1.
Cur eos ab
Isaaco sepa-
rauit pater.

2.

3.

4.

c In Annal.
n. 3. c. 4.

Eiusdem generis erant, quæ Ismaëli, cæterisque filiis dedit; quæ etsi erant magna per se, & eo non indigna, qui Princeps Dei audiebat, nihil tamen erant ad Isaaci hæreditatem, vt nomen potius munerum, quam hæreditariæ donationis mererentur. Assignauit autem eis habitationem, longius ab Isaaco; quoniam norat eos vehementer multiplicatum iri, propterea que fore, vt eos eadem terra non caperet. Ergo separationem ipse anteuertit, quam poterat maiore autoritate, ac suauitate perficere. Deinde prudenter agnoscebat fore, vt fratres Isaac ipsi inuiderent, si quotidie haberent ob oculos quod vnus ipse à patre, plura quam reliqui omnes simul, accepisset, quod futurum erat seminarium rixarum, atque iurgiorum. Neque tamen eis pater faciebat iniuriam, quoniam Deus, qui eum locupletarat, Isaacum volebat hæredem, cæteros autem leui portiuicula hæreditatis aspergi. Accedebat quod terra Abrahamæ promissa diuinitus, ad solos Isaaci posteros pertinebat. Postremo isti concubinarum filij, qui à veri Dei cultu discessuri erant, posteros Isaaci peste Idololatriæ infecissent, si Isaacidis permitti habitassent. Sed hæc pluribus Abulensis c, atque Pererius.

ANNVS MVNDI 2213.

ABRAHAMI 175. & vlt.

ISAACI 75. IACOBI 15.

XERXIS 15.

Imperij Assyriorum 282.

ANTE CHRISTVM 1840.

I.
Obitus
Abrahami.
a Gen. 25. 7.

b Gen. 15.
15.

AEST centesimus Abrahamiticæ peregrinationis, & diuinæ promissionis annus, eiusdem vitæ 175. & vltimus. Fuerunt enim, vt ait Moses a, *dies vitæ Abrahæ centum septuaginta quinque anni, & deficiens mortuus est in senectute bona, prouecta que ætatis, & plenus dierum, congregatusque est ad populum suum.* Itaque impletum est quod pridem illi prædixerat Dominus b. *Tu autem ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute bona.* Moritur Abraham, deficitque vt homo, sed in senectute bona, vt sanctus, idèoque congregatur ad populum suum, cæterum videlicet sanctarum animarum, quæ illuc ab Abele descenderant; Corpus autem in spelunca duplici, in qua ipse pridem sepelierat vxorem Saram. Morre porro placida defunctus

est, non violenta & præpropera, vt iuuenibus contigit, sed viribus paulatim præ senio deficientibus.

Hic ergo finis est vitæ magni Patriarchæ, vitæ hinc quidem modis omnibus laudatissimæ, inde autem innumeris molestiis, ac tentationibus exercitæ. Cuius vt nullum illustre facinus sacriliteris proditum haberemus, hoc ipso tamen vir maximus, & inter heroes veteris Testamenti longe clarissimus habendus esset, quod à Deo Optimo Max. electus est, qui esset Pater credentium, & populi Dei Patriarcha; atque adeo illius pater & typus, qui populi Dei, & electorum omnium est in cælo Princeps. Requirit profecto tanta dignitas admirabilem in Deum fidem, spem inconcussam; & animum in Deum & proximum eximia charitate flagrantem: hæc ipsa sunt primaria sancti Patriarchæ ornamenta. Requirit religiosissimam pietatem, patientiam incredibilem, obedientiam omnibus retro seculis inauditam. Hæc quoque sunt laudes & decora magni Abrahami. Requirit heroicam fortitudinem, generosum rerum humanarum contemptum, officiosissimam hospitalitatem, sui ipsius abiectionem ac demissionem animi singularem; expressit hæc, aliæque omnia, quæ in magno viro desiderari possunt, gestis suis mirabilis Abraham. Merito vt exclamet Ambrosius. *a Magnus planè vir Abraham, & multarum virtutum clarus insignibus, quem voris suis philosophia æquare non potuit. Minus est quod illa finxit, quam quod iste gessit, maiorque ambitioso eloquentia mendacio, simplici veritatis fides.* Quin & Scriptura ipsa b admirans ait: *Abraham magnus pater multitudinis gentium, & Non est inuentus similis illi in gloria.*

II.
Eiusque
laudatio.

a l. de Abr.
c. 2.

b Eccl. 44.
20.

III.
Sepelitur à
filiis.

c num. 2. c.
seg.

quibus dar-
monita sa-
lutis.
d Gen. 25. 9.

e Gen. 49.

f Gen. 18.
19.

g n. 13. 14.
c. seg.
n. 20.

Sed hæc diducta latius, rebusque ab eo gestis accuratiore diligentia explicata, in Annalibus ipsis reperies; quæ in funere, & laude coryphæi Patriarcharum, vsurpare potuerunt filij eius Isaac & Ismaël, cum sepelierunt eum in spelunca duplici, quæ sita est in agro Ephron filij Seor Hethæi, è regione Mambre, vt scribit Moses d. Vt autem dubitare non licet, quin duo isti filij Abrahamæ natu grandiores, & dignitate potiores, parenti optimo iusta cumulare perfoluerint: ita dubitare non possum, quin & hi, & Ceturæ filij, & multa turba famulorum morienti affuerit, vt ex ore sanctissimi viri decedentis, monita postrema salutis haurirent, siue sua ipsi sponte, siue Abrahami ipsius conuocatione. Cuius exemplum deinde Iacob nepos e, qui nunc decimum quintum agebat annum, fuerit imitatus. Inuitant ad id credendum illa Domini verba. *Scio, inquit e, quod præcepturum sit filiis suis, & domui suæ post se, vt custodiant viam Domini, & faciant iudicium, & iustitiam.* Inuitant exempla posteriorum eius & consuetudo patrum, qui grandævum in senectute bona moriuntur, quæ in Annalibus adumbrata, hoc loco breuitatis causa prætermisimus: sicut & duodecim capita similitudinis eius cum Christo Domino, eamque admodum expressam atque illustrem.

ANNVS MVNDI 2214.
ISAACI 76. IACOBI 16.
XERXIS 16. Imperij Assyriorum 283.
ANTE CHRISTVM 1839.

I.
Augetur
bonis Isaac.
Gen. 25. 15.

POST obitum Patriarchæ Abrahamæ, benedi-
xit Deus Isaac filio eius, qui habitabat in
puteum nomine viuientis, & videns, vt ait Mo-
ses^a. De temporalibus vtiq; bonorum incre-
mentis agit, quæ à rudi Hebræorum populo, cui
hæc primum scribebantur, pene sola cogitaban-
tur. Quanquam valuisse etiam parentis demor-
tui, pro dilectissimo filio apud Deum preces, vt
spiritualibus quoque augeretur bonis, minimè
dubitandum est. Illa porò bonorum incremen-
ta cum in multiplici pecorum scetu, in copiosis
terræ frugibus, earumque fructuosa distractio-
ne, al. isque id genus rebus agnoscantur, quæ
spatium temporis requirunt, ideo hæc incre-
menta, non ad hunc annum duntaxat, sed ad se-
quentes quoque pertinere censemus. Habitabat
porò Isaac circa prædictum puteum, ad aquæ
commoditatem, iam à tempore coniugij sui cum
Rebecca, vt ex superioribus intelligitur.

cap. 24. 62.

ANNVS MVNDI 2217.
ISAACI 79 IACOBI 19.
XERXIS 19. Imperij Assyriorum 286.
ANTE CHRISTVM 1836.

II.
Obitus He-
beris eius-
que vitæ
futurimi-
Gen. 11.
6. 17.

PERLITVR hoc anno vitæ periodus Hebe-
ri attributa in voluminibus sacris^a, qua
fuit annorum quatuor & sexaginta supra qua-
dringentos, conflata ex 34. annis, quos vixit an-
te genitum Phaleg, & quadringentis triginta.
quos deinde vixit: etsi Græci codices varij sint,
& ab Hebræis, Chaldæis, Latiniisque dissentiat.
Moritur ergo hoc anno Heber, qui vnus ex om-
nibus Patriarchis secundæ ætatis supererat, re-
liquis omnibus ante Abrahami obitum, qui ter-
tiæ ætati dedit initium, morte sublatis. Toti pe-
ne secundæ ætati coæuus fuit, ab atavo Noëmo,
ad Thare abnepotem. In tertia vero ætate vi-
xit cum Abrahamo, Ismaële, Isaac, & vtrius-
que filijs. Eius itaque ætas tredecim generatio-
nibus respondet, aut etiam pluribus, si ratio
habeatur filiorum Ceturæ. Quod totum tem-
pus in magna rerum varietate decurrit.

II.
In multa
casuum va-
rietate.

Vidit diuisionem terrarum à Noë institutam,
vidit & linguarum atque populorum, & vt erat
Propheta, in filij sui denominatione prædixit.
Vidit impiorum Chami filiorum progeniem, &
in primis violentam Nembrodi tyannidem.
Vidit pene generalem veri Dei cultus prola-
pionem; eundemque in Abrahamo exsuscita-
tum, atque instauratum. Vidit de filiis ac nepo-
tibus suis, sex generationum ortus atque interit-
us, in quorum singulorum funeribus incolat-
um suum prolongatum gemebat, quod ille su-
perstes esset, à quibus, vt pote iunioribus, sepul-

tura mandandus videbatur. Vidit flagrantem
bello Syriam primùm: deinde incendio cælesti
Pentapoliin, totamque circumpositam regio-
nem. Vidit totum Orientem, Nini, Semiramidis,
aliorumque Imperatorum armis, turbatum, af-
flictum, seruituti mancipatum. Quibus casibus
credibile est virum sanctum sæpe illa verba
vsurpasse, *Tolle Domine animam meam: neque
enim melior sum quam patres mei.*

a 3. Reg. 19.
4.

Virum insignem fuisse Heberem, iam ex iis,
quæ eius anno primo, & 35. dicta sunt intelligi
potest. Magno autem in pretio fuisse apud po-
steros, denominatio ex eo sumpta, & in omnem
transfusa posteritatem, aperte declarat. Mose
Abrahamum ipsum Hebræum vocat, etiam na-
to iam dudum Israëlitarum cognomine, tum
Patriarcham Iosephum, tum omnes vniuersè
Iacobi posteros Hebræos appellat. Quod autem
ab eo quinque pene seculis gestum fuerit, igno-
ratur. Etsi Bolducius^b in sua Ecclesia ante le-
gem, eum fuisse Pontificem illis temporibus,
gestisseque pontificatum annis nouem & quin-
quaginta scriptum reliquit. Idem existimat
Isaacum Sacerdotio Melchisedechiano initia-
tum, cum Isaac annum ageret septuag. sim-
Iacobus autem decimum, quæ cum noua sint
accuratam profecto probationem requirunt: &
ponunt Semum eundem esse cum Melchisede-
cho, quod nobis non probatur; vt qui cum Cha-
nanæum, cum communi Doctorum sententia
iudicemus, vt supra docuimus^c.

III.
Fuit vir in
sigtis.

An & Pon-
tifer.

c. 1. m. 2118
v. 8. & seq

ANNVS MVNDI 2218.
ISAACI 80. IACOBI 20.
XERXIS 20 Imperij Assyriorum 287.
ANTE CHRISTVM 1835.

MALVIT hic annus, alijque nonnulli tam
antecedens, quam consequentes ad duo-
rum fratrum studia diuersa declaranda. *Quibus
adultis*, inquit Moses^a, *factus est Esau vir gna-
rus venandi, & homo agricola. Iacob autem vir
simplex habitabat in tabernaculis*, Adollescere
dicuntur pueri & adulti, per illos annos quos
comprehendit Adollescencia, quæ vigesimo
primo terminari dicitur. Quo maximè tem-
pore diuersa studia, quæ primis iam annis emi-
cabant, efferunt se apertius, ac profundunt.
Itaque Esau natura ferocior atque ingenio
agresti, à pueritia ruri multus erat, & capien-
dis auibus ferisque capiebatur, famuloque
habebat ad sua studia obsequentes: Isaacu
primum dissimulante, qui sciret nihil inuita di-
cendum faciendumve Minerua: deinde etiam
approbante, eumque illo nomine diligente.
Isaac enim, teste Mose^b, *amabat Esau, eo quod
de venationibus vesceretur*; quæ fuerunt illi præ-
ludia artis militaris: vt olim Nembrodo, &
postea Dauidi, Cyro, aliisque. At Rebecca di-
ligebat Iacob, quia mitis animus mulieri magis
congruebat.

I.
Studia duo-
rum adole-
scitium, Esau.
2 c. 25. 27.

b Gen. 25.
27.

II.
Et Iacobi
cur dicitur
habitasse in
tabernacu-
lis.

Iacob autem natura mitis, ingeniique fa-
cilitate præstans, mitiora studia & occupa-
tiones frequentabat, domi assiduus. Pro-

pterea

pterea enim dicitur habitasse in tabernaculis,
cum id Esau quoque conueniret, sed in iis erat
ipsæquens. Iacob, autem, quo sua ipsum ferebat
indoles, animo magis excolendo, quam
exercendo corpore occupabatur. Hebræi hæc
tabernacula scholas interpretantur, in quibus
manebat Iacob addicens sapientiam & Dei ti-
morem, vt referunt Lyranus & Abulensis, qui
ex iisdem, aiunt fuisse duo huiusmodi taberna-
cula, alterum Melchisedechi, qui erat sapiens, &
Sacerdos Dei altissimi: alterum Heberis, qui
erat propheta, & res diuinas docebat, apud
quem Iacob annis quatuordecim habitavit, aut
iuxta Chronologiam nostram, ad annum vsque
decimum nonum. Chaldæus paraphrastes huc
alludens, *Iacob*, inquit, *erat vir integer, & mini-
ster domus doctrine*. Ludum enim litterarium
Hebræi vocant domum doctrinæ. Bolducius^a
ædem sacram interpretatur, in qua Iacob fuerit
quasi ædituus. Existimo ego hic tabernacula
numero multitudinis vsurpata, tria illa com-
prehendere, domum priuatam, domum doctri-
næ, & ædiculam sacram orationi destinatam.
Etsi ægrè adducor vt credam, grandæuum re-
gem egisse ludimagistrum, aut Heberem in
Chananitidem, transmissis Euphrate penetrasse.
Quod autem Iacob simplex à Mose dicitur,
S. August.^b interpretatur hominem sine dolo &
fictione & minimè malum, quæ simplicitas cal-
liditati opponitur; nec male Iacobo conuenit.
Fuisse enim hominem fraudibus opportunum,
satis declarat commutata vxor primo die nu-
ptiarum. Nec proprio dolo fratrem benedi-
ctionem abstulit, sed materno. Et vero erat de
filiis lucis, quibus filij seculi huius prudentiores
sunt: qui externam speciem fingunt pro arbi-
trio, ac figurant, cui quia interior non respon-
det, ex duplici quasi facie duplices appellantur.
Ceteri verò, quorum cor vultui responderet, quasi
ex vnica facie, simplices dicuntur, quæ laus est
Iobi^c viri simplicis & recti, & Iacobi hoc lo-
co^d, & superius Abimelechi.

Quæ viden-
tur tripli-
cia.
a l. 3. c. 6.

III.
Iacob sim-
plex & re-
ctus.
b 9. 47. in
Gen.

c Job. 1. 1.
d Gen. 25.
27.

e Gen. 20. 6.

ANNVS MVNDI 2223.
ISAACI 85. IACOBI 25.
XERXIS 25.
Imperij Assyriorum 292.
ANTE CHRISTVM 1830.

I.
Rario tem-
poris vendi-
tæ primo-
genituræ.
a 9. 75. in
Gen.
Bibliander.

LEGIMVS hunc annum venditioni primo-
genituræ Esau, non vt certum, sed vt pro-
babilem. *Ponamus*, inquit August^a, *iplos iuue-
nes circa viginti annos fuisse*, cum scilicet alter
vendidit, alter emit primogenituram. At Pere-
rius existimat non fuisse 30. annis minores, me-
diam nos sumamus sententiam, Torniello quo-
que probatam. Sæctarius quidam ad quadragesi-
mum annum distulit; sed probabilius est ferui-
da hæc 25. annorum ætate, quam maruriore 40.
annorum desipuisse, vilem vt efcam nobilissimæ
prærogatiuæ anteferet.

Rem gestam Moses in hæc verba retulit. *Co-
xit autem Iacob pulmentum, lenticulæ scilicet*

Ægyptiæ, vt ait Augustinus^a. *Ad quem cum ve-
nisset Esau de agro Isajus, ait da mihi de colitione
hac rufa, quia oppido lassus sum*. At Iacob qui in-
tentus erat in occasionem recipiendæ primoge-
nituræ, quam sibi diuinitus destinatam ex matre
didicerat, *Vende*, inquit, *mihi primogenitum tuum*, siue
ius primogenituræ, quod multiplex erat.

Octo collegit Abulensis hoc loco. Primum,
quod primogeniti erant Sacerdotes: ideoque
tribus Leuitica Sacerdotalis facta est, loco pri-
mogenitorum omnium, qui Deo dicati erant.
Nec tamen soli primogeniti erant Sacerdotes;
Nam Abelem & Abrahamum sacrificasse con-
stat, nec tamen fuisse primogenitos. Alterum,
quod primogenitus reliquos antecedeat in
mensa, & lautius accipiebatur, vt patet ex ordi-
ne, quo fratres in Ægypto^b à Iosepho dispositi
sunt. Tertium, ceteri fratres à primogenito bene-
dicebantur, & illi benedictionem cum humi-
li corporis inflexione recipiebant: iuxta illud^c,
Incuruentur coram te filij matris tue. Quartum,
veste pretiosa in festiuitatibus, & actionibus so-
lennibus utebantur, quam vestem, Sacerdotalem
Hieronymus ex Hebræis interpretatur. Quintum
dominium quoddam in fratres, quasi prin-
cipes exercebant. Nam Isaac, *esto*, inquit^d,
dominus fratrum tuorum. Sextum, duplices par-
tes hæreditatis consequerentur. Hinc est quod
cum primogenitura à Ruben translata esset in
Iudam^e, & Ioseph, ille imperio in fratres do-
natus est, iste princeps duarum tribuum factus
est. Septimum, primogeniti redimebantur quin-
que siclis, quasi speciali ratione ad Deum perti-
nentes. Denique à parentibus morientibus bene-
dicebantur, vt sic gubernationi domus, quasi
patres-familias quodammodo iniuriarentur. Quo
pertinet illud Isaac ad Esau primogenitum^f, *vt
benedicat tibi anima mea, ante, quam moriar*.

in 1. f. 46.

II.
Iura illius
octo.

1.

2.

b Gen. 43.

33.

3.

c Gen. 27.

29.

4.

5.

d Ibid.

6.

e 1. Paral.

5. 1. 2.

7.

8.

f Gen. 27. 4.

III.

An vendi-

derit pri-

mogenitu-

ram, cam-

que contem-

pleret.

g Gen. 25.

34.

quod etiam Sacerdotium continebat, neque
vendi ab Esau, neque emi à Iacobo potuisset: ne-
que istum reuera emisse, sed sibi debitam, sicut à
matre didicerat, ab iniusto possessore recuperas-
se; Verbum autem venditionis molliendum est
in hanc sententiam. Cedo mihi præsum ius
tuum primogenituræ, vt gratificer tibi de hoc
edulio. Ille turbatus cupiditate sua, nec satis at-
tendens quid faceret, aut certè putans hac ces-
sione quamuis iureiurando firmata, quasi ridicu-
la & à ludibundo facta, nihil sibi de suo iure
decessurum, *accepit pane, & lentis edulio, comedit
& bibit*; quæ verba significant prandium fra-
tri à Iacobo subministratum, & abiit parui pen-
dens quod primogenita vendidisset. Non ipsum ius
primogenitorum parui pendens, sed venditio-
nem, quasi nugatoriam, & irritam, & quam si
opus foret, ipsemet ferro irritaturus esset: nam
& postea minatus est se fratrem occisurum.
Quod ergo in Hebræo & Græco dicitur contem-
plisse primogenituram explicandum est,
eum ita se gessisse quasi eam contemneret, quod
eam pro re contemptibili commutaret.

ANNVS MVNDI 2235.

ISAACI 97. IACOBI 37.

ARMAMITRIS 7. Imperij Assy. 304.

ANTE CHRISTVM 1818.

I.
Fœdus Isaaci cum Abimelech.

a l. i. c. 18.

b Gen. 26. 27.

c c. 21. 26.

d c. 26. 31.

II.
Puteus ad Bersabee.

FERIMVS in hunc annum fœdus, inquitur Isaacum inter & Abimelech: quod rationi consentaneum est satis longo tempore dilatatum esse, dum non solum feruor ex accepta iniuria resedisset, sed dolor etiam expulsionis tempore ipso mitigatus esset. Causam optati quæstique fœderis hanc refert Iosephus^a; quod putaret Abimelech Isaaci fortunas contra se augeri; cum quo parum sincere consuetudinem habuerat, neve acceptas iniurias vlcisceretur. Venit porrò Abimelech cum duobus optimatibus Phicole, & Ochozatho, quam vocem Hieronymus Ialubibi turbam amicorum interpretatur, in vulgata tamen tanquam proprium nomen vsurpat. Eos à principio Isaac seueriore voce atque vultu accipit^b, *Quid, inquit, venis ad me, hominem quem odistis, & expulisti à vobis?* Illi amicè respondent, se agnitione diuinæ in eum benevolentia ac beneficentia incitatos, ad eum venisse fœderis ineundi causa, vt mutuo ab iniuria abstineant. Significat autem rex se inscio iniuriam, quæcumque in ipsum illata est, factam fuisse, quo modo pater eius olim obiurgationem Abraham excusaret^c. At Isaac pro innata mansuetudine facile placatus acquiescit petitioni, hospites conuiuio accipit^d, & post cibum & potum surgentes manè iurauerunt sibi mutuo, & videlicet reliquas fœderis ceremonias adhibuerunt, *dimisitque eos Isaac pacificè in locum suum.*

Communem lætitiã ex inito fœdere, còque iurciurando firmato, auxit priuatæ commoditatis lætitiã, renunciantibus famulis inuentam aquam in puteo, quem fodiebant, vocauitque eum Abundantiam, siue quod in eo aqua copiosè scaturiret, siue quod significaret se duobus ex puteis, aquarum abundantia, in omnes familiæ vsus deinceps fructurum.

ANNVS MVNDI 2238.

ISAACI 100. IACOBI 40.

ARMAMITRIS 10. Imperij Assy. 307.

ANTE CHRISTVM 1815.

I.
Vxores Esau.

a Gen. 26. 34.

IC est quadragesimus annus filiorum Isaac, ad quem vsque cœlibes vterque vixerunt; sed longe diutius etiam Iacob, vt ex sequentibus patebit^a. *Esau verò quadragenarius duxit uxores, Iudith filiam Beerit Heibai, & Basemath filiam Elon eiusdem loci.* Ita Moses. Neque tamen credibile est vtramque simul duxisse, licet vtramque postea simul haberit, sed prioris sterilitati, nullam enim ex ea prolem suscepisse reperimus, posteriore ducta pro-

uidisse, vt Hebræus quoque textus, Græcisque innuunt. Quantum autem temporis inter vtraque nuptias interiectum fuerit diuinare non possumus. Nam si sterilitatis causa posteriorem duxit, apparet aliquot annis probatam comperitamque fuisse sterilitatem: sin alia de causa, pauci fortasse dies intercessere; sicut de Lia & Rachele constat. Eas dynastarum inter Chananaeos filias fuisse author est Iosephus^a; quod probabile facit Isaaci opulentia, cuius Esau erat primogenitus.

Mores vero Esau probabile faciunt quod idem affirmat, & ex eo Chrysostomus, inconsultis parentibus vxores istas Hethæas ab eo ductas. Quæ fidem aliquam accipiunt, ex eo quod ait Moses^b, ambas offendisse animum Isaac & Rebecca. Idque siue propter improbatam cognationem cum alienigenis: siue propter morum peruersitatem, siue propter religionis dissimilitudinem, ex qua Esau in periculum Idololatriæ trahebatur. Fortasse etiam offendebant, quia duæ erant, & inter se vt sit rixabantur: cum Isaac & vnã semper habuerit, & vt erat mitissimus, diligeret pacem, malletque iacturam facere quam litigare: vt in causa puteorum perspectum est. Et hæc causa fuit cur Iacob, à quo benedicta progenies sperabatur, Chananitidas vxores accipere prohibitus sit; Deo harum mulierum improbitate bene vtente, & patientiam Isaaci molestiis domesticis exercente. Cuius secularem annum prodit annus præsens, sacrificiis, vt apparet, sancta que lætitiã viro sancto celebratus.

ANNVS MVNDI 2258.

ISAACI 120 IACOBI 60.

ARMAMITRIS 30.

Imperij Assyriorum 327.

ANTE CHRISTVM 1795.

OC anno, qui est millesimus & vigesimus ante principium Olympiadum, quod cadit in primum annum Ioathan regis Iuda, vt suo loco docebimus, contigit in Attica, regnante Ogyge indigena, Diluuium Ogygium, vt author est Africanus apud Eusebium^a, qui & sententiæ suæ laudat authores Hellenicum, atque Philocorum, rerum Atticarum scriptores, Thallum item & Castorem, Diodorum Siculum & Alexandrum Polyhithorem. Atqui primus Ioathan est ter millesimus ducentesimus septuagesimus octauus ab orbe condito, ex quo numero si auferas mille & viginti, existet præsens mundi annus. Ante annos vrbs condita, ait Paulus Orosius^b mille & quadraginta, in Achaia sæuum diluuium, vastatione plurima totius pene prouinciæ fuit, quod quia Ogygis, qui tunc Eleusina conditor & rex erat, temporibus effusus est, nomen loco & temporis dedit. In annis ante V.C. rotundum numerum ponere voluit Orosius, sunt enim omnino mille & quadraginta tres, quoniam à prima Olympiade ad vrbs cond. sunt anni 23.

a l. i. Ant. c. 17.

II.
Parentibus eius ingratis. & cur.

b Gen. 16. 35.

I.
Diluuium Ogygium quando contigit.

a l. 10. de P. 4. c. 10. edit. Græc. Lat.

3278. 1010.

2258.

b l. c. 7.

I I.
Medium fuit inter Noëticum & Deucalionæum. a l. 18. de Cim. cap. 8. 2530. 2258. 272. tom. 2. Annal.

S. Augustinus^a triplex diluuium memorat, & hoc Ogygium, vt tempore, sic & magnitudine medium fuisse censet. *Ogyges, inquit, ipse quando fuerit, cuius temporibus etiam diluuium magnum factum est, non illud maximum, in quo nulli homines euaserunt, nisi qui in arca esse potuerunt, quod gentium nec Græca, nec Latina norit historia, sed tamen maius quam postea tempore Deucalionis fuit, inter historiarum scriptores non conuenit.* Deucalionæum autem diluuium, quod Eusebius refert in annum Mosis 67. posterius Ogygio, annis ducentis septuaginta duobus. Contigit enim anno mundi 2530. vt in eodem anno docebimus.

ANNVS MVNDI 2261.

ISAACI 123. IACOBI 63.

ARMAMITRIS 33. Imperij Assyriorum 330.

ANTE CHRISTVM 1792.

I.
Obitus Ismaëlis. a Gen. 25. 17. Exod. 6. 16. 10.

Gesta eius & posterii.

c Maximè Gen. 16. 10. d Gen. 25. 13. & Paral. 1. 29.

II.
Eius mors qualis.

ONCLVDITVR hoc anno Ismaëlis vitæ periodus, 137. annis à Mose^a definita: par omnino vitæ curriculum fuit Amrami patris Moysis, & Leui Patriarchæ^b. Res ab eo gestas obuoluit Scriptura silentio, scripsit tamen vnde suspicemur eas multas fuisse, atque memorabiles, cum ait *eum fuisse hominem ferum, & manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum decersisse.* Certe non sine bello magna parte Arabia positum esse, nouaque nomina locis sibi subiectis imposuisse, credendum est. Altera pars diuinæ de Ismaële prænuntiationis, quæ est de multitudine posterorum eius, & multis habetur locis^c, & impleta ostenditur Genes. 25. d vbi duodecim filij eius, totidem tribuum principes memorantur.

De morte ipsius hæc habet Scriptura. *Et facti sunt anni vitæ Ismaëlis 137. deficiensque mortuus est, morte scilicet naturali, minimeque violenta, vt de Abrahamo quoque dictum est quod autem additur coram cunctis fratribus suis habuisse, Hieron. interpretatur, in manibus omnium filiorum suorum, superstitiis liberis, & nullo prius morte præcepto: quod ad magnam vitæ huius sclicitatem videtur pertinere.* Nam quod ad futuram attinet Hebræi colligunt eum piè defunctum, & ad Abrahamum patrem suum esse profectum, quod hic dicatur appositus ad populum suum; sicut antea de Abrahamo ipso dictum fuerat, & postea in funere sanctorum virorum vsurparur. Rectius tamen probari videtur ex eo loco, vbi Abraham Deum alloquens^e. *Vinam, inquit, Ismaël viuat coram te.* Quæ oratio, ex mente religiosissimi Patriarchæ, etiam ad æterna futuræ vitæ bona pertinebat. Et tamen Dominus mox subdit se Abrahamum super Ismaële exaudisse, quod Rupertus notauit^f. Religiosa quoque funeris Abrahamæ curatio, dat non inanem Genebrardo coniecturam ipsum quoad vixit Abraham, pietatem coluisse. Atqui Ismaël in morte patris nonagesimum agebat annu: credibile est etiam reliquam vitam in eodem Dei cultu traduxisse, memorem

c Gen. 17. 18. Videtur saluus

f l. 5. c. 36.

mandatorum patris sui. Et quoniam naturali morte, paulatim extinctus est, in cœtu filiorum suorum, etiam rationi consentaneum est ipsum, patrem suum extremo illo tempore imitantem, cum penitentia, & timore Dei obiisse; vt deinceps mundo mortuus, viueret coram Deo, vt optarat, & rogauerat Abraham. Itaque in re incerta rectius arbitror in mitiorem, melioremque partem propendere, & cum Domino dicere^a, *Nemo te condemnauit Ismaël, neque ego te condemnabo.*

ANNVS MVNDI 2266.

ISAACI 128. IACOBI 68.

ARMAMITRIS 38. & vlt.

Imperij Assyriorum 335.

ANTE CHRISTVM 1787.

INEM affert hic annus regno & vitæ Aramamitris, octaua à Belo Assyriorum regis, qui est quintus à morte Ismaëlis annus, & Esau 68. qui cum multis ex vxoribus suis liberos susciperet, Iacob nihilominus ei æqualis, stupenda profecto continentia, perseuerabat celes.

Sequenti autem anno Belochus huius nominis primus, ordine nonus Assyriorum rex, capessit Imperium, rexitque annis triginta quinque, vt Eusebio placet. Nam secundus Belochus illi successit decem regibus interiectis.

ANNVS MVNDI 2276.

ISAACI 138. IACOBI 78.

BELOCHI PRISCI 10.

Imperij Assyriorum 345.

ANTE CHRISTVM 1777.

IC est annus surreptæ à Iacobo benedictionis, & fugæ in Mesopotamiam cum annum ageret septuagesimum septimū & iniret 78. Pater autem eius Isaac 137. absoluisset, vt habet Demetrius apud Eusebium^a. Et res clara est, cum ex ipsa Scriptura constet eum anno patris sexagesimo natum esse illum porrò Iacobi annum ita colligit Abulensis. Iacob erat 130. annorum, quando stetit coram Pharaone^b, tunc autem Ioseph annum agebat 39. Nam triginta annorum erat cum stetit coram Pharaone^c, & septem anni fertilitatis, & duo sterilitatis erant elapsi. Si ergo à 130. annis, 39. sustuleris, remanent vnus & nonaginta, quæ erat ætas Iacobi, quando genuit Iosephum, quem ex Rachele suscepit postquam seruiisset Labano quatuordecim annis; qui si auferantur ex vno & 90. remanebunt 77. quos sumimus absolutos. Absoluerat ergo septuagesimum & septimum annum, quando benedictionem obtinuit, à quo vnus in Mesopotamiam abiit, ad declinandum fratris furorem.

a Ioan. 8. 11.

I.
Obitus Aramamitris.

Initium Belochi.

I.
Ratio temporis benedictionis Iacobi. a l. 9. de Præf. c. 21.

b Gen. 47. 9.

c Gen. 41. 46. & 41. 11.

I I. Cur Isaac voluerit benedicere Esau.

Senuit ergo Isaac, & caligauerant oculi eius, & videre non poterat. Fit mentio senectutis, & quidem, vt putabat Isaac, decrepita, vt causa benedictionis vltro oblata intelligatur; fit & caliginis, & cæcutientium oculorum, vt causa deceptionis agnoscat. Accersit Esau, quem habebat pro primogenito, cumque iubet venatu sibi quærere ac parare cœnam. Ex quo illud quoque intelligitur mansuetissimum Isaacum: et si vxoribus Esau, & illi ipsi filio, qui eas iniussus acceperat, pridem infensum, ipsum tamen nunc eo iure priuare noluisse, quod prior nascendo acquisierat. Ad eam autem benedictionem, cum per opus obedientia, & charitatis in parentem conuenienter disposuit. Ille nihil cunctatus, dum ad patris iussionem implendam proficiscitur, Rebecca, quæ Jacobum diligebat, eique benedictionem ambiebat, vt quæ sciebat ius primogenitorum illi diuinitus esse concessum. Audierat quippe maior seruiet minori, rem ad ipsum defert, & destinata à se maiori fraudem aperit, hædinis carnibus ferinæ substituendis. In quo, vt ait Abulensis, non dedit consilium ad furandum rem alienam, sed industriam ad liberandum ius suum, de manu iniusti detentoris.

Rebecca Jacobo benedictionem ambiebat.

a Gen. 25. 23.

b in c. 27. Gen. 9. 3.

III. Et fraudem parat.

Nihilominus cunctatur Jacob, veritus ne deprehensus in fraude, maledictionem sibi loco benedictionis accersat. Mater autem ad quam delatum fuerat oraculum, certa de operato reiecit: in me sit, inquit, ista maledictio, fili mi. Ille persuasus curculum gregem adit, duosque affert hædulos, non vt senex ambos comederet, cum vnus abunde sufficeret: sed duæ pelles necessariae erant, altera ad nuda colli protegenda, altera ad circumtegendam vtramque manum. Ergo parat Rebecca cibos, sicut velle nonerat patrem illum, & vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum. Vestitu scilicet pretiosiore, quali primogeniti, siue sacrificando, siue in actione quâpiam solemnâ vti solebant, quam mater in quâpiam arca ex lignis odoratis, aut cum herbis floribusve odoriferis asseruabat, pelliculasque hædorum circumdedit manibus, & colli nuda protexit, quæ scilicet membra senis attræctationi erant exposita, genas & mentum barba protegēbat: Deditque pulmentum, & panes quos coxerat tradidit.

c Gen. 27. 13.

v. 14. 15.

IV. An Jacob apud patrem sit mentitus.

Ita persona quasi ad theatricam actionem composita, venit ad Senem. Et, Ego sum, inquit Jacob, primogenitus tuus Esau, feci sicut præcepisti mihi, surge, sede, & comede de venatione mea: vt benedicat mihi anima tua. Atqui nec venatio hæc erat, nec ferina, sed hædina caro: neque præceperat illi quidquam Isaac, nec fecerat ipse, quod se fecisse dicebat: denique vt iure primogenitus esset, Esau tamen non erat. Neque sanè facile video cur ingenuam confessionem leuioris mendacij, cum plerisque viris pietate atque eruditione præstantibus, quos in Annalibus retulimus, admodum reformidare debeamus, cum simplex & perspicua verborum sententia eam requirat; neque ad vllam absurditatem trahat ista confessio: & pleræque excusationes violentæ sint, & literalem sensum desorant. Dicit tamen posset, in gratiam optimi Patriarchæ, Jacobum dicere se Esau, non simpliciter & absolute, sed vt primogeni-

d A. M. 2276. 7. 7.

tum, quia talis habendus erat apud homines, qualis diuina dispositione erat apud Deum. Fecit Jacob quod pater interprete Rebecca iusserat. Quidni autem venatio metaphoricè sumatur, vt hædi in agro capti, sicut & lepores venatio appellantur? & quidem cum quadam ironia, quæ sine dubio mendacium non est.

Næque tamen ea verba nisi animo valde anxio protulit Jacob, vt ait Chrysostomus, cogitans quam periculosam fabulam ageret. Maxime autem, vt par est credere, intremuit, cum post sat multam locutionem, quæ fraudem sono vocis prodebat, audiuit illud à patre. Accede huc, vt tangam te fili mi, & probem virum tu si sis meus Esau, an non. Verum diuinus fauor, præsens necessitas, & antegressa animi comparatio ipsum confirmabant. Accessit ergo ad patrem, & palpato eo, dixit Isaac, vox quidem vox Iacob est, sed manus sicut Esau, quem valde hispida fuisse necesse est, vt tactu ab hirsuto hædo discerni non posset; & quidem ab homine in probationem attentio. Neque eum Prophetia exemit à fraude, quia spiritus Propheticus non semper adest Prophetis. Hæc ergo imbutus opinione, parans se ad benedicendum filium. Comedit, bibit, osculatus est eum. Et, vt sensit ex proximo vestimentorum fragrantiam, benedicere cepit illi, qui præsens aderat, eaque vestimenta ferebat, non illum cuius illa erant. Anterior Senis intentio ferebatur in Esau, immediata vero in hunc præsentem, quæ est vtique mens & sententia Chrysostomi in hunc locum.

V. Quam anxius in periculo. a hom. 53.

Decipitur Isaac.

b hom. 53.

Est autem hæc benedictio. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti & vini, Et seruiant tibi populi, & adorent te tribus: Esto Dominus fratrum tuorum, & incurrentur ante te filij matris tue. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus & qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur. Alludere videtur Isaac ad benedictionem quam Dominus dederat Abraham. Licet autem ista benedictio, ex iis quæ supra diximus de primogenitorum priuilegiis facile intelligatur, hæc nihilominus tria obseruari possunt. Primum filio imprecatur Isaac abundantiam frugum terræ, quæ ex beneficio cælorum influxu, & terræ bonitate pendet. Secundo honorem & venerationem apud externos, Tertio autoritatem, dominium ac iurisdictionem in domesticos, ac suos, quæ in posteritate Iacobi potius, quam in ipso censentur implenda: neque enim plures habebat fratres, neque plures filios matris suæ. Ipse potius Jacob incuruatus est ante Esau, & eum Dominum appellauit, vt sequentia docebunt. Iacobo tamen promittuntur, quia ipse erat caput, ac principium eorum in quibus ista erant implenda.

VI. Et benedixit Iacobo c. Gen. 27. 27.

Sequitur deinceps fraudis agnitio. Nam vix Isaac sermonem impleuerat, & egresso Iacob foras, venit Esau, coctosque de venatione cibos inulit Patri. Et agnita deceptione, Expauit Isaac stupore vehementi, & vltra quam credi potest admiratur, nec tamen se deceptum esse conqueritur, inquit Augustinus, imo confestim reuelato sibi intus in corde magno Sacramento, deuicit indignationem, confirmat benedictionem: & erit, inquit, benedictus. Ille nihilomi-

VII. Fraus ab Esau & Isaac agnoscitur. d l. 16. de Cin. c. 37.

Nec renouatur benedictio.

VIII. Odium Esau, & fuga Iacobi.

a Gen. 28.

IX. Mystica scilicet visio.

b c. 10. 10.

X. Grata Iacobi memoria. c. A. M. 2114.

d Sep. 10. 1.

nus cum clamore magno, & grauissima in fratrem indignatione patrem semel iterumque videret vt benedictionem obtineat. Respondet pater se Iacobo dedisse benedictionem, quæ primogenito competebar, cum iuribus suis, ideoque non posse se ipsi dare, cum non posset vtique esse primogenitus, & Iacob Dei dispositione factus esset primogenitus: & capax diuinarum promissionum, quæ Abrahamo factæ fuerant, eius præsertim, quæ erat de benedictione omnium gentium, à qua Esau penitus excludebatur. Benedictionem tamen inferioris notæ non recusauit pater, & magno cum fletu euulanti dedit: quam minime irritam fuisse, quæ de eo deinceps narrat Scriptura, cumulatè docebunt.

Hinc porò natum est ingens odium Esau in Iacobum, adeo vt statueret fratri necem inferre, cum primum pater mortuus esset, quod breui fore videbatur. Quod cum innotuisset Rebecca, accersito fugam suadet ad Labanum fratrem suum; Isaac quoque consensum obtinet, vt ille abeat, tam fratris iram vitaturus, quam vxorem accepturus de cognatione sua, & Chananitidas vitaturus. Quod cum senis placuisset, ac datam Iacobo benedictionem iterasset, quamprimum illum in Mesopotamiam quasi fugitiuum dimisit, vel solum, vel peregrino comitatu, & rerum inopi, vt postea rediens Deo gratulabundus diceret, se cum baculo transisse Iordanem, tunc autem cum duabus regredi turmis. Dum autem festinus progreditur, magnisque itineribus Haran petit, solis occasu, & tenebris maturius oppressus est quam vt posset in oppidum aliquod diuertere. Ideoque idoneum sub dio quieti locum capit, lapidemque vice puluilli capiti subiicit, eodemque in loco sumpto, vt consentaneum est, ex sarcinula cibo potuque dormiuit.

In somnis autem celebratissimam illam scalam, mysterisque plenissimam vidit, quæ cælum terræ, diuinitatem humanitati, in Messie persona coniungebat: in summo Deus erat æterni Verbi pater, in imo Iacob, eiusdem secundum carnem progenitor; interiecti gradus sunt personæ, per quarum generationem ortus est Christus. Sic eam visionem Sapiens videtur intellexisse, cum ait Dominum ostendisse Iacobo profugo regnum Dei. Nimirum propter visum Deum, quasi regni eius regem, & Angelos quasi aulicos mandatis eius obsequentes, vota hominum deferentes ad Deum, & Dei beneficia deferentes ad homines. Accipit & promissiones patri, autque factas, de promissione Chananitidis, de copiosa posteritate, ipsoque Messia, in quo benedicendæ erant omnes tribus terræ, ex ipsius semine orituro. De peculiari denique Dei erga ipsum curâ & prouidentia.

Euigilans autem Iacob ex diuina apparatione, locum illum religiosum esse intellexit, & à Deo peculiariter electum, vt ibi honoraretur, & merito. Iam enim ibi ante 163. annos Abraham Deum audierat dicentem Semini tuo dabo terram hanc, & ibidem crexerat altare. Verum nunc religiosior etiam & augustior reddebatur hic locus, ex tam illustri visione, in qua dedit illi Dominus scientiam sanctorum, vt ait Sapiens, qua cognitione illustratus, tulit lapidem quem supposuerat capiti suo, & erexit in

titulum, fundens oleum de sepe. Non significatur ibi erectum altare, aut sacrificatum, sed illum ipsum lapidem vtique non magnum, humi infixum erexisse in modum cippi, vt esset monumentum diuinæ visionis, vt ex hac peregrinatione reuersus, ibi Deum iterè honoraret: quod & fecit. Nam Gen. 35. apparet illi Dominus, iubetque non instaurare, sed facere altare Deo, qui apparuerat ei quando fugiebat Esau. Instillauit autem oleum in summo lapide, in honorem Christi sibi reuelati, qui ab vnctione nomen accepit, & lapide, siue petra figuratus est.

His ita peractis, addiditque voto de peculiari famulatu suo, quo promissa sibi peculiari Dei prouidentia responderet, progreditur Mesopotamiam versus, reliquumque iter septem vel octo diebus confecit. Ergo ad oppidum Haran peruenit, vbi sciscitatus de familia auunculi sui, agnouit Rachelem consobrinam suam, quæ gregem pascebat, cui vt gratificaretur, solito maturius reuoluit lapidem ab ore putei, aut certe ad eius, quæ sola tunc expectabatur, aduentum, Iacob vna cum ceteris pastoribus lapidem amouit, vt ait Chrysost. Et aduato grege, præ teneritudine affectus erga consanguineam, eleuata voce fleuit, significauitque se esse cognatum, nepotem scilicet Bathuelis, & filium Rebecca. Quo accepto nuncio Rachel festina rem nunciavit patri, qui protinus cucurrit obviam filio sororis suæ, complexusque eum, & in osculo vniens duxit in domum suam, vbi cum suscepta peregrinationis causas duas accepisset, delinationem fraterni furoris, & desiderium contrahendæ cum eo affinitatis, respondet Laban, os meum es, & caro mea, id est consanguineus & propinquus; significans tutum ipsum apud se fore, & nuptiarum affinitatem facile coalituram.

Mense autem euoluto, dixit ei Laban. Num quia frater meus es, id est nepos ex sorore, gratis seruias mihi? dic quid mercedis accipias. Significat iam gratis, aut sine vlla pactione seruire capit: se mense illo, neque enim credibile est mensem comedendo & fabulando consumptum, probante Labano an foret vir industrius, antequam quidquam cum ipso pacisceretur. Habebat vero duas filias, nomen maioris Lia, minor vero appellabatur Rachel. Sed Lia lippis erat oculis, Hebraice teneris & delicatis, Septuag. infirmis, qui scilicet vehementia obiecta ferre non possent, & si conuitantur, abeunt in lacrymas, quod ad quandam lippitudinem pertinet. Rachel autem erat decora facie, & venusto aspectu. Quam diligens Iacob ait, seruiam tibi pro Rachel, filia tua maiore septem annis. Licet enim ex opulenta familia oriundus esset, illiusque destinatus esset hæres; inops tamen rerum, ac pene nudus inde proripuerat se; ideoque famulatum offert futuro focero, ad contrahendas coemptione nuptias, loco pecuniarum & munerum. Consentit Laban, & melius est, inquit, vt tibi eam dem, quam alieri viro, mane apud me. Nec tamen vicissim quidquam spondet in dotem, parcus in promissis, & in promissorum exhibitione fallax. Sponsalibus ita contractis, nuptiæ, congressusque maritalis in septennium integrum differuntur. Quæ porò in huius anni historia contra Scripturam peccata sint à Iosepho in Annalibus accurate reperies emendata.

Et erectus cippus in monumentum.

XI. Peruenit in Haran, excipitur à Labano auunculo.

a hom. 55.

Agitur de nuptiis.

XII. Offert pro Rachele septennium famularus.

Eique à patre dependetur.

b n. 27. c. 1. 38. c. 199.

ANNVS MVNDI 2287.

ISAACI 149. IACOBI 89.

BELOCHI 21. Imperij Assyriorum 356.

ANTE CHRISTVM 1766.

I. Trahitur Iacob ad quartas nuptias. a Gen. 30. 9. & seqq.

Hoc quoque anno in nouas nuptias pertractus est Iacob. Videns enim Lia Balam ancillam sororis suae secundò ferentem veterum, se autem plurimos iam menses, præter pristinum morem non concipere, timens ne mutata forte ipsa sterilesceat, Rachel autem, ope ancillae suae filiis abundaret, institit orare coniugem, ut ne se deteriore conditione vellet esse quam sororem: & si quid de ipso bene merita esset, qui quatuor iam filios procreasset, ancillam suam Zelpham loco suo substituere ne grauaretur, ut sic via panderetur implendis Dei promissis, de semine eius stellarum & pulueris instar multiplicando. At Iacob haud dubiè à principio difficilem se præbuit, iubens Liam quatuor filiis esse contentam, si forte compressa generandi vis non reflorescat. Ne tamen odij & dissensionis materia inter sorores oriretur, & Lia querelis diè noctesque Iacobum obtunderet, se infelicem, se despectam, se odio habitam iactaret, illumque in eam ingratum, quæ princeps ipsum multa iam prole parentem fecisset, denique acquiescit vxori Iacob, & quartæ mulieris factus est coniux, nulla id tum lege prohibente, & consuetudine permittente, ut contra Faustum fufe differit Augustinus.

II. Ortus Nephthali ex Bala. l. 22. c. 47.

Zelpha igitur facta Iacobi coniux quamprimum concipit, & dum fert vterum, extremo anno paritura, Bala filium alterum ex Iacobo dominæ suae Racheli parit. Quo illa mire exhilarata. Comparauit me, inquit, Deus cum sorore mea, & inualui. Quia nimirum licet illa quatuor filios peperisset, ipsa autem duos haberet, quos duceret suos, parem tamen se illi, atque superiorem apud maritum ducebat, & illius amore, & propria formæ dignitate. Itaque vocauit eum Nephthali, quod veritur Equiparatio.

Et Gad ex Zelpha.

Extremo anno Zelpha quarta Iacobi coniux parit filium, quem Lia læta suscipiens dixit feliciter, quasi dicat, quod foelix faustumque sit, & vocauit eum Gad, Neque multo post Zelpha iterum concepit, quem anno sequenti pareret.

III. Lia quintum concipit.

Iamque ferme sesquiannus à natiuitate Iudæ abierat, cum Lia rursus concepit. Cuius conceptus occasionem recitat Moses, egressum Ruben in agrum tempore triticeæ messis, sub finem videlicet veris, reperissetque mandragoras, quas messores fortasse inuentas puertulo desideranti, & coloris pulchritudine capto, dederant, easque ille detulit matri, quas cum vidisset Rachel appetiit, partemque eorum à sorore postulauit, quæ iratæ similis: paruumne tibi videtur, inquit, quod prapueris maritum mihi, nisi etiam mandragoras filij mei tuleris? Quibus ex verbis Liæ, & responsione Rachelis intelligitur Iacobum recte vices & tempora distribuisse reddendi debitum vxoribus suis, ne pax domestica turbaretur. Itaque Rachel cu-

piditate mandragorarum, quas forte putauit vitiles ad matricem male affectam rite ad conceptum disponendam, cessit tempus suum Liæ, quæ propterea maritum ad se inuitauit, sed addidit multas ad Deum preces, denique concepit quintum filium, quem proximo anno edidit in lucem.

ANNVS MVNDI 2288.

ISAACI 150. IACOBI 90.

BELOCHI 22. Imperij Assyriorum 357.

ANTE CHRISTVM 1765.

Iacob sexto posterioris septennij sui anno tres suscepit liberos, vnum ex Zelpha ancilla Liæ, sub extremum annum, quæ cum vocauit Aser: duos autem ex ipsamet Lia, priori nomen dedit Issachar, sub huius anni principium, quod persuadet tempus conceptus eius, quod fuit triticeæ messis, quæ in Iudæa sub mensem Maium cadebat. Itaque natus videtur Issachar sub finem Februarij, aut initio Martij, Vox, Vox ea mercedem significat, dicente Lia, Dedit Deus mercedem mihi, quia dedi ancillam meam viro meo, ut scilicet plurimi filij Iacobo nascerentur, id bonum propriæ voluptati præferendo.

I. Ortus Issachar.

Nec diu otiosa stetit Lia, quamprimum enim iterum concepit, ut ait Abulensis, & consequenter in fine huius anni sextum filium peperit, & ait dotauit me Deus dote bona, dotem enim vocat multitudinem filiorum, quam cum magna ducebant felicitatem, ut ex nomine Gad & Aser intelligitur, quem Zelpha nono huius anni mense edidit, dum Lia sextum ferret in vtero Zabulon. Zelphæ porro filium magno cum gaudio excepit, ut illa eius verba testantur. Hoc pro beatitudine mea, beatam quippe me dicent mulieres, propterea appellauit eum Aser, quod beatitudinem interpretantur. Eoque pertinet illud Davidis, qui in humana Deum timentium felicitate ponit. Vxor tua sicut vitis abundans, in lateribus domus tua; Filij tui sicut nouella oliuarum, in circuitu mensæ tuæ.

II. Zabulon & Aser.

a Psal. 127.

ANNVS MVNDI, 2289.

ISAACI 151. IACOBI 91.

IOSEPHI 1.

BELOCHI 23. Imperij Assyrior. 358.

ANTE CHRISTVM 1764.

ABSOLVITVR hoc anno alterum septennium seruitutis Iacobi apud Labanum socerum quo duobus insuper liberis auctus est, Lia postremum, Rachele primum pariente, quod vtrique contigit sub huius anni finem. Nam Lia in fine præcedentis pepererat, & sub hunc ineuntem concepit. De Rachele autem dicitur quod Iosepho ex eo nato Iacobus socerum adierit, obtinendæ dimissionis causa, quod

I. Ratio temporis.

vtrique

Ortus Dina.

II. Ortus Iosephi ex Rachele.

I. Discessum molitur Iacob.

II. Quem Laban retinet.

vtrique ante tempus de quo conuentum fuerat infer eos, non fecisset. Primum tamen Iosephi annum plerique ad sequentem referunt, quia licet hoc anno natus sit, totus tamen ferè primus eius annus cum sequente decurrit. Nos tamen et cœpinus, in eo anno natos ponimus hosce Patriarchas, quo reuera nati sunt. Prior nata est Dina, in cuius ortu præter morem tacet Lia, Dinae tamen nomen cum Dan & origine & significatione consentit.

Recordatus quoque Dominus Rachelis exaudiuit eam, & aperuit vuluam eius. Sublato concipiendi impedimento: ex quo intelligitur Iosephum non sine miraculo fuisse conceptum, nec sine ingenti gaudio in lucem editum, dicente matre, Absulit Deus opprobrium meum, amissa sine fructu coniugij virginitate, Et vocauit nomen eius Ioseph, testificans alterum quoque filium se desiderare, dicens, Addai mihi Dominus filium alterum. Nam Ioseph additionem, siue augmentum vertitur: quamquam Varablus mauult vertere Addet, ut spiritus propheticus in Rachele indicetur. Hic est ille Ioseph patris vtriusque delicia, flos pudoris & honestatis, Patriarcharum deus gloriae & saluti totius populi sui destinatus.

ANNVS MVNDI 2290.

ISAACI 152. IACOBI 92.

IOSEPHI 2.

BELOCHI 24. Imperij Assyrior. 359.

ANTE CHRISTVM 1763.

Patriarcha Iacob euolutis iam 14 annis à suo ingressu in Mesopotamiam, quatuor vxoribus & duodecim liberis auctus, patriæ, & parentum suorum reuifendorum studio permotus, socerum adit, ei vale dicturus, bonaque ipsius cum venia discessurus. Eam tamen non impetrauit, diuina prouidentia rellè omnia dispensante, ne cum tot infantulis aliquod in via discrimen adiret, neve rerum inops patriam contemptus repereret. Dimitte me, inquit, ut reuertar in patriam, & ad terram meam. Da mihi vxores & liberos meos, pro quibus seruiui tibi, ut abeam. Manebat enim adhuc hæc tota Iacobi familia in socii domiciliis, vnde exire non oportebat infalutato hospite, & ne forte causaretur, sibi parum satisfactum esse, subdit Iacob. Tu nosti seruitutem qua seruiui tibi, quam scilicet fideliter, quam tibi vtiliter, quam mihi laboriosè.

Quod ingenuè agnosceus Laban, Inueniam, inquit, gratiam in conspectu tuo. Experimento didici quia benedixit mihi: cuius propter te, constitue mercedem tuam, quam dem tibi. Ut scilicet maneat adhuc apud me, & gregum meorum curam geras. Valde quoque se vtilem socero fuisse affirmat Iacob, sed inde aliam infert conclusionem, nimirum æquum esse, ut prouideat etiam domui suæ. Et si enim sciebat ipse non expedire sibi adhuc in patriam reuerti, non nihil tamen se difficile ad assentiendum præbet, quod hominis ingenium durius, illiberaliusque cognosceret, sicque facilius mercedem, quam petiturus erat, obtineret.

Quali porro inter se conditione conuenient subobscurè explicatur in textu. Est tamen loci huius ista sententia. Nolo tecum, ait Iacob, de pecuniaria mercede pacisci, aut ut quippiam eorum quæ possides in me transferas, sed casui, & incerto cœntui commitam mercedem meam, si consenseris pascam iterum, & custodiam pecora tua. Percense omnes greges tuos, & separa cunctas oues varias, & spaiso vellere, quas longius abductas trades pascendas filiis tuis, mihi autem trades pascendas vnus coloris oues. Ex quibus si qui nascentur agni vel hædli spaiso vellere, ad me pro mercede mea pertinebunt. Ea mihi ego seponam: quo in numero, si quam repereris non maculosam, sed vnus coloris furti merito me argues: omnia enim, quæ vnus coloris erunt, tua erunt. Laban libenter conditioni acquieuit, ut qui sciret alba ex albis, nigra ex nigris, & varia ex variis gigni, & perrarum esse ut maculosa ex non maculosis orientur. Separauit ergo greges omnes varij coloris, & nigri, ut est in Hebræo, reliquos autem, id est albos dedit Iacobo pascendos. Et posuit spatium itineris trium dierum inter se & generum, ne quis ex vicinitate pecoris nasceretur dolus.

III. Pactum inter vtrumque initum.

Iacob autem diuinitus edoctus egregio artificio vsus, fecit ut ex albis varij nascerentur. Virgas enim ex aliquot arboribus sumptas ex parte decorticauit, ut partim albæ, partim virides essent, easque posuit in canalibus, vbi ad aquabatur greges. Oves igitur dum eas virgas in conspectu haberent, quando ex arietibus concipiebant, varios & maculosos fœtus concipiebant, suoque tempore pariebant. Si qua tamè nihilominus nigra profusa, aut alba nascebantur, ad Labanum pertinebant, sola autem varia ad Iacobum. Verum ne quo modo fraus patefieret, neque Laban omni pene fœtura priuaretur, virgas aliquando non obiecit oculis ouium vel caprarum, quando scilicet fœtura deterior nascitura erat, quæ vocatur serotina siue posterioris temporis: obiecit autem in priore fœtura, quæ verni temporis est, multoque præstantior. Ita factum est ut plurima, & optima quæque pecora Iacobi essent, cætera Laban acciperet: ille mirum in modum ditaretur, iste autem minueretur.

IV. Iacobi artificium ad greges variandos.

Id cum Laban animaduertisset, nec causam nosset, mutabat pactum, volens ut quæ vnus coloris essent Iacobi fierent, varia vero ad se pertinerent. Tunc vice versa Iacob serotinias virgas decorticatas obiecit, primitiuis autem non obiecit, sicque rursus meliora quæque in mercedem eius transibant. Quid plura: inquit Hieron vsque ad vices decem semper à Laban pecoris sui, siue Iacobi mutata conuicio est, & quodcumque sibi proposuerat ut nasceretur, in colorem contrarium vertebatur. Hanc porro artem didicit Iacob ab Angelo, volente Domino ut merces Iacobi, non solum huic sex annorum labori. Sed 14. præcedentium, quibus pro vxoribus seruerat, responderet: & conueniebat non indotatas accipere vxores. Ergo Deo prouidente, mercedem his annis consecutus est quæ priora damna suppleret, ditatus est enim vtriusque, & habuit greges multos, ancillas & seruos, camelos & asinos. Hæc videlicet emit ex pretio venditarum ouium, quæ deinde, sub sua, suorumque manu multiplicata sunt.

V. Quo versat Labanum subinde pacta mutantem.

a c. 31. 10. 11.

ANNVS MVNDI 2295.

TERTIÆ ÆTATIS 257.

ISAACI 157. IACOBI 97.

IOSEPHI 7.

BELOCHI PRISCI 29.

Imperij Assyriorum 364.

ANTE CHRISTVM 1758.

I. Rursum Iacob discit sum molitur.

IN hac vicissitudine fallaciarum, dum Iacob mercedem suam artificiosè multiplicat, & Laban multa gemens super generis quæstu, & iactura sua, pactam mercedem decem vicibus commutat, toti sex anni abierunt; sextum tamen ad initum cum vxoribus consilium fugæ seponamus licet. Est ergo hic annus vigesimus commorationis in Haran, sub cuius extremum consilium inii de deferendo Labani famulatu, & reditu in patriam, qui anno proximo contigit. Susceptæ porro profectiois tres causas memorat Moses, murmur filiorum Laban inuidientiam Iacobi incrementis: tristitiam ipsius Labani, contra cuius spem ac desiderium, conatumque omnem, mirificè auctus esset. Postremo diuinam iussionem, dicente sibi Domino. Reuertere in terram patrum tuorum, & ad generationem tuam, eròque tecum. Ut te in reditu, à Labano & Esau protegam, & in patria domesticis in malis insuperabilem.

II. Quem suadet vxoribus.

Et quoniam res suauiter confici non poterat, sine mulierum consensu, Rachelem, & Liam agrum in quo pascebat greges, euocauit, & que causas susceptæ reuersionis declarauit, latius explicans iniurias sibi à Labano irrogatas, quarum cognitione mulieres ab effectu paternæ consuetudinis, & patriæ sensum diuellabantur. Ut autem eas quoque ad fiduciam erga diuinam prouidentiam adduceret, in longinquo, ignotòque itinere suscipiendo, significat qua ratione factum fuerit, vt tot greges in pacta mercede acquireret, diuina scilicet reuelatione, sine qua Iacob, vel eam artem ignorasset, vel ea vti in tantum Labani detrimentum ausus non fuisset, vt ait Abulensis. Sed id iustè fieri posse intellexit cum audiuit à Domino. Vide omnia quæ fecit tibi Laban: quæ reuelatio initio sex annorum vltimorum contigit; vltima autem reuelatio, qua profectio mandabatur, hoc postremo anno contigit, quæ erat porissima susceptæ profectiois causa.

III. Ac persuader.

His intellectis Rachel & Lia consentientes marito, de patre suo etiam ipsæ conqueruntur, quod ab eo vt ancillæ, non vt filia acceptæ sint. Nam filia aut dotem præsentem accipiunt, aut paternæ hæreditatis partem expectant; cum ipsæ pro seruitute septenorum annorum venditæ sint, eiusque seruitutis fructus non in filiarum, vt oportebat, sed in patris emolumenta cesserit. Sed Deus tulit inquit opes patris nostri, non quæ eius essent, sed quas ille alioqui erat lucraturus, & eas tradidit nobis ac filiis nostris, per illam videlicet variandi velleris artem. Postremo consen-

sum præbent ad profectioem, omnia, inquit, quæ præcepit tibi Deus, fac. Quo ille consensu vxorum habito, strenuè profectioem parat.

ANNVS MVNDI, 2296.

TERTIÆ ÆTATIS 258.

ISAACI 158. IACOBI 98.

IOSEPHI 8.

BELOCHI 30. Imperij Assyriorum 365.

ANTE CHRISTVM 1757.

TRANSACTIS iam viginti annis in Mesopotamia in foci famulatu. Iacob nonagesimum octauum ingressus annum demigrat ad suos. Eam chronologiam Iacob ipse constituit cum Labano mox in iurgio exprobrat se 14. annis ei seruissè pro filiabus eius, & sex pro gregibus, iique absoluti sumendi sunt, proptereaque Seuerus Sulpitius ait Iacobum clam profectum vigesimo primo ferè anno quam aduenerat, id est vigesimo primo inchoante. Iacob igitur habito vxorum consensu, dum imminet in occasionem idoneam ad discessum, se suosque, ac sua omnia occultè præparat. Eam percommodam Dominus obtulit, cum Laban ad tondendas oues suas, quæ tridui à Iacobo aberant, profectus esset. Surrexit itaque Iacob & impositis liberis, ac coniugibus suis super camelos in scio focero abiit: ne ille per vim aut sua retineret, aut suos: iuxta illud quod postea Laban vsurpauit in iurgio, filia mea & filij, & greges tui, & omnia quæ cernis mea sunt, id est à me profecta.

Personis in camelos impositis, congregauit, tulitque omnem substantiam suam, ac greges, & quidquid in Mesopotamia acquisierat, pergens ad Isaac patrem suum in terram Chanaan. Viuebat quippe adhuc bonus senex, qui ante 20. annos mortem sibi imminere arbitrabatur; cui etiam non pauciores supererant in multa patientia extrahendi. Sed Rachel in discessu, in scio marito furata est idola patris sui, vel propter valorem si aurea erant, vel argentea, quæ loco essent mundi muliebris; vel vt patrem ab idolorum cultu liberaret, vt sentiunt Basilii & Theodoretus, & Nazianzenus, qui Liam furti quoque consensum facit: quamuis Chrysostomus eas adhuc idolis addictas fuisse putet, repugnante Iosepho.

Iamque Iacob cum omnibus suis Euphrate transiisse pergebat contra montem Galaad, cum die tertio nunciatum est Laban quod fugeret Iacob. Tridui distabant oues quæ tondebantur. Cum itaque discessit Iacob, famulus aliquis ad herum abiit expositurus fugam, qua ille audita, assumptis fratribus suis, cognatis scilicet, siue in loco tonsionis, siue in Haran vbi habitabat ipse, persecutus est cum diebus septem, intra quos comprehendit eum in monte Galaad. Erat enim ille cum suis expeditus in equo, Iacob autem cum multa familia, gregibusque impeditus; itaque dies septimus Labani,

I. Ratio tem- potis, & Iacobi emi- gratio. Gen. 31. 17. c. 31. 45.

II. Cum om- nibus rebus suis, & fur- to Rache- lis.

c in prin. prou. d. 9. 89. e hom. 57. f l. 1. c. 18. med.

III. Persequitur Laban Iacobum.

erat

Dei in eum prouidentia.

Labani querela.

IV. Iacobi responso.

Laban quærit idola sua.

V. Quem Iacob accusat vicissim.

Fœdus inuenit in monte Galaad.

VI. Occurrunt Angeli Iacobo.

erat decimus aut duodecimus Iacobi. Eam vidit à longe, dilata: postero die querela, vidit in somnis dicentem sibi Deum, Cave ne quidquam asperè loquaris contra Iacob, id est facias. Verba enim pro factis sumuntur. Et reuera ab verborum asperitate, & minis non abstinit, cum forte illum spoliatum bonis omnibus male mulcare statuisset. Furti enim hominem, aut sacrilegij potius arguit, stultitiæ, inhumanitatis, plagiarium denique appellat, qui filias clam parente, abegerit, & in longinquam terram abducat, aliæque id genus.

Respondet Iacob, quod in scio te profectus sum, timui ne violenter auferres filias tuas, quæ est tacita accusatio tyrannici dominij. Quod autem furti me arguis, apud quemcumque inuenieris Deos tuos, necetur coram fratribus nostris. Non præcipientis est id verbum, sed permittentis, ex fiducia bonæ conscientia. Filios & cognatos Labani fratres appellat, siue propter antiquam ab Thare consanguinitatem, siue propter nouam affinitatem, ex coniugio Rachelis & Lia. Ergo ille scrutatur tentoria Iacobi & Lia, & vtriusque famulæ, antequam veniret ad Rachelem, diuina vtique prouidentia, vt expleta fere curiositate, & spe amissa quidquam reperiendi, negligentius deinceps quaereret, & facilius falleretur. Furtum sub clitelis cameli vnus seruatum est, ei insidente Rachele, & menstrua simulante.

Cum autem res ipsa innocentiam Iacobi prodidisset, in iustam commotus iram, exprobrauit Labano iniquam furti calumniam, quam sua ipse diligentia refellisset: exprobrauit & fidelem, laboriosam, ac diuturnam industriam suam, in maligni, atque austeri hominis famulatu, deciesque mutatam mercedem: exprobrauit denique improbam atque ingratham nocendi bene de se merito genero voluntatem, quam ipse non sponte sua repressisset, sed Deus, quem coluit Abraham, & quem timuit Isaac, irritam reddidisset. Hic Laban sedatior, nulla recriminatione, aut excusatione vitur, sed in eundem fœderi viam muniens, filia mea, inquit, & filij, & greges tui, & omnia quæ cernis mea sunt, id est ex me profecta, si tibi tuisve nocere voluero, mihi ipsi, rebusque meis nocuero. Veni ergo, & ineamus fœdus, vt sit in testimonium inter me & te. Cupit extare aliquid, quod testetur initum fœdus de non nocendo sibi mutuo. Id autem monumentum fuit congestio magnorum lapidum, non in acumen erectorum, vt solent congeri acerui, sed in longum ac latum, vt etiam mensæ loco esse posset, super quo, in signum redintegratæ beneuolentiæ, comederunt, Deumque testem, suo vterque more inuocauerunt. Postridie bene mane ab inuicem digressi Laban in Haran regressus, Iacob in Chananitidem progressus est: Mons autem ipse, ex eo tumulo siue acervo, deinceps mon Galaad, id est tamulus testis appellatus est. Sed nos dimisso Labano, iter Iacobi in Chananitidem affe- demur.

Iacob ergo abiit inire quo cæperat, fueruntque ei obuiam Angeli Dei, quos cum vidisset ait Castra Dei sunt hæc. Et appellauit nomen loci illius Mahanahim, id est castra. Hebræi quidam aiunt hos Angelos fuisse custodes prouinciæ Chanaa, qui Iacobo de aduentu suo gratularentur,

quod eum sperarent animabus fructuosum fore. In huius autem rei memoriam, excitata est postea eodem in loco urbis, eius regionis munitissima, atque pulcherrima separata Leuitis, in tribu Gad, vbi regnavit Isoseth filius Saulis. Hac visione bene animatus Iacob, sperauit fore vt Dominus immitteret Angelos suos, aut, vt est in Hebræo, castrametaretur in circuitu timentium eum. Nec tamen deferendam duxit humanam prudentiam, quæ requirebat ne temerè se fratri committeret, quem sciebat violentum & sibi non sine causa infensum, sed eum demissione animi & muneribus placaret.

Ergo primum ex eodem castrorum loco misit nuncios in Idumæam honoris causa, qui fratrem suo nomine salutarent, & de statu rerum suarum docerent, ne eum vt inopem sibi oneri fore crederet, aut dedecori. Esau quoque vice versa, vt retulerunt legati, venit obuiam fratri, cum quadringentis viris, & quidem armatis, vt ait Iosephus, siue ad sumendam de eo vltionem, quod timebat Iacob, siue ad ostentandam potentiam suam, ampliusque honorandum fratrem, vt vult Abulensis. Eo nuncio territus Iacob diuisit populum qui secum erat, & greges in duas turmas, dicens. Si venerit Esau infestus ad vnam turmam, & percusserit eam, alia turma, quæ reliqua est, in qua scilicet cariora, ac pretiosiora quæque, saluabitur, id est saluari poterit fugiendo; aut ei parcat Esau, priori cæde satiatus. Inde ad preces conuersus diuinum implorat auxilium, commemorandis eius in se beneficiis, quæ ad ipsum quoque pertineat conseruare.

Patriarcha, propitiato sibi precibus Deo, Esau placate satagit muneribus iteratis, seponit enim quinque greges quingentis & sexaginta numero capitibus, & misit per manus seruatorum suorum singulos seorsim greges, quos eodem die maturè præmittit, cum mandatis animi summisione, & suauitate plenissimis. Præcesserunt itaque munera ante eum. Ipse vero mansit nocte illa in castris, eo scilicet in loco, vbi Angelorum occurru honoratus fuerat. Illic intempesta nocte surgens traduxit totam familiam suam in tres partes distributam in vado torrentis Iacob, vt sensim progredierentur, sic vt vtraque ancilla cum filiis earum essent in principio, periculo videlicet propiores, Lia vero, & filij eius in secundo loco, Rachel autem & Ioseph nouissimi. Traductisque, omnibus, quæ ad se pertinebant, gregibus scilicet & familia, & ipsomet etiam transgresso, vsque ad locum, qui postea dictus est Phanuel, ipse ibi mansit solus ad orandum, dum tota familia aliquantulum antecedit, quam mox facile consecuturus erat.

Et ecce vir luctabatur cum eo vsque mane, id est vsque ad exorientem solem, vt habetur in textu: quæ lucta & oratio vnus circiter horæ fuerit, à transitu omnium rerum suarum. Hic porro luctator creditur ipsius Patriarchæ Angelus custos, qui viri formam indutus, Iacobum ad luctam paratus inuadit, ille, tamen octo & nonaginta natus annos, valide reluctatur, nec se à colluctatore deiici patitur. Nec mirum est Angelum Domini, cui nulla vis in terris comparari potest, vni tamen viro eique seni præualere non potuisse.

a Iosue 21. 37. b 2. Reg. 2. 8.

c Ps. 33. 8.

VII. Mittit ad fratrem nuncios.

d l. 1. c. 18.

Et suos bipertitò diuidit. e in hunc locum.

VIII. Et quinque greges dono præmittit.

f. c. 33. 2.

IX. Luctatur cum Angelo.

Et percussus claudicat. a g. 71. in Gen.

Nimirum sicut ex dispensatione diuina corpus efformauit humano simile, ita & vires assumptis hominis vnus viribus supparet, ex quo factum est vt Iacobum superare non posset: ex quo idem conicere potuit se à fratre suo minime superatum iri, vt notauit Theodoret. a qui addit, ne superbiret, quasi Deum superasset, tactu femoris se volentem victum fuisse indicauit, vt qui solo tactu ei torporem induerit, & quidem non perpetuum. Putat enim Abulensis eum mox post ortum solis à claudicatione sanatum.

X. Obtinere ab eo benedictionem.

Iacob autem cum ne eo quidem dolore victus cederet, neque enim luxatio illa ossis, neruique distorsio sine dolore esse poterat, sed comprehensum colluctatorem tenere pergeret. *Dimittite me*, inquit Angelus, *iam enim ascendit aurora*, a que adeo valde inclaruit dies, propinquus enim erat ortus solis, & tempus huic luctæ à Deo destinatum finitum erat, neque eam à viatoribus, iam clara luce videri oportebat. Et Iacob non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Sensit utique diuinitus illustratus se cum Angelo esse luctatum, quem cum superiore agnosceret, & timeret ne parum reuerenter se cum eo gessisset, ab eo benedici voluit, in signum illibata beneuolentiæ, & vt ea sibi presidio esset, in proximo fratris congressu. Hinc Angelus Iacobum de nomine suo interrogat, eique nouum Israël nomen attribuit, obtenta victoriæ monumentū.

Et nomen nouum.

Cum autem Iacob vicissim Angeli nomen exquireret, vt eum deinceps honoraret, atque in periculis inuocaret, audiuit. *Cur quæris nomen meum* In quibusdā codicibus Græcis Latinisque additur, quod est admirabile b, & apud plerosque antiquos scriptores legitur. Cur autem noluerit aperire nomen suum, ipse nouit, qui tacuit. Neque est probabile eos carere nomine, quod eis ratione indiuiduæ suæ substantiæ conueniat, quod illis diuinitus in sua creatione fuerit inditum, quod ipsi & norint, & vsurpent inter sese. Et si autem ignota sunt nobis, ei tamen explorata sunt, qui nouit multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat c, nobisque tunc innotescunt, quando erimus sicut Angeli Dei. Angelus porro, qui Iacobo nominis sui cognitionem negauit, non negauit benedictione, qua roboratus est, & excussus à fratre timor; idque mox ipse innuit cū ait, *Vidi Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea*. Euanescente autem Angelo, vocauit Iacob eum locum Phaniël, id est facies Dei, quod ibi Angelum, qui Deum representabat, sub humana specie vidisset; indeque exoriente sole progressus non nihil claudicans, ad suos quos dudum præmiserat, peruenit.

XI. Angelum de nomine togat. b vide Iud. 13. 18.

Nomina Angelorum.

c Ps. 146.

XII. Occursus fratrum. d e. 32. 1.

Eleuans autem Iacob oculos suos d, vt prospiceret quā longissime posset, *vidit venientem Esau, & cum eo quadringentos viros, diuisque filios Lia & Rachelis, ambarumque famularum*. Non tum primum diuisit, id enim iam pridie factum fuerat, sed iussit omnes datum sibi ordinem ac locum accuratè seruare. Et hi quidem tres ordines ad posteriorem turmam pertinebant; prior enim gregum erat cum seruitiis, qui bipertito diuisi fuerant, vt dictum est supra e, & dudum antecesserant. Primus ordo personarum fuit Zelphæ & Balæ cum quatuor liberis earum. Secundus Lia cum suis septem, tertius Rachelis cum Iosepho. Liberos porro suis matribus adiunxerat,

ardentius, pro suo in illos affectu, deprecaturus. Sed ipse hanc totam posteriorem turmam antecessit; nam sequitur, *Et ipse progrediens adorauit pronus in terram septies*, siue reuera septies, siue indefinitè aliquoties.

XIII. Complexus colloquii, &c.

Eam animi corporisque dimissionem admirans Esau, & muneribus, & verborum, quibus iam vsi fuerant famuli Iacobi, lenitate placatus, cucurrit ipsemet. *Esau obuiam fratri suo, amplexatus est eum, stringensque collum eius, & osculans stetit*. Coniectisque mox in sequentem familiam oculis, cum didicisset ad fratrem pertinere, omnes ordine suo venerati sunt Esau. Qui rursus interrogauit de turma quinque gregum munerum destinatorum. Et si enim rem ipsam à pastoribus didicerat, inquit nihilominus à Iacobo, vt occasionem habeat vtbanæ recusationis. Urgente tamen Iacobo illa admisit, quibus acceptis offert se suosque fratri suo itineris comites, quos ille humanissimè recusat, intelligens eos sibi oneri potius quam honori, aut vsui futuros causatus infirmitatem familiæ suæ, omnes cum bona venia, multaque verborum summisione dimisit.

XIV. Promissio profectiois Iacobi in Scir. a g. 106. in Gen.

Quod autem ait se paulatim secuturum fratrem in Scir, quod tamen non est profectus, S. August. a ait eum mutasse sententiam, quamuis vere & ex animo promississet, veritus ne ille diutius detineretur à fratre, & redintegrata beneuolentia leui quapiam occasione disiungeretur. Ergo Esau quamprimum domum reuersus est, Iacob autem eo dimisso venit in Socoth, vbi reliquum hunc annum & sequentem commoratus est, vt volunt Hebræi in Seder Holam: in Salem autem pluribus annis hæsit, vt postea dicemus. Scribit Procopius Iacobum habitantem in Socoth munera ad parentem misisse; crediderim porius detulisse, quod Scriptura præteriens, merito nobis coniciendum reliquit.

Addit Isaacum.

ANNVS MVNDI 2298.
ISAACI 160. IACOBI 100.
IOSEPHI 10.
BELŒCHI 32. Imperij Assyriorum 367.
ANTE CHRISTVM 1755.

I. Profectio, & habitatio in Salem octennij.

VM Iacob octodecim ferè menses mansisset in Socoth, vbi sibi domum ædificarat, & gregi suo tentoria fixerat, vt est in Hebræo, inde mouens, transmissisque Iordane, *transiit in Salem urbem Sichimorum, que est in terra Chanaan*. Non autem in Bethel, vt Rabbinij putant; eò enim non nisi post Sichimorum stragem, Dinamque oppressam profectus est. Dicendum est igitur Iacobum octo annis mansisse in Salem, dum illa nubilis facta est, ageretque annum decimum sextum, vt postea ex Alexandro Polyhistore docebimus. Affirmat quoque S. Augustin. a Iacobum cum suis diu mansisse ad oppidum Salem, dum filij eius, qui paulò ante paruuli & teneri dicti sunt b, iuuenes fierent, vt urbem Sichimorum delere possent; intereaque agrum emisse, tabernaculum constituisse, aram instruxisse, &c. Polyhistor apud Euseb. c ait Iacobum

a g. 108. in Gen. b c. 33. 13. c l. 9. de Prop. c. 21. Græc. Lat.

I. Vbi ea sira fuerit.

cobum annis decem iuxta Emmorem habitasse, sed isto decennio etiam habitatio in Socoth continetur. Hac de temporibus, quod postea quoque firmabitur.

Geminus Sichem. a Ad. 7. 16.

Iacob emit partem agri.

b in hunc annum.

Erigit altare Deo.

Mors Belochi.

Erat autem hæc Salem in agro Sichimorum cis Iordanem, in tribu Manasse: Iacob autem non in vrbe, sed iuxta oppidum habitauit, siue quia capax non erat tantæ multitudinis, siue quia cum Idololatris habitare nolebat, emitque eam agri partem, in qua fixerat tabernacula, à filiis, id est subditis Hemor. Quod porro hoc loco Hemor dicitur pater Sichem, cum S. Stephan. a vocet eum filium Sichem. Sanctius & alij, geminum Sichem agnoscunt, vnum antiquior à quo vibs nomen accepit, alterum iuniorum illius nepotem, qui Dinam violauit, & causa fuit subsecutæ cladis. Sed agri pretium valde exiguum videtur. Quid enim sunt centum agni ad agrum vnum iuxta urbem situm? præsertim cum magnum eum fuisse oporteat, ad tentoria tam magnæ familiæ excitanda. Abulensis putat agrum illum vili pretio emi potuisse, ob ciuium infrequentiam, Nam Sichem infertus ait ciuibus suis, terram spatiosam & latam cultoribus indigere. Sed hæc copiosius in Annalibus b explicata reperies.

Vide porro Patriarchæ pietatem. Vt enim agrum emit, ibi erexit altare, & inuocauit super illud fortissimum Deum Israël: super illud videlicet sacrificium obtulit, & Deo suo altare cõsecrauit, & inscripsit sub titulo *Ara fortis Dei Israël*. Vide hic Caiet & Del Rio. Cæterum hoc anno moritur Belochus Assyrius Imperator.

ANNVS MVNDI 2302.
ISAACI 164. IACOBI 104.
IOSEPHI 14.
BALÆI 1. Imperij Assyriorum 371.
ANTE CHRISTVM 1751.

I. Initium Balæi.

a annos m. 1199. n. 3.

II. Iosephi pueritia. b c. 37. c anno m. 2306. n. 20.

EXTINCTO proximo anno Belochi præco expletis 35. regni annis, Balæus Imperio Syr. successit, quod tenuit annis duobus & quinquaginta, qui nonus à Nino est, decimus autem à Belo. Quidam hunc Balæum secundum siue iuniorum appellarunt, propter Xerxem, qui & Balæus dictus, vt diximus a initio regni eius. Ad hunc circiter annum, quo ad finem vrgente, Ioseph decimum quartum ingressus erat, existimamus pertinere quæ Moyses de Iosephi pueritia narrat. Non enim omnia illo eodem anno, quo venditus est, contigerant b, licet eodem loco narrata sint c, sed Moyses inuidiæ causas ex alto repetiit, quod nouit etiam Tornielus, præsertim cum nihil adhuc de rebus eius dixisset. Id ex multis intelligi potest. Nam primò Rachelis mors, quæ iam dudum à Mose c. 35. narrata fuerat, nondum tempore somniorum Iosephi contigerat, cum Iacob dicat. *Num ego, & mater tua adorabimus te super terram?* Rursus cum dicitur causa eximia dilectionis Iosephi, quod pater ipsum in senectute genuisset, indicatur Benjaminum nondum fuisse natum, cuius tamen natiuitas à Mose iam recensita fuerat, alioquin hæc causa dilectionis in Benjaminum potius, quam in Iosephum congrueret. Denique

Moyes ipse significat, accusationem fratrum factam à Iosepho adhuc puero, venditione autem decimo septimo contigisse. Sic enim vertit Pagninus a. *Ioseph cū esset natus septendecim annos pascebat cum fratribus suis pecudes. & erat puer cū filiis Bilhab, & cum filiis Zilpah uxorum patris sui, retulitq; Ioseph infamiam, &c.* vbi vox puer nõ ad priora, vt in Latino, sed ad posteriora refertur. Cui separationi Hebræi textus, Græci codices, Latiniq; consentiunt, etsi id parum vulgò ab interpretibus animaduersum, aut notatum.

a e. 37. 1.

Hoc ergo circiter anno, cum Ioseph adhuc puer esset versabatur cum filiis Balæ & Zelphæ, Dan scilicet & Nephtali, Gad & Aser, qui ferè à reliquis, tanquam filij ancillarum cõtemnebantur, vt aiunt Lyræ & Toftatus, ad quorum consolationem Ioseph filius vnicus vxoribus dilectæ, sese humanissimè adugebat. Cæterum quod accusati dicuntur à Iosepho fratres sui apud patrem crimine pessimo, quod scilicet ab illis, ex inuidia singularis in eum amoris paterni, vexaretur. Non necesse est hæc infamia peccata comminisci; inuidia enim crimine satis magnū est, & vero merito pessimū dicitur, vt pote charitati virtutum omnium præstantissimæ directe oppositum. Singularis autem ille amor tum ex aliis causis oriebatur, tum ex ea quam refert Moyses, eo quod in senectute genuisset eum b. Et si enim omnes in patris senectute geniti fuerant, erat enim annorū 85. cū genuit inuogentum suum Ruben, id tamen Iosepho conuenit in primis, qui vltimus omnium natus fuerat, neque enim Benjaminus adhuc natus erat, vt ante dixi, quæ est etiam Tornielli c sententia. Adde quod filius erat vnicus dilectæ Rachelis, multiq; votis ab vtroque parète expetitus, præter egregias eius corporis animiq; dotes.

III. Accusat fratres apud patrem.

Qui odio atque inuidia in eum concitantur. b anno m. 2283.

c anno m. 2306. n. 2.

Signum eiuſdem amoris, simulque ætatis puerilis argumentum est, quod Iacob fecit ei tunicam polymitam id est multis licis textam, & quidem diuersorum colorum, propterea enim Septuag. variam tunicam vertere, siue licis per certa interualla artificiosè, inter stramen & subtegmen intextis, siue adiectis ad limbum, aliaque idonea loca diuersi coloris fasciis. Erat autem & talaris, & manicata, vt ex Aquilæ & Symmachi versione intelligitur. Cum ergo hac tunica insignis Ioseph fulgeret inter fratres, eorum perstrinxit oculos, quibus in eum magis, magisque doluerunt. Accesserunt & somnia, quæ maioris odij fomitem præbuerunt quæ possumus in annos sequentes differre.

IV. Iosephi tunica polymita.

ANNVS MVNDI 2303.
ISAACI 265. IACOBI 105. IOSEPHI 15.
BALÆI 2. Imperij Assyriorum 372.
ANTE CHRISTVM 1750.

HOc initio adolescentiæ Iosephi, nam decimus quartus annus erat in cursu, & decimus quintus imminerebat, Iacob vt durius filij quamuis vtrique parenti charissimum, assuefaceret eum labori ligandorum manipulorum in sole feruido applicabat, quado eidem somnium manipulare contigit, quod & fratribus puerili alacritate retulit. *Putabam, inquit, nos ligare manipulos in agro, & quasi conſurgere manipulum meum*.

I. Iosephi somnia.

stare, vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum. Apparet autem hoc somnium ad diuersum à prædicta fratrum accusatione, tempus pertinere. illa enim ad quatuor tantum pertinebat, quibus tunc morabatur, hoc autem, & sequens somnium ad omnes refertur, & innunt communem commorationem, & opus in agris. Priore somnio audito fratres qui iam oderant eum, nec poterant ei quidquam pacifice loqui, cum stomacho responderunt. Nunquid rex noster eris, aut subiiciemur ditioni tuae?

II. Alterum somnium. a. A. M. 1304.

Alterum Iosephi somnium ad sequentem annum referre possumus. Et si enim nihil super ea re certo affirmare possumus, non inani tamen ducimur coniectura, id sub annum Iosephi decimum sextum contigisse. Nam somniorum memoriam recentem fuisse conuenit tempore venditionis, quæ incidit in annum eius 17. vt dicemus, dicebant enim. Ecce somniator venit, venite occidamus eum. Aliud ergo somnium vidit, quod fratribus exposuit, ignem, vt aiunt, camino addidit. Vidi, inquit, per somnium quasi Solem & Lunam & stellas undecim adorare me. Quod cum patri suo, ac fratribus retulisset, increpauit eum pater suus, & dixit: Quid sibi vult hoc somnium quod vidisti? Nunc ego & mater tua, & fratres tui adorabimus te super terram. Reprehendit senex puerilem, vt apparebat, vanitatem, vt fratrum odium, quod in eum accendebatur, dilecti filij obiurgatione leniret.

III. Num Rachel adhuc obiisset.

Tam perspicua porro ac diserta mentio matris Iosephi, validè confirmat nostram Chronologiam, quæ Rachel hoc quoque anno retinet in viuus; eius autem mortem, & Benjamin natiuitatem in sequentem annum differt. Nodus autem de stellis undecim, quem nectit Caiet. vnde inferri videtur natum iam huius omni tempore Benjaminum, facile Dina dissoluet. Cur enim illi minus stellæ nomen, quam fratribus eius conueniat? Nam hæc quoque cum patre in Ægypto fuit & fratrem suum cum cæteris venerata est. At mater Iosephi eum in Ægypto non adorauit, diu videlicet ante defuncta. Sententia tamen huius vaticinij est, Iosephum ad tantam dignitatem euectum iri, vt propter eam, etiam à patre & matre, illi ciuilibus adoratio deberetur: & si ad ignotum venissent, vt eius fratres, etiam adorarent. Quæ est expositio S. Chrysostomi.

hom. 66.

ANNVS MVNDI 2305.
ISAACI 167. IACOBI 107.
IOSEPHI 17.
BALÆI 4. Imperij Assyriorum 374.
ANTE CHRISTVM 1748.

I. Violatio Dinæ, & ratio temporis.

INITVR hoc anno decimus sextus Dinæ & Iosephi annus, & inchoatur decimus septimus vtriusque, quo grauissima calamitas Patriarcham afflixit, & insignem eius patientiam vehementer exercuit; eoque vehementius, quod ipsius calamitatis remedium ipsa calamitate tristius ac luctuosius fuit. Contigit enim hoc anno Dinæ violatio, & vrbis Sichimorum vastitas inde consecuta. Tempus accu-

ratè confirmatur à Demetrio apud Eusebium, vbi ait corruptam fuisse Dinam à Sichem filio Epimor, annos agentem sexdecim, & quatuor menses: qui menses decimum septimum inchoant vt dixi: quæ ratio temporis eadem proportionem valet in annis cæterorum Iacobi filiorum, quos in Annalium indicibus proferimus.

a. l. 9. de Prop. c. 21. Græc. Lat.

Occasionè facinoris eius Moyles paucis explicat. Egressam videlicet Dinam, vt videret mulieres regionis illius. Iosephus ait venisse in urbem cum celebritas quadam ageretur apud Sichimitas, vt videret cultum mulierum regionis illius. Cum Dina, vt ait Aug. ad eam venisset ætatem, vt amicas iam habere posset, condicere voluit filias loci illius Septang. significantes non simplicem hanc visionem fuisse, sed familiarem consuetudinem, quæ personarum studia & mores addiscuntur. Sed magno suo malo didicit. Cum enim eam vidisset Sichem filius Hemor Heuæi, princeps terræ illius, adamauit eam, illius puichritudine captus, & raptam vi oppressit. Eam iniuriam cum illa intoleranter ferret, tristem blanditiis lenire conatus est, spe maxime coniugij, quo culpa & dedecori remedium quod porterat afferretur. Quod illam non respuisse ex eo fortasse colligi potest, quod Sichem quamprimum tam patrem suum adiit, vt eam sibi coniugè acciperet, quam ipse interuentu, puellæ parentem Iacobum, vt id coniugium gratū haberet ac ratum, etsi præpropere, atque intemperanter consummatum.

II. Occasio facinoris, a. l. 1. Ant. c. 18. b. 9. 108. in Gen.

Qui remedium querunt à nuptiis.

Interea vero Iacob rem didicit rumore nuncio, ac dissimulauit, donec filij pascuis reuerterentur. Qui audito quod acciderat, irati sunt valde. Nihilominus petit Hemor à patre ac fratribus puellæ eam in vxorem filio suo, & vniuersæ connubiorum, & regionis ipsius communicationem, Israëlitas inter atque Sichimitas. Vtrisque instat etiam Sichem, & se a tota omnia dotis onera, muneraque paratum exhibet, in penam ac satisfactionem peccati sui. Responderunt filij Iacob Sichemo & patri eius, consensuros se in nuptias, & habituros deinceps cum eis, & vtrosque in vnum eundemque populum coalituros, si ritum circuncisionis admitterent, alioqui affinitatem coalescere non posse, sed cum sorore sua discessuros dissimulantes interim meditatam sauitiam. Acquiescunt Hemor & Sichem, & circuncisionem toti populo persuadent. Ecce die tertio, quando grauissimus vulnerrum dolor est, Simeon & Levi arreptis gladiis ingressi sunt urbem confidenter, interfecti que omnibus masculis, Hemor & Sichem pariter necauerunt, solentes Dinam de domo Sichem sororem suam.

III. Dolosus fratrum in eas consensus.

Qui vrbem replent cadibus.

Non est existimandum à duobus illis iuuenibus totam deleram fuisse ciuitatem, sed duos illos plurimæ familiæ famulorum ductores fuisse, & simul cum illis miseris Sichimitas, ex vulnere circuncisionis inualidos, facile confodisse. Cæteri fratres, qui cædis participes esse noluerunt, prædæ tamen fuerunt, inquam vnam prius fortasse consenserant, Etsi Theodoretus apud Euseb. dicat reliquos fratres re cognita venisse auxilio duobus primis: quod tamen ad solam prædæ pertinere potest, subdit enim & ciuitatem populati sunt. Illis ergo egressis de domo Sichem, irruerunt super occisos cæteri filij Iacob, & depopulati sunt vrbem in vltionem stupri. Oves eorum, & armenta, & asinos, cunctaque

IV. Qui precipui auctores cladis.

c. l. 9. cit. Eiusdem oppidi depredatio.

V. Damnatur à Iacobo facinus.

a. c. 9. 2.

b. Gen. 49. 5.

VI. Decem criminibus cumularum.

c. c. 34. 30.

d. e. 35. 5.

e. Gen. 49. 7.

VII. An zelus eorum bonus.

c. 9. 2. 3.

f. l. 11. Ant. n. 18.

que vastantes, quæ in domibus, & in agris erant. Paruos quoque & vxores eorum duxerunt captiuas. Verum cum cædes, & deprædatio iniuste fuerint credendum est Iacobum, vt rescivit & potuit, captiuos omnes liberos dimisisse, & quæ supererant bona illis restituisse.

Improbasse autem vehementer sanctum virum, hunc filiorum suorum furorem, aperte intellectum est, non tam in loco, efferatis adhuc illorum animis, quam in sine vitæ, cum singulos benediceret abiturus. Certe Pererius vt eorum zelum non arguit, propter Iuditham, quæ illum commendat, nouem tamen grauissimorum scelerum eos reos facit: trium ante cædem, totidem in ea, & rursus aliorum trium post ipsam. Primum quod inconsulto parente, propria autoritate hoc facinus aggressi sunt, vt ipse postea significauit. Alterum fuit mendacium perniciosissimum, & cum pessimo dolo coniunctum. Tertium fuit sacrilegium, quando ad dirum facinus Sacramento circuncisionis abusi sunt, quo nihil erat apud eos religiosius. Quartum fuit barbara & ferina crudelitas, in his occidendis, qui circumuenti, & ad defendendum inualidi erant. Quintum iniustitia maxima, pœna culpam vehementer excedente, pro qua illi idoneam satisfactionem obtulerant. Sextum innocentium innumerabilium cædes, cum perpauca, aut fortè vnius tantum fuisset in culpa.

Post cædem septimo loco secuta est rapina bonorum, quando non exsatiati tam multiplici cæde, etiam vrbem totam, & agros diruperunt. Octauum, quod si qui cædem euaserunt, in seruitutem abstracti sunt. Nonum quod patrem, totamque eius familiam in summum interuentionis discrimen adduxerunt. Vnde eos mitius quam pro tanto scelere increpans, Turbassit me, inquit, & odiosum fecistis me Chananais, & Phæreæ habitatoribus terræ huius. Nos pauci sumus, illi congregati percipient me, & delebor ego, & domus mea. Et utique fecissent, nisi aduisset singularis Dei erga Iacobum prouidentia, & protectio: iuxta illud, Cum profecti essent, timor Dei inuasit omnes per circuitum ciuitates, & non ausi sunt persequi recedentes. Addi potest & decimum crimen impunitiæ. Nam à patre obiurgati culpam non agnoscunt, neque patrem reueriti, neque ipsum Deum, quem tot sceleribus violauerant; sed audacter Patri respondent. Nunquid vt scorto abuti debuerunt sorore nostra? Itaque eam pertinaciam grauiter accusat moriturus pater. Male dictus, inquit, furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum, quia dura.

Iam vero quod ad zelum Simeonis, & fratrum eius attinet, non desunt viri graues qui censent Iuditham. quæ erat de tribu Simeonis, putasse quidem eos diuino zelo motos fuisse, nec tamen necessarium esse mulieres, quamuis sanctissimas, omnes sacras historias accuratè tenuisse. Author autem libri fideliter recitauit eius verba, & de fide tantum est ipsam ista sensitse, atque dixisse. Cæterum tanta est horum scelerum turpitudine, vt Iudæos, imprimisque Iosephum vehementer eorum pudeat, ob eamque causam historiarum veritatem, quamuis sacris litteris perspicue consignatam, admo-

dum peruertant, vt in Annalibus ostendimus. Dum autem hæc strages tota late regione rumore nuncio circumferretur, Deus siue Iacobi incolunitati prospiciens, siue nolens cum diuturniorem in eodem loco moram trahere, iubet eum ascendere in Bethel, & ibi habitare, atque excitare altare Deo, qui apparuerat ei, dum fugeret in Mesopotamiam, fraterno furori declinando.

Jacob Dei iussu abiit in Bethel. b. c. 35. 1.

Iacob nihil cunctatus conuocata omni dotu sua, iubet abicere idola, quæ ex recenti videlicet præda collegerant, siue quæ adhuc retinuerat Rachel, vt plerique putant. Non sit tamen verisimile Pererio, hoc tempore apud Rachelem fuisse idola Labani; neque decennio aut Iacobo ignota esse potuisse, aut tolerata. Dederunt ergo ei omnes Deos alienos, & omnia simulachrorum ornamenta, quæ inaurium nomine comprehenduntur. At ille ea liquefacta in altam fossam iuxta terebinthum infodit, nulli vt vsui deinceps forent, in detestationem idololatriæ. Quod tamen ex abundantia ferocis potius, quam ex necessitate factum videtur. Legimus enim Dauidem tulisse coronam Melchon idoli Ammonitarum de capite eius, & inuenisse in ea auri talentum, & pretiosissimas gemmas, & inde sibi fecisse diadema, Sanctificata familia, valisque conclamatis è Salem versus Bethel tuto profecti sunt, Domino in tutelam Iacobi, terrorem vicinis populis immitente. Venit igitur Iacob Luzam, quam mox vocauit Bethel, siue Domum Dei, edificauitque ibi altare: & si non prius, tunc certè vota in discessu promissa persoluit.

VIII. Idolis suis ac defecit.

1. Par. 302.

Eodem tempore mortua est Debora nutrix Rebecca. Etsi enim mentio temporis non est in Hebræo, explicandi tamen causa à Hieronymo ex re ipsa additum est: quia interiecta hoc loco mortis eius narratio, satis indicat hoc eam tempore contigisse. Hanc nutricem communiter sentiunt interpretes, in quibus Caietanus, mortua Rebecca adit Iacobum, siue per easam vxorem Esau, siue studio videndi filias Laban, nepres Rebecca, & filios earum exosculandi: cui desiderio cum satisfecisset, grandis natus, nec multo minor Isaac, diem obiit extremum. Sepulta est autem ad radices Bethel subter quercum: vocatumque est nomen loci illius Quercus stetur, ob sollemnem videlicet complorationem in honorem Debora factam.

IX. Obitus Debora, & sepultura.

Sepultra Debora, apparuit iterum Deus Iacob, benedixitque ei, ac nomen Israël confirmavit, vt deinceps non vocaretur solum Iacob, sed etiam Israël, quod in posteris eius locum habuit, qui Israëlita non Iacobita dicti sunt. In hac autem apparitione, qua ordine septima fuit, Dominus renouauit pristinas benedictiones, tam ei quam patribus eius impertitas eoque facto, visus est ab eo recedere, & in altum tendere: qui motus innuit hanc visionem sensibilem fuisse, & non imaginariam duntaxat. Ille vero crexit titulum lapideum in loco, quo locutus fuerat ei Deus, libans super eum libamina, & effundens oleum, vocansque nomen loci illius Bethel. Videtur sane credibile lapidem ante annos 30. à Iacobo erectum in titulum, dissectum fuisse ab hominibus loci religionem ignorantibus: nunc

X. Deus septimum apparuit Iacobo.

Qui consecravit Bethel.

autem à Iacobo iterum confirmata ceremoniam restitutum, veteri etiam loci denominatione renouata.

ANNVS MVNDI 2306.

ISAACI 168. IACOBI 108.

IOSEPHI 18. BALÆI 5.

Impèrij Assyriorum 375.

ANTE CHRISTVM 1747.

I. Summa re- rum anni huius.

a hom. 6. in Gen.

& ratio te- poris.

b l. 37. 2.

c l. o. de Prop. c. 21.

II. Rachelis obitu hoc tempore con- gisse. bid.

d a m. 2283

cc. 35. 16.

כברת Chibrath.

III. Benjaminu enixa obit. f Gen. 35. 16.

Veruosis præcedentis anni rebus, hoc anno Patriarchæ nostro luctuosiora suc- cedunt. Dilectissimam quippe Rachelem coniugem in dolore partus amittit: amittit & Iosephum filium ex ea susceptum, delicias in gaudium cordis sui. Sed priorem illam iacturam nouus filij ortus attemperat, vt ait Chryso- stomus: hoc vulnus nullam curam, nullam consolationem admittit. Accessit & Rubeni cum Bala flagitium, & Iudæ cum muliere Chana- nitæ coniugium inauspicatum. Ad quæ prius- quam aggrediamur ratio temporis reddenda est, & occurrendum accusationi, quod Iosephi venditionem anno eius decimo octauo con- stituere videamur, quam Scriptura dicit deci- mo sexto contigisse. Dicimus ergo, vt supra si- gnificatum est, nos horum Patriarcharum anos sumere inchoatos. Itaque iuxta supputationem Demetrii apud Eusebium, Iosephus & Dina inchoant hoc anno decimum octauum per quatuor menses, octo priores pertinent ad decimum septimum, quo anno currente vendi- tionem contigisse, exacto iam decimo sexto, cuius meminit vulgata editio, facile omnes con- sentiant.

Porro ad Rachelis obitum hoc anno consti- tuendum, & consequenter primum Benjaminis annum, series ipsa nos Mosaicæ narrationis adducit. Eandemque Chronologiam egregie Demetrius ille confirmat, Ait enim Patriar- cham Luza, vel Bethle digressum, Ephra- tam siue Bethleemum petiisse, ibique Rache- lem suscepto Benjaminio, diem supremum obiisse, postquam annos tres ac viginti cum ea Iacobus vixisset. Sic ipse: quod ad amissum cum Chronologia nostra congruit, qui eius matrimonium ad annum Iacobi 85. retuli- mus. Hebræi quoque in suo Chronico sex mensibus Iacobum in Bethel mansisse tradunt, & videlicet ibidem hyemem transiisse. Nam Moses testatur, Iacobum verno tempore venisse in terram, quæ ducit Ephratam, ibi- que Rachelem parturientem obiisse. Et de verno quidem tempore nobis facessunt nego- tium, qui Hebræo textui plus æquo fauent, qui vocem Hebræam in varias significatio- nes trahunt. Sed bene habet, quod non pa- rum ipsi inter se dissentiant. Interim ergo dum conueniant, vulgatam editionem sequa- mur, quam in Tradit. idem Hieronymus con- firmat.

Iacob ergo egressus de Luza siue Bethel, venit verno tempore ad terram, qua ducit Ephra- ta. In qua cum parturiret Rachel, ob difficul-

ratem partus periclitari cepit. Dixitque ei vo- fetrix, Noli timere, quia & hunc habebis filium. Idonea consolatio, & consentanea illi voto, Addat mihi Dominus filium alterum. Voti rea- fit, sed eo diutius gaudere non potuit. Egre dien- te siquidem anima præ dolore, & imminente iam morie vocauit nomen filij sui Benoni, id est filius doloris mei, Pater vero eum vocauit Benjamin, id est filius dexteræ. Aditæ sunt ab Hierony- mo vocum interpretationes. Mortua est ergo Rachel, & sepulta est in via, qua ducit Ephra- tam, hac est Bethleem: à qua mille ferè passibus distat eius sepulchrum, prout Pagninus vertit vocem Chibrath, Burchardus aurem distare ait quantum arcus vnus iacere solet. Exiitque Iacob titulum super sepulchrum eius. Hic est titulus monumenti Rachel, vique in præsentem diem. Ex- tabat videlicet titulus ille ad id tempus, quo hæc à Mose scribebantur, id est ad 238. annos, si hæc scripta sunt primo anno exitus Hebræo- rum ex Aegypto.

De Rachelis porro monumento scribit Abu- lensis, corpus quidem humi defossum fuisse, sed factum illi à Iacobo cenotaphium ex daode- cim satis magnis lapidibus, in memoriam 12. fi- liorum suorum, & in extremo posuit lapidem, qui hic dicitur erectus in titulum, in pyrami- dem acuminatum, qui à transeuntibus terram illam, inquit, peregrinis nostris adhuc visitur. Bredembachius addit inueniri iuxta sepulchrum lapillos quosdam omnino nigros, quos peregrini colligunt, quod dicantur conducere mulieri- bus ad faciliorem partum. Mortua porro est anno ætatis non trigesimo sexto, vt Hebræi quidam dicunt, sed minimum quadragesimo quinto. Nam si, vt iidem aiunt, vigesimo se- cundo nupsit, & viginti tribus mansit cum Iacobo, vt ex Demetrio diximus, clarum est eam ad 45. peruenisse. Et certè prior ille numerus valde probabilis est, erat enim Rachel nobilis, quando petita est à Iacobo, puta 15. annorum, quibus addendi sunt priores septem anni famu- latus Patriarchæ.

Par erat nos quoque hoc loco, nisi compen- diariæ breuitati studeremus, in ornando Ra- chelis funere, aut sepulchro, nostro muneri non deesse: quandoquidem neque paucis, ne- que leuibus in rebus beatissimam Virginem à Rachele repræsentatam nemini dubium esse potest. Isti comparationi ipsum Rachelis no- men congruit, congruit & præstantia formæ, & sterilitas fecunditati copulata, & duo fi- lij, altero lætitiæ, doloris altero, aliæque multa capita, quæ in Annalibus non negli- genter exposita reperies, addito insuper breui Epitaphio.

Porro Iacob cumulatè perfunctus officio funeris dilectæ sibi Rachelis iuxta Bethleem egressus inde fixit tabernaculum trans Turrim gregis, versus austrum progrediendo ad He- bron. Nam Chrysostomus, Vterius iterum procedit Iustus anhelans paulatim venire ad lo- cum, ubi habitabat Isaac. Eam turrim, quæ mil- le passibus à Bethleem distare dicitur, Hiero- nymus ait locum esse pastorum iuxta Beth- leem, vbi vel Angelorum grex in ortu Domi- ni cecinit, vel Iacob pecora sua paut, loco nomen imponens; vel quod verius est, quo- dam vaticinio futurum iam tum mysterium

a Gen. 30. 24.

Sepulchri locus.

IV. Fuscus forma.

Rachelis ætas.

V. Ex commẽ datio.

b A. m. 2306. n. 10. & seqq.

VI. Iacob ad Turrim gregis, & quæ illa fuerit. c hom. 60.

d in Trad. Hebr.

Rubeni cū Bala flagi- tium.

a Leuit. 18. 8. & 20. 11.

b 1. Cor. 5.

VII. Quam mole- stum Pa- triarchæ.

Bala nutrix Benjamini abdicatur à Iacobo.

c 2. Reg. 20. 3.

VIII. Iacob venit ad patrem cum tota familia. d Gen. 35. 27.

e c. 36. 6. 7. f c. 13. 9.

IX. Mitit filios Sichimam cum gregi- bus.

Et ad eos Iosephum.

monstrabatur. Ibi Iacobum aliquandiu substi- tisse, docet quod subdit Moses, Cumque habi- taret in illa regione, abiit Ruben, & dormiuit cum Bala concubina patris sui. Maris Dan & Nep- thali: quod Iacobum minime latuit; & simul in- genti cum mœrore afflixisse necesse est, tam propter illius peccatum grauissimum, quàm propter dedecus suum, & probum mulieris, ac filiorum ruis, peccatum quod natura auer- satur, & mox lex diuina seuerè prohibuit. Qui dormierit cum nouerca sua, & reuelauerit ignominiam patris sui, morte moriantur ambo, sanguis eorum sit super eos. Et Apostolus etiam infidelibus abominatum scribit,

Atque haud scio an hoc Rubeni facinus, cum insigni diuini numinis iniuria coniun- ctum, grauius Iacobum, quam mors Rache- lis afflixerit, quæ nudam iacturam habuit, eamque vnus filij accessione compensatam. Dolorem eius Scriptura coniectandum reli- quit: at Septuag. paraphrasi attigerunt, ha- bent enim. Et audiuit Israël, & malum vi- sum est coram eo; adeo vt moriturus eum gra- ui maledictione percelleret, quæ in eum effusa, in posteros etiam redundaret. Author Testameti Patriarcharum scribit Benjaminum defuncta matre suxisse Balam, quæ tamen ante 20. an- nos vltimum filium pepererat. An fortè conce- pit ex Ruben, & factu mortuo, inuenta est ido- nea, quæ Benjaminio lac lac daret. Idem Au- thor scribit Iacobum ab se Balam abdicasse, nec vltra, à filio suo vitiatam, attingere voluisse. Sicut postea Dauid concubinas ab Absa- lone violatas, regno restitutus inclusit, neque eas vnquam postea cognouit.

Postremo venit Iacob cum tota familia sua, ad Isaac patrem suum in Mambre ciuitatem Ar- bœ, hac est Hebron, in qua peregrinatus est Abraham, & Isaac, vt ait Moses, Dixi cum tota familia; nam iam pridem, ex quo sese ab Esau expederat, inuiserat patrem suum: eaque de re Iacobi pietas in parentem optimum bene de se meritum, dubitare non sinit. Et par qui- dem est credere gubernatam à Iacobo familiarum patris, in senio & oculorum caligine decum- bentis, & Rebecca matre ante annos aliquot mortua: non per se quidem, qui copiosissimam haberet, quæ ipsius requirebat præsentiam, sed per fidum aliquem procuratorem, vt olim Abraham. Tandem vero hoc anno vnâ ex duabus factam esse familiarum apparet. Sed ita tamen, vt greges & armenta, quæ præ multitudine locus vnus capere non poterat, diuersis pascerentur locis, quæ etiam causa fue- rat, vt Esau à Iacob, Loth ab Abrahamo secederet.

Ergo breui, diuina nixus prouidentia pasto- res cum gregibus dimisit in Sichimorum agrû, in quo prædium ante aliquot annos emerat, si- mul etiam prudenter existimans, incolarum ira metu compressa, eò magna ex parte rediisse. Neque diu distulit etiam filios Lia & an- cillarum eò mittere, qui præsidio illis essent, si res postularet, & parentem suum apud ipsos repræsentarent. Nec minus interea ipse de eo- rum incolumitate sollicitus, Iosephum ad eos inuisendos dimittere statuit mox renunciatu- rum quo in statu res essent. Nolebat enim il- lum diutius apud fratres morari, quos ipsi pa-

rum æquos non ignorabat. Missus itaque de valle Hebron, venit in Sichem, vbi cum non reperisset fratres, circumquaque oberrans qua- rebat illos, & cognito eos abiisse in Dothaim, duodecimo à Sebalte siue Samaria milliario, aquilonem versus, vt ait Hieronymus in locis, ad eos profectus est.

Qui cum vidissent eum procul, antequam ac- cederet ad eos, cogitauerunt illum occidere, & mutuo loquebantur, Ecce somnator venit, veni- te occidamus eum, & mittamus in cisternam ve- terem, dicemusque fera pessima deuorauit eum, & tunc apparebit quid illi profint somnia sua. Non omnium hoc consilium fuit; nam Ruben & Iu- dam in alia fuisse sententia, docent quæ se- quuntur. Videtur autem in primis Simconis & Leui, qui in Sichimis non ita pridem sicarios egerant: & à patre vasa iniquitatis bellantia di- ci meruerunt. Certè non sine causa postea in Aegypto Simcon, dimissis cæteris, detinetur in vinculis: quod notatum etiam est in Testa- mento Patriarcharum, vbi Gad quoque nomi- natur eiusdem consilij architectus. Id autem dissuasit Ruben, suadens potius demitti il- lum in cisternam, vt inde mox ereptum redde- ret patri: existimans fortasse hanc fore com- modissimam viam ipsum sibi reconciliandi: id- que admodum probabile est. Graue est enim fi- lio non perfrictæ frontis, sentire parentem iure infensum sibi.

Confestim igitur vt peruenit ad fratres suos, nudauerunt eum tunica talari & polymita. Cum oportuisset, ait Chrysostomus, illos occurrere fratri & amplexari, & quomodo se pater haberet inquirere: illi quasi bestia quedam, vbi agnum conspicatæ sunt, insiliunt. Non habetur ex hoc loco Iosephum duplici veste exutum fuisse, & plane nudum demissum in cisternam, vt qui- dam putauerunt, vna enim eademque erat talaris & polymita: vnde Tigurina ex Hebræo, nudauerunt eum tunica sua, tunica illa varia, qua erat indutus. Dimiserunt ergo eum, cum interiore tunica, in cisternam veterem, qua non habebat aquam: vt scilicet ibi fame extingue- retur; quasi minus in culpa futuri, quam si gla- dium in fratrum iugulum immerissent: cum tamen eum longe crudeliori morte ac diutur- niori cruciatus essent necaturi. Omituntur por- ro hoc loco Iosephi preces & lacrymæ, qua- rum ipsimet parricidæ in Aegypto postea meminerunt, dicentes inter se: Merito hæc pati- mur, quia peccauimus in fratrem nostrum, vi- dentes angustiam animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus: idcirco venit super nos ista tribulatio.

Iritæ igitur fuerunt afflictissimi Iosephi lacrymæ, iritæ fratris innocentissimi preces, modo singulos, modo vniuersos, per ipsum Deum parentemque deprecantis, & ad eorum genua lamentabiliter accidentis. Nihil ferrea pectora mouit mixtus frigidus sudore pa- uor, decori, & quod caput est, integerrimi adolescentuli, & anxietas animi, quasi in mor- tis agone constituti. Miserunt ergo eum in cisternam, quam profundam fuisse oportet, ne inde posset euadere: ideoque fune religatus sensim demissus est, non ab vno Ruben, vt ait Iosephus, sed à pluribus, vt Scriptura testa- tur. Et quia Ruben venditioni non interfuit,

ac. 37. 18.

X. Qui de il- lius cade deliberauit.

XI.

Comprehē- dunt, denu- dant, & in cisternam dimittunt. b hom. 61. in Gen.

cc. 42. 17.

XII.

Contemptis eius lacry- mis, ac precibus.

d l. 2. Ant. c. 3.

vt mox secuta eius lamentatio docet: Iosephus aut illum aliud profectum ad quarenda pascua. Reliqui sederunt ad sumendum cibum: moxque viderunt Ismaelitas mercatores venientes de Galaad; illac videlicet ex Arabia transeuntes. Nam Ismaelita non habitabant in Galaaditide, sed ibi emebant, quæ ferrent in Ægyptum.

XIII.
Ex Iudæ
consilio vē-
ditur.
a c. 37. 26.

Hac oblata occasione dixit Iudas fratribus suis, *Quid nobis prodest se occiderimus fratrem nostrum, fame videlicet, & rerum omnium penuria, & celauerimus sanguinem ipsius? Num iactare videbimus nos eius somnia, & spes dominationis irritasse? Melius est ut venundetur Ismaelitis, & manus nostra non polluantur; frater enim, & caro nostra est.* Consilium venditionis sancti iuuenis à Iuda proficiscitur, bona vt apparet intentione. Voluit enim minore malo feruitutis, maius cædis malum impedire. Minus enim malum, vt alibi diximus, ratione maioris habet aliquam rationem boni. *Acquieuerunt fratres sermonibus illius, & prætereuntibus Madianitis negotiatoribus, extrahentes eum de cisterna vendiderunt eum Ismaelitis 20. argenteis, qui duxerunt eum in Ægyptum.* Valent porro 20. argentei sicii iuxta initam à nobis supputationem 27. Francis Gallicis cum dimidio. Alia de hoc Iosephi venditi pretio leges in Annalibus. Hic addo ex Testamento Patriarcharum, *Gadum ibi fateri se cum Iuda vendidisse fratrem 30. aureis, de quibus, inquit, decem furtim subtraximus, viginti autem ostendimus fratribus nostris, &c.*

20. siccis.

b c. 9. & in
Annal. an.
2306. Schol.
8.

XIV.
Rubeni lu-
ctus pro
fratre.

Interea vero dum ducitur in Ægyptum Ioseph, reuertitur Ruben ad cisternam, vbi non inuento Iosepho, scissis vestibus pergat ad fratres suos, ratus illum per suam absentiam interemptum esse, & ait, *Puer non compareret, & ego quo ibo? vt scilicet eum inuenire possim, cognito autem quid accidisset, ait Iosephus, eum lugere desisse.* Consilium autem simul iniierunt, quomodo Iosephi casum ita patri notum facerent, vt à se criminis suspicionem omnem amolirentur. Itaque occurrit fingere eum à fera pessima deuoratum: ideoque tunicam eius, illam scilicet polymitam, antiquum inuidiæ incitamentum, in sanguine hædi quem occiderant, tinxerunt, mittentes qui ferrent ad patrem, & dicerent. *Hanc inuenimus: vide utrum tunica filij tui sit, an non.* Dederunt perferendam aliquibus rei totius ignaris: nec testes calamitatis, quæ ad primum hoc nuncium parentem oppressura erat, esse voluerunt, vt ipsi mox dissimulata re tota, eum consolarentur. Addit Liber Testam. Patriarcharum omnes simul sub pœna capitis edixisse, ne quis hoc mysterium reuelaret patri, iisque minis deterritum Zabulonem rem patri aperite ausum non fuisse.

c l. 2. c. 3.

Consilium
& modus
renuocian-
di re patri.

d cap. 6.

XV.
Iacobi lu-
ctus pro fi-
lio.
e c. 37. 33.

Cum autem tunicam agnouisset pater, exclamans ait, *Tunica filij mei est, fera pessima comedit eum, bestia deuorauit Ioseph. Scissisque vestibus indutus est cilicio, lugens filium suum multo tempore. Congregatis autem cunctis liberis eius, vt lenirent dolorem patris, noluit consolationem accipere, sed ait, descendam ad filium meum lugens in infernum. Quasi dicat, erit mihi luctus iste perpetuus, nec me ad mortem vsque deseret, quia superueniente, descendam ad filium meum, in quo Abel & Adam, Noë & Abraham, & omnes*

iusti congregantur, in subterraneis locis, dum veniat qui venturus est, qui eductos de domo carceris, deducat secum in lucem sanctam, & beatam immortalitatem. Hæretici locorum subterraneorum hostes, infernum hic sepulchrum interpretantur, quasi Iacob putaret filium in spelunca duplici Abrahami: & non in ventre ferarum sepultum esse, vt ad illum demigrare posset.

Patriarcha porro perseuerante in fletu, Madianita vendiderunt Ioseph in Ægypto Putiphari Eunuchò Pharaonis magistro militum. Hoc eius officium satis indicat Eunuchi nomen non significare quod primum audita ea voce solet occurrere, sed regis cubicularium, vt plerique hic interpretantur: idque notatio ipsa nominis indicat; præsertim cum eius non solum vxor sed etiam filia postea memorentur. In Testamento Patriarcharum habetur Iosephum in Ægypto mansisse tribus mensibus & diebus quinque, apud depositarium mercatorum: donec venderetur vxori Putipharis centum nummis aureis: fides sit penes authorem. Circa hanc portò Iosephi venditionem, nec pauca, nec leuia peccauit Iosephus, ex quorum refutatione illustrior sit factæ historiæ veritas, vt ex Annalibus ipsi intelligitur.

XVI.
Altero Iosephi venditio.

a n. 38. 39.
& seqq.

XVII.
Iudæ matrimoniū cum Chanani-
tide.

Pertinet porro ad hoc ipsum tempus matrimonium Iudæ cum filia hominis Chananæi, qui dictus est Sue. Nam Moses explicata venditione Iosephi, statim subdit Iudam eodem tempore venisse Odollam, ibique vxorem duxisse, quam ipsam temporis notam habent codices omnes Græci, Latini, Hebraici, Chaldaïque paraphrasibus. Hoc ergo anno cum vigesimus Iudæ in cursu esset, & post aliquot menses vigesimus primus accepturus esset initium, Iudas duxit vxorem, ex qua sub initia 21. anni filium suscepit, vt dicemus. De hoc coniugio hæc habet Moses, *Eodem tempore descendens Iudas à fratribus suis, cum quibus conatus fuerat consolari parentem suum acerbissimo luctu postratum, diuertit ad virum Odollam nomine Hiram. Qui fuit hospes Iudæ, in ciuitate Odolla, quæ fuit in tribu Iuda, cuius regem nomine Dabit interfecit Ioseph. Ibi Iudas vidit filiam hominis Chananæi vocabulo Sue. Quod nomen Septua. tribuunt filia, Hebraei autem patri, vt ex affixo masculino liquet, & mox ex versu duodecimo. Author Testam. Patriarch. eam vocat Bethsue. Ibi que faretur Iudas se transgressum mandatum Domini, & patrum suorum in huiusmodi nuptiis, ideoque Deo vindice, non lætatum fuisse in filiis eius. Apparet certè inconsulto parente has coaluisse nuptias, qui meminisset se missum in Mesopotamiam, ne vxores acciperet Chananeas. Ab ea nihilominus sub finem anni huius suscepit filium, quem vocauit Her.*

Contra Dei
& suorum
voluntatem.

c cap. 4.

Suscipit ex
ea Her.

ANNVS MVNDI 2307.

ISAACI 169. IACOBI 109.

IOSEPHI 19. BALÆI 6.

Imperij Assyriorum 376.

ANTE CHRISTVM 1746.

I.
Ortus Onan
secundi filij
Iudæ.

INCIPIT hoc anno iterum vxor Iudæ, & parit filium, quem pater vocauit Onan quæ vox mærorem sonat. Quod autem huic denominationi causam vel occasionem dederit incompertum est; mærorem certè non vulgarem dedisse patri in morte sua, dum domesticum funus funere cumulat, nemini dubium est. Ioseph autem erat in Ægypto, sed an in vinculis per annos 13? putauit Demetrius apud Eusebium; atque adeo S. Chrysof. & Hebraei in suo Chronico. Verum certior est communiorque sententia, Iosephum triennio tantum in carcere fuisse detentum: & aliquo tempore prius in Ægypto vixisse, in eo statu quem describit Moses, in hæc verba.

a de Prop.
l. 9. c. 21.
b hom. 8. in
Ep. ad Eph
& hom. 63.
in Gen.

II.
Iosephus
hero gratio-
sus.
c cap. 39. 1.
d c. 37. 28.
36.
cap. 37. 25.
27. & cap.
39. 1.

Igitur Ioseph ductus est in Ægyptum, emi quæ eum Putiphar eunuchus Pharaonis princeps exercitus, vir Ægyptius, de manu Ismaelitarum, à quibus perductus erat. Eosdem negotiatores modo Ismaelitas vocat, modo Madianitas. Nimirum binomines fuerunt, & alterum nomen à Madian filio Abrahæ & Ceturæ, alterum ab Ismaele eorundem locorum incola, & domino acceperunt; prius tamen nomen frequentius est in sacris litteris, Pergit, fuitque Dominus cum eo, & erat vir in cunctis prosperè agens. Habitauitque in domo Domini sui, qui optimè nouerat Dominum esse cum eo, & omnia quæ gereret, ab eo dirigere in manu eius. Hæc utique aliquot annorum experientiam requirunt. Nec fuit sapientiæ Putipharis, viri toto regno primarij, homini ignoto & adolescentulo totam familiam statim committere. Sed primum, vt ingenuis moribus adolescentem, tamen conditione seruum, honestè ac liberaliter habuit, eiusque expertus est fidem, obedientiam, & maiorem, quam pro ætate, prudentiam. Agnouit etiam in rebus gerendis felicitatem, testem diuini in eum fauoris, atque præsentia.

cuiusque
prospera ad
ministratio.

Ortus Sela
filij Iudæ.
c cap. 38. 5.

Interea proximo anno nascitur tertius Iudæ filius, quem mater appellauit Sela, eoque nato parere ultra cessauit, vt ait Moses.

ANNVS MVNDI 2312.

ISAACI 174. IACOBI 114.

IOSEPHI 24. BALÆI 11.

Imperij Assyriorum 281.

ANTE CHRISTVM 1741.

I.
Iacob lu-
ger.
a c. 37. 34.

VEGEBAT hoc quoque tempore Iacob filium suum Ioseph, eum quippe luxu multo tempore, vt ait Moses. Nec consolationem

à reliquis filiis admittebat. Benjamin tamen qui diuinitus illi in locum demortui, & à bestiis dilacerati, sub idem tempus datus videbatur, non nihil eius leniebat dolorem, iam factus septennis, & idoneus vt grandæuum exhilarare parentem.

Quo ipso tempore videtur Iosephus, cum iam euassisset in virum, & Domino suo fidem, industriam, probitatem satis probasset, ab eodem domus suæ negotiis fuisse præpositus. *Benedixitque Dominus domui Ægypti propter Ioseph: & multiplicauit eam in adibus, quam in agris cunctam eius substantiam, nec quidquam aliud nouerat nisi panem, quo vescerentur.* Opulentior videlicet factus est Putiphar, crescente domi familia, supellectile, pecuniis: foris autem pecoribus, villis, frugibus. Cumque huius felicitatis conciliatorem agnosceret Iosephum, ei quasi sibi ipsi fidem habebat, adeo vt nullam ab eo dati & accepti rationem, magis quam à semetipso exigeret: sed cura vacuus totus à Iosephi administratione penderet, edere tantum ac bibere contentus.

Ioseph præ-
ficitur do-
mum Puti-
pharis.
ac. 39. v. 4.

Agebat hoc tempore annum vigesimum octauum Leui, quo anno Author Libri Patriarch. scribit ipsum vxorem duxisse, nomine Melcham, ex eaque tres suscepisse liberos, Gerson, Caath, & Merari. Quæ cum nihil habeant quod Scripturæ, aut rationi repugnet, neque certiora superant, non video cur repudientur. Duxerit ergo vxorem hoc anno Leui, ex qua Gersonem primogenitum proximo anno, si placet, suscepit. Nam Caath non nisi trigésimo quarto, vt suo loco dicemus.

II.
Leui ducit
vxorem.
cap. 3.

ANNVS MVNDI 2316

ISAACI 178. IACOBI 118.

IOSEPHI 28. BALÆI 15.

Imperij Assyriorum 385.

ANTE CHRISTVM 1737.

AD hunc circiter annum quo Ioseph vigesimum septimum agebat, & 28. erat inchoaturus, passim referunt Iosephi carcerem Scripturæ interpretes. Nec vox adolescentis, qua Scriptura vitur hoc loco, valde fauet iis, qui statim anno 17. vel 18. Iosephum putant ad flagitium inuitatum: cum etiam pueri nomen grandioribus viris in Scriptura tribuatur. Nec credibile est Putipharem puero, vel adolescenti 17. annorum, totam familiam, copiosam in primis atque opulentam commississe, vt paulò ante dicebamus. Vice autem versa hoc vinculo tempus apprimè cum Scriptura congruit, quæ fermè triennium carceris exigit, vnum scilicet. quo custos carceris agnitos Iosephi mores dilexit, & in tantam habuit fidem, vt ei omnes qui erant in vinculis committeret. Tum duo subsecuti sunt anni, vsque ad somnium Pharaonis, & Iosephi trigésimum annum, de quo Genes. 41.

I.
Ratio tem-
poris carceris
Iosephi,
a cap. 39.
v. 10. & ca.
41. v. 12.

b a m 2307
n. 2.

c cap. 41. 1.
& 46

I.
Eiusque
causa.

Notissima est horum causa vinculo-
rum, quippe quæ quotidie, cum eximia laude conti-
nentia

mentia Iosephi, & probro mulieris Egyptiæ, iteratur: cuius nefaria cupiditati flamma parata erat iuuenis famulus pulchra facie, & decoru aspectu, Post multos ergo dies illa coniecit oculos sceleris nuncios in Ioseph, post annos scilicet decem, cum prius illum amaret vt filium, vt est in Testam. Patriarch. Sed ille amor paulatim deprauatus est, cum eum ætate iam, industria ac virtute florentem, ex marito ipsius ore magnifacere cœpit, & toti familiæ præpositum agnouit: & insuper ex facie ingenua, atque liberali, quæ Egyptiam deformitatem accusaret, amore dignum sensit. In Hebræo non fit mentio temporis breuioris aut longioris, sed habetur tantum mulierem post hæc, id est post illam Iosephi exaltationem, & eximiam apud herum gratiam & fidem, iniectis in eum procacibus oculis, insanire cœpisse, nec contentam aspectu prodero furorem suum, etiam verbis propalasse.

III. Iosephi modestia, & cōtinencia.

Quæ cum innocentissimus iuuenis, non cum iusta indignatione & cōuicio, sed modestè, pro sua in dominam veneratione repulisset, exaggerata etiam, sua in herum humanissimum, si secus faceret, ingratiissima perfidia, proposito denique ultore ac vindice flagitiorum Deo. Illa nihilominus furere, iste constanter adulterium auersari pergebat, & vt in Hebræo est non solum flagitium respuebat, sed omnino esse cum ea, fabulando scilicet, studiosè deuitabat, siue considerando semetipsum, ne & ipse tentaretur.

Eiusque cū era cōtinencia.

Accidit autem quadam die vt intraret Ioseph domum, & operis quippiam absque arbitris faceret, id opus Onchelos interpretatur, inuestigationem rationum dati & accepti: cum illa non adhibet vltra verborum blanditias, sed impudentia meretricia, eum veste apprehensum, ad facinus tantum non compelleret. Et certè firmiter tenuisse apparet, quando sanctus modestus iuuenis satis duxerit vestem deserre, quam vi aliqua aduersus heram vt, vt illam ex eius manibus extorqueret: non cogitans, vt apparet, pallium fore vsui mulieri nequam, in calumniæ argumentum.

IV. Et fuga.

Relicto ergo in manu eius pallio fugit, & egressus est foras, è cubiculo scilicet, vt ait Iosephus, aut etiam ex adibus, ne illum Medea ista vbique sequeretur: fugientem autem victoria secuta est, quam tanti facit Chrysof. a vt eam miraculo Babylonicæ fornacis anteferat. Verum Deus, in hac periculossima lucta victorem rentare pergit, eumque in graue famæ ac vitæ discrimen adducit, qui famæ ac vitæ, Dei timorem, amorem pudicitia, & in herum reuerentiam ac fidem antetulisset. Cum enim vidisset mulier vestem in manibus suis, & se esse contemptam, non ferens opprobrium, & confusionem suam, insanum amorem in odium implacabile conuertit: & hostem suum, primum apud domesticos iniusta infamia onerat: deinde apud maritum attentati adulterij accusationem occupat, & in argumentum fidei, retentam pallium ei ostendit. Quibus auditis, ait Moses, Dominus nimium credulus verbis coniugis, iratus est valde.

V. Credulitas Putipharis.

Ad credulitatem hanc excusandam, addit Iosephus mulieris lacrymas, & antiquum in maritum amorem. Accedebat non solum reten-

tum pallium, sed anticipata quoque, de mulierum præ viris pudore ac verecundia, vulgaris ac probabilis opinio. Sed eum nihilominus iniuste atque inconsulte temeritatis accusant, quod diligentius, in re tanti momenti, veritatem non indagarit, quod reo locum defensionis non dederit, quod decem ipsos annos probata serui modestia, fide, innocentia, dubiam saltem ipsi accusationem non reddiderit, quod non pulchritudo viri, non flos ætatis iuuenilis, non Egyptiæ mulieris deformitas suspectam reddiderit. Ille igitur iratus tradidit Ioseph in carcerem, ubi vincti regis custodiebantur, sed flagris prius probe cæsum, ac substantatum, vt ait author a Testam. Patriarcharum: qui etiam addit illum laudasse Deum in domo tenebrarum, & alia quæ apud eundem leges.

Quod autem solum dicitur à Mose Iosephum clausum in carcere mansisse, plenius explicat David b, Humiliauerunt, inquit, in compedibus pedes eius, ferrum pertransiit animam eius, donec veniret verbum eius. Non ergo solum in carcerem, sed etiam in vincula coniectus est, & pedes compedibus, & corpus ferreis catenis constrictum est. Quin etiam D. Chrysofostomus c ad peculiarem Dei in Iosephum prouidentiam refert, quod ab hero non sit iustus occidi. Ad ipsius autem patientiam singularem, quod cum sibi conscius esset innocentia suæ, non vehementius expostulauerit, vt eiusmodi vincti solent, sed Dei subsidium patienter expectarit. Neque frustra expectauit. Nam dum veniret tempus libertatis & exaltationis eius, fuit Dominus cum Ioseph, vt ait Moses d, & miserus illius, dedit ei gratiam in conspectu principis carceris, Qui tradidit in manu illius vniuersos vinctos, qui in custodia tenebantur, & quidquid fiebat sub ipso erat. Nec nouerat aliquid, cunctis ei creditis. Dominus enim erat cum illo, non minus in carcere, quam in domo Putipharis, & omnia opera eius dirigebat. Philo ait Iosephum tanta in carcere virtutum exempla edidisse, vt etiam facinorosis illis miraculo esset, credentibus ad suæ calamitatis solatium, sibi virum datum fuisse. Et hæc ad primum carceris annum pertinent.

ANNVS MVNDI 2317.

ISAACI 180. IACOBI 120.

IOSEPHI 30. BALÆI 17.

Imperij Assyriorum 387.

ANTE CHRISTVM 1735.

VM Ioseph vnum circiter annum in carcere transegisset; contigit vt duo eunuchi Pharaonis in carcerem compingerentur. Annum, inquam, vnum: non enim multo minus temporis videtur exigere, non solum ad præ familiaritas custodis regij carceris, sed etiam fiducia, vt scilicet ille non dubitaret fidem Iosepho, & propria libertate, & vinctorum omnium beneuolentia antiquiorem fore. Itaque hic est secundus annus carceris Iosephi,

iure arguitur.

a cap. 11.

VI. Coniicitur Ioseph in carcerem ferre que vincitur.

b Psal. 104. v. 8.

c hom. 61.

Fit gratiosus apud eundem carceris. d cap. 39. v. 22.

I. Secundus carceris eius annus.

in quo eunuchorum illorum somnia interpretatus est, à qua interpretatione, post annos duos somnia Pharaonis, & Iosephi liberatio contigerunt. Et in hanc chronologiam merito consentiunt, qui triennium in carcere Iosephum detentum volunt, in quibus Abulensis, Pererius, & alij, qui nobiscum etiam de anno Isaaci & Iacobi sentiunt.

II. Duo regis Eunuchi in carcerem coniecti.

Dominus autem paulatim præparans ac præstruens Iosephi libertatem, atque exaltationem non contentus eum in carcere, sicut antea in ædibus Putipharis morum probitate clarescere, & gratia apud dominos plurimum valere, voluit eundem prophetica futurorum cognitione illustrem reddere. Cui rei occasionem dedit culpa quæpiam duorum aulicorum in regem admissa, ob quam in carcerem, in quo erat Iosephus, coniecti sunt: quorum vnus præfectus erat pistorum, alter pincernarum: quos custos carceris Iosepho tradidit, qui & ministrabat eis: ex quo intelligitur eos non vulgaris fuisse dignitatis. Ambo autem aliquanto post tempore somnia nocte vna viderunt, tam suis officiis, quam rerum euentui congruentia; quæ cum eos tristes, & rerum expectatione suspensos tenerent, nec exire ad consulendos somniorum coniectores liceret, obtulit operam suam Ioseph, confisus Deum, cuius est cognitio futurorum, atque prædictio, sibi reuelaturum, quæ illis per somnia obscurius indicasset.

Futura per somnium vident.

III. Expofitio prioris somnij.

Præpositus pincernarum narrauit prior somnium suum, de visa vite cum tribus palmitibus, ex quibus, iuxta naturam vitis, gemmæ primum erumpbant, quæ paulatim dilatata frondescebant, & fructus emitebant minutos, qui & ipsi florebant & grandæcebant, & ad maturitatem perducti, à pincerna in calicem Pharaonis exprimebantur, & regi ab eodem porrigebantur ad potum. Respondet Ioseph compendio, nec singula reddit singulis. Tres, inquit, propagines, tres adhuc dies sunt post quos recordabitur Pharaoni ministerij tui, & restituet te in gradum pristinum, dabisque ei calicem, iuxta officium tuum, sicut ante facere consueueras. Pro tam scælici autem certoque nuncio, cuius veritas intra triduum comprobaretur, eam gratiam postulat, vt ille apud Pharaonem memor sit interpretis sui, bene de se meriti & in primis innocentis, vt qui furto sublatus sit de terra sua. Tacet autem qui fuerint isti plagiarij, vt fratrum suorum honori parcat: parique patientia mulieris adulteræ e, per cuius calumniam erat in carcere, silet nefarium secus.

Chrysof. hom. 63.

IV. Myfterium effectus horum somniorum.

Videns autem pistorum magister quod prudenter somnium socij dissoluisset, proponit somnium suum, sperans & ipse lætam interpretationem, quoniam cætera omnia paria videbantur, Dominus idem, præfecturæ similes, culpæ, vt apparet, non dissimiles, quoniam in eundem ambo carcerem coniecti fuerant: vterque mox diuinitus futura obscurè præuidet, vterque post triduum educitur è carcere, sed vnus ad regium ministerium, alter ad suspendium. In figuram electorum atque reproborum, quorum aliquando in non dissimili vita dissimillimus est exitus; vt in latronibus, qui cum Christo morte affecti sunt, luce clarius cernitur. Apparet autem ab hoc visa tria canistra vimiæ, in quibus farina deferri soleret, in quo-

Posterius somnium eiusque expofitio.

rum imo ac medio erant panes candidi, ex polline confecti, in supremo autem varij cibi, qui sunt arte pistoria, ad quos aduolabant aues, vt cibum inde fumerent. Cui Iosephi, tria canistra tres adhuc dies sunt, post quos Pharaoni miferet caput tuum, ac suspendet te in cruce, & lacerabunt volucres carnes tuas. Itaque tercio die contigit, sicut prædixerat vates: cuius nihilominus pincernarum præfectus oblitus est, Deo famuli sui patientiam exercente, & maiora post biennium, & magnificentiora reseruante.

ANNVS MVNDI 2318.

ISAACI 180. & vlt.

IACOBI 120.

IOSEPHI 30.

BALÆI 17.

Imperij Assyriorum 387.

ANTE CHRISTVM 1735.

OMPLETI sunt, ait Moses a, dies Isaaci 180. annorum, consumptusque ætate mortuus est, & appositus est populo suo senex, & plenius dierum, & sepelietur eum Esau & Iacob filij sui. Hæc ille retulit statim post explicatum aduentum Iacobi in Mambre, licet totiduo & viginti anni inter illum aduentum, & hunc obitum interiecti fuerint. Coniunxit enim, quia nihil deinceps de Isaaco narraturus erat. Consentit porro Iacobi ætas periodo vitæ Isaaci, quia Iacob sexagenario patre natus est b. Nec repugnat Iosephi ætas. Nam is oblatas est Pharaoni non ineunte anno trigésimo, sed exeunte, id est sequenti. Anni quoque Promissionis congruunt, quæ facta est anno Abrahæ septuagésimo quinto, quos si detrahas à 280. qui sunt anni tertiæ ætatis, quæ in ortu Abrahæ inchoatur, reperies ducentos quinque, quos & index noster, & Eusebij chronicon suggerit.

I. Obitus Isaaci, & rariotemporis. a Gen. 35. fin.

b Gen. 25. 26.

in Annal.

Valde porro credibile est virum sanctissimum & visu & viribus destitutum, filiis suis rerum administratione relicta, cæteris negotiis expeditum, vni Deo, cum multa patientia, quam plurimos annos vacasse. Nam cum iam in benedicendo Iacobo, ætatis suæ centésimo trigésimo octauo, tam parum videret, vt ipsum à fratre, nisi tactu discernere non posset, certe in densis tenebris 42. annos, qui secuti sunt, vixisse merito existimari potest. Sed tanto magis illuminabat animum eius pater luminum, de cuius virtutibus atque operibus iam à iuuentute sua meditari didicerat c. Cumque non ignoraret futurum aduentum Messia, & se nominatim electum inter omnes filios patris sui, vt in semine suo omnes nationes benedicerentur, utique exultabat animo, & roborabatur in infirmitate sua: & futura cum præsentibus, typica sua cum Christi Domini veritate componens

II. Longa eius patientia.

c Gen. 24. 69.

Christi figura fuit multiplex.

mens, mirum in modum consolabantur. Cuius
vt nos quoque aliquando modo participes esse-
mus, parallelismum Isaaci cum Christo insti-
tuimus in Annalibus nostris^d, sexdecim capi-
tibus comprehensum, quo religiosum Lecto-
rem, breuitatis causa, remittere cogimur. Vbi
& breue vitæ ipsius compendium in Epitaphio
eiusdem reperiet.

Mortem sancti senis excipit noui Patriarchæ
natiuitas, vt illius quasi vacuum locum prone-
pos impleat. Caathum dico filium Leui secun-
do genitum: Amrami patrem, auum Moysi &
Aaronis. De cuius ortu cum multæ sint admo-
dumque discrepantes sententiæ, vt in annali-
bus docuimus^e, hic Epiphanius sententiam ele-
gimus, qui in Anchorato ait, Caath natum an-
no patris trigesimo quarto. Ad quem accedit
author Testamenti. Patriarcharum, qui habet
annum 39. Quæ sententia cum nihil habeat in-
commodi, vt suo loco docebimus^f, & autho-
rem habeat idoneum, aliis etiam probata sit,
eam nos quoque amplexi, hunc annum primum
Caathi statuimus.

Chanaan, & abiit in alteram regionem, recessitque a
fratre suo Iacob; diuisis scilicet inter duos fra-
tres paternis bonis, vt habet hoc loco Abulen-
sis. Diuites autem erant valde ipsi per se, vt de
Iacobo constat in suo reditu, & de Esau pari-
ter, qui recusabat munera fratris, dicens se ha-
bere plurima. Additis autem Isaaci bonis, quæ
magna fuisse valde, Palæstinorum inuidia
iampridem docueratⁱ, neque apparet vlllo ad-
uerso casu fuisse imminuta, sed maiora potius
in dies incrementa cepisse: fratris vtriusque
opes vehementer auctæ erant, proptereaque
simul habitare non poterant, nec subsinebat eos
terra peregrinationis eorum, præ multitudine pe-
corum.

Inde autem excurrit Moyses in filios, famili-
asque Esau, additis etiam aliquot ducibus
Horræorum, siue quod eis Idumæi successerunt,
vt Israëlita Chananæis, siue quod aliqui
iuncti essent affinitate cum Esau, in cuius filiis
nullus vnquam ortus est sanctissimo Iobo illu-
strior, viro, ipsius Dei testimonio, incompara-
bili cuius tamen non parum controuersum
est genus. Et vero dignus est, de quo non septem
vires Græciæ, sed vniuersa mundi prouinciæ
decertent. Eum quidam Chananæum faciunt,
alij Israëlitam, tertij Nachoritam, postremi
Idumæum. Sed priores duæ opiniones obscu-
ros habent authores, propugnatorem nemi-
nem, probabilitatem fere nullam. Tertia in-
uentores habet Hebræos, propugnatorem Hiero-
nymum, Rupertum & alios aliquot; quam
sententiam accuratius in Annalibus^a refutatam
reperies, præsertim contra gloriosum quendam
vernaculum.

Quarta ergo sententia communissima est,
& eorum in primis, qui hæc non obiter atti-
gerunt, sed perquam studiosè perscrutati sunt.
Et primum ecce tibi Septuaginta testes^b, qui
hunc locum Genesios vnanimis de Iobo in-
terpretantur. Aiunt enim eum in terra Ausci-
de habitasse, sic enim vocant terram Hus in si-
nibus Idumææ & Arabiæ. Et prius erat, in-
quiunt, ei nomen Iobab. Cum autem accepisset vxo-
rem Arabissimam generat filium, cui nomen Emmon.
Erat autem ipse ex patre quidem filius Zara, de filiis
Esau, matris Bosorra, ita vt ipse sit quintus ab
Abraham, exclusiue scilicet, vt notauit Epi-
phan. init. Panarij. Isaac enim primus est, se-
cundus Esau, tertius Rahuel, quartus Zara,
quintus Iobab. Pergunt autem numerare re-
ges Idumæorum, vt in vulgata habentur, &
Iobab interpretatur Iob. Scimus S. Hieron. c
notare hæc verba in Hebræo non haberi.
Non propterea tamen magna autoritate ca-
rent. Nam ipsemet Hieron. d ait eos quæ-
dam addidisse, vel ob decoris gratiam, vel Spi-
ritus sancti autoritate; quæ plenius etiam
profiteretur S. Augustinus cum alibi, tum in lib.
de Ciuit. e Dei.

Hac Septuaginta interpretum sententia
posita, non mirum est hanc opinionem
fuisse olim quoque communissimam? Certe
hinc Eusebius^a ait Iobum gemina ætate su-
periore Moyse, hunc enim septimum esse
ab Abraham, Iobum autem quintum. Quæ
habet etiam S. Epiphanius initio Panarij, &
S. Athanasius in Sinopsi, Aristæus quoque apud
Eusebium^b, Origenes^c eandem sententiam

opes Isaaci
Gen. 26.
12. 13.

III.
Familie
Esau.

a a m. 219
n 6. & seqq.
Hebr.

IV.
Iobum fuisse
Idumæum
restantur
Septuag.
b c. 36. 31.

c in Trad.

d Præp. 2. in
l. Paral.

e l. 18. c. 41.
& 43.

V.
Et antiqui
Patres.

a l. 1. de De-
mosi. c. 6.

b l. 9. c. 25.
Præp. Grae.
Lat.
c l. 1. in Iob.

d a. m. 2318.
num. 4. &
seqq.

III.
Ortus Ca-
athi.

e num. 16.

f an. m. 24.
37.

I.
Res anni
huius?

g Gen. 36.

Esau sepa-
ratio à Ia-
cobo.

II.
Eiusque
causæ.
h Gen. 36. 6.

ANNVS MVNDI 2319.

IACOBI 121.

IOSEPHI 31.

BALÆI 18.

Imperij Assyriorum 388.

ANTE CHRISTVM 1734.

SVB huius anni finem explet Iosephus vi-
tæ suæ trigessimus, quando iussu Pha-
raonis eductus è carcere, somnia illius ex-
plicauit. Ad hunc quoque annum pertinet
separatio Esau à Iacob, quæ à Mose post Isaaci
mortem facta narratur^g, eiusque occasione ge-
nus ipsius Esau, & incrementa, ad retunden-
dum factum Iudæorum, qui Idumæos oderant,
& omnes gentes præ se contemnebant: ad
Idumæos tamen Iobum virum clarissimum,
nec vlli fortasse Hebræorum antiquorum se-
cundum pertinere ostendemus. Schema porro
vxorum Esau, & filiorum ex iis susceptorum in
Annalibus digestum reperies. Cum autem ha-
ctenus Esau partim in Chananitide, partim in
Seir habitasset, mortuo patre terram Cha-
naan filiis Iacobi destinatam, diuino instinctu
penitus deseruit, ne iurgia inter ipsos, aut bel-
la inter ipsorum posteros nascerentur, & ar-
ctior esset Israëlitarum habitatio, si non exigua
tertiæ portio ab Idumæis occupata esset. Ea se-
paratio hoc anno facta existimatur, vt series
Mosaicæ narrationis indicat. Ea ratio videtur
postulata, vt viuo patre locum non plane dese-
reret, ne parum officiosus erga moribundum se-
nem fuisse videretur, eo penitus derelicto.

Tulit, inquit Moyses^h, Esau uxores suas, &
filios & filias, quas tamen non nominauit Moy-
ses, & omnem animam domus sue, & substantiam
& pecora, & cuncta quæ habere poterat in terra

amplecti

a hom. 1. de
Lazar. b
q. 92. in
Gen. c in c. 9. ad
Rom. d l. de vita
& m. s. c. 24.

VI.
Ad quod
tempus per-
tineat.

Nec ha-
buit vxorē
Dianam.

VII.
Præfens Io-
sephi ætas.

c an. 41.
Gen. 1.

Somnium
Pharaonis.

VIII.
Frustra cō-
sulti conie-
ctores.

amplectitur, eandem & S. Augustinus, S. Chry-
sostomus^a; Theodoretus^b, Gregorius magnus
initio præfationis in Iob. S. Ambrosius^c. Isi-
dorus^d, alique multi, quos in Annalibus re-
censemus. Cui etiam sententiæ fidem concil-
iant cognomina trium amicorum Iobi, quæ
petita sunt ex vrbibus Idumææ. Quæ oppida
transferenda essent cum terra Hus in Meso-
potamiam, vt ait Abulensis, quandoquidem
ille Hus filius Nachor nunquam inde cogno-
scitur emigrasse. Neque tamen virum tantum
à Mose prætermisissim dixerimus, sed Iobab prio-
re suo nomine appellatum.

Quibus positis consequens est Iobum ad
hæc circiter tempora, aut potius paulo in-
feriora pertinere. Id ex his dignosci po-
test. Esau anno vitæ suæ 79. duxit vxorem
Maheleth, ex qua sequenti anno potuit
suscepisse Rahuel, qui vigesimo quinto ge-
nuerit Zara, isque post totidem annos Io-
bab, anno Esau 130. Iacob autem anno vi-
tæ suæ 88. genuit Idam, qui quadragesi-
mo secundo genuit Phares, vt postea dice-
mus, ex quo sequitur Phares genitum anno
Iacobi, siue Esau, 130. sicque Phares & Iob
sub eundem annum nati fuerint. Quod si pro-
bauerimus, absurdum merito fuerit, quod à
quibusdam dictum est, Dianam Iacobi filiam
Iobi vxorem fuisse, quæ Iobo totis 39. annis
maior fuerit. Vt omittam parum probabile
Iobum virum magnum inter orientales omnes,
accipere voluisse vxorem infamem, & constu-
pratam. Et de Iobo hoc loco satis, redeamus
ad Iosephum.

Itaque Ioseph expletis 30. annis oblatus
est Pharaoni. Tum enim quis propriè 30.
annorum dicitur cum eos expleuit. Et Io-
sephus eisdem annos expletos affirmat. Sim-
ul etiam expleti erant anni duo, à libera-
tione præpositi pincernarum. Nam ea reci-
tata, statim subdit Scriptura, post annos
duos vidisse Pharaonem somnium, quod
fuit huiusmodi^e. Dormiens Pharao. puta-
bat se iuxta Nilum stare, ex quo emerge-
bant septem vaccæ pingues, quæ pasce-
bantur in locis humentibus, arque herbi-
dis: remotius à fluminis alueo. Totidem aliz
ex eo ascendebant, sed macie confectæ, quæ
in ipsa amnis ripa tenuem carpebant cibum:
quod alludebat iam ad fertilitatem & steri-
litate Egypti. Nam in tenui incremen-
to Nili sterilis erat Egyptus: tenue au-
tem incrementum significabatur, cum ani-
malia in ipsa ripa pasci videbantur: & con-
tra cum in locis remotioribus, & Nili hu-
more abundantibus. Denique macilentæ
septem, illas priores deuorare visæ sunt. Ex-
pergefactus Pharao rursus dormiuit, & vi-
dit alterum somnium materia diuersum, si-
gnificatione vnum & idem, de septem spicis
plenis, totidemque tenuibus, & vredine per-
cussis.

Mane facto Pharao sollicitus conuocata
coniectores somniorum, eis narrat somnia
sua, nec inuenit qui interpretentur. Non fuit
Domino mirabiliter providente, qui pos-
set aliquid probabiliter fingere, etsi est
hoc genus hominum ad gariendum promp-
tissimum, & ad mentiendum expeditis-

simum. Sed Deus stupidos omnes reddidit
& lingues, donec pincernarum præfectus
rediret in memoriam coniectoris sui, &
apud regem suam in eum ingratitude
fateretur, narraretque quam ille verè ac fi-
deliter somnium suum, sui que socij expo-
suisset, euenit ipso interpretationis veri-
tatem confirmante. Proinus ad regis imperium
eductum de carcere Iosephum rotonderunt, ac ve-
mutata obrulerunt ei. Neque enim fas erat,
lugubri cultu atque vestitu, regi sistere sese,
vt perspicuum est ex libro^a Hæsteris. Ergo
in Egypto promissa neglectaque cesaries
signum erat luctus: in Idumæa verò è
contrario, Iobi exemplum docet tonsio-
nem capillorum ingentis luctus argumen-
tum præbuisse. Hinc illud apud Michæam,^b
Decaluare & tondere super filios deliciarum tua-
rum, &c.

Adducto Iosepho, Vidi, ait Rex^c, som-
nia, nec est qui edisserat, qua audiui te sapien-
tissime conuicere. At Ioseph & pro modestia,
& pro veritate, Deo laudem attribuens,
ab eo interpretationem esse proficitur; ad-
ditque prosperam fore interpretationem; ex
quo infert Abulensis^d, Iosepho an equam
Pharaoni sisteretur, tam somnium, quam
eius interpretationem fuisse reuelatam. Nisi
malis eam vocem benè ominantis esse, non
asseruerantis. Id somnium vt accuratè re-
cirauit Rex, respondit Ioseph regis som-
nium re geminum, significatione vnum at-
que idem esse, & vtroque portendi, quæ Deus
mox in Egypto facturus esset. Missurum
scilicet septem annos vbertatis magnæ in
vniuersam terram Egypti; eosque excep-
tum iri à totidem annis tantæ sterilitatis,
vt obliuioni tradatur cuncta retro abun-
dantia. Geminum porro somnium ratione
diuersæ materiæ, indicat magnam fore tam
copiam, quam inopiam pecoris ac frumenti,
quibus vita maximè sustentatur. Additque
Ioseph hoc à Deo firmiter, atque immobi-
liter decretum esse, & velociter impletum
iri: proximo enim anno septennij fertilitas
inchoata est.

Porro Ioseph vt eximiam ostendit sapien-
tiam in denunciatione futurorum, ita &
eximiam prudentiam in providendo futuris.
Primo quia suadet vnum aliquem frumen-
tatione cum summa potestate præfici, ne in-
ter plures potestate pares, nascente zelo at-
que discordia, res tota turberetur. Secundo,
quia author est vt sit vir aliquis ad intelligen-
dum sapiens, & industrius ad agendum. Ter-
tio, quia per plures præpositos illi viro subie-
cto res confici vult, quoniam vnus quantum-
uis sapiens & industrius, pluribus; locis ac ne-
gotiis, quæ eodem sæpe tempore conficienda
sunt, par esse non potest, nec plures satis con-
gruenter, nisi ab vno dirigantur. Quarto, quia
collectionem frugum quam suauissimam sug-
gerit. Vt scilicet Rex iubeat quintam par-
tem frugum à Dominis pretio accipi, & reser-
uari, cum fortasse in magna abundantia dimi-
dia pars illis suffectura esset. Nimirum vt
possent etiam ipsi, non solum de reliquo vi-
uere ac seminare, sed etiam reseruari frumen-
ta si vellent in futuram famem. Quinto, quia

Euocatur
ad Pharao-
nē Ioseph.

Tonsio si-
gnum la-
titæ & iu-
ctus.

a c. 4. l. 2.

b c. 1. v. 16.

IX.
Pha ao
proponit
Iosepho sua
somnia.
c c. 41. 15.
d in hunc
locum.

Quæ ille
interpretat-
ur.

X.
Et regi pru-
dentissi-
mum dat
consilium.

vult omne frumentum, quod quis diuende-
re vellet, sub Pharaonis potestate recondi, &
in vrbibus Ægypti seruari, omni videlicet
exportatione extra regionem prohibita.
Denique quia vult quamprimum inchoari
istam diligentiam, sub primam scilicet mes-
sem, quæ præsentis anni sementem seque-
batur.

XI.
Quomodo
frumenta
diu serua-
rentur.

Neque vero putandum est Iosephum parum
prudenter seruari velle frumenta in annos 14.
intra quos corrumperetur. Merito enim credi
potest ita congesta frumenta, vt per suos an-
nos distincta, & digesta essent. Vt scilicet pri-
mo anno famis frumenta primi anni abundan-
tiæ venderentur, & secundo secundi, & ita
deinceps: sicque per septem annos tantum
reseruarentur. Accedebat ad conseruationem,
quod non condebatur excussum triticum, sed
manipulatum collectum, vt in suis spicis ac na-
turalibus folliculis melius conseruaretur, vt-
que iumentis pabulum eadem opera condere-
tur, quibus in fame vsui futura erant omnia
frugum purgamenta: eamque in rem ingentia
horrea construxit. Quæ cum tam sapienter Io-
sephus Regi suggessisset, visum est Pharaoni
& optimaribus eius, vt rei frumentariæ cum
summa potestate præficeretur, qui abundan-
tiæ, & sterilitatis annos rectè dispensaret:
quasi diceret, ne abundantibus bonis res per
negligentiam percant, aut ne illis deficientibus
percamus ipsi.

Præficitur
Iosephus
rei frumē-
tariæ.


XII.
Et multi-
pliciter à
rege hono-
ratur.
a c. 41. 40.

Nec eam potestatem dedisse contentus,
*Tu eris, inquit, super domum meam, & ad
tui oris imperium cunctus populus obediet,
vno tantum regni solio te præcedam,* & quæ
sequuntur de exaltatione Iosephi, quam si
diligentius expendere voluerimus, octo eam
priuilegijs constare inueniemus. Nam prin-
cipio publicè pronuntiatur à Rege spiritu
Dei plenus, ac sapientia supra humanum
fastigium. Secundo regio palatio, & omni-
bus regni negotijs secundum regem præfi-
citur, sic vt omnia eius mandata populus
venerabundus excipiat. Tertio, in signum
datæ potestatis, dat ei Rex annulum signa-
torium, vt regio nomine edicta, diploma-
ta, & quascunque regias litteras pro arbi-
tratu suo faciat, signet, promulget. Quar-
to, vt primariæ authoritati cultus externus
respondeat, pretiosissimis eum vestibus or-
nat, & collo torquem auream circumponit.
Quinto iubet eum in secundum regis currum
conscendere, vt omnes intelligerent eum
esse à Rege secundum. Sexto, vt id esset ma-
nifestius, iussit clamare præconem, vt omnes
coram eo genu flecterent. Septimo nomen illi
honorificentissimum indidit Saluatoris mundi,
eo quod orbem terræ ab imminentis famis exi-
tio liberarit. Denique honorauit illum nobilif-
simo coniugio filix Putipharis Sacerdotis He-
liopoleas, qui alius ab eo fuit, à quo emptus
fuerat.

XIII.
Eximia cō-
munitio
fortuna
Iosephi.
b 18. c. 40.

Exaltauit ergo Pharao Iosephum vehe-
menter, diuinæ circa illum prouidentix igna-
rus deseruiens, & mirabili antithesi poste-
rioribus incrementis anteriora damna com-
pensans. *Pro compedibus,* inquit Rupertus,
*in quibus humiliauerunt pedes eius, torquem
auream suscepit: pro pallio, quo in manu adul-*

*tere relicto, nudus effugit, stola byssina, Deo
iudice indutus est; pro seruili nomine regium
gestat annulum, & pro carceris humilitate,
super altum sedet imperij currum.* Sic ipse.
Quibus adde factum esse diuinitus, vt qui
accusatus fuerat à muliere, tanquam spiritu
nequitix & adulterij plenus, nunc à Rege
ipso, summisque regni proceribus spiritu Dei
plenus, & incomparabili sapientia ornatus
prædicetur. Qui vinctis in carcere famula-
batur, nunc in regio palatio, atque adeo in
omni Ægypto præsit, etiam Dynastis ipsis.
Cuius verba contemptim, & cum increpa-
tione accipiebantur, nunc eiusdem mandata
populus, manu ad os admota, in signum ven-
erationis accipiat. Qui supplex ad fratrum
procubuerat pedes, habet iam populum vni-
uersum, & mox fratres suos coram se in ge-
nua procumbentes. Pro repudiato flagitioso
adulterio, coniugio nobilissimo fruitur. De-
nique pro tredecim annis tam angusti carceris,
quam seruitutis, in amplissimo regno octo-
ginta annorum obinet principatum; cui,
sicut & fertilitati, sequens annus initium
dabit.



ANNVS MVNDI 2320.

IACOBI 122.
IOSEPHI 32. Principatus in
Ægypto 1.
BALÆI 19.
Imperij Assyriorum. 389.
ANTE CHRISTVM. 1733.

AD EST primus annus principatus Iose-
phi Patriarchæ, primus item Ægyptiæ
fertilitatis, quæ trigesimo primo Iose-
phi anno currente inchoatur, vt non semel signi-
ficatum est. Chronologiam nostram confirmat
Eusebius, apud quem in chronico 122. Iacobi,
est principatus Iosephi, & Balæi Assyrij 19.

Hoc itaque tempore a egressus est Ioseph
ad terram Ægypti, & circuiuit omnes regio-
nes eius, vt cognosceret eum omnis Ægyptus,
cui præpositus à Rege fuerat, & vice versa
Ægyptios ipse aliquo modo cognosceret: & vt
constitueret in singulis ciuitatibus præfectos
ad colligendas fruges, & vt inspiceret quæ lo-
ca essent commodiora, vt in iis horrea con-
strui, & frumenta diutius possent commo-
diusque seruari. Vt autem integri manipuli,
vt hic significat Moses, & non excussa grana
dumtaxat, tanto tempore toti regno afferua-
rentur, imò & quæ circumpositis regionibus
sufficerent, ingentia plane, ac valde
crebra horrea, & villæ regix esse debuerunt;
in singulis videlicet vrbibus, vt vnaquæque
ciuitas suum commeatum, & annonam con-
seruaret, & magnis itinerum sumptibus, mo-
lestiisque parceretur. Eorum horreorum mul-
ta vestigia Benjaminus in suo itineralio b

I.
Primus an-
nus fertili-
tatis, &
principa-
tus.

a cap. 41.
Gen. 45.
Ioseph lu-
strat Ægy-
ptum.

Construit
horrea.

b pag. 104.
Is vixit sub

an. Christi
1175.
I I.
Abundantia
triticici.

Ineptè ab
Hebræis
exaggerata.

III.
Ortus Ma-
nassis.
a c. 41. 50.

Et ratio no-
minis eius.

c. 41. v. 30.

b n. 6. & 6.

IV.
Ortus
Ephraim.

c. 41. v. 50.
d. l. c. 9.

se vidisse testatur, quæ post tria ferè annorum
millia proderent antiqui operis firmitatem.
Ait porro Moses tantam fuisse triticici abun-
dantiam, vt arena maris coequaretur, & copia
mensuram excederet; siue numerum, vt est in He-
bræo, nam manipuli numerantur. Quanquam
Moyses significat bene non dignatos esse nu-
merare manipulos, sed rudi & liberali æstima-
tione eos distribuisse, siue quintam partem
præfectis regiis, siue aliis quibus venderent.
Agnoscit hic hyperbolen S. Augustinus, quam
auget etiam Orosius cum hanc abundantiam
non solum insolitam, sed etiam fastiditam vocat.
Auxerunt & Rabini dicentes tantam fuisse
copiam manipulorum, vt plurimos passim
Ioseph proiceret in Nilum, vt secundo flumi-
ne varias in prouincias delati, populos de im-
mensa frumenti apud Ægyptios copia edoce-
rent. Sed id stultum plane commentum est,
cum quia Nilus ex quo semel ingreditur
Ægyptum, nullos alios lustrat populos, sed
intra terminos Ægypti septem ostijs in mare
euoluitur: tum quia huiusmodi iactura & cul-
pabilis esset, vt patet, & inutilis, cum omnes
facilius per cursores, & citius, & certius edoceri
possent.

Hoc circiter anno primo principatus Iose-
phi, ad incrementum felicitatis eius, natus
ei creditur filius primogenitus. Certe ex
serie Mosæicæ narrationis, atque illius
aperta assertione constat, vtrumque filium
Iosephi tempore fertilitatis esse natum. Alio-
qui nihil erat causæ cur Moses narrationem
de susceptis filiis, narrationi abundantix an-
norum infereret, nec alium in locum tempusve
differret. *Vocauitque nomen primogeniti Manasses,
dicens, Obliuisci me fecit Deus omnium laborum
meorum, & domus patris mei.* At quomodo tam
cito, tam diuturnorum laborum arque ærum-
narum potuit obliuisci? Auxesis quædam hæc
est, ad significandam præsentem felicitatem
priors ærumnas non compensare solum, sed
etiam obruere, vt ne tantillum quidem appa-
reant; quæ autem non apparent, facile obli-
uioni traduntur, vt sæpe in mortuis experi-
mur. Sic superius ab ipsomet Iosepho diceba-
tur tantam fore sterilitatem post septennium,
vt obliuioni tradatur cuncta retro abundantia. Inten-
dunt hic sectarij sanctissimo Patriarchæ iniu-
stissimam litem super hac obliuione, sed eam
litem reperies in Annalibus accuratè profligatam,
& in authoris sui caput iusta accusatione
reiectam.

Alterius porro filij ortum, in secundum
principatus Iosephi annum, fertilitatis item
secundum referre possumus, iuxta ea quæ
paulò ante diximus, qui postea, sicut &
Manasses, Patriarchæ nomen, & dignita-
tem accepit ab auo. Constat autem vtrum-
que ex eadem matre natum, cum nusquam
alia Iosephi vxor præter Asceneram, reperi-
atur, & veterinos Moyses ipse fatetur.
Quod Eusebius primo de Demonstratione
confirmat. *Nomen quoque secundi, ait Moyses,
appellauit Ephraim dicens, crescere me fecit Deus
in terra paupertatis mee,* siue humilitatis, aut
afflictionis, vt alij verterunt. Et quia Ephraim
vox est multitudinis, eam Varablus fructifi-
cationes, siue incrementa vertit. Agnoscit er-

go Ioseph, pio & grato in Deum animo, suam
magnitudinem non à sua, vel humana cuius-
quam industria, sed à diuina benignitate fuisse
profectam, à qua donatus fuerat spiritu
prophetix, & ad tantam beneuolentiam regis
animus incitatus: idque vult in filij sui
nomine ab vltima posteritate agnosci, ac
prædicari.

ANNVS MVNDI 2323.
IACOBI 125.
IOSEPHI Princ. 4.
BALÆI 22.
Imperij Assyriorum 392.
ANTE CHRISTVM 1730.

ÆGyptus nobis aliquantisper deserens
da est, tamen quartum iam annum
omnibus terræ bonis ad fatietatem cir-
cumfluat, vt Chananitidem inuisum: vbi
reperiemus Her primogenitum Iudæ annum
decimum octauum inchoantem, nimirum 21.
patris natum, vt suo loco dictum est, maritum
Thamari datum: nec vterius, cum auctore
Testamenti Patriarcharum, differendum ad
quadragesimum Iudæ annum. Ea enim Chrono-
logia temporis vrgetur angustiis. Non enim
satis esse temporis, vt ante ingressum in
Ægyptum, tertius Iudæ filius creuerit, &
adultus non sit Thamari datus, & illa
propterea furtim ex Iuda susceperit filios.
At nostra Chronologia nihil habet præpro-
perum aut coactum in istis filiorum generatio-
nibus.

Existimamus itaque, totum hoc tempus
filiorum Iudæ ita digerendum, vt neque
nimum cito patres fiant, & tamen Phares
& Zaram ante descensum in Ægyptum nas-
cantur in terra Chanaan, vt exigit narra-
tio Moysi in capite 38. Genesios. Hæc au-
tem rectè fiet, si hoc anno Iudæ 38. Her
ducat vxorem Thamar, eoque mortuo, sequenti,
qui erit quintus fertilitatis, eam ducat Onam,
quò pariter breui extincto, mansit Thamar
vidua in domo patris sui multo tempore, puta
biennium aut aliquanto amplius, vsque ad
primum annum famis, quo Thamar filios per
fraudem ex focero sustulit, quos secundo anno
famis edidit in lucem: sub cuius finem aut se-
quentis initium Iacob cum suis omnibus in
Ægyptum descendit. Ita nobiscum sentiunt,
quicumque volunt Iudam eodem tempore, quo
venditus est Ioseph, vxorem accepisse, vt
plana & aperta Moysi narratio exigit initio capi-
tis eiusdem.

Hoc ergo anno quo Iudas initurus erat
vitæ annum trigessimum octauum, & Her
primogenitus eius decimum octauum, dedit
ei pater suus vxorem Thamar, quam
quidam ex Palæstina, alij ex Mesopotamia
oriundam putant. Sed vndecumque fuerit

Gratus &
pius Iose-
phi animus.

I.
Ratio tem-
poris filio-
rum Iudæ.

II.
Et quomo-
do digerend-
um.

Gen. 38.

Her accipit
vxorē Tha-
mar.

misera, tam infœliciter ei mariti, quam Iudæ filij sui contigerunt. Fuit enim Her nequam in conspectu Domini, ad innuendam speciem peccati, cuius hic erat reus. Nequam enim ferè de homine impuro, sicut nequitia de flagitiosa libidine vsurpatur. Etsi autem crimen eius Scriptura non prodit, id tamen ex fratris scelere, & similitudine pœnæ dignosci potest. Author testamenti Patriarcharum ait ab Angelo peremptum tertia die nuptiarum in nocte, & noluisse illum ex ea suscipere liberos, propter astutiam matris suæ: à qua scilicet id consilium profectum esset, odio Thamaris alienigenæ. At interpretes communiter sentiunt, istum, vt diutius frueretur insigni vxoris pulchritudine, quæ parturitionibus deteritur, atque deflorescit, impedisse generationem, semen extra vas naturale fundendo. Flagitio vel hoc nomine grauissimo; quod nullos adhuc liberos susceperat, & propter ætatem adhuc adolescentem. diu quod querebat obtinere poterat, nisi vitam quam in prole impediabat, ab authore vitæ properè perdere cogere.

Qui mox occiditur.

IV. Orcus Belæ primogeniti Benjamin.

Morientè porro Iudæ primogenito, existimamus Benjaminum illi ætate parem, primogenitum suum Belam genuisse, & deinceps cæteros, qui in Scriptura memorantur, quos ad suos annos referre non possimus. Nec omnes ex vna muliere natos tempus affirmare patitur, quòd quinque duntaxat annorum est, vsque ad descensum in Ægyptum, quando decem eius filij numerantur.

ANNVS MVNDI 2324.

IACOBI 126. IOSEPHI 5.

BALÆI 23.

Imperij Assyriorum 393.

ANTE CHRISTVM 1729.

I. Onam iubetur suscitare semen fratri mortuo.

MORTVO Her, atque adeo in probroso ac pudendo scelere diuinitus occiso, post luctum parentis & aui, nam in eum quoque hæc mala recidebant, quæ neque ignorare poterat, neque iis cognitis non vehementer dolere. Dixit Iudas ad Onan filium suum secundo genitum, ingredi ad uxorem fratris tui, & sociare illi, vt suscites semen fratri tuo. Apparet perantiquum fuisse hunc morem, ab eodem vtique traditum, Hebræis, à quo postea in lege sancitus est, vt familiarum perpetuitati, & legitime hæreditatum successioni consuleretur. Volebat ergo Iudas vt Onan ex more sociaretur viduæ fratris sui, & susceptos ex ea liberos defuncto fratri attribueret: sicque futurum erat, vt qui primus ex Onan & Thamar nasceretur, filius Her censeretur, & patrem cum iure primogenitum repræsenteret. Quoniam vero Her carente liberis, Onan fiebat primogenitus in domo Iudæ patri sui, nolebat Onan gignere filios in locum fratris, malens eius nomen extingui liberorum defectu, & se suosque deinceps, quos

Cur id reculeret.

ex propria suscepisset vxore, in primogeniti iura succedere.

Ergo si quando ingressurus esset ad uxorem fratris sui semen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur. Sed breui affuit sceleris vltor Dominus, & percussit eum, quod rem detestabilem faceret. Recte vulgata significauit id crimen non semel, sed sæpius perpetratum, eiusque malitiam facinoris atrociorè vocabulo expressit, quod multa in se peccata comprehenderet. Verum meritas nefarius adolescens pependit pœnas. Non enim distulit Dominus aliquem immittere Amozæum, qui cum in flagranti aliquando scelere deprehensum suffocaret, & flagitiosam animam in barathrum pertraheret. Atque ita factum est, vt qui fratri filios inuidebat, ipse sine filiis moreretur, & careret omni semine, qui scedè semine abutebatur: & fratri sociaretur in funere, qui ei sociabatur in culpa. Quamquam hoc grauius iste peccabat, quod peiori ex causa simile admittebat scelus, vt qui ex inuidia, & ambitione non debiti iuris, alter ex inordinato desiderio delectationis peccaret. Cæterum quæ hic de ista liberorum suscitatione commode dici possent, in Annalibus non negligenter explicata reperies: sicut & defensionem Iudæ contra Calumni calumnias.

Mortuo Onan, dixit Iudas, Thamar nuri suæ, Eslo vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus: timebat enim & ipse moreretur sicut fratres eius. Ex quo videtur posse colligi Iudam ignorasse nequitiam filiorum suorum, propterea que dicti fuerint nequam in conspectu Domini, id est Deo tantum conscio, vt explicat Abulensis Et sane huiusmodi flagitia tenebras quærunt, vt pote opera tenebrarum. Sed Deus voluit rem omnibus manifestam esse, atque testatam, ad reprimendam, terrore præsentis supplicij, hominum petulantiam. Putauerit ergo Iudas causam mortis filiorum fuisse ætatis infirmitatem, ideòque voluerit tertium filium suum fieri robustiorem ante coniugium; quod sentit etiam hoc loco Abulensis. Et sane decimum sextum tantum agebat annum Sela, iuxta Chronologiam supra constitutam. Quare fictitium arbitramur, quod quidam putant, eum à Thamar, quasi malè ominata fœmina, abhorruisse, finxissetque immaturam ætatem; nam de ætate id verum erat, & facile poterat certo constare. Et quamuis fateamur metum esse suspicacem, deest tamen dubia magnorum virorum facta & voluntates, in meliorem partem interpretari.

In sequentem porro annum qui fertilitatis est sextus, referre licet mortem Esau patris omnium Patriarcharum, si quid authori Testamenti eorum credimus, apud quem ita loquitur Iudas. In anno quadragesimo vitæ meæ superuenit nobis Esau frater patris nostri, in prælio graui & forti, & cecidit in arcu Iacob, & delatus est mortuus in montem Seir. Nos autem persecuti sumus filios Esau, &c. Describit obfessos in ciuitate, & ad graue tributum co-

I. Eiusdem nequitia.

Diuinitus puniuntur.

A. M. 2324. 23. 2. 6. 9. 10.

III. Iudas recusat Selam Thamar.

& quare.

c. an. Iuda 39. n. 1. & 2.

IV. Mors Esau.

Etos: quorum fides sit penes authorem. Etsi autem legimus apud Malachiam Dominum dicentem. Dilexi Iacob, Esau autem odio habui, quod repetitur ab Apostolo, idque plerique sententiam reprobationis, & æternæ damnationis continere arbitrantur, adeo vt nomen Esau antonomasticè pro reprobo accipiatur: non desunt tamen, qui vero simile putent ipsum Esau saluum esse, & de posteris eius nonnullos: & Malachiam de populis duobus, non de singularibus personis agere, amoremque illum & odium, ad bona malaque temporalia non æterna referri.

a Mala. 1. 3. b Rom. 9. 13. An reprobus fuerit. c Corn. à Lap. in Ep. ad Rom. Tirinus in c. 36. v. 14.

ANNVS MVNDI 2327.

IACOBI 129. IOSEPHI 8.

BALÆI 26. Imperij Assyrior. 396.

ANTE CHRISTVM 1726.

I. Primus annus sterilitatis. d cap. 41. v. 53.

Est primus annus Ægyptiæ sterilitatis ac famis, in quo Ioseph sub anni finem, inchoaturus erat ætatis 39. De quo famis initio Moyses, transiit, inquit septem ubertatis annis, qui fuerat in Ægypto, ceperunt venire septem anni inopia, quos prædixerat Ioseph, & in vniuerso orbe famis præualuit, in cuncta autem terra Ægypti panis erat. Quam dicit Moyses vniuersi orbis famem, Philo & Iosephus de toto mundo interpretantur. Passim tamen interpretes, de multis in orbem regionibus accipiunt, puta Arabia, Palæstina, Chananitide, Syria, Æthiopia, Cyrenaica, & si quibus aliis. Alioqui maximam mundi partem, quæ propter infinitam terrarum, mariumque distantiam, ab Ægypto iuari non poterat, famem absumpsisset. Etsi autem primo anno malignè admodum terra in Ægypto fruges protulit, non tamen statim populus clamauit ad Pharaonem: quia multæ erant apud quamplurimos præcedentium annorum reliquiæ, quibus vîcunque sustentati sunt Ægyptij. Sed apparente mox secundi anni sterilitate, perquam modicè abundante Nilo, ad regiæ fores queruli confluerunt.

Quam ealate patet.

II. Mors vxoris Iudæ.

e cap. 4.

fc. 38. 12.

Hoc ipso anno quo Iudas quadragesimum secundum, Sela 19. annum agere incipiebant, contigit tam mors vxoris Iudæ, quam conceptus Thamaris ex eodem. De priore Author Test. Patr. ait vxorem Iudæ, quam vocat Bethsue, accepisse viro inscio Sela vxorem Chananitidem, ideòque Iudam illi maledixisse, & eam mortuam in malitia filiorum suorum. At Moyses hoc tantum. Evolutis inquit, multis diebus mortua est filia Suae, vxor Iudæ. Et quidem sub anni initium: nam aliquanto post ad tonsores ouium suarum profectus est. Ea porro mors, vt plerique notarunt, refertur in gratiam Iudæ, ne mox adulterium commisisse putetur. Ergo Iudas post defletam vxorem, ex qua tres suscepit liberos, consolatione suscepta, resumpraque negotiorum suorum tractatione, quam tempore luctus mos erat intermittere, nec multum in publico versari, vt hoc loco significatur, ad tonsores ouium suarum ascendit: quod cum Thamar nunciatum

esset, depositis viduitatis vestibus, assumpsit iherisrum, quod est tenue quoddam operimentum ad cultiorem habitum pertinens, quod illa maximè assumpserat, vt eo obducta, non facile agnosci posset.

Itaque mutato habitu sedit in biuio itineris, quod ducit Thannam, quem locum Adrichomius collocat in tribu Dan, aitque fuisse oppidum Philistinorum, in via iuxta Ptolemaidem & Gazam, iuxtaque eam leonem à Samsonè discerptum. Causa porro sedendi fuit, vt à socero decepto susciperet liberos, eo quod creuisset Sela. & cum non accepisset maritum, & compositi voti facta est, accepta promissione hædi, & interea arrihabone annuli, armillæ, & baculi. Del-Rio improvidam hominis cupiditatem accusat, qui pro vno hædulo talia pignori opponat, nec cogitet quæ sit huiusmodi muliercularum fides. Quid plura? concepit, abiit, depositoque habitu quem stumpsit, indua est viduitatis vestibus. Misit hædum Iudas vt reciperet pignora, nec inuenta est quæ redderet. Quæ Iudas noluit diligentius perquirere, maluitque eam ferè iacturam, ne res euulgata eum contemptiorem redderet, aut deridendum propinaret, vt qui talia peccaret, taliaque pignora ob rem perexiguam imprudenter opponeret.

Post tres autem menses nunciatum est Iudæ, Thamarem nurum suam vterum ferre, & res facile notari potuit, vtero ex gemellis intumescente, Quo audito, producite eam, ait Iudas, vt comburatur. Non ferebat ille sententiam, vt quibusdam placet, sed volebat abduci in carcerem, & ibi ad partum vsque seruari, postea vero legitimi Iudicis sententia, vîitata illis locis, & propria adulterorum pœna puniri. Cum enim ex promissione Iudæ & consuetudine, Sela esset sponsus eius, videbatur adulterium admisisse. Alij autem putant à Iuda quasi prætorè familiæ Iacobi, latam sententiam, quæ statim executioni mandanda esset, sicque adulterinus fœtus crudeliter cum adultera periret: iniqua admodum sententia, & contra iura naturæ: accedente etiam damnatione mulieris inaudita. Et hæc sententia, licet textui propior sit, ab ea tamen refugit animus; nec credibile videtur Iudam ad tantam crudelitatem contra adulterinum fœtum prorupisse, sed eius oblitum, incogitantè de matre pronunciaffe.

Ergo cum diceretur ad pœnam, vel suo tempore, & post partum subeundam, vel statim, vt contingit in manifesto crimine, nec probationis egente, misit ad socerum suum relicta apud se pignora, quæ probabant Thamar ex Iuda concepisfe. Qui agnitis muneribus ait. Iustior me est, quia non tradidi eam Sela filio meo. Non appellat vtrumque iustum, sed vtrumque in culpa esse fatetur, se autem in maiore. At nonne illa prudens ac sciens commisit incestum, Iudas autem fornicationem duntaxat? Respondeo, ex ea parte maiorem Thamaris esse culpam: sed si solus spectetur finis, minor in culpa est Thamar, quam solus amor prolis ad eam fraudem impulit, Iudam sola libido. Et forte putauit Thamar defectum Leuiti à socero suppleri posse. Deinde Iudas, si non causa peccandi illi fuit, certè occasio fuit, non dando illi promissum filium. Atamen ultra non cognouit

III. Thamar furim ex socero concepit. v. 14.

IV. Conceptus innotescit. Damnatur Thamar à Iuda.

a Corn. à Lap.

V. Innotescit author conceptus.

Vter maior in culpa.

eam : auersatus scilicet incestam copulam : nec eam filio dedit, utpote à se cognitam ? Sed illi alteram prouidit vxorem, ex qua multos suscepit liberos ; familia enim Selaitarum in Scriptura memoratur. Sicque absoluta est Thamar ex compensatione criminis, Iuda vel absolvente, si id eius muneris fuit, vel actionem deserente : quoniam ita uterque peccarat, ut Iudas per ignorantiam, Thamar per acceptam iniuriam excusabilis videretur, ut ait Abulen- sis. Porro mulieris partus ad initia sequentis anni videtur pertinere, cum conceptus ad Maium, quo fere primum pariunt oues, refe- rendus videatur.

Abolutio Thamaris. Num. 26. 20.

VI. Ad hunc autem ipsum annum, & quidem exeuntem pertinet prima profectio filiorum Iacob in Ægyptum. Dico exeuntem ; quia non prius sentiri potuit famis ; aliquid enim in messe collectum fuerat in Chananitide : quod dum consumitur, maturè & ante frigus de annona cogitandum fuit. Altera vero ad sequentem pertinebit ; quoniam inter vtramque sat magna intercessit dilatio, qua consumpta sunt quæ ex Ægypto delata fuerant : postquam pater ipse cum tota familia sua in Ægyptum descendit. Cum ergo cresceret quotidie famis, ut ait Moses, aperuit Ioseph vniuersa horrea, id est initium venditionis fecit, in omnibus vrbibus, in quibus frumenta congregarat, & vendebat Ægyptiis : nam & illos oppresserat famis. Et quidem pretio non vili, sed conueniente tempore sterilitatis, quod ille pretium præfectis sibi subiectis indicabat, Omnesque prouincia circumpositæ veniebant in Ægyptum ut emerent escas, & malum inopia temperarent. In quibus, ut cæteros omittamus, fuerunt Chananzæi.

VII. Nam Iacob audiens frumenta in Ægypto esse venalia, nec domesticis tantum & indigenis, sed alienis quoque gentibus, dixit filiis suis. Quare negligitis ? quid cunctamini, nec maturè prouiditis imminenti necessitati ? Audini quod triticum venundetur in Ægypto, descendite, & emite nobis necessaria, ut possimus vivere, & non consumamur inopia. Descenderunt igitur fratres Ioseph decem, ut emerent frumenta in Ægypto. Retinuit quippe Iacob Benjaminum natu minimum, ne quid illi mali, sicut pridem vterino eius fratri, contingeret : & ne solus ipse, sine cuiusquæ filiorum suorum solatio, domi remaneret, eius præsertim quem dilecta Rachel in lucem cum acerbissimo dolore ac morte profuderat. Philo filium vnum domi retentum dicit, propter ætatem, nondum peregrinationi maturam : immemor illam iam factum aliquot filiorum parentem.

VIII. Sed quare, inquires, mittuntur decem, cum duo tresve cum famulis aliquot & iumentis abundè sufficerent. An ut possent consilio & præsidio sibi esse inter barbaras gentes, & si visus foret, vim vi repellere, latronibus vias in fame percurfantibus : Agerenis etiam, & Arabibus, per quos erat transitus, ex rapto viuenticibus ? Itaque plures etiam amici aut vicini confluabant, & simul consuebant iter, Nam mox dicuntur Iacobitz ingressi Ægyptum, cum aliis, qui pergebant ad emendum. An ut eò maiorem ipsis copiam frumenti exportare liceret, quo plures esse probarentur ? An quia singuli suas sibi familias habebant, quibus seorsim consu-

lerent : & per seipos malebant ; quam per fratres sua tractare negotia ? In cuius rei signum, infra sua cuique pecunia redditur, nec quasi communis in vnius tantum sacco deponitur. Sed vrgebat in primis diuina prouidentia, quæ manipulum iam crexerat, quem cæteri omnes circumstantes adoraturi erant : à qua etiam profectum est, ut Benjamin retineretur domi, ut fabula, quæ exhibeatur, maioribus turbis implicaretur, in pœnam fratrum plagiariorum.

Itaque ingressi sunt Ægyptum. Et quia ad Iosephi nutum frumenta populis vendebantur, eum fratres ad eunt, & quasi Ægypti proregem, magna corporis summissione venerantur. Agnoscit eos Ioseph, sed agnitio mutua non fuit. Multum enim erat mutatus ab illo, quem ante viginti annos vendiderant Imaëlitis ; mutata facies tam diuturno tempore, induta barba, & cultus corporis Ægyptius, mutata vox atque lingua, Accedebat dissimulandi studium, & fratrum alienissima à rei veritate cogitatio : forte etiam Deus aliquid, ad impedendam huiusmodi agnitionem influebat, ut Christus Dominus discipulis cunctibus in Emmaus. Certè Philo, Deus, inquit, aut vultum eius mutauit in angustiorem speciem, magistratu summo dignam, aut mentes intuentium hebetauit, quo minus cernerent ; aut quæ cernebant agnoscerent.

Ergo quasi alienos & ignotos alloquitur. Neque id solum, sed quos sciebat grauissimi in se criminis reos, verborum primum asperitate perturbat ; frons, oculi, gestus, motus corporis ad seueritatem compositi, instituta castigati seruiunt. Quam etiam seueritatem acuebat ille metus, ne forte Benjaminum quem in fratrum turba non videbat, perfimili paterni amoris inuidia vendidissent, aut etiam occidissent. Itaque eò paulatim eos interrogationibus adducit, ut genus suum omne, familiamque declarent, indeque occasionem accipit imperandi, ut ille adduceretur ad se. Interrogat ergo qui sint, vnde veniant, quid querant. Ad quæ cum illi timidè, ut fit, humilitèrque respondissent, quod res erat : ille causam aduentus de industria deteriorem in partem interpretans exploratores, inquit, estis, ut videatis infirmiora terra, venistis : id est immunita, & nuda præsidis, & ad accipiendum hostem magis opportuna. Et putat Abulensis eos ansam præbuisse Iosepho vocandi exploratores, quod per varia ciuitatis loca excurrerant, si fortè venditum Iosephum reperirent, ut ad patrem reducerent. Sciebat quidem Ioseph eos non esse exploratores, sed ita ironicè loquebatur, cum tamen illi rem agi maxime serio putarent, nec ille simulationem vilo modo præ se ferret.

Sed quid facit, inquires, ad diluendum insidiarum crimen illa oratio, Duodecim serui tui fratres sumus, filij viri vnius in terra Chanaan, minimum cum patre nostro est, alium non est super ? facit vtique, primo quia simplex veritas narrata cum circumstantiis suis, ex quibus confirmari possit, multum valet ad asserendam innocentiam. Nam rei tergiversantur, & dissimulant, nec plura fatentur, quam de ipsis queratur. Secundo, quia non est credibile patrem vnum, si quid male cogitaret, tanto discrimini decem fi-

IX. Ingressi Ægypti ignotum fratres venerantur.

X. Qui illos asperius accipit.

XI. Narrant statum & conditionem suam.

Iosephi de Benjamin suspicio.

XII. Iubet eum ad se adduci.

a l. 2. Ant. c. 9.

Triduo fratres habet in vinculis.

b Exod. 21. 16.

Tyræ Abul.

XIII. Lenitas in eosdem.

Cur vnicū retinuerit.

XIV. Agnoscunt se reos.

Rubeni exprobratio.

lios obicere voluisse. Tertio quia se filios priuari cuiuspiam viri prædicant, non famulos potentis alicuius principis, qui possit cum exercitu in Ægyptum inuadere. Denique, quia in vicina regione se habitare fatentur, ex qua facile sciri possit, vnde mendax oratio refellatur. At Ioseph, qui flagrabat desiderio videndi vterini fratris, & suspectam habebat fratrum in illum inuidiam, simulat se eos conuicturum mendacij in numero fratrum : proindeque ostensurum indignos fide in accusatione repellenda, & consequenter exploratores esse, aut pro exploratoribus meritò haberi posse.

Vt autem res maxime serio agi videretur, primò iusiurandum adhibet, Per salutem, inquit, Pharaonis non egrediemini hunc, donec veniat frater vester minimus. Dimissurus quidem erat eos, sed non omnes, & ita intellexit iurando, ideòque nec periurus fuit. Est autem iusiurandum, quod vocant precatorium ; quasi dicat. Ita sit saluus Pharaon, sicut ego facturus sum quod assero, quod si non fecero, reus sim contemptæ salutis principis. Secundo tradidit omnes custodiæ tribus diebus, quasi per otium eos in quæstionem daturus, ut ait Iosephus. Nec in eo quidquam admisit iniustitiæ ; meriti quippe erant pœnam longe grauiorem, ut ex lege Moysi intelligi potest. Et ipse ius quoddam authoritatis in fratres suos diuinitus accepisse videbatur, ut ex eius somniis suspicari licet, ad eorum culpas, præsertim in patrem, digna animaduersione puniendas ; ut mitis admodum potius, quam seuerus censeretur.

Ad quam etiam lenitatem pertinet, quod omnes in eundem carcerem coniecit, ut se se mutuo consolarentur, rebusque suis vnà prospicerent ; etiam ut mutuo se affligerent, qui se mutuo ad fraternam iniuriam fuerant exhortati, & gustum aliquem caperent angustiarum, in quas fratrem coniecerant immentem, & tribus diebus carceris triplex consultatio puniretur, de morte, de cisterna, de venditione. Die autem tertio, eductis de carcere ait, facite quæ dixi & viuetis. Et tamen valde mitigat latam ante sententiam ; pro vno enim quem patiebatur abire, nouem dimittit, & prouidem quos retinebat, retinet vnum duntaxat, ne & plures macerarentur vinculis, & tanto maiore tristitia affligeretur communis parens : & pluribus familiis noxia esset tam diuturna patrum absentia. Conenserunt illi conditioni, & sententiæ mitiori expectatione sua ; ut scilicet liceret ferre domum empta frumenta, & abducere ad se fratrem natu minimum interea vnum ipsorum in vinculis fore.

Atque ita Ioseph consecutus est quod in primis optauerat, ut illi ad culpæ suæ agnitionem venirent Nam locuti sunt adinuicem. Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum videntes angustiam animæ illius, dum deprecaretur nos & non audiuimus, idcirco venit super nos ista tribulatio. Vexatio ergo dedit intellectum, ut aliquando peccati sui grauitatem sentirent. Et quoniam horum omnium ignarum credebant istum principem, quæ ab illo ferebant, referebant ad criminum vindicem, atque vltorem Deum. Hic Ruben, qui dissuaserat cædem, & venditionis ignarus fuerat. Nunquid non dixi vobis, inquit, nolite peccare in puerum, & non audistis

me ? en sanguis eius exquiritur : putabant quippe mortuum, & se mortis innocentis reos. Quod illi non contenti in carcere deplorasse, etiam coram Iosepho inter se lamentabantur, quia nesciebant quod intelligeret Ioseph, eò quod per interpretem loqueretur ad eos. Auertitque se parumper ac fleuit, naturali humanitatis affectu simulationis artificium vincente. Quanto humanior Ioseph fratribus suis. Illi ad lacrymas innocentis adolescentuli, eiusdemque fratris immites obdurerunt. Hic ad parricidarum gemitus frangitur, & pœnitentibus illacrymatur : expressam vtique ac viuentem figuram eximie Dei in peccatorem pœnitentem suauitatis atque dulcedinis.

Sed & alia mox dabit Iosephus suæ in fratres misericordiæ argumenta, non verbis, sed factis ipsis. Interea reuersus locutus est ad eos, tollensque Simeonem ligauit illis præsentibus, ut fraternam charitate commoti accelerarent reditum, & quamprimum Benjaminum adducerent, ut ait Chrysost. Vinculis tamen solutum post discessum fratrum, & liberali custodia tantum scribunt Theodoretus, & Abulensis in hunc locum. Quoniam vero hæc erat quædam punitio, debuit ad iudicis arbitrium infligi, & quidem in illum in primis, qui magis erat in culpa. Is erat Simeon, ut Hebræi dicunt, cuius illa verba fuisse voluit ; Ecce somnator venit, venite occidamus eum, &c. quibus consentit Author Testam. Parr. d & Philo, Theodoretus atque Gennadius. Qui idem in clade Sichimitarum maxime omnium peccasse censebatur, ut suo loco dictum est.

Ligato & abducto in carcerem Simeone, iussit ministris ait Moses, ut impleant eorum saccos tritico : sine numero videlicet aut mensura, sed quantum sacci caperent ; iussit quoque vt reponerent pecunias singulorum in sacculis suis, datis supra cibariis in viam : ne scilicet saccos aperire cogerentur, antequam peruenissent domum, dati sunt eis panes & alimenta, tam hominibus quam iumentis : quæ seorsim iussa & facta fuerunt, siue vt tristibus læta miscerentur, siue vt eos metu, & inopinata rei euentu suspensos teneret, ne qua illis calamia in Ægypto stueretur ; sicque afflictione noua veteris culpæ pœnas luere pergerent. Disceditur, apertoque vnus sacco, ut daret iumento pabulum in diuersorio, contemplatum pecuniam in ore sacculi, rem ad fratres retulit, qua obtupestacti, turbatique sunt, præsertim cum singuli pecuniam suam eodem modo, locoque reperissent. Nam infra, cum venissemus saccos nostros, & iuuenimus pecuniam in ore saccorum. Et reposita iisdem in saccis pecunia, ut patet ex eo quod mox coram Iacobo contigit, mutuo dixerunt, quidnam est hoc quod fecit nobis Deus ?

Denique peruenerunt ad patrem, quem non diu filiorum exhilarauit aduentus, cum vnius absentiam, eiusque causam didicisset. Narrauerunt enim ei omnia quæ sibi accidissent, tam in Ægypto, quam in via. Ad cuius rei probationem cum frumenta singuli in conspectu patris effunderent, singuli repererunt in ore saccorum ligatas pecunias, quas scilicet reposerant in diuersorio, non aliquidquam attingere, donec in patris conspectum venissent, ut ab

Iosephi lacryma.

XV. Simeon ligatur coram fratribus.

b hom. 64.

c q. 102. in Gen.

d e. 2. e in l. de Ioseph. f q. 102. in Gen. g in Cat. Lipom.

XVI. Dimituntur cum liberalitate.

XVII. Perueniunt ad patrem.

A q 10 Benjaminum postulant.

XVII N c obi neur, q' a bis obte stare Ru bene. a A. M. 4138. n. 19.

eo discerent, quid facto esset opus: neque tamen minus admirati sunt domi, nondum admiratione, quae in diuersorio nata fuerat, exhausta. At iacob de Benjamin dimittendo, magis quam de pecunia restituta sollicitus. Absque liberis, inquit, me esse fecistis Phraesis est dolentium more amplificantis misere suas. Ioseph non est super, Simeon tenetur in vinculis, Benjamin auferetis. In hac omnia mala reciderunt. Quasi dicat. Hec vos modice tangunt, quia fratrum gratia rara est, nec paterno affectui vilo modo respondet. Itaque sublatis iam mihi duobus filiis, ad tertium, quem scitis mihi esse charissimum, perdendum festi natis. Cui respondet Ruben, duos filios meos interfice, si non redaxeris unum tibi. Hec quoque hyperbolica est oppugratio, qualis fuit Loti offerentis filias suas, ut suo loco diximus. Hinc porro apparet duos tum filios duntaxat a Rubene susceptos, quamuis quintum & quadragesimum iam annum agente. Non enim ait duos de filiis meis, neque ea partitio vlla in lingua reperitur. Philo quoque duos tantum Rubenis filios memorat: quod obseruandum est pro stabilendo eorum numero, qui cum iacobo in Aegyptum descenderunt. Caeterum iacob, qui dubius adhuc esse videbatur in assentiendo petitioni filiorum, nunc precise negat ascensum, Non descendet, inquit, si ius meum, qui scilicet vnus mihi de dilecta Rachel superest, vobiscum. Frater eius veterinus, mortuus est, et ipse solum remansit. Si quid ei aduersi acciderit, in terra ad quam pergit, deducetis canos meos cum dolore ad inferos. Luctu conficietis, atque obruetis senectutem meam. Hec hoc anno gesta.

ANNVS MVNDI 2328.

IACOBI 130. IOSEPHI 6.

IOBI I. BALÆI 72.

Imperij Assyriorum 307.

ANTE CHRISTVM 1725.

I. Res anni huius.

ECVNDVS Aegyptiae sterilitatis annus habet natiuitatem Phares & Zarah filiorum Iudae & Thamaris: ortum quoque Iobi celeberrimi patientiae miraculi. Habet & alteram Patriarcharum profectioem in Aegyptum, & ibi turbas maiore cum tristitia & anxietate reintegratas, sed agnitione subsecuta, in admirationem & laetitiam commutatas. Accessit regiae familiae congratulatio, & Iacobi in Aegyptum euocatio; nam migratio ad sequentis potius anni principia pertinet. Demetrius enim apud Eusebium ait tertio anno famis id contigisse, ineunte scilicet, & secundo, qui nunc agitur, absoluto: in quo ipsemet Ioseph, Adhuc, inquit, quinque anni residui sunt famis.

b De Prop. l. 9. c. 21. c. 45. 11.

Thamaris partus, & ortus Phares.

Porro sub huius anni initia partum Thamaris contigisse, tempus conceptionis, de quo superiore anno dictum est, satis docet; Instante autem partu gemini in utero apparuerunt, siue ab obstetrice, siue ab ipsa matre variis moribus deprehensi. Plerique duorum infantium lucem in utero agnoscent, qualem Esau & Iacob

cobi, Scriptura memorat, quibus fauet Chaldaeus paraphraistes, cum ait, quam multa fortitudo tibi est ut praeualueris? quo significat contentionem antegressam. Hinc autem Iudas iam dudum intelligere potuit, non Thamaris sed filiorum suorum culpam fuisse, quod illa prius non concepisset. In ipsa porro effusione infantium vnus protulit manum, in qua obstetrix vittam coccineam ligauit, dicens iste egredietur prior. Illo vero retrahente manum egressus est alter, cui Dominus primogenituram destinarat, & quem Dominus vnum de progenitoribus filij sui esse volebat. Itaque obstetrix, quae sua spe ac praedictione se frustratam videbat, in prioris egressu, quare, inquit, diuisa est propter te maceria? Maceriam vocat membranas, quibus in utero obuoluntur infantes. Huiusmodi sepe aperuit Zara, cum brachium protulit, quasi prior exiturus, sed apertum exitum frater occupauit, & egressus in lucem prior. Et ob hanc causam vocatum est nomen eius Phares, quod diuisionem significat, aut rupturam, ut explicatum est a Daniele in causa Balthasaris regis Babylonis.

Postea egressus est frater eius, in cuius manu erat coccinum, quem appellauit Zara, id est Oriens, quod scilicet prior oriri coepisset, & tamen postero tantum die ortus esset, ut ait Sulpitius, quamuis alij minus intervallum intercessisse putent, Caeterum quoniam hoc capite continetur initium regiae familiae Iudaeorum, eius principia lectoris oculis in schemate proposuimus in Annalibus, quae hic breuicatis causa praetermissimus. Ibidem reperies nominatim notatos illustres quosque ex eadem tribu viros, qui in Scriptura celebrantur. Sed instar omnium est Iesus Christus Dominus noster secundum carnem, & sanctissima eius mater, ac sponsus Iosephus, quorum generationis series a duobus Euangelistis perscripta est. Sequitur ut de ortu sanctissimi Iobi dicamus quem probabiliter hoc anno natum esse Iacobi 121. differuimus, quae est Hebraeorum sententia in Seder Holam, & Genebr. in Chron. Nec repugnant qui natum dicunt anno, quo Iacob descendit in Aegyptum, quoniam intra illius anni circulum natus esse potuit. Notari autem merito potest diuina prouidentia circa prouinciam Chananaeorum, quam tot iam ordine seculis voluit illustrari clarissimorum virorum sibi succedentium praesentia, & patrocinio. Antecessit Melchisedech, inde Abraham, Isaac & Iacob: & isto mox in Aegyptum transituro cum suis, suscitatur Iobum merito sanctissimis viris annumerandum, qui eius suppleat vices: donec veniat Moses cum populos suo: ad id enim ferè tempus ipsius Iobi vita protenditur: ut eius amicos viros utique probos omittam, Idumaeae ciues, & Iudaeae finitimos; quod de altis quoque regionibus proportionem quamdam suspicari possumus, qui sciamus diuinam prouidentiam in necessariis non deesse. Sed redeamus ad Iacobum.

Qui dum cunctatur petitioni filiorum acquiescere, Interim famem omnem terram Chananaeorum vehementer premebat: consumptisque cibis, quos ex Aegypto detulerant, dixit Iacob ab filios suos, ut redirent in Aegyptum, ad emendum iterum triticum. Eam occasionem Iudas

arripuit

a Gen. 25. 22.

b Dan. 5. 22.

II. Et mox Zarah. c. l. i. hist. sacra.

d a m. 238 n. 4. 5. 6.

III. Ortus Iobi.

c Vide Bened. in Iob.

IV. Famis & Iudas Iacobum vrgent. c. 43. 1.

b c. 42. 16. 18. 20.

VI. Qui diuere luctatus tandem cedit.

c. 43. 10.

Et Benjaminum dimittit.

VII. Illi in Aegyptum perueniunt.

Et suspicione turbantur.

d c. 43. v. 23.

Occonomus fabularum totius conscius.

arripuit ad perueniendum patrem ut Benjaminum socium profectiois daret. Ad quod negotium Iudas praeter ceteros idoneus fuit, ut qui maiores natu gratia apud parentem, atque auctoritate vincebat. Is omnium nomine responderet, paratos quidem se ad suscipiendum iter, ad quod ipsa famis necessitas, & alterius fratris captiuitas compellebant, sed id non solum irritum, sed etiam perniciosum fore, nisi secum Benjaminum deducerent: alioqui & mandatum proregis Aegypti contempnisset, & se mendaces atque exploratores fateri viderentur: & quod erat consequens, omnes se suppliciis maerendos offerrent, nedum fratrem vinculis eximerent, aut frumenti coemendi acciperent potestatem. Dixerat enim Ioseph, fratrem vestrum minimum ad me adducite, ut possim vestros probare sermones, & non moriamini.

Reluctatur adhuc Israel, & suos arguit imprudentiae, quod indicassent Aegypto se alium habere fratrem, ex quo factum sit, ut grandaeuus pater dilectissimo filio priuari cogeretur. Illi imprudentiam istam studiosè purgant. Denique ad eripiendum patri timorem alterius filij amittendi, fideiussorem se Iudas offert, pro eo patri restituendo, sub imprecatione reatus perpetui in parentem criminis, siue poenae & exprobrationis. Et addit, si non intercessisset dilatio, iam dice altera venissemus. Ex quo intelligi potest menses aliquot inter vtramque peregrinationem intercurrisse, & hanc ad adultum iam secundum annum famis pertinere. Quibus non tam persuasus quam famis necessitate coactus Iacob tandem cedit: iuberque aliqua munera ad placandum proregem, qui durus cum ipsis egerat, ut laxaret Simonem, quem habebat in vinculis, & remitteret Benjaminum. Duplicem quoque pecuniam eos ferre iubet, quae scilicet necessaria erat praesentis emptioni, & quae inuenta fuerat in ore sacrorum, ne id forte per imprudentiam famulorum potius, quam ex Domini liberalitate contigisset. Postremo eis bene precatus, cum gemitu Benjaminum, ceterosque omnes a se in Aegyptum dimittit.

Illi magnis itineribus ad corrigendam proximam tarditatem in Aegyptum perueniunt, & steterunt coram Ioseph, quos cum ille vidisset, & Benjaminum simul, non est eos tunc allocutus, negotiis, ut par est credere, impeditus; idem voluit maiori otio perficere. Nihilominus ad se vocato dispensatore domus suae, ei in autem insuratur, ut eos domum introducat, instruatque conuiuium. Quoniam mecum, inquit, sum comesturi meridie. Fecit ille quod sibi fuerat imperatum, & peregrinos introduxit domum. Illi ut domi se clausos viderunt, & in austeri hominis potestate, exterriti, ut timor est suspicax, existimarunt se propter pecuniam, cum tritico secum exportatam, furti calumniam passuros, & pro ficto crimine, vero seruitutis supplicio affectum iri. Itaque rem quamprimum, prout gesta fuerat, dispensatori domus aperiant. Qui eos consolans, ait, Nolite timere: Deus vester, & Deus patris vestri dedit vobis thesauros in sacis vestris. Ita videlicet didicerat a Iosepho respondendum esse, si quid huiusmodi ab eis referretur ad ipsum. Nisi enim iam totius rei conscius fuisset, non esset ausus

in re subita, inconsulto Domino huiusmodi responsum dare: aut dicere se pecuniam ipsorum recepisse, atque habere apud se, quam apparet non fuisse modicam. Fideliter igitur subseruit fabulae, quam Dominum suum agere videbat: cuius etiam praescripto non peticum adhuc fratribus Simeonem ad eos eduxit, qui futurus erat conuiuii particeps. Denique omnes monet de voluntate Domini sui, ut cum eo sub meridiem omnes cibum sumant.

Dum tempus aduenit, curat dispensator eorum pedes ablui, & iumenta curari, ipsi autem munera parant quae decenter proregi offerant, a quo insperata benevolentia accipiuntur. Ingreditur domum Ioseph. At illi munera tenentes in manibus, fratrem prono in terram corpore adorauerunt, somniorum veritatem factis ipsis abundè comprobantes. Ille autem clementer resalutatos interrogauit de Patris sospitate, & vterino fratre: super quo praesente, amoris teneritudine comitatus ad lacrymas, in cubiculum interius festinanter recepit se, ut fletet semotis arbitris, illud duntaxat effatus, Deus miseretur tui fili mi. Rursusque lota facie egressus continuit se, iussitque cibos inferri mensis, Ioseph seorsim & solus in vna mensa sedet, in altera è regione fratres eius, in tertia Aegypti alij, qui fuerant inuitati. Separatus fuit Ioseph honoris causa, Hebraei autem, consuetudinis Aegyptiae, quae illicitam reddebat mensae cum Hebraeis communionem, quod pastores essent, ut postmodum refertur. Negat Philo cibos lautos fuisse appositos, quod conuiuatori non placeret uti deliciis in publica penuria.

Duo autem contigerunt hoc loco fratribus, quae admirarentur. Alterum quod cum eis Ioseph loca ad confidendum assignasset, cuique eum locum, casu ut putabant attribuit, quem aetatis singulorum ordo requirebat. Cum enim modica esset inter eos aetatis differentia, excepto Benjamin, mirum eis visum est ab homine ignaro ita ordinari potuisse. Altera admirationis causa fuit, quod cum singula fercula a ministris Ioseph afferrentur, quae ille deferri ad hospites suos nominatim iuberet, honoratus enim fuit fercula a magistro conuiuii, ad hospites mitti de mensa sua quam a ministris pro suo arbitratu distribui. Animaduersum denique est, quae ad Benjaminum essent delata, quinque partibus superare ea, quae vnicuique aliorum data fuissent. Quae illi admirati sunt, nescientes quare huic natu minimo praeter ceteris tantam benevolentiae significationem exhibuisset.

Interim autem dum illi mirantur, conuiuantur, & potant, Ioseph eis tristitiae molem ingentem parat, quae omnem vini ac conuiuii hilaritatem, non multa aqua, sed multo etiam felle, atque absinthio diluat. Nam dum illi ab epulis ad quietem se recipiunt. (Neque enim fit vlla caena mentio & meridianum fortasse conuiuium plurium horarum, instar prandij, & caena fuerit) praecipit Ioseph dispensatori domus suae impleri saccos hospitem suorum frumento, quantum capere possent, & apponi pecuniam singulorum in summitate sacci, scyphum autem suum argenteum, & pretium tritici quod dederat Benjaminus, in ore sacci eius. Volebat Ioseph experiri, ut passim fatentur interpretes

VIII. Mura Iosephi cum fratribus congressio.

Et lacrymae ob Benjaminum.

IX. Duo admirantur Hebraei.

X. Struitur in fratres calumnia.

c. 44. 1.

terpretes, quo essent animo fratres sui in Benjaminum, in mortis, aut seruitutis periculo deprehensum: & simul hac, pro ipsius capite fortunisque, tristitia luctuque, antiquam eorum in se inuidiam, improbamque tristitiam expiare.

Cui fini.

XI. Quomodo res composita ipsi inficis.

Neque mirum videri debet, aut improbabile neminem fratrum interfuisse, dum mensuratur triticum, dum implentur sacci, dum immititur pecunia & scyphus; præsertim cum iam præter expectationem, pecuniam frumento liberaliter adiectam reperissent. Nam & proxima hilaritas, cum qua accepti fuerant, nihil mali suspicari patiebatur, aut scrutari quid illi facerent. Adde quod sentiebant se in manu potentis, atque in speciem austeri hominis esse, cuius nutu omnia fieri non dubitabant, neque audebant tantillam præ se ferre diffidentiam, ne forte illi stomachum, magno aliquo malo suo, mouerent. Scitum enim est non esse irritandos crabrones. Executus est omnia magna cum fide ac prudentia dispensator, intentioni Domini sui diligenter subserviens; tamen videbat innocentibus ingentem strui calumniam: sed fortassis ab eodem etiam didicerat, rem vitra metum, ac periculum non processuram.

XII. Læti abeunt.

Ergo orto mane dimissi sunt, cum asinis atque oneribus suis; utique admodum læti, quod fratrem recepissent, quod Benjaminum reducerent, quod gratis prius frumentum accepissent, quod hilariter ac peramanter accepti essent, quod fidem parenti datam liberaturi, quod incredibili eum gaudio cumulaturo essent. Iamque vrbe exierant, & processerant paululum cum Ioseph accersito dispensatore domus, Surge, inquit, & persequere viros, & apprehensis dicito. Quare reddidisti malum pro bono? Scyphum quem furati estis, ipse est in quo bibit Dominus meus, & in quo augurari solet, pessimam rem fecisti. Sacrilegium quippe, & non nudum furtum admissum erat, modo res veritate niteretur. Accelerat œconomus cum armata manu, ad hoc ipsum comparata, ne illi possent, aut auderent se vi repellere. Et ecce agmen equitum, ait Iosephus, repente illos circumuenit, inter quos erat famulus, qui scyphum in sarcinam indiderat. Eos ergo dispensator facile affectum, prope circumfundit armatis, & atrocibus dictis inuadit.

Retrahuntur domum cum calumnia. b. c. 44. 4.

c. l. 2. Ant. c. 3.

XIII. Quam illi repellunt.

Illi tam atroci atque inopinato percussi nuncio, accusationem tamen, ut valde improbabilem, humili oratione repellunt, Quare sic loquitur, inquit, Dominus noster, ut serui tui tantam flagitij commiserint? Pecuniam quam inuenimus in summitate saccorum, reportauimus ad te de terra Chanaan, & quomodo consequens est ut furati simus de domo Domini tui aurum vel argentum? Maiorem pecuniam, quam impune retinere potuimus, è longiquo reportauimus integram, vltroque obrulimus, quomodo cum certo moris & infamiae, vel seruitutis discrimine, vas vnum argenteum attingere ausi sumus? Sed addunt etiam ex ingenti fiducia innocentiae. Apud quemcumque fuerit inuentum seruorum tuorum quod queris, moriatur, & nos erimus serui Domini nostri. Multum omnino cedunt de iure suo Primum quod ad criminis inuestigationem; non enim aiunt, quicumque criminis huius conuictus fuerit, sed apud quemcumque inuentus fuerit scyphus; cum tamen inueniri posset apud innocentem, ut reuera

Et fiducia innocentiae reum morti addiunt.

contigit. Deinde quod cum reum vnum poenam ferre par esset, non dubitant offerre supplicio vniuersos. Tertio quod reo longe maiorem, quam pro culpa poenam assignant; cum furtum capite puniri non soleat.

Hic procurator ita reorum sententiam probat, ut multum mitiget. Vult enim illum vnum, qui in crimine deprehensus fuerit poenas dare, nec in caput innocentium alienum facinus redundare: nec mortis, sed seruitutis tantum poena plecti vult furem. Itaque festinato deponentes in terram saccos, aperuerunt singuli, quos scrutatus, incipens à maiore vsque ad minimum, inuenit scyphum in sacco Benjamin. Palam videlicet, atque ordine in oculis dispensatoris saccos suos aperiebant singuli, ne furtum interim subduxisse putarentur. Etatis ordinem in scrutando seruari voluit, quia maior in maioribus malitia præsumitur: sicque melius latent insidiarum structæ Benjamin. Nulla porro fit mentio pecuniae, quæ iterum reperta fuerat in ore saccorum. Putauerunt fortasse verum esse quod eis pridie à dispensatore dictum fuerat, Deus vester dedit vobis thesauros in saccis vestris. Sed maior animi motus hunc minorem oppressit.

XIV. Scyphus apud Benjaminum deprehenditur.

Itaque scissis vestibus, præ animi dolore, & confusione probrosi criminis, in quo deprehensi videbantur, oneratis rursum asinis, reuersi sunt in oppidum: non tam fratris cupiditatem suspectam habentes, quam externas insidias, ut ait Philo. Rabbi tamen Salomon, ut refert Abulensis, existimat fratres Benjamin male cum verbis verberibusque multasse, furem & filium furis appellando, Rachelis scilicet, quæ furata fuerat Deos patris sui, cædendo colaphis, vellendo casariem, aliisque id genus contumeliis affecisse; quod non caret probabilitate, si eum crediderunt huic culpæ affinem: non credidisse tamen Philo significat licet propter probationis euidenciam, eam nunquam negarint. Ergo ad ciuitatem reuersi sunt omnes; in eoque experientia didicit Ioseph, quod querebat. Vtrum scilicet fratres ceteri relicturi essent Benjaminum in potestate procuratoris, & sine eo discessuri ad patrem; an verò omni studio, pro eius liberatione pugnaturi, uti factum est.

d. c. 43. 23.

XV. Ergo reditur in oppidum.

Primus Iudas, qui Benjaminum in suam receperat fidem, & ceteris constantior erat, atque animosior, cum fratribus ingressus est, atque Ioseph, necdum enim de loco abierat, ex quo dispensatorem dimiserat ad comprehendendos fratres, expectans reditum eorum, nec vltra differre volens agnitionem sui, omnesque ante eum pariter in terram corruerunt, siue postulantes veniam, siue se eius arbitrio ad poenam offerentes, & ingentem animi consternationem ipso silentio demonstrantes. Nihilominus Ioseph vultu ac voce ad seueritatem compositis, Cur sic ait agere voluistis? an ignoratis quod non sit similis mei in augurandi scientia? Ex qua scilicet facile mihi fuit deprehendere furtum, quod vos occultum fore suspicabamini. Loquitur autem ex Ægyptiorum opinione, quibus persuasum erat eum non diuino afflatu, sed superstitione magica, exposuisse somnia, & propexisse futura: & nunc furti authores cognouisse: quæ cum ironice dicantur, sine mendacio dicuntur, ut placet S. Augustino.

XVI. Iudas cum fratribus Iosephum adit.

a. 125. in Gen.

Hic

XVII. Oratio Iudæ pro Benjamin.

Hic Iudas, Quid respondebimus, inquit, Domino meo, vel quid loquemur, aut iuste poterimus ostendere? Deus inuenit iniquitatem seruorum tuorum. En omnes serui sumus Domini mei, & nos, & apud quem deprehensus est scyphus. Significat Deum vltro esse peccati cuiuspiam singularis, & ob illud nunc in hæc angustias esse redactos. Efficax autem erat hæc oratio ad veniam, etiam in vero crimine, obtinendam, quæ nihil aut excusat, aut negat, sed agnoscit crimen, & vltro se suosque addicit seruituti; cum tamen non deessent firmæ coniecturæ, quibus innocetia rei probareretur: quibus omnibus omnis, ad diuinam prouidentiam culparum vindicem confugiunt, quæ antiquam aliquod ipsorum peccatum, ignoti sceleris infamia, ac poena castigare velit: cuius decreto submittentessese, vltro se omnes addicunt seruituti, libertate, patria, parente, fortunis omnibus, in expiationem non admissi criminis, euertendi, atque expoliandi.

XVIII. Viget vehementer Iosephum ad commiserationem.

At Ioseph, Absit à me, inquit, ut sic agam; qui furatus est scyphum, ipse sit seruus meus, vos autem abite liberi ad patrem vestrum: cuius personam Iudas libenter arripuit, ad vehementem motum concitandum, quem multo vehementiorem opinione sua inferebat. Et summâ totâ hæc eius oratio eò ferebatur, ut ostenderet Benjamin retentionem, propter tenerum optimi parentis in eum amorem, ætate confecto seni, qui nullo modo huic affinis sit culpæ, perniciem allaturam. Ideoque orat ut eius loco, ipse met, qui eum in suam receperat fidem, addicatur seruituti. Plena est suauissimis motibus oratio, & ad commiserationem magis, quam ad exactissimam veritatis rationem composita. Quin & singulæ pene voces emphasim habent, & animi summisionem spirant, quæ virtus potentissima est, ad animos quantumuis exulceratos dolore, ad mollitudinem traducendos.

XIX. Inopinata culpa confessio.

Quæ illa confessio, & ante duos & viginti annos vsurpatæ excusationis euulgatio, apud illum ipsum, quem vnum maxime celare voluissent, quali & quanto cum sensu in Iosephi animum illapsa est? vos scitis quod duos mihi genuerit vxor mea, hæc quippe primaria Iacobi vxor fuit, & sola ab ipso quæsitâ; egressus est vnus, & dixistis. Bestia deuorauit eum, & hucusque non comparet; si tuleritis & istum, & aliquid ei in via contigerit, deducetis canos meos cum mœnore ad inferos. Non dixerant fratres Iosephi feram pessimam deuorasse Ioseph; sed pater ipse: ideoque in Hebræo hoc loco est de quo dixi. Verum illi tunicam eius dilaceratam, & sanguine conspersam ostendentes, id non verbo, nisi forte patris verba repetendo, sed facto dixerunt.

XX. Ambit seruitutem Iudas in gratiam patris. b. c. 44. 32.

Valde quoque morata est illa vox, & ad intentionem Iosephi, mirum in modum, licet ab ignorante composita. Ego proprie seruus tuus sum, qui in meam hunc recepi fidem, & spondeo dicens, nisi reduxero eum, peccati reus ero in patrem meum omni tempore. Vbi videtur hoc argumentum latere. Si reus est peccati, qui inuitus, & sine culpa non stat promissis, quanto magis is, qui voluntate sua causa est violatæ fidei, & pietatis in parentem. Quid hoc ordine iustitiæ pulchrius? ait Rupertus. Nempe qui hic

c. l. 9. c. 9.

seruitio se addicit, ipse est cuius consilio in seruum vendidit Ioseph. Latet etiam alterum argumentum ab vtilitate petitum. Quod ipse Iudas ætate matura, sit futurus vtilior seruituti, ideoque non otiosè pueri nomen hic sapius iteratur. Manebo, inquit, seruum tuum pro puero, in ministerio Domini mei; & puer ascendat cum fratribus suis, quem Philo quæque vocat puerum, & rerum imperitum; vt scilicet & facilius reputaretur innocens, & quasi parum vtilis, facilius dimitteretur. Sed eminet etiam hoc loco exemplum egregium pietatis filij in parentem, qui eius dolorem ac lacrymas, exilio proprio antetulerit ac seruituti.

a. l. de Ioseph. 11. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50.

Postremo infigit iterum validius telum illud gratiosissimum, ex filij in parentem pietate petitum. Non enim possum redire ad patrem meum, ne calamitatis, qua oppressura est patrem meum, testis assistam. Quæ sine dubio, vt Flavius quoque significat, supplicum more, cum lacrymis & singultibus, & communi fratrum omnium, præsertim Benjamin, comploratione dicebantur. Accedebant discissæ vestes, & capilli lacerati, & gestus omni ex parte miserabilis, iuxta illud, Omnes ante eum pariter in terram corruerunt. Iosephi genua prostrati complectebantur, terram capitibus, manibus pectora feriebat, agebant denique quæcumque suggerit desperationi proximus dolor. Vt minimè mirum sit quod statim sequitur, Non potuisse vltra Iosephum cohibere sese, quando lectores ipsi, ad quos res non pertinet, ex philanthropia lacrymas tenere vix possunt, sed saxæ etiam pectoribus, vt ait hoc loco Rupertus, lacrymas gemitumque eliciunt.

XXI. Et concludens paternam pietatē inculcat.

Cum violento gestu motu.

Non ergo ait Moyses, se poterat vltra cohibere Ioseph, multis coram adstantibus: qui scilicet ad noni criminis accusationem confluerant. Vnde præcepit vt egredierentur cuncti foras, & nullus interesset alienus agnitioni mutua. Adhuc enim fuerat non mutua. Excludit autem ab eo loco domesticos, non quod vellet ignorari eos esse fratres suos; id enim mox publicè professus est: sed quod eos nollet habere lacrymarum suarum spectatores neque testes secreti criminis, de plagiaria venditione sui. Digressa itaque omnibus Ægyptiis, & ad fores, vt fit, auscultantibus, Eleuauit vocem cum fleu, quam audierunt Ægyptij, peruolante mox fama, domus omnis Pharaonis, Et dixit fratribus suis, Ego sum Ioseph, adhuc pater meus viuit? Hæc ille Hebræa voce, & sine interprete, ad maiorem fidem.

XXII. Mutua fratru agnitio. b. 45. 1. 2. &c.

Quæ vox etsi omnes perturbationum fluctus sedare, omnes tenebras poterat sua luce dispellere, attonitos tamen, & quasi stupore defixos ex insperato reddidit, vt ne hiscere quidem in conspectu eius potuerint. In multis autem animi motibus regnabat timor, cuius propterea nominatim fit mentio, ex conscientia videlicet facinoris in venditione perpetrati. Quod cum non dubitaret graui supplicio dignum, & se in illius potestate cernebat, in quem tam grauitur deliquissent, timorem ex calumnia falsi criminis, in metum iusti supplicij pro veriore, grauioreque flagitio commutabant: idque mox actum iri formidabant, vt furtum poculi in crimen plagij verteretur.

XXIII. Pharaeo Iacobum euocat.

Cui medetur Ioseph.

teretur. Huic timori sapienter medicinam facit Ioseph: tum lenitate verborum, nam clementer. *Accedite, inquit, ad me*; tum timoris causam auertendo. Nam cum propè accessissent, quod nollet exaudiri foris admissi quondam aduersum se criminis manifestationem. *Ego sum, ait, Ioseph frater vester, quem vendidistis in Ægyptum. Nolite pauere, neque vobis durum esse videatur, quod vendidistis me in his regionibus, vt scilicet in iis quoquo modo perirem: pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Ægyptum.*

a c. 45. 4.

XXIV. Eoque cōsolatur diuino consilio exponendo.

b c. 45. 6.

c num. 45. & segg.

XXV. Ioseph patrem euocat in Ægyptū.

XXVI. Confirmat veritatem personæ suæ. d Gen. 45. 12.

narum in Chananitide. Addit & alterum argumentum ex demonstratione naturalis affectus in consanguineos. Omnes enim amanter amplexatur, initio ducto ab eo, qui illi erat omnium charissimus: omnes osculatur, & plorat super singulos: simulque isto quasi pignore iniuriarum obliuionem, & veram reconciliationem confirmat. *Post quæ ausi sunt loqui ad eum, deposito timore, quem fraternæ charitas pepulit foras.*

Hæc dum Iosephum inter & fratres in cubiculo geruntur, *auditum est, & celebri sermone vulgatum in aula regis, venerunt fratres Ioseph. Et gausus est Pharao, atque omnis familia eius, secutæque sunt conuiuia, optimatibus Ægypti eos conuiuisti, & publica gratulatione excipientibus, vt aiunt Flavius & Philo. Iosephi quippe virtus eximia illos reddebat amore dignos. Itaque Pharao non dissimili amore incitatus, inculcat eadem quæ iam mandauerat Iosepho, ac promiserat suis: suoque nomine præcipit ac promittit. Et quidem cumulatè. *Venite, inquit, ad me, & ego dabo vobis omnia bona Ægypti, vt comedatis medullam terræ, id est frumini optima, & fertilissima terræ parte. Præcepit etiam rex, vt tollerent plaustra, ad subuectionem paruulorum suorum, ac coniugum, totiusque supellectilis. Quæ omnia Ioseph diligenter est executus. Dedit & scibaria in itinere, præter frumentum, quo iam onerata erant iumenta, vt illic aliquandiu, dum profectionem adornant, viuere possent, & amicos iuuare, & superflua pretio distrahere; singulis quoque iussit proferrî binas stolas, vnâ viliores, quam domi ferrent, aliam pretiosiores, qua amicti prodirent in publicum. *Beniamino vero, quem singulariter amabat, & ad modicum contristauerat immentem, dedit trecentos argenteos, cum quinque stolis optimis. Nec obliuiscitur Senis; tantundem enim pecuniæ, & vestium misit patri suo: addens & asinos decem, qui subueherent ex omnibus diuitiis Ægyptiorum, & rotidem asinas triticum in itinere, panesque portantes. Denique valedicens monet ne irascantur in via; altero nimirum alterum de Iosephi iniqua venditione accusante.***

Illi ergo ascendentes ex Ægypto, venerunt in terram Chanaan ad patrem suum Iacob, eique nunciatur Ioseph filium eius viuere, & dominari in omni terra Ægypti. *Quo audito Iacob, quasi de graui somno enisilans, tamen non crederet eis. Recte. Cum enim de eo prius mentiti fuissent, hoc tempore vera dicentes, non merebantur fidem: & quamuis id vno ore affirmarent omnes, verebatur, tamen ne ex composito ad eum consolandum fabulam afferrent ex Ægypto. Itaque illi ad fidem faciendam verbi, *referebant omnem ordinem rei. Quæ dum narrantur, & per vniuersas Iacobi familias latè funditur lætissima illa vox, Ioseph viuit, & ipse dominatur in omni terra Ægypti, appulerunt curus, & plaustra, & asini cum muneribus, quæ famuli ductabant, nam fratres aliquantulum antecesserant. Quæ cum vidisset bonus Senex fidem denique adhibuit filiis suis, & omni dubitatione summotâ reuixit spiritus eius, qui elanguerat in tam inopinato nuncio. Nisi placet hoc referre ad totum tempus, quo mortuum luxit Iosephum, quo propior mortuo videbatur, quam viuo,**

XXVII. Agnitio innotescit Ægyptiis.

Et fratrum metus.

Abul. Del Rio.

Iosephi liberalitas in suos.

XXVIII. Ad patrem reuerfi diu non obtinere fidem.

quo

a hom. 65. in Gen.

quo modo id intellexit Chrysostomus. Reuiscens ergo ait. *Sufficit mihi, si adhuc Ioseph filius meus viuit, vadam & videbo illum antequam moriar.* Non sperat diu victurum cum eo, sed nouum Ægyptiæ peregrinationis laborem satis fructuosum putat, si filium suum videre possit, paratus quamprimum mori.

ANNVS MVNDI 2329.

Jacob 131. IOSEPHI 10.

Moræ in Ægypto 1.

BALÆI 28.

Imperij Assyriorum 398.

ANTE CHRISTVM 1721.

I. Ratio temporis. a c. 47. 9.

b De Prop. l. 9. c. 21.

II. Descensus in Ægyptum lætus præreditu.

III. Iacob migrat cum suis. c c. 46. 1.

IACOB ætas ex ipsius ad Pharaonem verbis, confirmatur. Proximè enim post eius in Ægyptum appulsum, ad regem introductus ait se esse centum & 30. annorum, quos cum plerisque chronologis, sumimus absolutos, in quibus est Eusebius, qui etiam hunc annum decimum vocat Iosephi principatus. Quod autem eundem vocat secundum famis, de exeunte vel absoluto accipiendum est. Alioqui non dixisset paulò ante Ioseph superesse quinque annos famis. Certè Demetrius apud eundem Eusebium, hoc ipso, qui famis apud Ægyptios tertius erat, cunctam eorum familiam in Ægyptum migrasse author est, annos natum 30.

Hic est ergo celebris ille annus descensus Israëlitarum omnium in Ægyptum, in diurnam plurimorum annorum peregrinationem, cuius vt initia lætissima, ita extrema molestissima fuerunt: & tamen ingressus paruulorum fuit, exitus innumerabilis multitudinis. Initium sub mitissimo ac liberalissimo rege, plenum beneuolentiæ ac tranquillitatis fuit: finis sub tyranno crudelissimo, atque ingratisimo, plenus odij, cædium atque turbarum. Hic paruuli & vxores Hebræorum deducuntur in curribus & plaustris, illic abiiciuntur in fluctus, & matres foetibus orbantur suis. Hic Israëlitarum euocantur vltro, ne fame in Chananitide moriantur: illic eiiciuntur ab inuitis Ægyptiis, mortem metuuntibus ab Angelo exterminatore. Ad hunc porro locum maxime pertinet, celebris, nec parum impedita quæstio, de numero personarum, quæ hoc anno in Ægyptum descenderunt, quam vt institutum nostrum exigit, breuiter expediemus, quamdiu, autem illic manserint in exitu cum Mose dicturi.

Euolutis itaque diebus aliquot, à secundo reditu Patriarcharum ex Ægypto, quibus & illi aliquantulum quieuerunt, & profectio non exigui temporis, sed transmigratio omnium personarum, omniumque rerum ad tot familias pertinentium transportatio, præparata est, Iacob sub huius circiter anni principia, se in viam dedit cum omnibus quæ habebat. Ad eam quippe nunc suscipiendam compellebat immi-

mens quinque adhuc annorum fames, persuadebat Iosephi videndi desiderium, inuitabat commoditas perfectionis, & Dominus interius incitabat. Neque enim habitandum est consilium à sancto Patriarcha Dominum super tanto negotio: sed Deum contentum intime edocere in præsentia, apertam responsionem ad locum Bersabee distulisse, cum iam esset in via, & bidui ferme confecisset iter. Ibi ergo mactauit victimas Deo patris sui Isaac, qui scilicet illi apparuerat in eodem loco, vbi & altare ædificauerat: quemque iam olim Abraham, religiosum fecerat, inuocato ibi nomine Domini Dei æterni, erecto altari, & plantato circum nemore.

Peracto sacrificio audiuit Deum per visionem noctis, vocantem se & dicentem sibi, *Ego sum fortissimus Deus patris tui, rectè fortissimi nomen assumit, quia sequitur, noli timere descendere in Ægyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi. Ex quo intellexit se suoque ibi diurnas tracturum moras. Ego descendam tecum illuc, & ego inde adducam te, id est populum ex te ortum huc reuertentem. Triplicem illi fauorem pollicetur, tam ipsi quam toti familiæ communem, in profectioe, commoratione, & reditu. Sed addit peculiarem gratiam, quod ei morienti dilectissimus Ioseph adfuturus sit, & omnia pietatis officia erga ipsum cumulatisimè expleturus. Ioseph quoque, inquit, ponet manus suas super oculos tuos, & quem videre cupis ante mortem, videbis ad extremam vsque vitæ periodum, cum ille abeunte anima claudet tibi oculos, nihil vltra mortale videre cupientes.*

Surrexit autem Iacob de puteo iuramenti; tuleruntque eum filij, cum paruulis & vxoribus suis, in plaustris, quæ miserat Pharao ad portandum senem, & omnia quæ possederat in terra Chanaan. Ad eum vsque locum venit fortasse Iacob asino, vel camelo vectus: deinceps autem in plaustro commodius compositus est, & delatus in Ægyptum cum omni semine suo. Transtulit autem secum omnia bona sua mobilia, retinuit autem possessionem terræ, quam emerat à filiis Hemor in Sichem. Et quam auus Abraham à filiis Heth in Hebron, neque ea loca cuiquam vendidit. Vnde postea ex Ægypto in speluncam Hebroniticam ad sepulturam deportatus est. Catalogus autem personarum quæ ingressæ sunt Ægyptum, conscriptus à Mose sic habet. Primus est ipse Iacob, tum Ruben cum 4. filiis; Simeon cum sex, Levi cum tribus, Iudas cum quinque, Issachar cum quatuor, Zabulon cum tribus, & Dina, qui omnes vocantur filij Liæ, numero 32. quibus additus Iacob sunt 33.

Subdit deinceps Moses filios Liæ & Zelphæ, licet filij Balæ ancillæ Rachelis prius geniti fuerint, ne filios Liæ naturales, ab adoptiuis separaret. Prior autem filiorum Zelphæ fuit Gad cui 7. filij assignantur; posterior Aser secum ducit 4. filios, vnâ filiam, & nepotes duos. Vtraque familia sexdecim personis constat, quæ ad filios quoque Liæ referuntur. Sequuntur filij Rachelis duo Ioseph & Benjamin, Prioris duos Moses filios memorat in Ægypto natos, Manassem & Ephraim, quibus Septuaginta 5. filios addunt, Manassi duos

a Gen. 26. 23. b c. 21. 33.

I V. Deus illi apparet. c c. 46. 3.

V. Catalogus familiæ eius. 1. Iacob. 5. familia Ruben. 7. famil. Simeonis. 4. Fa. Levi. 6. famil. Iuda. 5. Fam. Issachar. 4. Famil. Zabulon. 1. Dina.

33. Et primus filiorum Liæ.

VI. Reliquis cæterorum catalogus. Gen. 30. 10.

8. fa Gad. 8. fam. Aser.

16. 3. fam. Ioseph.

11. Famil. Benjamin. 14. 2. fam. Dan. 5. Famil. Nephtali. filij Lia 32. Zelphe 16. Rachelis 11. Bal. 7.

66. 4. 70.

VII. Numerus vniuersus 70. vel 75.

a c. 8. 14.

b An. M. 2329. fusa.

VIII. Iacob nunciat aduentum suum Iosepho.

Cur electa Gessen habitationi Israëlitarum.

c Gen. 46. 34.

IX. Occursus eorum necessarius.

Ephraimo tres, Benjamin autem 10. siue filij siue nepotes à Mose tribuuntur. Sequuntur duo filij Balæ Dan & Nephtali, quorum prior vnicum habet filium, posterior quatuor. Itaque filij Balæ omnes num 7. Enumeratis porrò cunctis Iacob filijs, iuxta distinctionem vxorum eius, subditur à Mose ista conclusio.

Cuncta anima, qua ingressa sunt cum Iacob in Ægyptum, & egressa sunt de femore illius, absque vxoribus filiorum eius 66. In quo numero non comprehenditur ipse Iacob, neque Ioseph, & filij eius duo, qui iam erant in Ægypto. Constat autem hic numerus ex 32. filiis Lia, 16. filiis Zelphe, 11. filiis Rachelis, & septem filiis Balæ. Vt autem tam Iacob ipse, quam Ioseph cum filiis comprehendantur, subdit Moses. Omnes anima domus Iacob, qua ingressa sunt in Ægyptum fuerunt 70. additis videlicet quatuor ad prædictam summam. At Septuag. qui addunt familiæ Ioseph quinque filios, conficiunt numerum 75. personarum vniuersæ domus Iacob: quem numerum habet S. Stephanus a in Actis Apost. In hoc porro numero non ponuntur vxores Iacob, neque filiorum aut nepotum eius, neque plurimi famuli, cum filiis & vxoribus eorum, imò neque filia aut neptes Patriarcharum, præter duas: quorum omnium numerus haud dubie maior erat, quam eorum qui distinctè numerati sunt. Omittimus porrò pleraque dubia circa hunc catalogum, quæ studiosus lector in Annalibus b reperiet; sicut & stemmata familiarum Patriarchalium, & primarios quosque viros, qui in singulis floruerunt.

Cum autem Iacob vicinus esset Ægypto, ne importunè vel in aulam se daret, vel in regnum iniussus irruisse videretur, Iudam præmisit ad Iosephum, qui nunciaret ei adesse patrem, vt sibi mutuo sub ingressum Ægypti occurrerent. Occursus futurus erat in terra Gessen, vbi & habitatio, & Israëlitis destinaret. Primum, quia ager pinguis erat in primis ac fertilis, vel Pharaonis ipsius testimonio. Secundo, vt quamuis in Ægypto habitarent, ab Ægyptiis tamen, quantum fieri posset habitatione semouerentur & moribus; & constanter in veri Dei cultu perseverarent. Tertio, ne molesti essent Ægyptiis, si in medio eorum versarentur pastores ouium, quos illi detestabantur, vt scripsit ipse Moses c. Neque tamen existimandum est omnes Ægyptios exclusos fuisse à terra Gessen. Nam Hebræi abituri petierunt vasa aurea & argentea, non solum ab amicis, sed etiam à vicinis. Denique vt quando ex Ægypto in Chananitidem migrandum foret, facilius sese ac citius ab Ægyptiis expedire possent: ne in media Ægypto intercepti, à furentibus Ægyptiis circumfusi delerentur: quod postea ad mare rubrum tentarunt.

Decebat autem hunc occursum fieri, qui in Iacobi ac Iosephi honorem redundabat. Honorificum enim erat Iacobo, filium habere Ægypti proregem, qui ipsi honoris causa procederet obuiam. Ad Iosephi quoque honorem pertinebat talem habere patrem, qui ab Ægypti prorege honorari mereretur. Deinde oportebat plerosque ex antiquis colonis ter-

ra Gessen Hebræis loco cedere, agris inquam, ac pascuis, vbi tentoria figerent, & pecora sua nutrent: quod vt pacificè fieret, ac sine tumultu populi alioqui turbulenti, supremi secundum Regem magistratus autoritas necessaria videbatur. Præterea ibi maturius ac commodius mutua, filium inter ac parentem, agnitio fieri poterat, quam in medijs aulae turbis. Postremo, vt tam Iacob, quam filij eius præmonerentur à Iosepho, qui sese cum rege aulicisque gerere oporteret, quid petitori, quidve responduri essent.

Ioseph accepto de patris aduentu nuncio, siue à Iuda primum, siue à Ipeculatoribus & v. redariis, iunxit currum suum, ascenditque obuiam patri suo in Gessen, ad ciuitatem Heroum, vt aiunt Septuag. quod ibi viri nobiles ac bello clari habitarent, in regni scilicet finibus, ad custodiam eius. Cum primum Ioseph patrem vidit, irruit super collum eius, & inter amplexus fleuit; fleuit & senior; & inter lacrymas a, Lum latus, inquit, morior, quia vidi faciem tuam, & superstritem te relinquo. Inde fratres reduces salutauit ac complexus est. A complexu ventum est ad colloquia, à colloquijs ad conuiuium; cumque redeundum illi esset ad Pharaonem, eique referendus suorum aduentus, eos monet vt interrogati à Rege, respondeant se pastores esse, eique vni negotio operam dare, vt verbis cum Iosepho consentiant, vt in terra Gessen, seorsim ab Ægyptiis habitare possint: qui pastores ouium de testantur.

Constat nihilominus fuisse apud Ægyptios pastores ouium. Nam Pharaon ipse b Iosepho dicebat, si nosti in eis esse viros industrios, constitue eos magistros pecorum meorum, populus quoque ouibus & bobus abundabat, quos quinto anno famis pro frumento apud Iosephum commutauit, vt suo loco dicitur. Volebat porrò Patriarcha suos haberi pastores, vt indigni bellica gloria, aut etiam inepti ad arma censerentur: sicque non mitterentur ad militiam, & à se inuicem distraherentur. Quæ ipsa causa fuit, cur mox iturus, ad Regem, quinque de fratribus suis specie ipsa contemptibiliores assumptis: ne si præstantiores regi visendos præbuisset, aulicis officijs, aut militiæ ascriberentur: in extremis autem probabilior fiebat oratio Iosephi, eos nihil præter pastoritiam callere: quamuis hic fratrum contemptus in suum ipsius contemptum redundaret.

Ingreditur ergo Iosephus ad Regem, eique aduentum totius paternæ familiæ nunciat, cum omnibus ipsorum bonis, ne fortè quasi mendici, oneri fore putarentur Ægyptiis, atque in terra Gessen substituisse; quasi præstolantes quid fieri placeret. Simul etiam significat conuenire vt illic permittantur habitare, præsertim cū pascuis esset locus, & ipsi pecoribus abundarent. Ergo cum Rex sciscitaretur ab eis, quid haberent operis, ipsi, vt à Iosepho didicerant, pastores sese professi sunt: idque negotium patrium sibi esse, atque autum: quæ res se nunc pecoribus pascua, quæ dudum in Chananitide exaruisissent: ideoque rogare, vt bona cum eius venia, illic habitare liceret, vbi ex itinere substituisset. Acquiescit Rex, & ad Iosephum conuersus per quæ liberaliter optionem illi dat cuiusvis provincie

X. Mutuus eorum complexus & fletus.

a c. 46. 30.

Cur Ioseph voluerit suos haberi pastores.

XI. Ægyptij pecora nutriebant. b c. 47. 6. 17.

XII. Ioseph suos introducit ad regem.

Ægypti

XIII. Ipsamque Iacobum.

Dies eius quomodo pauci, & mali.

a Gen. 15. 13.

b hom. 65. & l. 1. de Provid. c. 7. 72. huius anni.

XIV. Habitat in Gessen siue Ramesse.

c c. 1. 11.

I. Quartus annus famis. a c. 47. 12.

Israëlitarum gratis nutriuntur.

Ægypti; suaque etiam pecora ipsius arbitrio fratribus committenda permittit.

Post hæc introduxit Ioseph patrem suum ad Regem, & statuit eum coram eo. At bonus senex non ignorans Reges, quamuis infideles atque improbos, Dei vicarios esse in terris, Deum in Pharaone, quasi viua imagine veneratus est, eique plurimam precatus felicitatem, Deo, vt par est credere, tam benigni erga se principis salutem commendauit. Pharaon verò grandævum ac venerabilem senem contemplatus, Quot sunt, inquit, dies annorum vita tua? id est anni, siue dies annales. Cui respondit senex, Dies peregrinationis meae centum triginta annorum sunt, parui & mali, & non peruenerunt usque ad dies patrum meorum, quibus peregrinatus sum. Vide vt se maioris que suos peregrinos agnoscat, quales Deus eos esse voluerat a. Paucis porrò annis vixisse se ait comparatione maiorum suorum. Nam cum putaret se iam ad lethi fores peruenisse, meminerat patrem 180. annis vixisse, auum 175. proauum ad ducentessimum quintum peruenisse: eosque ipsos annos suos malos, id est æruimnosos fatetur, & merito. Tota quippe vitæ eius laborum atque ærumnarum plena fuit, vt notauit Chrysostom. b De quibus insigniores duodecim, quasi totidem Herculeos labores in Annalibus c collegimus.

Porrò Iacob cum Regem iterum honorificè consalutasset, cum suis egressus est foras, Iosephum autem patri, ac fratribus suis dedit possessionem in Ægypto, in optimo terra loco Ramesse, vt præcepit Pharaon. Ita Moses d. Ex quo apparet oppidum Ramesse fuisse in terra Gessen, de qua locutus fuerat Rex. Sed nondum ei loco id nomen inditum fuerat, neque vrbs ædificata, vt patet ex initio Exodi e: quod Hieronymus quoque in locis Hebræicis confirmat.

ANNVS MVNDI 2330. IACOBI 132. IOSEPHI 11. BALÆI 29. Imperij Assyriorum 399. ANTE CHRISTVM 1723.

EQVITVR quartus annus famis a, ad quem, tresque reliquos, quod attinet ad Israëlitas, illa Mosis verba pertinent, Et alebat eos, omnemque domum patris sui præbens cibaria singulis, & quidem gratis. Non enim parciore factus fuerat aut tenuior, quam annis præcedentibus quibus pecuniam remisit in patriam in ore sacrorum. Idque phrasis ipsa Hebræica significat, quæ ait dedisse cibaria secundum os paruulorum, id est quantum minimus quisque de familia volebat: vel, vt alij rectius, pro ratione & numero paruulorum, vt scilicet plus illi familiæ daretur, in qua plura erant ora manducantium. Ex quo intelligitur gratis eum dedisse frumenta; alioqui dicendum fuisse dedisse pro quantitate pecuniæ, non pro numero manducantium. Idque

ex eo confirmatur, quod cum de reliquis agitur, quasi per antithesim fit nominatim mentio pecuniæ. Idque arbitror non sine Regis consensu factum, cuius voluntate in Ægyptum descenderant. Alioqui, ecquid utilitatis ex tam laboriosa migratione consecuti essent, si æquè ibi suis sumptibus victuri erant?

Quod ergo attinet ad Ægyptios, reliquosque populos, in toto, inquit Moses a, orbe panis decrat, & oppresserat fames terram, maxime Ægypti & Chanaan. E quibus omnem pecuniam congregauit pro venditione frumenti, & intulit eam in Ærarium regis. Quod de hoc, & tribus annis præcedentibus intelligendum est. Cum enim frumentum, vt in fame, carissimè venderetur, omnium pecuniam quadriennio corrasit, vt nulla pene ad reliquos vsus in populi manibus reperiretur. Verum non sibi corrasit, sed Regi. Tanta fide, inquit Philo b, usus est in administrandis negotijs publicis, vt cum ratio temporum plurimas occasiones ei præbuisset ad congerendam pecuniam, potuissetque faciliè ditissimus sui seculi euadere, totum argentum, aurumque è frumenti pretio collectum reulit in thesauros regios, ne drachma quidem subtrahita, contentus donis, quibus eum Rex remunerabatur. Eandem fidem commendat S. Augustin. c

ANNVS MVNDI 2331. IACOBI 133. IOSEPHI 12. BALÆI 30. Imperij Assyriorum 400. ANTE CHRISTVM 1722.

XEVNTE quarto seculo Imperij Assyriorum, quintus annus famis vexabat Ægyptum, & vicinas circumquaque provincias, easque pecoribus spoliavit, quando iam argentum eas defecerat. Cum ergo, ait Moses, defecisset emptoribus pretium, venit cuncta Ægyptus ad Ioseph, missis ad eum vnde quaque procuratoribus: dicens, da nobis panes, id est frumentum, quo conficiamus panes, quare morimur coram te deficiente pecunia? Quibus ille respondit, Adducite pecora vestra, & dabo vobis pro eis cibos, si pretium non habetis. Quæ cum adduxissent, dedit eis alimenta pro equis, & ouibus, & bobus, & asinis: sustentauitque illos eo anno, pro commutatione pecorum. Iam diximus Ægyptios pecora nutriuisse: quæ deinceps Ioseph nutriebat paleis, quas vnà cum frumento manipulatim collegerat, partim etiam longius amandauit vendenda, quæ putauit esse superflua: aut ipsi etiam Ægyptiis nutrienda conseruandaque tradidit, dato pabulo, vt essent eorum, non vt ante domini, sed custodes. Credibile autem est, vt gente quintum iam annum fame, multa omnis generis pecora, partim ab ipsis dominis consumpta, famines enim omnia vertit in cibum, partim etiam cibi penuria extincta.

II. Carteri omnem pecuniam suam consumunt. a v. 13.

Fides Iosephi. b l. de Ioseph.

c c. 159. in Gen.

I. Quintus annus famis.

Consumit pecora.

ANNVS MVNDI 2332.

IACOBI 134. IOSEPHI 15.

BELOCHI 31. Imperij Assyriorum 401.

ANTE CHRISTVM 1721.

I. Sertus an- nus famis. 2 c. 47. v. 18.

VENERVNT quoque anno secundo, id est vertente anno a datis pecoribus in computationem frumenti, qui fuit sextus famis: venerunt inquam Ægyptij fame oppressi. Nam de ipsis hoc loco vel solis, vel maxime agi, sequentia, quæ sunt de acquisitione terræ Ægypti, satis docent: Et dixerunt Iosepho. Non celabimus Dominum nostrum, quod deficiente pecunia, pecora quoque defecerunt; nec clam te est, quod absque corporibus & terra nihil habeamus. Cur ergo moriemur te vidente? Et nos, & terra nostra tui erimus. Hoc vltimum & maximum pretium est, quo miseri Ægyptij à dirasese necessitate famis expediunt, propriis terris, propriaque libertate distractis; vt deinceps Ægyptus ita Regis Ægyptij fiat, vt ipsius vnus sit, in eamque non supremum ius modo, & directum, sed vile quoque consequatur: & homines pro subditis, serui & mancipia fiant. Quod ipsi vltro profitentur, subdunt enim, Eme nos in seruitutem regiam, & prebe semina, ne pereunte cultore, terra in solitudinem redigatur.

II. Vendunt Ægyptij terras suas & libertatem. 2 p. 10.

Requirit Ioseph, & acquisiuit tam ipsos, quam terras eorum, debuitque deinceps omnes tanquam famulos domesticos alere, omni eorū labore atque opera, in Pharaonis vtilitatem cedente. Emit igitur Ioseph, ait Moses, omnem terram Ægypti, vendentibus singulis possessiones suas præ magnitudine famis. Nec mirum videri debet pretium possessionum in hunc & sequentem annum non suffecisse, vt pro iis alerentur. Nam deficientibus emptoribus, permodicum erat earum pretium, frumenti autem maximum, quale omnino venditori placuisset. Itaque veditis possessionibus seipsi vendiderunt. Subiecitque Ioseph terram Pharaonis, & cunctos populos eius à nouissimis terminis Ægypti, vsque ad extremos fines eius. In Hebræo textu, & Chaldaea paraphrasi, habetur, Populū vero transire fecit ad vrbes ab extremitate terminis Ægypti, vsque ad extremitatē eius.

III. Seruitus, & transmigratio Ægyptiorum. cl. 12. Ant. c. 2.

Quod ita explicat Iosephus, cum omnes possessiones in ius Regis deuenissent, alium aliō migrare fecit, quod certius esset regium dominium. Clare Caietanus, Sonat litera Iosephum in signum tam seruitutis Ægyptiorum, quam proprietatis terra acquisita Pharaoni, transtulisse populos, de agro vnus ciuitatis, ad agrum alterius, vt sic agnosceretur Pharao proprius Dominus singulorum agrorū, mutando colonos. Et ipsi Ægyptij huiusmodi facto profiterentur se esse non solum subditos, sed etiā seruos Pharaonis. Sic ipse. Hinc autem etiam factum est, vt omnes Ægyptij exules essent, atque extorres à propriis sedibus; ne deinceps Israëlitis, quasi exulibus & peregrinis insultare possent. Vide Rupertum d in hunc locum.

d l. 9. in Gen. c. 10.

IV. Pharaonis in Sacerdotes suos indulgentia.

Porō cum dixisset Moses totam terram Ægypti Iosephi industria Pharaoni acquisitam, excepti illico terram Sacerdotum, que a Rege tradita fuerat eis, vt habet vulgata editio, quod à cæte-

ris abest, posita tantum causa cur Sacerdotes non fuerint compulsi vendere terram suam Regi, sicut cæteri, quam etiam perspicue expressit Hieronymus, subdit enim, Quibus & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, & ideo non sunt compulsi vendere possessiones suas, Egregia vtique, vehementerque laudabili liberalitate, atque pietate in Deum, si verum ei agnoscere ac colere contigisset, cuius ministros à communi calamitate exemptos esse volebat; suumque existimabat illis præbere temporalia, à quibus spiritalia recipiebat, & publice alere, publico Dei famulatu destinatos. Cum autem isti sacrificiū nequissimi essent omnis superstitionis incentores & stupidissimæ omnium idololatriæ mancipia, quid facturum putemus istum regem, si illi & veri Dei cognitio contigisset, & in sanctos Sacerdotes, qui eum religiosè colerent incidisset? Vide in hanc sententiam Theodoretum a atque Chrysostomum b.

a 2. 106. b. 1. m. 55.

Alteram quoque huius priuilegij causam asserunt interpretes, quod Astrologiæ, ac cæteris mathematicis scientiis operam darent Ægyptij Sacerdotes; cui assertioni patrocinatur Aristoteles initio Metaphysicæ, Chersonon Stoicus apud Hieronymum l. 2. contra Iovin. Diodorus Siculus lib. 1. Verum de hiis Ægyptiorum doctoribus nobis sermo recurret, cum de Mosis institutione dicendum erit. Interim vide quæ hoc loco in Annualibus, scripsimus vbi refutatos reperies, qui Sacerdotis nomen hoc loco ad ministros regis transferunt. A Iosepho quoque defensam istam in Sacerdotes benignitatem: contra improbam, ac temerariam Caluini accusationem.

V. Qui dedit mathematicis. Abul. Cain.

ANNVS MVNDI 2333.

IACOBI 135. IOSEPHI 14.

BALÆI 32. Imperij Assyriorum 402.

ANTE CHRISTVM 1720.

ST hic annus septimus ac postremus famis Ægyptiacæ. De quo Philo, Inuenit anno egestatis septimo accitū agricolis, iam vbertatis spes affulgebat, dedit hordeum & triticum ad sementem, diligenter cauens ne quis hac in alium usum verteret. Sic ipse. Verum credibilis est singulis annis iactam in terram sementem, quāuis tenuis omnino messis redderetur, Nilo tenuiter arua rigante. Neque repugnant ea Patriarchæ verba. Et adhuc quinque anni restant, quibus nec arari poterit nec meti, solito scilicet more, cum spe minime dubia copiosæ messis; cum his septem annis tam malignè terra votis agricolatū responderit, vt parum pro nihilo reputaretur. Adde quod aliqui terra in solitudinem redacta fuisset, quod vitandum esse iam iam præterito anno Ægyptij Iosepho dicebant. Itaque existimandum est nonquam planè desertam fuisse agriculturam, sed Ægyptios prioribus quinque annis agros suos empto tritico seuisse, duobus autem sequentibus, cum & agris & personæ in dominium Pharaonis transfissent. traditum Ægyptiis frumentum, quod tam ipso-

I. Agriculturam non cessasse ante septennium.

rum victui, herus enim seruo victum debet, quam rationi necessarium erat.

II. Liberalis contractus Iosephi cū Ægyptiis.

Itaque ad vtrumque hunc annum, sextum inquam & septimum egestatis pertinere arbitror illa verba Iosephi. En vt cernitis, & vos, & terram vestram Pharao possidet, accipite semina, & serite agros, vt fruges habere possitis. Sed vide liberalitatem. Quintam, inquit, partem Regi dabitis quatuor reliquis permitto vobis in sementem, & in cibum familiis & liberis vestris. Regia plane Iosephine, an Pharaonis, an vtriusque beneficentia? Suggestit Regi Iosephus, consensit Iosepho Rex, populus vniuersus beneficium accepit. Cum enim tota messis ad eum pertineret cuius erat ager, & sementis, & agricolæ, neque isti quidquam ex ea præter tenuem victum sibi vendicare possent, quatuor eis partes concessit, quintam quotannis Regi pendi iussit, vt deinceps non tam coactos seruos, quam beneuolos haberet subditos.

III. Eorumque gratus animus.

Ad tam inopinatum, tamque munificum nuncium mirè exhilarati Ægyptij, Salus nostra, inquit, in manu tua est, respiciat tantum Dominus noster, & leti seruiemur Regi. Quasi dicant, Restituiti nos in vitam, dignare tantum ista nos profequi beneuolentia, & si videatur beneficij loco nobis erit seruire Regi. Qui est populi consensus in propositam à Iosepho conditionem ac legem. Itaque ex eo tempore ait Moses vsque in presentem diem in vniuersa terra Ægypti regibus quinta pars soluitur, & factum est quasi in legem, absque terra sacerdotali, qua libera ab hac conditione fuit; Vt pote quæ diuendita non fuerat, nec in regium dominium transierat, Regi ipsis de victu solito more gratificante. Ex quo agnosci potest singularis Iosephi sapientia, qui cum maxima populi gratia, tantum illi tributum imposuerit, & liberalitas, qui de mancipiis emptiis pensionarios fecerit vel censuales. Industria denique in augendis mirum in modum redditibus regis: vt iure ac merito Rex, eiusque populus vniuersus Israëlitas fouere omnibusque beneficiis profequi, in gratiam Iosephi debuerit in omnes annos consequentes.

Singularis Iosephi sapientia.

Tempus contractus huius.

Hæc autem constituta sunt, Iosepho interpretare, inter populum ac Regem, non postquam cessauit famis, vt putauit Flauius, sed illa adhuc perseverante, quæ populum tractabiliorē, & ad quamuis conditionem accipiendam faciliorem reddebat.

ANNVS MVNDI 2338.

IACOBI 140. IOSEPHI 19.

BALÆI 37. Imperij Assyriorum 407.

ANTE CHRISTVM 1715.

I. Annus tertie ætatis 300. Spartzæ conditus.

HOc trecentesimo ab ortu Abrahami, eodemque tertie ætatis anno, nam tertiam ætatem in magni illius Patriarchæ natiuitate inchoauimus: Sparta celeberrima posterioribus seculis ciuitas, in Peloponneso à Sparto filio Phoronei conditur à quo & accipit nomen. Author Eusebius in Chron. vbi habes, con-

firmatam nostram temporis rationem de anno Promissionis 225. & principatus Iosephi 19. & ætatis Iacobi & Abrahami, & regni Balæ Regis Assyriorum.

Ortus Merari.

Sequenti autem Author libri Testamenti Patriarch. scribit natum fuisse Merari, anno scilicet quinto & 50. patris sui Leui, additque matrem eius in eo pariendo mortuam, idcoque filium ab amaritudine appellatum esse Merari. Verum si is cum patre ingressus est in Ægyptum, vt fert catalogus Mosis, oportet in numeros irrepsisse mendum, & forte pro 55. legendum 45. qui est annus descensus in Ægyptum. Nisi placet etiam hunc numerari antequam natus esset.

a Gen. 46. 11.

ANNVS MVNDI, 2345.

IACOBI 147. & vlt.

IOSEPHI 26.

BALÆI 44. Imperij Assyriorum 414.

ANTE CHRISTVM 1780.

AC ætate mundi, mortuus est Iacob Patriarcharum pater. Sic enim habet Moses. Habitauit Israël in Ægypto, in terra Gessen, & possedit eam, auctusque est, & multiplicatus. Et vixit in ea decem & septem annis, factique sunt omnes dies vitæ illius 147. annorum. Quod porō dicitur Iacob possedisse terram Gessen, totum pro parte accipiendum est. Nam in Hebræo & Græco est, hæreditarunt, siue possessiones habuerunt in ea. Emerunt scilicet agros & vineas & domos à vendentibus fame compulsis, cum ipsi non carerent pecunia, & gratis frumentum acciperent: vt supra declaratum est. Et si ergo precario illuc à Pharaone introducti sunt, emptione tamen in iura vendentium successere, & optimo iure facti sunt possessores: quamuis eos Caluinus precarios possessores appelleret, quem vt Scriptura refelleret, voce hæreditandi vsa est; significans pari iure quo hæredes solent, factos esse dominos bonorum, quæ emerant.

I. Annus mortis Iacobi. a Gen. 47. 27.

Quid in Ægypto possederit.

Cumque appropinquare cerneret diem mortis sue, Iacob, vocauit filium suum Ioseph, orauitque impensius, vt post mortem suam transferret corpus suum in terram Chanaan, sepeliendum in sepulchro patrum suorum; nec orauit solum, sed promissionem datam iureiurando firmari voluit. Pone, inquit, manum tuam sub femore meo, qua cæremonia significabatur iurandum edi per eum qui aliquando de semine Iacobi nasciturus erat, vt supra quoque in iuramento Eliezeri explicatum est. Eam porō flagitauit translationem, siue vt eam terram, quasi Dei promissionem, & donum se magni facere ostenderet, siue vt spem filiorum eō aliquando reuertendi firmaret, cuius & ipse, & patres eius, vel mortui, possessionem cepissent. Accepto à filio iureiurando, Iacob adorauit Deum conuersus ad lætuli caput; siue propter iurandi reli-

II. Constituit sub iureiurando de sepultura sua. b c. 47. 29.

c cap. 24.

Et adorauit lætuli caput.

gionem, quam proxime Iosephus vsurparat; siue gratias agens Deo, qui Iosepho inspirarat, vt libi de transferendo in Chanaan corpore suo assentiretur, & iureiurando confirmaret: **Mysterium autem adoratæ summitatis virgæ in Annalibus non negligenter explicatum reperies.**

a 7. 4. & 5.

III. Ioseph patrem moribundum adit cum filiis. *b Gen. 48. 1. 2. &c.*

His ita transactis rediit Ioseph ad Pharaonem in regiam, Iacob autem remansit domi, vbi non ita multo post in supremam ægritudinem incidit. *Nunciatumque est Ioseph, quod ægrotaret pater suus, qui assumptis duobus filiis Manasse & Ephraim ire perrexit;* agebat ille annum vigesimum sextum, iste 25. Neutrum tamen liberos adhuc genuisse putat Hieronymus, quod alioqui ducti fuissent etiã ipsi ad senem, vt morientis benedictionem assequerentur. Verum ne aliorum quidem filiorum paruuli, ad eum deducti sunt, quorum magnam multitudinem fuisse constat. Nam, vt paulo ante dictum est, in Ægypto auctus est Iacob, & multiplicatus nimis. Vidit scilicet ingentem nepotum sylum, omnibus ex filiis suis succrescentem, ad consolationem suam, & diuini oraculi comprobationem. Et hanc ipsam multitudinem causam fuisse arbitror cur excluderentur, & benedicerentur in patribus suis.

IV. Vt ab eo acceptus. *c Gen. 48. 2. vide Chry. hom. 66. & Rupert. l. 9. 21.*

Dictumque est Seni, Ecce filius tuus Ioseph venit ad te. Qui confortatus ex aduentu filij, quem amore & honore prosequabatur; & ex nouo prophetici spiritus vigore, sedit in lectulo, in quo æger, & defectus iam viribus prius iacebat. Et ingresso ad se refert Domini apparitionem & promissionem terræ Chanaan sibi factam, cum surrepta patris benedictione iret in Mesopotamiam, vt doceat se inde ius adeptum esse regionis illius diuidendæ in filios suos; in quorum propterea numerum recens adlegit duos; volens eorum, primaria diuisione terræ, rationem haberi, sicut & cæterorum. Id illa verba significant. Duo ergo filij tui, qui nati sunt tibi in terra Ægypti, antequam huc venirem ad te, mei erunt, Ephraim & Manasse, sicut Ruben & Simeon reputabuntur mihi. In Hebræo & Græco, mei sunt, quasi dicat, iam nunc eos habeo non nepotum, sed filiorum loco: hæredes eos habere volo, quamuis in Ægypto genitos, sicut & reliquos filios, imò & inter præcipuos. Reliqui autem, quos genueris post eos, tui erunt, & nomine fratrum suorum vocabuntur in possessionibus suis: id est ad alteram tribum pertinebunt. Hæc ergo causa fuit cur non vna deinceps esset tribus Ioseph, sed duæ, quarum capita essent duo eius filij, Ephraim & Manasse.

Adoptat duos filios Ioseph.

V. Cur meminert mortis Rachelis.

d l. 9. c. 23.

At importuna videtur hoc loco mentio mortis Rachelis & sepulturæ, præsertim cum præcedentibus pro ratione annectatur. Respondeo probari hoc loco consentaneum esse duos filios Iosephi, Rachelis nepotes, quæ præmatura morte obierit, ac sepulta sit, in filios Iacobi assumi, loco illorum, quos illa gignere potuisset, si diuturnior ipsi vita contigisset. quæ fuit omnino Rupertii sententia. *Idcirco, inquit, hi duo filij tui mei erunt, vt mortuæ coniugi semen facerem, & suppleam adoptione, quod minus habui naturali generatione. Videns autem filios eius, dixit ad eum, Qui sunt isti? Oculi enim Israël caligabant præ nimia senectute, & clarè videre non po-*

terant. Respondit Ioseph, filij mei sunt, quos donauit mihi Deus in hoc loco. Adduc, inquit, eos ad me, vt benedicam illis. Appliciti vique ad se deosculatus, & circumplexus eos, dixit ad filium suum. Non sum fraudatus aspectu tuo, insuper ostendit mihi Deus semen tuum. Viderat quidem eos ante annos 17. sed puerulos. Neque enim credibile est tanto tempore nunquam à Iosepho patri oblatos cui id spectaculum erat iucundissimum: sed perquam diu visos non fuisse, vt qui non cum auo in Gessen, sed cum patre in aula versarentur; magna interim facta in se, & in illis mutatione. Nam admodum iam caligabat oculis senex, & illi in viros euaserant.

Cumque tulisset eos Ioseph de gremio patris sui: nam iubente patre, ambo vicissim ad aui genua sedentis acciderant, quos recepit ad se pater, vt eos congruè ad accipiendam aui benedictionem componeret: prius autem adorauit pronus in terram, siue honorans patrem, siue adorans Deum, quoniam ab vtroque futura erat benedictio, quam filiis ambiebat. Itaque vtrumque composuit, vt Manasses primogenitus recta paternæ dexteræ, cuius erat aliqua in benedicendo cæremonia, Ephraim sinistræ responderet. Sed Iacob de industria decussauit manus, agnoscens spiritu prophetico eum, qui naturali ordine prior erat, posteriori fore. Quod videns, necdum tamen intelligens Ioseph, grauiter accepit, voluitque commutare parentis manus, existimans maiorem benedictionis efficaciam, tam ex diuina dispositione, quam ex intentione parentis, huic cæremonia esse coniunctam. Nec tamen euicit, respondente Patriarcha, *Scio filij mi, scio. Et iste quidem erit in populos, & multiplicabitur; idque docuit euentus. Nam filij Manassis non vnicam, vt cæteræ tribus, regionem in sortem suam, sed geminam obtinuerunt, alteram trans Iordanem eis à Mose datam, alteram eis flumen à Iosue; Sed frater eius minor major erit illo. Nam tribus Ephraim facta est caput decem tribuum, & regni, quod postea Israël appellatum est. Iosue gloriosissimus Imperator de tribu Ephraim, introduxit populum Dei in terram Chanaan; camque diuinitus subiugauit, & Dei populo diuisit.*

VI. Benedic filijs Ioseph.

Decussauit brachia.

VII. Inuocatio sanctorum stabilitur.

a Den. 9. 27.

b num. 17.

Bene autem precatur Iacob iuuenibus istis, inuocato super eos, non solum Deo aui & patris sui, & suo, sed Angeli custodis sui, qui eruit eum de cunctis malis; vt oculi auresque Caluino doleant, cæterisque sectariis, quibus inuocatio Sanctorum fæcet: quin & prædicat fore, vt inuocetur nomen suum super eos, quemadmodum Abrahami & Isaac. Quod in praxim deduxit Moses, qui ad placandum Deum populo suo, sic orabat, *Recordare Abraham, Isaac, & Israël seruum tuorum, vocans scilicet in auxilium, & patrocinium causæ suæ, merita trium Patriarcharum, qui Deo placuerant, sicut nos sanctos Apostolos, ac Martyres Christi Domini. Sed hunc locum in Annalibus diligentius explicatum reperies. Postremo autem Iacob nepotibus suis amplam appæcatur posteritatem, vt fiant ingentes & populos, adeo vt in exemplum assumantur, cum quis alicui filiorum multitudi-*

nem,

nem imprecari voluerit. Ipsi autem Iosepho, in signum grati animi, dedit terram Sichimorum, quam sibi acquisierat, tuleratque de manu Amorrhæi in gladio & arcu suo, id est, iure belli, vt Hieronymus interpretatur, haberetque prouerbij locum, de re multo labore parta.

VIII. Benedictiones Patriarcharum.

Præsertim Iudæ.

IX. Ea prædictio exponitur.

Quomodo non defecit sceptrum de Iuda.

X. Occurritur obiectioni.

Quoniam vero cœperat Patriarcha filiis benedicere, eisque denunciare futura; reliquos ad se Patriarchas aduocauit, vt illis annunciarer, quæ ipsis ventura essent in diebus nouissimis, siue in futurum, quæ quia prophetica magis sunt, quam historica, in hoc compendio prætermittentur à nobis, excepta nihilominus benedictione Iudæ, quæ omnium grauissima est, maximèque necessaria; breuiter tamen vt Epitomen decet, *Iuda, inquit, à laude & confessione iure nomen accepisti, nam te laudabunt fratres tui, vt omnium maximum atque fortissimum, & victorem inimicorum tuorum. Id auget ac declarat comparatione cum leone qui rapta præda, super eam quiete accubat, minime formidans ne quis eum suscitare audeat, ad propugnandum pro præda sua, quippe qui impunè id non sit aggressurus. Vt ergo leo constanter præda potitur sua, ita Iudas regia dignitate potietur.*

Non enim auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Quod oraculum, cum optimis quibusque interpretibus, quos alibi recensui, sic explico. Non auferetur penitus, & sine spe restitutionis regnum de tribu Iuda, ex quo semel illi collatum fuerit, & in qua pene mansit à Dauide vsque ad Cyrum, aut omnino de gente Iudæa: nam qui Babylone redierunt ad regnum Iuda, non ad regnum Israël, siue decem tribuum pertinere, & Iudæi ab eodem Iuda sunt appellati; qui quoniam reges non fuerunt, hoc loco Ducum nomine censentur: & hi in Iuda quoquo modo rerum potiti sunt, ipsius regis tribus voluntate, electione, atque consensu; vt propterea ipsa tribus Iuda regnare censeretur, etiam cum Machabæi Leuitici generis rem Iudaicam administrabant. Donec Herodes à Iudæorum gente plane alienus, non Iudaici populi consensu, sed tyrannica Romanorum potentia, dominationem occupauit in Iudæos: quando Christus Messias, qui mittendus erat, omniumque gentium quarum futurus erat Sernator, erat expectatio, natus est. Tunc enim plane atque irrenocabiliter sceptrum tamen de Iuda, quam de Iudæis ablatum est, nec quisquam, eorum arbitrio aut voluntate, Iudæis imperauit, vsque in hanc diem.

Huic tamen expositioni videtur officere, quod in ea nomen Iuda præcisè non accipimus de tribu Iuda, de qua tamen perspicuum est Patriarcham hoc loco esse locutum, prout à cæteris tribubus distinguitur. Respondeo cum Pererio & Cornelio, dici posse præcisè Iudam regnasse, & sceptrum in ea præcisè tribu sterisse, quandiu illius consensu ac voluntate, Iudæus aliquis, id est regnum Iuda pertinens regnauit: in quo erant Leuitæ ac Beniaminitæ, & si qui aliarum tribuum ad

illud se aggregarunt, relicto regno Israël. Sicut regnum Polonicum permanere dicitur, quandiu Regni proceres regem sibi suo iure deligunt. Qua potestate si eos Turca priuaret, sibi que eam occuparet, regnum illud concidisse diceretur. Eum porò qui mittendus erat esse verum Messiam Saluatorem mundi, ne Iudæi quidem, præter paucos, negant. Sed cum illum sibi animo aliter depinxissent, quam fuerat à Prophetis prænunciatus, venientem neque agnouere, neque recipere: dicente Euangelista *in propria venit, & sui eum non receperunt: & Christo ipso, quia non cognouisti tempus visitationis tuæ. Ergo alium expectant quem recipiant, pseudomessiam Antichristum.*

Dicitur porò Messias Christus Dominus *Expectatio gentium*, siue Aggregatio gentium, & ab Aggæo *desideratus cunctis gentibus*, eadem sententia: Aggregantur enim omnes ad eum quem desiderant. Nimirum quia non solis Iudæi mittebatur, vt ipsi opinabantur; ex qua opinione illud quasi perabsurdum iactabant, *Nunquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes: Quamuis enim antiqui Prophetæ ipsis ferme solis missi esse, Messias tamen, vel maxime gentibus mittebatur, quarum vocatio ab omnibus ferè Prophetis prædicta fuerat, Dauide maximè & Esaia, quorum ille, Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, &c. hic autem, Ecce dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terra, quarum primitiæ fuerunt Magi, qui eum adoratum ex oriente venerunt. Quamuis autem non sit expectatio, aut desiderium incogniti boni, & hæc gentes ante Christi aduentum ambularent in tenebris, & regione umbra mortis, expectabant tamen ac desiderabant, appetitu non elicitò, sed innato, quo modo terra in siccitate desiderare dicitur, aut expectare pluuiam de cælo.*

Expleta filiorum benedictione Iacob, sepulturam corporis sui, quam à Iosepho impetrarat, vniuersè nunc ab omnibus filiis petit, vt & ipsi hoc supremum officium, quamuis laboriosum, parenti non denegent. *Ego, inquit, congregor ad populum meum, populum scilicet Sanctorum, qui vita functi expectant sub terris Saluatorem mundi, Sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici, qua est in agro Ephron Hebræi contra Mambre, in terra Chanaan, quam emit Abraham cum agro ab Ephron Hebræo, in possessionem sepulchri. Ibi sepeliant eum, & Saram vxorem eius. Ibi sepultus est Isaac, cum Rebecca coniuge sua, ibi & Lia condita iacet. In Hebræo habetur eam ab ipso Iacobo sepultam; Et ibi, inquit, sepeliui Liam. Pergit. Finitisque mandatis, quibus filios instruebat de migratione sua ad populum suum, deque electo à se loco sepulturæ, placidè se ad mortem composuit, collectis super lectulum pedibus. Nam sederat in lectulo prius, demissis è lecto pedibus; vt commodius Iosephum venientem exciperet, eiusque filios amplecteretur, ac benediceret. Secuta est inde reliquorum fratrum benedictio, & de sepultura mandatum, quibus expletis, pedes in lectulum rursus intulit, & ob-*

a Ioan. 1. v. 11. b Luc. 19. 44.

XI. Christus expectatio gentium. *c cap. 2. 8.*

d Ioan. 7. 35.

e Psal. 2.

f cap. 49. 6.

g Esai. 9. 2.

XII. Iacob petit à suis officium sepulturæ in Hebron. *h Gen. 49. 29.*

& moritur.

dormi

XIII. Fleur. & inungitur. *a Gen. 50.1.*

dominiuit in Domino, *appositusque est ad populum suum.*

Vtique quod ad animam attinet, secundum quam adit ceterorum sanctorum ceterum. Nam de corpore mox subsequitur ac curata narratio, sed antecedit fletus. Nam Ioseph cernens patrem mortuum ^a, *ruiit super faciem eius, flens, & deosculans eum*, atque adeo eius oculos claudens, vt Dominus promiserat seni; simulque paterno amoris vicem reddens, in quo eum nemini fratrum cederet, primus eum effudit foras: inde certatim ceteri, Iudas præsertim ac Benjamin, qui quamuis in amando suppres, primum tamen locum Proregi concesserunt. Qua naturalis affectus exhibitione expleta, *præcepit Ioseph seruis suis medicis*, ita vocat pollinctores, & funeratores, & omnino condiendorum cadauerum peritos, quæ pericia in Ægypto quondam maxime viguit: *præcepit*, inquam, *seruis suis vt aromatibus condirent patrem; quibus iussa explebantibus transferunt 40. dies, iste quippe mos erat cadauerum conditorum*, quem ex Herodoto, & Diodoro Siculo petere licet; quæ tamen non crediderim in hoc funere vniuersè obseruata, sed pro arbitrio Proregis, quid in hac re decorum ac rectum esset obseruantis, vt in Annalibus ^b explicatum est, vbi & Caluini in Iosephum criminationem, circa hanc condituram, infregimus.

XIV. *b n. 46. & 47.*

Exploret planctus tempore, locutus est Ioseph ad familiam Pharaonis ^c, vt comitatum sibi ad comitandum paternum funus impetrarent. Tanta gratia ac dignitate vir non adit ipse Regem, sed mittit interpretes, aut quia is erat Ægypti mos; vel ne funestus ad regem accederet, vel vt benevolentiam experiretur aulicorum, & gratiam apud regem. Difficile enim impetrandam putabat vel absentiam suam, quia omnia in regno administraret, vel translationem corporis, quod forte Pharaon ob amorem filij, & sanctitatem patris, recondi voluisset in honorato quopiam Ægypti loco. Denique ingenuo pudore præditi homines verecundius pro se quippiam petunt, pro amicis autem, animosius atque decentius, Ergo *si inueni*, ait, *gratiam in conspectu vestro, loquimini in auribus Pharaonis, eo quod Pater adiurauerit me, dicens, En morior, in sepulchro meo, quod fodi mihi in terra Chanam sepelis me.* Fodere hic Chaldaea paraphrasis interpretatur præparare. Lyranus quoque & Abulensis aiunt Iacobum sibi & Liæ peculiare sepulchrum præparasse in illo agro, quem Abraham iam pridem emerat, quod iam pridem sensit quoque S. August. ^d.

Ascendam igitur, inquit Ioseph, *& sepeliam patrem meum, ac reuertar*, sicque Regi metum adimit de non redeundo. Ideoque facile audiuit ab eo. *Ascende, & sepeli patrem tuum, sicut adiuratus es. Quo ascendente ierunt cum eo, omnes senes domus Pharaonis; cunctique maiores natu Ægypti: Domus Ioseph cum fratribus suis, nempe tribuum capitibus, absque parvulis, & gregibus, atque armentis, que dereliquerunt in terra Gessen, quasi obsidum loco. Habuit quoque in comitatu carrus & equites, & facta est turba non modica, vt triumphus pene potius, quam funus videri posset. Veneruntque ad*

aream Atad, ita dictum agrum, quod rhamnis & carduis circumuallatus esset. Est autem is locus, qui postea, Hieronymo teste, dictus est Beth-agla, tertio ab Hierico lapide, estque cis Iordanem Hierosolymitis, Mosi autem, qui illum fluuium non transiit, trans Iordanem. Apparet autem Ægyptios non transisse Iordanem irritò labore: nec per desertum, sed per Gazam recta tritaque via, eò venisse. Ibi ergo celebrauerunt exequias, planctu magno atque vehementi, septem dierum spatio. Quod cum vidissent Chananæi, dixerunt, Planctus magnus est Ægyptiis. Et idcirco vocatam est nomen loci illius, *Planctus Ægypti*, siue Abel Mesraim.

Finito luctu delatum est corpus in Hebron, ibique sepultum; vbi & nos par esset sepulchralia desigere ornamenta. Quidni enim magno Iacobo, magno Patriarcharum Patriarchæ, filio Isaaci, nepoti Abraham, vtriusque virtutum, promissionum, ac benedictionum heredi; cuius benedictiones confortatæ sunt benedictionibus patrum eius; confortatæ sunt, imo & præualuerunt: Superauit enim vtrumque multitudine prolis, superauit & præstantia. Ex eo enim vno vniuersus Dei populus propagatus est. Ab illis autem etiam Imaelitæ, & Madianitæ, & Idumæi, mancipia idolorum. Superauit & reuelationum copia, & perspicuitate, vt prædictiones factæ filiis suis abundè declarant; præsertim quæ ad Christum pertineat. Nam cum illis tantum promissum esset fore, vt in eorum semine benedicerentur omnes gentes, Iacobo insuper reuelatum est, Christum de Iuda esse nasciturum, eumque expectationem gentium, mundi Saluatorem, & desiderium collium æternorum fore. Quo enim proprius temporum decursu veniebat ad Christum, hoc etiam apertius atque illustrius eius mysteria verbis factisque vulgabatur.

Sed quoniam Patriarchæ, vita & factis magis, quam verbis & lingua Christum venturum demonstrarunt, id in Iacobo quoque ex nouemdecim capitibus petita similitudine in Annalibus breuiter ostendimus, ex quibus hic duo triuè capita, cum bona venia festinantis Lectoris, subiiciemus. Nam Iacob nondum natus in vtero materno luctatur cum Esau, qui prior erat oriturus, & victoriam obtinet ac principatum: diuino enim oraculo pronunciatum est maiorem seruiturum minori. Duo erant filij Dei, primogenitus angelus, secundo genitus homo, vterque diuinæ hæreditatis ac benedictionis capax. Et introducit Dominus in orbem terræ filium suum hominem factum, & ait, *Adorent eum omnes Angeli Dei*, vt maior seruiat minori. Nascitur Iacob, moxque humili domesticoque obsequio, parentibus in tabernaculis deseruiens, illius referebat imaginem, qui ipsos 30. annos parentibus obsequiosissimum exhibuit famulatum: vterque eximie dilectus patri, vterque abditus domi, vterque coruscantem diuinarum gratiarum fulgorem, humili vitæ consuetudine occultauit.

Iacob filius opulenti patris, auique, quasi pauper, solus, & nudus egreditur è paterna domo: & hospitio carens in agro pernoctat

Luctus Ægypti.

XVI. Sepelitur & laudatur.

XVII. Eius cum Christo similitudo. In eo quod maioris præferat.

XVIII. In pauper-

a 2. Cor. 8.

b Serm. 79. de Temp. c Ioan. 1. 51.

XIX. Et diuitiis. *d l. 7. c. 26. 27. & c.*

& reditu in patriam.

XX. Timor fratrum Iosephi. *e c. 50. 14.*

sub dio terram pro lecto habens, & lapidem pro cervicali, super eum nihilominus diuina contemplantem Angeli Dei ascendunt ac descendunt. Nonne in figuram illius ^a, *qui cum diues esset propter nos egenus factus est, vt illius inopia diuites essemus*: qui in natiuitate hospitio caruit, & in peregrinationibus suis non habuit vbi reclinaret caput suum. Denique, vt ait August. ^b, quod Iacob per figuram in somnis viderat, hoc de se Dominus in Euangelio prædicabat ^c, *Videbitis cælum apertum, & angelos Dei ascendentes & descendentes super filium hominis.*

Etsi autem pauper erat Iacob, mox tamen & ipse diues factus est, & Labanum in tenui olim re vehementer locupletauit. Nihil habebat mundus, vt meditatur Rupertus ^d, ante Redemptoris aduentum, nisi modicum legalis scientiæ, quam pauci nouerant, & modicum carnalium cæremoniarum, quarum ritu umbratico perpauci vnum Deum vtrumque colebant. At veniente Christo mundus vniuersus vera Dei cognitione locupletatus est: quem Deus ad introitum Christi, omni benedictione spiritali benedixit, peccata sustulit, dona Spiritus sancti largitus est. Ipsum autem Christum, qui semetipsum exinanierat, *Deu exaltauit, & dedit ei nomen, quod est super omne nomen.* Et sicut ita ditatus est Iacob, vt diceret, *In baculo meo transiit Iordanem istum, & nunc cum duabus turmis regredior*; quo ipso tempore venerunt illi obuiam Angeli Dei. Christus torcular calcavit solus, mox autem exaltatus à terra, turmas gentilium ac Iudæorum ad se traxit. Et in cælum ascendens, turmam animarum sanctarum, quas è subterraneis locis eduxerat, secum ducens, regressus est in cælum: cui etiam occurrerunt multæ myriades Angelorum eius victoriam prædicantium, & dicentium, *Quis est iste, qui ascendit de Edon, tinctis vestibus de Bosra?*

Hoc perfunctus pietatis officio Ioseph, cum fratribus atque vniuerso comitatu in Ægyptum reuertitur ^e. Eò postquam peruentum est, communi parente quasi propugnaculo subblato, ex conscientia sceleris antiqui, nouus redintegratur timor. Timent enim fratres Iosephi, & mutuo colloquentes, ne forte, inquit *memor sit iniuriæ, quam passus est, & reddat nobis omne malum quod fecimus; mandauerunt ei, non per filios Balæ, vt Hebræi putant, sed, vt arbitror, per Benjaminum vterinum fratrem longè dilectissimum; & criminis illius penitus immunem. Mandati sententia hæc fuit. Præcepisse Iacobum filiis suis, suo vt nomine Iosephum orarent, vt fraterni in se criminis obliuisceretur, idque ipsam illos suppliciter orare. Fictum hoc Iacobi præceptum, plerique merito sentiunt. Dixisset enim Ioseph id ipse per sese, tum maximè, cum filios congregatos benedixit. Non duxit tamen necessarium eius rei meminisse, Iosephi sui lenitati, atque placabilitati confidens: ratus quoque bene obductam silentio atque obliuione cicatricem, noxia commemoratione refrieandam non esse. Id tamen illi necessarium putarunt, Iosephi animum fortasse ex implacabili quorundam auditorum iracundia metuentes.*

Quibus auditis Ioseph, in argumentum ternæ charitatis, dulcissimæque benevolentie lachrymatus est, anxio fratrum mœtori, timori, atque pœnitentiæ condolecens; quæ videbat post decimum septimum, atque adeo quadragesimum annum in ipsorum animis renouari. Eos ergo, metum omnem absterfutus accersit ad se. Qui cum timidè venissent, *proni adorantes in terram dixerunt, serui tui sumus.* Quasi dicant, Si perdidisti nos, vt possunt domini seruos, commodis officis tui famulos tuos, seruosque perdidisti. Quæ cum illi pallente vultu, anhelo pectore, trementibus membris dicerent. *Nolite timere, ait Ioseph; Num Dei possumus resistere voluntati? & c.* Ad speciem factum excusat, ne illi mœrore nimio, aut metu absorbeantur: nec ram factum ipsum ex natura sua, & mala fratrum voluntate æstimat, quàm ex bono, quod Deus elicit, propter quod & illum permittere voluit; iuxta ea, quæ supra contra Caluinum disputata sunt in Annalibus.

Excusata vtrumque fratrum culpa, rursus animum eorum exfufcit, promittens suam in eos deinceps quoque beneficentiam. *Nolite timere*, inquit, *ego pascam vos, & paruos vestros*; nedum scilicet malum pro malo reddam; aut solitam saltem subtraham liberalitatem. Nec largior promissis, quam factis fuit. Nam Philo, Confirmatis, inquit fratribus, facta conuenientia dictis addit, nihil omitrens, quod ad eorum comoda pertineret. Quæ liberalius etiam Flauius noster amplificauit, vt magnas etiam possessiones illis largitum esse dicat.

XXI. Qui eos consolatur. *v. 19.*

XXII. Et perseuerat eos pacere.

ANNVS MVNDI 2353.

IOSEPHI 34. IOBI 26.

BALÆI 52. Imperij Assyriorum 422.

ANTE CHRISTVM 1700.

I. Balæi obitus. *a l. 18. de Cin. c. 4.*

II. Argus & Ceres. *b l. 18. c. 6. de Cin.*

III. Tempus ante Christum.

Hoc

Israëlitæ cum Iosepho florēt.

c Psal. 104. 22.

Hoc ipso tempore florebant in Ægypto, & vehementer multiplicabantur Israëlitæ, eos tunc diuina prouidentia, tum Iosephi potentia, prudentiæque protegente: Amosi autem in Ægypto annum iam vigesimum secundum regnante, ut habet Eusebii chronicon. Ad quæ ipsa tempora illud Dauidicum refert licet, ut erudiret principes eius sicut semetipsum, & senes eius prudentiam doceret. Quamuis enim hæc eruditio ad priora quoque tempora pertineat, nunc tamen erat efficacior, cum diuinitus acceptæ sapientiæ, humana quoque experientia accessisset.

Anno porro sequenti Altadas, quem Africanus Sethim appellauit, Imperij Assyriorum habenas suscepit, ordine vndecimus, cuius res gestæ, sicut & cæterorum, incognitæ.

ANNVS MVNDI, 2357.

IOSEPHI 38. IOBI 30.

ALTADÆ 4. Imperij Assyriorum 426.

ANTE CHRISTVM 1696

I. Iobi à puero mores. a. a. mun. 2328. b. c. 31. 16. c. seqq.

AGEBAT hoc tempore Iob in terra Hus, annum vitæ circiter trigessimum, iuxta ea quæ superius a differuimus, vitamque ducebatur multis virtutibus illustrem; qualem ipsemet describit, nominatim autem misericordia in pauperes. Si negauit, ait, quod volebant, pauperibus, & oculos viduæ expectare feci. Si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillum ex ea. Quia ab infantia mea creuit mecum miseratio, & de vtero matris meæ egressa est mecum. Cum ergo ab infantia benignitatem in pauperes, quorum tunc ingens erat copia, natus enim est sub initia famis, quæ Israëlitæ compulsi in Ægyptum, ad quem videtur alludere, non destitit eandem viam deinceps insistere, sicut & in reliquarum virtutum curriculo exerceri, quas eodem in loco ipse commemorat. Fortassis autem hoc tempore rerum potiebatur domi, defuncto Balac, siue Bela filius Beor qui successit, ut habetur 36. Genes. c. & apud Septuag. in fine libri Iob.

c Gen. 36. 33.

II. Eiusdem coniugium d. Vide an. m. 2319. n. 3. & 4. c. lib. 9. de Præp. c. 25.

Sub hoc ipsum tempus, quo Iob trigessimum agebat annum, credibile est eum vxorem duxisse, quam Septuag. aiunt fuisse Arabissam, nomine Bosorram, siue ut habet Aristæas c. apud Euseb. Bassara: ex qua suscepit filium Emmon, puta primogenitum, deinde per aliquot annos reliquos nouem, in quibus filiarum tres; ut habetur initio libri eius. Coniugium autem eius cum Dina, quod Rabini sinxerunt. Septuag. interpretum autoritate refellitur: præsertim cum illa, si nunc in viuis fuit, 69 annorum fuit: quod supra quoque notauimus.

f Ibid. n. 6.

ANNVS MVNDI 2385.

IACOBI 66. IOBI 58.

ALTADÆ 32. & vlt.

Imperij Assyriorum 454.

ANTE CHRISTVM 1668.

ABI T hoc anno à vita atque imperio Altadas, expletis circiter triginta duobus annis, quos illi assignauit Eusebius. Eius nullam fecit mentionem S. August. a de Ciuit. Dei quod eius tempore nihil videtur contigisse, quod ad sacram historiam pertineret. Satis tamen constat hoc tempore Iobum, cuius magna frequensque laus est in sacris litteris, octauum nunc & quinquagesimum annum agentem, bonis omnibus, cum magna vitæ sanctitate, & innocentia abundasse, tempore tentationis pedentim appropinquante. Eam enim Hebræi in septuagesimum vitæ ipsius annum referunt.

Anno proxime sequenti duodecimus Assyriorum Rex Mamythus Altadæ successit, sub cuius regno Iosephum obiisse author est Augustinus b. Verum eum non Mamythum cum Eusebio, quem sequi solet, sed Hormasum vocat. Atqui Mamythum quoque habet Africanus, & Calliodorus, & perexiguo discrimine libri omnes tam manu scripti quam editi; eique constanter triginta regni annos tribuunt. Quod autem dicitur Syris & Ægyptiis cœpisse esse formidini, nec patris ignauiam imitatum esse, id à nouo Berofo profectum est, cui impunè licet non credere. Sicut & Authori Testamenti Patriarch. cum ait Gad centesimo vitæ suæ anno esse mortuum. Erratum enim in numeros irrepsisse illud arguit, quod communi receptoque omnium consensu Hebræi dicunt Iosephum primum omnium filiorum Iacob esse defunctum, cuius vita ad decimum quartam ab hinc annum propagatur.

Itaque hoc anno, qui est Caathi filij Leui sexagesimus nonus, ponimus natum Amramum filium eius, Moïsi parentem, secuti Demetrium apud Eusebium lib. 9. de Præp. Euang. c. qui ait anno Amrami decimo quarto mortuum esse Iosephum, totidem autem supersunt ad finem vitæ ad principatus eius.

ANNVS MVNDI 2398.

IOSEPHI 79. IOBI 71.

MAMYTHI 13. Imperij Assyriorum 467.

ANTE CHRISTVM 1655.

SEPTAGESIMVS primus annus adest sanctissimi Iobi, tanto interuallo à Christi Domini ortu distans, quantum fuit spatium ab orbe condito ad diluuium: in quem annum plerique omnes scriptores, qui hac de re meminerunt, ipsius certamina referunt. Certe Athanasius in Synopsi agens de libro eius,

I. Altadæ obitus, a. l. 18. c. 6. vel 7.

II. Mamythi initium, b. l. 18. de Ciuit. c. 7.

Amrami ortus.

c. c. 21. extremo edit. Græc. Lat.

I. Tempus certaminis Iobi.

Passus

a In 99. in Scrip. q. 31. to. 1. Bibli. Patrum.

Libri Author, & interpretres.

b Lib. 1.

II. Iobi felicitas.

III. Cætes Anglorum, c. Sep. 2. 24.

à dæmone aditur.

Passus est, inquit, cum esset annorum Septuaginta. Cyrillus Alexandrinus in commentariis in Iob. apud Anastasium Nicenum a, Ex his, inquit, quæ dicit Scriptura, licet exactè coniectare, quod ipse septem annos egerit, in tentatione, 70. annos natus in initio tentationis. Quam temporis rationem plerisque recentioribus probatam sequemur. In iis Pererius, Pineda, Del Rio, Tornellus, & si qui alij. Vtrum autem ipsemet Iob libri sui Author fuerit, & Moïses interpretres, non satis constat. Cur autem à Moïse versus fuerit in Hebræum, ita docet Author Commentariorum in Iob, apud Origenem b. Inuenimus, inquit, in antiquorum dictis, quod cum magnus ille Moïses in Ægyptum à Deo fuisset missus, & vehementem afflictionem filiorum Israël videret, & consolari eos minime valeret, vehementes illos atque terribiles Iobi dolores, pro consolatione enarrauerit, & in Scriptura eos ponens, cum adhuc essent recentiores, illi populo dedit, &c. quæ videtur etiam sensisse Polychronius.

Dominus ergo, qui sanctissimum virum Iobum, in medio nationis prauæ Idumæorum elegerat, in quem eximios gratiarum & virtutum heroicarum thesauros effuderat, noluit eos occultari sub modio, sed acceptissimum sibi virum, asperrima tentatione probatum, illustrioremque redditum extulit in sublime, ut luceret omnibus, qui deinceps in domo Domini seculis omnibus versarentur. Hic ergo vir cum internis animi bonis erat egregiè locuples, tum externis vehementer abundabat. Principio septem filiis tribusque filiabus, egregiæ omnes indolis, habuit instructam domum; quorum singularis erat in parentem obseruantia, & inter se amor atque concordia. Accedebant, naturales illæ diuitiæ, septem millia ouium, tria millia camelorum, bouum iuga quingenta, quingentæ asinæ, numerosumque seruitium, domi forisque necessarium. Quibus rebus omnibus, toto oriente inter Arabes, Idumæosque omnes maximus atque clarissimus effectus est.

Hanc tantam felicitatem æquis oculis ferre non potuit is, cuius inuidia iam olim mors c penetrat in orbem terrarum, sed in occasionem eius funditus euertendæ erat intentus. Quadam ergo die, ut exponit Pineda, Tiri nus, & alij, sancti Angeli, illius regni hominum, & filiorum Iobi custodes, in eum ipsum locum conuenerunt, in quo duo illi Iobi tutelares versabantur. Eum locum Sathan quoque circumibat. Concilium videbatur, & quasi iudicium confessus, cui præsidebat superior quidam Angelus, Dei vice, ac nomine. Ibi cum de Iobi, totiusque familiæ ipsius sanctitate, tamquam ab amicis ac patronis ageretur, affuit & Sathan, in Angelum lucis se transformare studens. Quem facile agnitum is, qui Dei gereret vices, interrogat vnde veniat, & an considerarit Iobum, virum, qui mortales omnes vitæ innocentia longe post se reliquerat. Quæ cum aduersarius negare non posset, eò confugit, ut quæ à Iobo rectè fierent, in deteriore partem interpretaretur: quasi Iob non vera erga Deum pietate illi seruiret, sed quasi bonorum temporalium mercede conductus; quæ si illi tollantur inquit, nihil reuertitur diuinam faciem, illius prouidentiam ac bonitatem

apertè criminaturus sit. Quibus ille verbis haud obscure Iobum exposcebat ad singulare certamen.

Angelus autem Dei vicem gerens, qui Iobi fortitudinem exploratam haberet, nihil cunctatus eum concessit aduersario, sua ipsius manu probandum, atque excutiendum, tam ampla cum potestate, ut omnia quæ ad ipsum pertinerent, ipso vno excepto, sibi permessa intelligeret. Ea facultate accepta, è sacro cœtu proripit ille se: & quadam die cum filij ac filiarum Iobi cibum de more sumerent in domo primogeniti, venit primus nuncius, qui cladem à Sabæis illatam referret, abductis quingentis bouum paribus, & quingentis asinis, & famulis interfectis. Et sicut non est absurdum ipsummet Sathanam egisse nuncium, ita & Sabæos ad hanc prædam impulisse. Cum autem immotus persisteret vir Dei, suamque in Deum fiduciam retineret, ad illam labefactandam venit secundus nuncius, qui diceret; Ignem Dei cecidisse de cælo, & tactas oues puerosque consumpsisse, de septem millibus ouium nullam superesse; de multis famulis euasisse ipsum, ut tantam calamitatem nunciaret.

Sed & illo adhuc loquente, de industria enim dæmon nullum dabat sancto viro respirandi locum, neque tempus animum colligendi aduersus dolorem. Venit ergo tertius nuncius, qui retulit Chaldæos fecisse tres turmas, & inuasisse tria illa millia camelorum, in totidem ut apparet turmas disgregata eaque cæsis famulis abegisse. Reliqua erat quarta plaga, quæ hominem cæteris vehementius affligeret, & iam ex triplici impulsu, in ruinam, ut credi poterat, propendentem plane prosterneret: horribilis videlicet septem filiorum, ac trium filiarum clades, quæ ab illo immissa videbatur, cuius imperium venti ac turbines, & spiritus procellarum exequantur à quibus concussa vndique domus, momento, ne quis elabi posset, hilariter conuiuantes oppressit, videlicet filiorum vxores, & filiarum viros. Cum enim suas quique domos ac familias haberent, in quibus vicissim excipiebantur conuiuæ, videri possunt & nurus, & generi quicumque ibi aderant, simul contrucidari, atque extincti in domo primogeniti. Neque omitti videntur à Mose, sed nomine filiorum ac filiarum comprehensi. Famulos quoque eadem clade confectos apparet, quando hic quoque nuncius se solum cladem effugisse nunciat.

Hic Iob siue à sede regia, siue à mensa, cui forte accumbere, surrexit, & quasi ex certo animi proposito, non ex magnitudine perturbationis, regias dilacerauit vestes, quasi à se abiiciens, ut indueret lugubres. Abrahit etiam caput pro morte Idumæorum grauitè lugentium, & pro blasphemis vocibus, ad quas eum aduersarius intus vrgebat, philosophicam illam, aut potius diuinam effudit vocem. a Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Quasi dicat, non ego prædones moror, Arabes, vel Chaldæos, non fortunam arguo vel casum, non dæmones ipsos malorum omnium architectos, Deum ipsum agnosco flagellan-

IV. Iobus illi permittitur suis bonis poliandus.

I. Clades.

V. Tertia clades continenter nunciatur.

4. clades filiorum ac filiarum;

generorum ac nũtrum.

VI. Iobi in hac priore lucta constantia.

a Iob. c. 1. v. 21.

tem; sine cuius nutu aut voluntate nihil coelum contra me, nihil terra, nihil inferi possunt, Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit irafactum est, sit nomen Domini benedictum. O vocem admirabilem, quæ vna Sathanam multo vehementius afflixit, quam Iobum quatuor illæ clades: simulque sensit quam temere in se recepisset, Iobum in aliquam vocem, ex doloris impatientia, prorupturum.

VII. An statim fortunis omnibus euerfus fuerit.

At iure quis hoc loco, meritoque dubitauerit, quomodo quatuor illis cladibus acceptis Iobus se nudum asserat: num omnia sua habebat in agris? nonne palatium, aut ædes aliquæ in vrbe supererant, in quibus tum residebat, cum ad eum hæc nuncia delata sunt? num conductitiam incolebat domum, vir ille magnus inter omnes orientales? Nonne agri, & vineæ, & horti, & prata supererant? Non deerat certe regia suppellex, non domestici multi famuli, non magna copia facti infectique auri & argenti, vt olim Abrahamo & Loto.

Gen. 13. v. 2. 6.

Non videri, sed paulatim.

Hæc autem omnia illi eodem momento petiisse neque scriptum est, neque si periissent, silentio præteritum iri à Scriptura existimandum est. Itaque nudum se dicit, vel vitata illa auxilio, qua quis ingentem iacturam passus, exclamare solet, Perij, nullus sum. Forte etiam prophætico spiritu prouidit, quæcunque supererant breui quoque sibi peritura, sicut & factum est. Neque enim Sathan indulgentior in eum fuit, vt non expleret totam illam, quam acceperat, nocendi facultatem. Referuata sunt autem diuina prouidentia, quæ mox plurimis, grauissimis, maximæque diuturnis morbis frustra curandis consumerentur, & quæ domestico scelere, per vim fraudemque, quasi iamquamque morituro eriperentur: ipsæmet, denique quasi abominandum cadaver, suis alienisque ædibus pelleretur. Sed ad historię seriem redeamus.

VIII. Apparatus ad alterum certamen.

Primo congressu victus aduersarius, cum alterum quasi concilium Angelorum celebraretur, in illud se iterum insinuat, aut quasi ad causam dicendam rapitur, tanquam petulantissimi mendacij, atque inuidiæ reus. Vbi cum silentio dedecus suum tegeter, obiurgatoria interrogacione pulsatur, vt diuini testimonij de sancto viro veritatem, vt Iobi virtutem vt suam ipse malitiam fateatur. At Sathan pro implacabili suo in Deum hominesque odio, atque inuidia, quæ nisi hominis exitio satiari non potest, Iobi patientiam extenuat, quasi iactura externarum rerum facile ferri possit. Certius viri virtutem exploratum iri, ex ipsius corporis morbis, atque doloribus. Quam ad rem cum Dominus præbuisset assensum, exclusa duntaxat licentia mortis inferendæ, ille facinus in innocentem meditatur, præterito multo atrocius; ad quod, præter antiquam improbitatem, nouo pudore atque dedecore incitabatur.

IX. Quam primum à demone susceperum. b lib. 9. de Præp. c. 25. au' d' h' p' p'.

Quantum autem interiectum fuerit temporis inter vtrumque certamen, certo sciri nequit, cum id Scriptura tacuerit. Aristæas apud Eusebium, ait eodem ipso die, quo iacturam bonorum omnium fecerat, etiam corpus vlceribus oppletum fuisse. Chrysostronus, Basiliius, atque Olympiodorus breuissimum tempus in-

terpositum putant, idque consentaneum est, flagrantissimo teterrimi hostis nostri odio, cui nullum tempus diuinitus præfinitum fuerat. Itaque tantum distulisse putandum est, quantum necesse fuit ad excogitandum quomodo seclusa morte, maximis illum, probrosissimisque doloribus cruciaret; si quomodo fieri posset, vt pariter, ex prioris quassatione inclinato, nutantique incumbens, illum prorsus euerteret. Quamprimum ergo lugentem Iobum, & in decem filiorum funeribus occupatum inuadit, & omnibus corporis humoribus, partibusque, à recto ac naturali statu dimotis, totum illius corpus maligno vlcere infecit; itaque afflixit, vt à summis vnguiculis, vsque ad capitis verticem, nulla particula remaneret incolumis: sed interna omnia, externaque membra, implacabilibus cruciatibus æstuant, quæ accuratissima diligentia Pineda noster persecutus est totis 12. sectionibus, vbi ad 30. sancti viri morbos enumerat.

Totum eius corpus morbis corruptum.

In hisce porro morbis, præter acerbissimum doloris morsum; quem omnibus externis internisque sensibus inferebant, ordo etiam & diuturnitas temporis consideranda sunt, quibus non leue tantis hisce ærumnis incrementum accedebat. Cum enim formidaret, ne si cum tota illa maiorum cohorte in Iobum incubuisset, hominem ferendo imparem extingueret: & rursus speraret cum se facilius in desperationem acturum si alij ex alijs quotidie morbi pullularent; ita à veteratore illo certamen institutum est, vt prioribus labefactatus, posterioribus in terram afflictus procumberet. Quod suadet etiam ordo seruatus in primis illis quatuor calamitatibus, aut inferendis, aut nunciandis.

X. Sed ordine quodam.

Iam quod ad tot tantorumque malorum diuturnitatem atinet, ommissis alijs multorum sententijs, existimo illam esse vero simillimam, quæ hoc certamen septem annorum longinquitate definit, si tamen ita modificata fuerit, vt non septennium sub dio, in sterquilino nudum, hyemes atque æstates iacuisse credamus, sed is fuerit huius quasi tragœdiæ septimus calamitatis actus. Primum enim internis, vt videtur, doloribus correptus, affigitur lecto: aduocantur illico medici, adhibentur curationes, successu pene nullo, vna ægritudine nonnihil remittente, intenduntur aliæ, nouæ etiam succrescunt, & internæ foras erumpunt, res familiaris in remedia exquisita consumitur. Neque enim credibile est hunc sapientem virum ab his abhorruisse, quantumuis exploratum haberet, hæc sibi diuinitus contingere. Cumque dudum greges & armenta periissent, & domi vxor, cognati, famuli, vt in re deplorata, plurima compilarent, fundi denique, domusque distrahantur.

XI. Et per septennium.

Septimo tandem anno cum horrenda lues totum corpus occupasset, neque spectaculum oculis, neque naribus fætor vlli esset ultra tolerabilis, sed terra vndique methirim exhalaret, qua tecta omnia perfusa inficiebantur, ex vrbe quasi mortui cadaver, certe animam agentis effertur, & in sterquilino deponitur. Id vero cum omnium oculis esset obiectum, omnium sermonibus, tanquam res admodum insolens vbiq; vulgaretur; eius

XII. Quando in sterquilino depositus.

& ab amicis visitatus.

a hom. 28. in 1. Cor.

amici Dynastæ tam nouo rumore icli, qui domi ægrotantem per nuncios de more visitant, eodem per sese ipsi tum venere. Itaque Olympiodorus amicos longo denique intervallo ad Iobum venisse dicit. Et Septuaginta ad idem respexere tempus, cum de vxore Iobi, quam certissimum diaboli relum vocat Chrysostronus, ita loquuntur. Cum autem multum tempus processisset, dixit ei vxor sua, quousque sustinebis, &c. Considera, inquit Chrysostr. mulieris cum scelere coniunctam calliditatem, quemadmodum à temporis diuturnitate statim ducat exordium. Ex mox, Tempus, inquit, ipsum tua verba refellit, quod cum sit iam diuturnum, mala tamen ipsa non tollit. Hæc ipse: quæ nemo non videt rectius in septennium, quam in aliquod breue tempus conuenire.

ANNVS MVNDI 2399.

IOSEPHI vltimus.

IOBI 2.

MAMYTHI 14.

Imperij Assyriorum 468.

ANTE CHRISTVM 1654.

I. Ratio temporis de Iosephi obitu.

LTIMVS est hic Iosephi annus, quo octogesimo expleuit principatus annum, vitæ autem centesimum decimum anno superiore inchoatum. Eaque in re nobis cum Eusebio conuenit, sicut & in anno Promissionis, & tertiæ ætatis, & Mamythi regis Assyriorum. Ei tamen in eo assentiri non possumus, quod hinc statim inchoat Hebræorum seruitutem, quam ad centesimum quadragesimum quartum producit, qui sit Mosis octogessimus. Nam Scriptura aperte docet, non statim à Iosephi morte Hebræos affligi cœpisse, aut seruire, sed prius mortuos fuisse ait omnes fratres eius, omnemque cognationem illam: atqui ex eadem Scriptura constat Leui, qui nunc centesimum decimum quintum agebat, ad 137. peruenisse. Ergo saltem de illa summa annorum seruitutis duo & viginti anni detrahendi sunt. Eadem sentiunt scribuntque Hebræi in maiore suo Chronico.

a Exod. 1. 6.

b Exod. 6. 16.

II. Iosephi obitus, & familia. c. c. 50. 22.

De morte porro Iosephi hæc habet Scriptura. Et habitauit in Ægypto cum omni domo patris sui, vixitque centum & decem annis. In eodem vtique regno habitauit Ioseph cum fratribus, non tamen in eadem prouincia. Illi quippe Gessen, ipse in vrbe regia, vt Ægypti Proregem decebat: quod etiam moribundum eos euocasse pat est credere. Spatio autem octoginta annorum principatus sui; Vidit filios Ephraim vsque ad tertiam generationem. Vidit nimirum Edom, filium Sutalaam, filij Ephraim. Filij quoque Machir, filij Manasse nati sunt in gentibus Ioseph, qui scilicet eos recens natos suis excepit genibus. Quoniam vero à Mose dicitur Iosephus sub mortem fratribus suis esse locutus, putant Hebræi omnes tum fratres Iosephi

fuisse superstites, primumque omnium Iosephum à viuis excessisse, Leui autem postremum, vt est in maiore eorum Chronologia, quod satis probabile videtur, licet ex Scriptura non accipiat firmitatem.

d Seder Holam. c. 3.

Cum ergo Iosephi ætas & principatus extremas attigisset meras, ad mortem se comparans, euocatis ad se fratribus, Post mortem meam, inquit, Deus visitabit vos, & ascendere vos faciet de terra ista, ad terram quam iurauit Abraham, Isaac & Iacob. Quidam existimant denunciationem diuinæ visitationis, esse prædictionem seruitutis; quoniam visitatio in sacris litteris tam consolantis est, quam castigantis. Verum quod subditur, & ascendere vos faciet, quod expositionis causa subditur, ne ambigua voce turbarentur, ostendit benignam & salutarem intelligi visitationem. Nec opus erat tristiore vaticinio præpropere affligi Hebræos in Ægypto. Imitatur porro Ioseph parentem Iacobum, in adiurandis fratribus de transferendis Lipsanis suis ex Ægypto, quod postea Moses fideliter executus est. Veritas, vt ait Chrysostronus, ne Ægyptij corpus iusti haberent in Idololatriæ & impietatis occasionem. Nec statim transferri iussit, ne Ægyptij pro sua in Iosephum reuerentia, & amore, id prohiberent: essent autem Israëlitis pignus promissæ visitationis, & emigrationis ex Ægypto: vtque idem dux esset reditus ex Ægypto, qui eos in Ægyptum induxerat.

III. Extremum cum fratribus colloquium. a v. 13.

Transferri cupit corpus suum in Chananiidem.

b Exod. 13. v. 19. c hom. 67.

Cæterum etsi Moses scribit conditum aromatis Iosephi corpus, repositumque in loculo in Ægypto, nihil est necesse propterea existimare Iosephum honorificè ab Ægyptijs fuisse tumularum ex tenero in ipsum affectu, vt ait Abulensis. Id enim Moses non significat, & is honor atque affectus rectius fratribus, filiis ac nepotibus tribui potest, quorum longe maior erat in ipsum amor, atque obligatio, & huiusmodi sumptibus facile pares esse poterant. Quidam in marmoreo loculo positum putant; alij in ligneo puta cedrino, vel cupressino. Et vtrumque verum esse potest, & capsa lignea in marmoreo potuit includi tumulo, & inde cum res exigeret efferri, atque asportari posse.

IV. Conditur à suis.

Iosephi porro verissimis iustissimisque laudibus Hebræi minime se pares esse posse crediderunt, quando in tam glorioso argumento tam ieunos sese, tamque aridos exhibuerunt. Nam disertissimus Hebræorum Philo, corporis eius formam, linguæ facundiam, mentis prudentiam celebravit, aut tribus potius verbis perstrinxit. Flavius autem hoc tantum, Vn admirabili virtute præditus, in omnibus negotiis prudens, & potestate bene vsus: quibus artibus factum est, vt neque externum genus, neque calamitas de qua diximus, quidquam officeret, quominus ad summam dignitatem eueheretur. Hæc illi.

Iosephi laus ieiunior ab Hebræis.

d l. 2. Ant. c. 4. fin.

Omittunt ergo admirabilem illam aduersus insanam mulierem continentiam prædicare, quam singularæ locorum, & personarum peritases, pene prodigiosam reddunt. Omittunt dulcissimam illam in condonanda tanta, tamque atroci, ac diuturna fratrum iniuria placabilitatem, non quæ vix exorari

V. Alia plenior à continentia.

Placabilitate.

se denique, flectique muneribus, officiis, lacrymisque patitur; sed quæ vltro se reis offerat, quæ propriis se lacrymis, & lactea verborum lenitate prodar: quæ capitalem improbitum reorum culpam excuset, extenuet, & quantum fieri potest, aliud transferat: indulgentissimum denique patronum inimicorum, non fortem ac vehementem actorem agat.

Pietate in Deum.

Omittunt constantem illam pietatem in Deum, quam neque plagiarum venditio, neque ignominiosa seruitus, neque ærumnosus carcer, neque facinorosorum hominum, & idololatrarum conuictus, imò neque octoginta annorum principatus vel tantillum labefactarunt. Nam post tam multos blandientis fortunæ, sæuentisque flatus, moriturus suam in Deum fidem, spem, charitatem abundè restitam reliquit, dum diuinum à fratribus iurandum exigit, dum diuinam spondet visitationem, & in spem futuræ vitæ in terram sanctam transferri se postulat. Denique dum eius prædicat bonitatem, qui alienum crimen in multorum, atque adeo eorum ipsorum bonum salutemque conuertit, qui illud nefariè perpetrarant.

V I. Charitate in fratres.

Omittunt singularem illam charitatem in fratres, quam ego sane non crediderim ab illa, quamuis eximia, liberalitate metiendam, qua ipsos pene 80. annos, cum totis ipsorum familiis, plures scilicet hominum centurias enutriuuit. Nam post mortuum ac sepultum patrem dicebat, *Ego pascam vos, & paruulos vestros*, non ab illis in mutua agnitione lacrymis, mitissimisque complexibus æstimandam: sed, mirum dictu, ab illa ipsa vexatione, qua ingeniosè, charitas quippe ingeniosa est, fratres suos ad proprii criminis agnitionem, ac deplorationem adduxit, vt dicerent, nam iterare dulce est. *Merito. hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustiam animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus, idcirco venit super nos ista tribulatio.* Et rursum, *Nunquid non dixi vobis, nolite peccare in puerum, & non audistis me? En sanguis eius exquiritur: à vindice criminum videlicet, atque vltore Deo.* Hæc enim charitas animas immortales, aliquo scelere contaminatas, ac mortuas emaculat, ac vitæ reddit, illa vero liberalitas curat ista corpora, mille morbis, sordibusque obnoxia, & aliquando moritura.

V II. Modestia & demissione animi.

Omittunt, aut certe vix attingunt, illam in summa fortuna, non solum moderationem, ex qua fiebat vt nihil esset in verbis eius superbum, in vultu sæuum, in oculis minax, in incessu arrogans, in tota actione & gubernatione violentum; sed demissionem animi plane singularem, quæ illum Ægypti Proregem, illum ex Regis prædicatione mundi Salvatorem: illum qui in regio curru, in stola byssina, in torque aurea, in Regis annulo signatorio, flectentibus vbique genua populis circumferebatur; illum qui in frequentissimo optimatum ac Dynastarum confessu, audierat sibi dicentem regem. *Ego sum Pharaon; absque tuo imperio non mouebit quispiam manum aut pedem in omni terra Ægypti.* Illum, inquam, eò adducebat animi demissio singularis, vt minimè verecundaretur fra-

c Gen. 41. 44.

trum, generisque sui humilitatem agnoscere: & coram ipso rege, aulicisque prædicare vitam pastoritiam, quam illi detestabantur, & extremos fratrum in conspectum Regis adducere: tamen eorum abiectio, & plebeia vitæ ratio, in Iosephi ipsius contemptum ac dedecus apertè redundabat: vt minime mirum sit olim puerulum, patris delicias, vxoris dilectæ primogenitum, cum filiis Zelphæ & Balæ ancillarum, potius, quam cum liberis Liæ ingenuæ, frequentem fuisse.

V III. Dono prophetiz, & patientiz.

Omittunt prædicare diuinum illud prophetiæ donum, in enarrandis somniis diuinitus immixtis, in prouidendis enunciandisque futuris, quod vt illi, ex iniquissima fratrum inuidia, tristissimam calamitatem intulit, ita illum ex diuina bonitate ac munificentia, in supremum pene rerum humanarum fastigium extulit. Omittunt incredibilem illam fortitudinem, atque inæstimabilem patientiam, qua in eius pectore dominante, non induxit animum 13. ipsos annos, per litteras aut interuencios plagiaros accusare fratres, apud dilectissimum parentem: non ab eo in molestissimis ærumnis suis, exilio, infamia, carcere, seruitute, capitifque discrimine auxilium implorare, consolationem vicissim dare, atque accipere: sed Dei iudicio, cui visum fuerat opportunum, alterum latere miserum, alterum morerè miserabilem, constanter obsecundare. Quin etiam toto triennio potuit Proserpinam illam, in sua iustissima causa non accusare, non iniustissimum crimen diluere; contentus obiter, vnòque verbo, semel suam innocentiam contestari.

IX. Prudentia mirabili.

Omissi ego pene Prudentiam, in qua Patriarcha noster vehementer excelluit, in qua celebranda totus est Philo, qui in Iosepho viri politici omnium absolutissimi specimen exhibere conatur. Si quid tamen à nobis quoque lector desiderat, repeta memoria mirabilem eius prudentiam in consilio congregandi frumenta sex capitibus eminentem. Eminent & in suis in terra Gessen, non solum optimo terræ loco collocandis, sed quantum fieri poterat, seorsim ab infidelium turbis, simul que à publicis belli pacisque muneribus, sub regionum pastorum titulo eximendis. Emipet in probanda fratrum suorum, in Benjaminum vterinum suum, de capite periclitantem, charitate, & persona sua diutius regenda, & dissimulanda. Eminent denique vel maxime in acquirenda tota Ægypto principi suo, cum omnium subditorum ære, pecoribus, agris, ipsaque libertate singulorum, sine cuiusquam querela, murmure, aut tumultu. Et rursum in acquirenda subditorum omnium in principem beneuolentia, cuius indulgentiæ, ac liberalitati fortunas suas omnes, seipfos, suamque libertatem debere se verissimè fatebantur.

X. Et similitudine cum Christo.

Omittam ego quoque hoc loco tam expressam Iosephi cum Christo Domino similitudinem, tam illustrem atque insignem imaginem, vt minime dubiter Rupertus dicere, Iosephum tota vita sua ab ortu ad interitum præclarè repræsentare Salvatorem, quæ nos in Annalibus ad vnum & viginti capita retulimus, hoc autem loco prætermisimus, iis contenti

quæ

quæ de virtutibus eius paulò ante disserimus, quæ Epitaphij quoque instar erunt.

a c.7.3.4. b Pf.40.41.

Est porro hic secundus annus tentationis magni Iob; in quo ingrauescente malo, nullius pene erat aut noctu, aut interdum quietis particeps, vt ipse cap. 7. significat. Vt illi non male accini posset illud Dauidicum. *Domine operam ferat illi super lectum doloris eius, inuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.*

ANNVS MVNDI 2401.

PROMISS. 288. IOBI 74.

MAMYTHI 16.

Imperij Assyriorum 470.

ANTE CHRISTVM 1651.

I. Clades Ephraimitatum.

a v. 20. 11. c. 6.

ANNVS hic quartus certaminum Iobi, dat initium quadragesimo nono Iubilæo, & vigesimo quinto seculo ab ortu rerum. Ad quod tempus referendam putamus cladem Ephraimitarum, quæ totam pene familiam inopinato casu extinxit, vt habetur cap. 7. *primi Paral vbi numerantur nouem filij Patriarchæ Ephraim à Gethæis occisi.* Nam omnes eodem patre fuisse genitos ex eo constat, quod alioqui Ephraim vidisset octo aut nouem filiorum suorum ætates, quod fuit illo tempore inauditum: quo tempore in Iosephi felicitate positum est, quod tertiam vidit generationem filiorum Ephraim. Quin & illi omnes quasi iuuenes simul ad bellum processissent, abanus scilicet & proauus, cum abnepote & pronepote. Nec obstat modus loquendi Scripturæ, qui nonnullos induxit in fraudem. Illa enim repetendo sapius *filii eius*, visa est significare seriem generationum; quod tamen Hebraicæ phrasi tribuendum est, quæ aliquando illa repetitione gaudet. Et ita eum locum explicant Abalensis, Serarius, Matiana.

b Gen. 50. 22.

c 9.7. in c.7. d in it. com. in Iosue. e in c.7. f 1. Par. v. 20.

II. Quando conigerit.

Beria. Thale. Thaan. Luakan. Ammiud. Elisama. Nun. Iosue.

III. Gethæi inuaserrunt Ephraimitas, non contra. f 1. Par. 7. 21.

Hanc porro cladem ad hoc tempus distuli, quo Ephraim iam octogesimum supergrediebatur annum, vt iam nouem filios bellatores habere posset, & nihilominus nouæ generationi habilis esset. Accedit quod credibile est viuo Iosepho Ægypti Protege, Gethæos id facinus non fuisse aggressuros, ne omnes Ægypti vires ad suam vnam ciuitatem perdendam traherent. Nec tamen hanc cladem vltra distulimus, ne deesset tempus progenitoribus Iosue, qui eodem loco mox recensentur, qui nihilominus temporis angustiis valde coarctantur. A Beria enim vsque ad Iosue natiuitatem septem sunt generationes, & anni duntaxat nonaginta. Nisi forte aliqua confusio in tot propriis nominibus contigit. Nam Latina, Græcis, Hebraicisque non plane consentiunt.

Dicendum præterea illa verba Scripturæ. *Occiderunt autem eos viri Geth indigena, quia descenderant*, scilicet Gethæi, vt inuaderent possessionem eorum, siue greges & pecora eorum, vt in Hebræo & Græco, in hanc sententiam accipienda esse, vt dicamus Gethæos è Palæsti-

na populos; assuetos ex rapto viuere; descendisse in Ægyptum prædarum causa; & in Ephraimitas, qui primi in terra Gessen occurrerunt, aut primi animosè sese certamini intulerunt, irruisse, eosque omnes dum frater fert opem fratri interfecisse. Ita merito sentit Serarius noster. Primo, quia Gethæi prædones erant, non Ephraimitæ; deinde quia prædones isti dicuntur descendisse vt inuaderent possessiones eorum. Atqui ex oppido Geth, & reliqua Palæstina descenditur in Ægyptum, & vice versa ex Ægypto ascenditur in Palæstina. Fauet etiam quod dicuntur descendisse ad inuadenda pecora eorum, vtique Israëlitarum, quorum possessiones erant pecora. Denique non est credibile paucos Ephraimitas, seorsim ab aliis Israëlitis, Ægypto abire, & bellicosissimam gentem, staturæ gigantæ, inuadere voluisse, & possessiones eorum occupare. quod ne post subactam quidem reliquam Chananitidem, temporibus Iosue, vel Othonielis auisunt. Quod si Gethæos inuadentes dixeris, & Ephraimitas, dum incautius sua tueri conatur, circumuentos; atque interfectos fuisse, omnia rectè consentient.

IV. Ortus Beria.

Hac tanta clade accepta, *Ephraim pater eorum luxit diebus multis, & venerunt fratres eius.* Manasses videlicet, & alij filij ac nepotes Iacob, vt consolarentur eum. Transacto luctu, vt repararet orbitarè, quamuis octogenarius, ingressus est ad uxorem suam: quæ concepta, & peperit filium, & vocauit nomen eius Beria, eo quod in malis domus eius ortus esset, iuxta notationem vocis eius.

ANNVS MVNDI, 2403.

PROMISS. 190. IOBI 76.

MAMYTHI 18.

Imperij Assyriorum 472.

ANTE CHRISTVM 1650.

I. Hebræorū traditio de obitu singulorum Patriarch. a In Seder. Holam. b Test. Patriarch.

DICTVM est supra ex traditione Hebræorum, Iosephum primum omnium filiorum Iacob esse defunctum. Ex eadem habetur mortuum hoc anno Simeonem anno centesimo vigesimo vitæ suæ. Cæterorum quoque Patriarcharum vitæ periodum, quam Scriptura non tradidit, ex eadem traditione mutuabitur. Est enim admodum rationi consentaneum notatos à senioribus, per manusque traditos annos singulorum Patriarcharum, principum tribuum singularum. Cum autem hoc anno 290. Promissionis factæ Abrahamo, Eusebij chronicon ponat primum annum Mispharmutosis Ægyptiorum regis, eique sex & viginti annos tribuat, ex eo sequitur sub eius regno omnes Patriarchas Iacobi filios mortuos esse, vno excepto Iosepho, quo facilius fuit extremos vitæ ipsorum annos notare.

De Simeone porro nihil admodum occurrit in Scriptura, quo eius celebretur funus. Nam quæ à Iuditha memorantur, quam vim habeant ad commendationem zeli eius diximus, cum de cæde Sichimitarum

II. Simeonis vita, & mores.

ageremus. Extat in eum morituri patris querela, & accusatio verius, quam benedictio. Moses eius tribum, in benedictione tribuum præterit. Nec sine causa ipsum elegit Ioseph ex omnibus fratribus, quem in vincula in Ægypto compingeret. Certe in libro Testament. Patriarcharum Simeon accusat se præ cæteris inuidiæ in Iosephum, & voluntatis occidendi ipsum, seque diuinitus punitum fatetur, aliæque id genus. Nominatim autem repositum eius corpus in theca lignea minime obnoxia corruptioni, & in Hebron clam Ægyptiis esse translatum, quorum sit apud Authorem fides.

Hoc porrò anno Sanctissimas Iobus sextum iam annum cum morbis acerbissimis luctabatur, & corpori agrè coherentem animam trahebat.

ANNVS MVNDI 2044.

IVDÆ 119. & vlt. IOBI 77.

MAMYTHI 19.

Imperij Assyriorum 473.

ANTE CHRISTVM 1647.

Sextus Iobi
annus.

I. Obitus Iudæ.
a Vide in 1. Paral. 4. 1.
2. & ibi Vatab. & Abul.
b Seder Holam zura. Test. Pater. c. 4.

II. Eius regis virtutes.
c 1. Par. 5. 2.

ne in pretiosa veste sepeliretur, neque exenteretur, quod pertinet ad conditionem Ægyptiorum Dynastis frequentatam, qualem viderat Iacobo & Iosepho multa cum magnificentia impensam. Denique vt reduceretur in Hebron.

Neque vero laudi esse officere arbitror, quod ab illo profectum est consilium de venditione Iosephi. Neque enim simpliciter venditionis illius auctor fuit, sed id tantum vere affirmavit, melius esse vendi Iosephum, in spem aliquam futurorum, quam in cisterna dira fame, frigore, illuvie cruciatum certò necari. Huiusmodi enim mors longe peior est, atque crudelior, quam dura, atque aspera seruitus. Ergo cum seruitutem suavitatis occidere, minus malum suavitatis, ad auertendum maius. Illud autem malum, comparatione huius, habet rationem boni. Nec tamen in animo est eius cum Thamare negotium excusare, quod Moses Deo in piramæ, tam accuratè descripsit, ad obstruenda ora Iudæorum, & superbiam retundendam magno supercilio iactantium Patriarchas suos. Ecce, inquit Rupertus, os illorum obstruit alienigena Thamara, & adulterinus Iuda concubitus, unde Duces suos, Principes suos, Reges suos, Prophetas suos, & se ipsos emanasse, si dissimulare velint, palam coguantur. Omnis gloria gentis, cuncta nobilitas populi huius ex hoc adulterio profuxit. Respexit fortasse Rupertus Iosephum ista dissimulantem, & silentio suo frustra obructe conantem; quæ sacræ litteræ tam apertè in lucem protulerunt. Idem Rupertus b benedictionem Iudæ Christo Domino pluribus accommodat.

III. Eius consilium venditionis ac criminatum.

Que in lauda imprebata ad dedecus Iudæorum.

a 1. 8. c. 38.

b 1. 9. c. 11. 29. 30.

ANNVS MVNDI 2045.

AMRAM 20. IOBI 78.

MAMYTHI 20.

Imperij Assyriorum 474.

ANTE CHRISTVM 1648.

AD EST aliquando tempus Iobi resurrectionis, quando decurso septennali calamitatum non curriculo, sed longissimo difficillimoque spatio, cum Davide canere potuit: Deus quis similis tibi? quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas, & conuersus iustificasti me. Multiplicasti magnificentiam tuam, & conuersus consolatus es me. Verum gloriosa hæc epinicia, postrema pars diuturni certaminis, postremumque Tragædiæ actus antecessit, prioris huius annis parte, posteriore victoria secuta est. Quod ad temporis diuturnitatem, & septennem tentationis periodum attinet, iam supra b diximus quæ nos in hanc sententiam adducerent. Quibus addi potest voluisse dominum Sathanæ os penitus obstruere, ne is posset aliquid super temporis breuitate cauillari, vt notauit Chrysostr. c Quantacumque enim vexatio maximam capit ex propinquo sine consolatione. Cum ergo Dominus absolutissimæ patientiæ exemplar mortalibus, in hoc famulo suo exhibere statuisset, æquum fuit vt eius fortitudo, hac longanimitatis gloria non careret.

I. Extrema Iobi certamina.
a Psal. 70. 20.

in fine septennij.
b a. m. 2. 19. n. 11.

c Ep 3. ad Olympiadem.

II. Effertur in sterquilinio vt detestandū cadauer.

III. Vbi ab vxore impia obliurgatione vexatur.

a c. 2. 10.

Eius mendicitas.

IV. Amicorum Iobi aduentus.

b c. 2. 11.

Septimus igitur peragebatur annus quo, Iobus, in asperimæ tentationis fornace, tanquam vas auri solidum probabatur, & dum alij ex alijs morbi nascebantur, ita gloriosum & inuictum athletam exercebant, vt illum vnum non frangerent: cæteris, etiam in alieno corpore intolerabiles viderentur: ita pestilentissimus vlcereum fætor naribus, ita diurni nocturnique planctus auribus, ita multiplex vermium scaturigo, & fæda sanies vndique defluens, omniâque contaminans, horribilis spectatorum oculis videbatur. Ergo de exportando foras in sterquilinum cadauere deliberatur, eoque, vt apparet, non inuito statuitur: effertur seruilis & sandapilariis, contagionis metu, vultum auertentibus, in fimo deponitur, omnibus eum tanquam ominosum spectrum auersantibus: vbi inuictus athleta ebullientem vndique cum vermibus putredinem testa radebat, & terræ glebas sanie perfundebat.

Dedecus hoc ac probum inhumanæ crudelitatis, & patientiæ incomparabilis gloria, ne diuturna foret, diabolicum vxor remedium excogitat, si ipse, post vlticem in Deum blasphemiam se interimat: sic nimirum tam diuturnis malis facile, & expeditum remedium inuentum iri. Huc quidem à principio spectabat Sathan, sed viri virtutem reueritus, metuensque pro victoria confusionem, septem annorum tormenta tanquam idoneas dispositiones præmisit, quibus contrucidatus ac disceptus, vltimum hunc impetum, quasi à commiserante vxore profectum, ferre non posset. Verum Iob, qui nullam hæcenus in acerbissimis doloribus ediderat vocem, audita muliere, quæ tanquam vnguis in vlcere, crudelius in virum suum quovis cacodæmone sæuiebat, vultu ad seueritatem composito a, quasi vna, inquit, de stultis mulieribus locuta es, vsque adeo stultum consilium suggestisti. Si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non suscipiamus? Æquum est enim nos de manu diuinæ providentiæ æquè vtramque recipere fortunam. Cæterum non prius sceleratum mulieris consilium Iobo suggestum fuit, quam ille sub dno, ab hominum cœtu exclusus, iaceret in stercore. Id tum ex ordine narrationis vulgata intelligitur, tum ex pleniore mulieris narratione, quæ habetur in Græcis, ex qua cognoscitur morborum diuturnitate consumpta fuisse, quæ Sathan reliqua fecerat; adeo vt cogere vxor eius & famulari, & corrogare stipem, vt mariti necessitati succurreret. Vt testantur Basilius, Chrysostr. & Olympiodorus in Catena.

Hic erat Iobi rerum status, qui conscios omnes in stuporem agebat, omniumque sermonibus longè latèque circumferebatur, videri hominem in Ausitide, aut hominis potius spectrum in sterquilinio, hominis quondam beati, nunc in tantam deuoluti miseriam, vt de ea vix quispiam oculis ipse suis credere possit. Quæ cum ad amicos Iobi; rumore nuncio perlata essent b, condixerunt ipsi inter se, vt pariter venientes, quisque de loco suo, visitarent eum, & consolarentur. Non enim ante vltimum hunc tentationis actum ad Iobum venerunt. Inuenerunt quippe eum extra oppidum in sterquilinio, ad extremum vsque spiritum cum morbis, & impurissimo spiritu luctantem, vt ex ferie textus

pater. Et perspicuum est amicorum cum Iobo disputationes, tum Dei quasi præsidii sententia definitas, tum fortunæ Iobi commutatione terminatas. Adueniunt itaque amici Iob, vt in aduersis veræ amicitie officia persoluant.

Cumque ad vrbs mœnia propinquant, hominem in sterquilinio sedentem conspicati, non agnoscunt. Accedunt propius, deformatum totum, & pristina oris dignitate turpissimo vlcere, morboque obliterata, vix Iobum esse credunt, cœlum suspiciunt, Dei occultam & humanis mentibus imperuam providentiam venerantur. Rursum conuersis in Iobum oculis, cum ingenti clamore & eiulatu lacrymas edunt, vestibisque discissis, puluerem capitibus aspergunt, & cum tanquam mortuum lugent. quem ipsis quoque mortuis miserabiliorum vident. Humi se quoque abiciunt, atque sedenti in terra, & in tanta calamitate iacenti, assident septem diebus, totidemque noctibus, non nisi breuissimo tempore ad necessaria vitæ munera digressi, ad multam vsque noctem festinantes, summo diluculo iterum reuertentes, vt explicat Olympiodorus. Nemoque loquebatur ei verbum, quoniam nullam tam ingentibus æruinis parem verbis consolationem afferre se posse cognoscebant. At vbi Iob prior aperuit os suum ad deplorandum calamitatem suam, eius orationem amici vicissim exceperunt contenti nunc eius miseris angere, & vt par est credere, veste obtegere, & cibo aliquo recreare.

Septem ipsis diebus in tristi silentio euolutis, Iob ad suas, humanique generis deplorandas miseras aggreditur, quas amici eius non diuinæ probationi, sed eius antea vitæ peccatis attribuunt, quod improbum atque impium videatur existimare, Deum infontem aliquem supplicio afficere. Quibus resistens Iob vitæ suæ innocentiam pertexere cogitur, docereque non male cum Dei sapientia & benignitate congruere, quod innocentem æruinis exerceat, improborum supplicia differat, nec in eos semper in hac vita animaduertat. Quæ cum proluxa oratione, pluribusque certaminibus disputata fuissent, Deus adest, finem contentionibus impositurus, cum manifestis præsentia suæ argumentis. Nam repente excitatur tempestas & procella, quæ omnibus silentium imposuit, omnes ad audiendum excitauit. Deinde procellæ strepitu remisso, in nube, quæ Iob, vertici videbatur imminere, quasi solum Dominus erexit, ex quo vox edita est, quæ ab omnibus adstantibus audiretur.

In ea oratione Dominus, diuinam, circa res humanas providentiam, ex rebus naturæ mirabilibus Iobo, atque eius amicis exponit, quorum consideratione Iob, imperitiam verborum suorum agnoscit, & summissus confitetur, quod pleraque valde obscura de rebus sublimioribus & diuinis pronunciarit: quod mentem suam, sine amicorum offendiculo, expromere non potuerit, eisque occasionem præbuerit sinistrè aliquid de diuina providentia cogitandi. Denique quod insipienter locutus sit a, & quæ ultra modum excederet scientiam suam. Idcirco, inquit, ipse me reprehendo, & ago penitentiam in favilla & cinere. Cumque innoxia à Domino amici Iobi reprehendantur, Eliu ta-

V. Conspectus primus, cū septidui silentio.

VI. Iobi cum amicis disputationes.

VII. Dominus Iobum erudit.

a c. 42. 36.

men, qui ambitiosius Domini causam egisse videbatur, non est reprehensus. Iob autem dignus habitus est, qui sub specie quadam Deum videret, audiretque, & ab eo rerum suarum, suæque afflictionis arcanum edoceretur. Vnde cœpit non solum animo vehementius, sed etiam corpore paulatim recreari.

VIII. Iobi victoria, & restitutio in integrum.

Nam Sathan quamprimum turpissime victus abcessit, qui pestifero halitu illatos à se morbos, doloresque sustentabat: moxque eos Dominus propria iussione distulit, & corpus pristinae aut ineliori etiam restituit sanitati. Quin etiam cum iustitiam eius palam commendasset, & ipsius amicis, precibus eius & sacrificiis placatus, veniam dedisset, constans huius mutationis fama vniuersam Hufitanam provinciam latè peruagata, acciuit cognatos, amicos, subditos, quos pridem Iobi calamitates excusserant, qui, Deo illos interius permouente, ad debita cognitionis, amicitiae, subiectionis officia reuerterunt. Ergo in regias illum ades reducunt, conuiuium celebrant, eumque consolantur super omni malo, quod ei Dominus intulerat: ac certatim muneribus eius inopiam leuant, & dignitatem ornant; quæ Deus celesiter mirum in modum ita amplificauit, vt breui 14. millia ouium possederit, & sex millia camelorum, mille iuga bouum, & mille asinas: priorum scilicet bonorum numero geminato.

IX. An priorem vxorem retinuerit. Ita videri.

Suscipit deinde plurimos liberos; sed ex eademne: an ex diuersa vxore? Quidam ex diuersa putant. At Olympiodoro visum est ex eadem: quæ proculdubio est S. Luciani martyris, apud existimatam Origenem, in vtroque opere in Iob, vt qui piæ mulieris verba interpretabatur. Probabilius autem videtur eadem vxor. Siue quia neque de morte, neque de reprobatione, quod nondum fortasse in hominum irrepsit mores, quidquam Scriptura significet. Siue quia cum mulieris huius culpa linguæ fuerit, quæ in eo sexu admodum lubrica esse solet, & seuera fuerit à viro obiurgatione castigata, non videtur is ulterius in animaduertendo processisse. Siue quia qui amicis ignouit, à quibus longa fuerat verborum contentione vexatus, isque Deum sacrificiis placauit, non videtur itam aduersus mulierem retinere voluisse, quæ ab illo, ad extremam vsque calamitatem non desciauit, eique tam molestum, tamque asperum famularum septem ipsos annos exhibuit: & quondam regina, in eius obsequium & sustentationem, ancillam agere, & stipem cogere non dubitauit. Nam si ad omnes vxorum stultas querelas, improbasque voces diuortia inducantur, infinitum sit negotium, vixque vlla reperiat domus, quæ ab hoc morbo sit libera. Denique non videtur Iobus ipse, aut Moses, qui nouos liberos exposuit, nouam vxorem silentio pressurus.

X. Ex eaque nouâ suscipit prolem.

Ex eadem ergo vxore, & animo & corpore peculiari Dei beneficio resurgente, suscepit septem egregios filios, tresque insigni pulchritudine filias, nec geminati sunt, vt ij, quos inuidia diaboli extinxerat, non perisse vt cætera; sed apud Dominum adhuc viuere intelligerentur, quod notarunt D. Basilus, & August. vtque: eis gemina hæreditas constitueretur, pro ea quæ ante tentationem filiis parata fue-

rar. Sed nos iam virum sanctissimum atque probatissimum, maximis animi deliciis, in secura præteritorum malorum recordatione perfuente: corporis item externisque bonis, cum lectissima sobole abundantem, ad centum & 40. quos superuixit annos, dimittamus, quando illi in Auside, Deo bene propitio, merito parentandum erit. Interea in Ægyptum reuertamur, vbi in aliquot Patriarcharum funera breui interuallo incurtemus.

ANNVS MVNDI 2406.

RUBEN 124. & vlt. IOBI 79.

MAMYTHI 21. Imperij Assyriorum 475.

ANTE CHRISTVM 1647.

Hoc anno mortuum Rubenum Iacobi primogenitum Hebræi chronologi tradunt, cui præterea vnum annum addit Testamentum Patriarch. Hic est Ruben, qui sicut Ioseph ille ab Arimathea, cuius laus est in Euangelio, non consenserat consilio & actibus fratrum suorum, in cæde, aut venditione Iosephi. Quin potius in illa fratrum coniuratione, enituit eius in Iosephum charitas, & in parentem fides, cum nitebatur eum liberare de manibus eorum; & specie demittendi eum in cisternam, cupiebat ereptum reddere patri suo. Hinc ille cum scissis vestibus eiulatus; Puer non comparet, & ego quo ibo? Enituit & paterna, vt pote primogeniti, in fratres omnes beneuolentia, quando pro Benjamin, in quo communis totius familiæ vertebatur salus, filios suos in mortem oppignorare non dubitauit. Hic est Ruben, qui primus vlticem Dei manum in fratres suos agnoscens dicebat. Nunquid non dixi vobis, nolite peccare in puerum, & non audistis me? En sanguis eius exquiritur.

Quod autem Rabini quidam facinus Rubeni, quod pater tam perspicue, tamque seuerè damnauit, excusare moliantur, suo more insulsi sunt, si non vident se dum filio patrocinantur, in parentem accusatores insurgere. Dicitur autem in prædicto libro Testamenti, à morte in theca repositus, donec eum referrent ex Ægypto filij eius, & sepelirent in Hebron, in spelunca duplici cū patribus suis. Quod Iosephus aperte confirmat, agens de Iosephi sepultura. Reliqui etiam fratres, inquit, vita feliciter exacta, in Ægypto sunt mortui, quorum corpora filij & nepotes in Hebronem relata sepeliuerunt. Hoc ergo, quasi in singulorum fanere, dictum intelligatur.

Triennio post, qui fuit annus mundi 2409. mortuus est Isachar annos natus 122. iisdem Hebræis, quos sæpius nominavi, aut horibus cuius vita & mores in obscuro sunt, præter ea quæ scribit Author Testamenti; vtrum verè omnia, aliorum esto iudicium. In penuria, etiam non optimè fruges victui cedunt.

Biennio post, qui fuit Annus Mundi 2411. Mortuus est Zabulon sextus Liæ filius, anno vitæ centesimo vigesimo quarto, qui vt proximè Isacharem nascendo secutus est, ita

I. Rubeni obitus eius de quo videtur.

a Gen. 37. 30.

b c. 42. 21.

II. Rubeni cimenca.

c l. 2. c. 4.

III. Obitus Isacharis. 2409. &c.

Et Zabulon.

proximè

proximè secutus est moriendo. Commendat in eo liber Patriarcharum affectum commiserationis in pauperes & afflictos præsertim erga fratrem suum Ioseph; cum eum reliqui perdere statuerent.

VI. Obitus Dani.

Anno proximè sequenti, qui fuit Mundi 2412. & habitationis in Ægypto 84. Dan filius Balæ abiit ex hac vita, anno ætatis 127. vt est in minore chronico Hebræorum; in Testamento tamen habetur annus eius vltimus 125. Fuit hic, sicut & reliqui, qui matre ingenua caruerunt, vt ortu, sic & vita obscurior: at in posteris eius nonnulli illustres, vt Samson. Tribus eius secundum tribum Iudæ, fuit omnium numerosissima.

Et Aferis.

Anno vero mundi 2413. qui fuit trecentessimus ab euocato ex terra Chaldæorum Abrahamo, promissaque Chananide, finem viuendi fecit Afer, cum vixisset annos 126. vt est in illo chronico, cui potius adhæreo, quam Testamento, quod ei 120. duntaxat attribuit.

Obitus Mamythi regis.

Aferi biennio superuixit Mamythus duodecimus Assyriorum rex; mortuus enim est anno mundi 2415. & regni sui trigesimo, Imperij vero Assyriorum 484.

ANNVS MVNDI 2416.

AMRAM 31. IOBI 89.

MACHALÆI 1. Imperij Assyriorum 485.

ANTE CHRISTVM 1637.

VII. Machalæus 13. Imperator Assyriorum.

Hic Assyriorum Imperator à Belo decimus tertius Machalæus passim in optimis quibusque libris appellatur. In Græco tamè Eusebio, & in tertia Africani dynastia vocatur Aschalius. Et hic octo ipsi duntaxat & viginti regni annos tribuit, Eusebius autem quæ sequimur 30. cui Cassiodorus, & alij recentiores consentiunt.

a Exod. 16.

127. 26. 111.

I. Mors Benjamin.

Est hic ipse annus Benjamin vltimus, vt est in eodem chronico Hebræo. Benjamin, ait, centum & undecim vixit, ita vt moreretur circiter viginti sex annis ante Leui. Quid ergo? num Leui 6. & viginti anni vitæ adhuc supersunt? imo quinque duntaxat. Dicendum itaque fuit eum viginti & sex annis minus vixisse quam Leui, qui vixit 127. vt Scriptura testatur.

In multis Christo similibus.

Moritur ergo hoc anno Benjamin minimus natu filiorum Iacob, filius dexterae patri, Racheli autem matri filius doloris; imo & patri cum de eo in Ægyptum deducendo magna contentione disputatum est. Quin & fratribus quoque ingens doloris obiectum fuit, & frater doloris dici potuit, cum falsi criminis conuictus, expolcebatur ad seruitutem. Hic est, qui post multas omnium Patriarcharum preces, in Ægyptum denique missus est, ad liberandum Simeonem, qui in carcere detinebatur; ad propulsandum crimen, quod in omnes intendebatur, & ad cibarium copiam in fame obtinendam: quo abeunte. Ego inquit pater, quasi orbatu absque liberis ero. Christi similitudinem res loquitur ipsa per sese. Quis enim non recordatur illas omnium Patriarcharum & Prophetarum orationes & preces. Rorate celi desuper, &c. & vinam dirumpes celos; Obsecro Domi-

ne mitte quem missurus es: Salutare tuum expe. Et abo Domine, & alia id genus passim obuia. Is missus est in mundi huius Ægyptum, ad liberandos patres, qui in carcere subterraneo detinebantur, ad commune mundi peccatum tollendum, ad nutriendas pauperum suorum animas, vero pane, qui de cælo descendit, doctrina scilicet, & carne sua. Quo descendente de cælo, cum esset vnigenitus, dicere potuit pater. Ego quasi orbatu absque liberis ero, Neuter enim verè orbatu.

III. Et nominatum in passione.

Hic est ille Benjamin, innocens simul & reus, sed reuera innocens, & ad speciem exterminam reus, super quem plorauerunt omnes fratres sui, & is maximè, cui ille, erat omnium coniuictissimus, atque charissimus, quique propter scelus fratrum suorum afflixit eum, cum perillustri Seruatoris figura. Qui cum sanctus esset, innocens, atque impollutus, impositis in ipsum fratrum suorum peccatis, factus est reus; super quem non solum discipuli, quos fratres suos appellare dignatus est, sed Angeli quoque pacis, quomodo nos id capere possumus, amarè fleuerunt; atque illi erat coniuictissimus atque charissimus, Pater æternus, qui propemodum in cruciatibus eius, & morte gemens, propter scelus, inquit, populi mei percussis eum. Sed de his hoc loco satis.

Vide ann. 2418. hoc anno

IV. Obitus Nephthali & Gadi.

Biennio post, qui fuit annus mundi 2418. mors Nephthali & Gadi contigisse videtur. Scribunt enim Hebræi, in maiori suo chronico, non fuisse inter Patriarchas, qui minus vixerit Iosepho, neque vllum qui Leui viuendo superarit. Oportet igitur intra hos paucos annos, qui supersunt vitæ Leui, Nephthali & Gad esse defunctos. Eorum vitæ periodum omisit referre id Chronicum; quod cæterorum protulit. Reperitur tamen in illo quem toties memorauimus testamento, mortuus Nephthali anno 132. vitæ suæ, Conuenientibus, inquit, filiis suis septimo mense, ipso sano existente, iussit apparari conuiuium magnificum &c. Et post exhortationem factam filiis, epulatus, operuit faciem suam; & mortuus est ac translatus in Hebron. Hæc ibi. Quod ad Gad attinet, non rectè in eodem libro dicitur mortuus anno centesimo vitæ, sic enim obiisset ante Iosephum: quia tamen eius obitum alibi certo collocare non possumus; hic eum cum Nephthali, cui ætate par ab exortu fuit, collocemus licet, Ambo fuerunt ex ancilla geniti, Nephthali ex Bala Rachelis, Gad ex Zelphaliæ: quorum res gestæ per obscuræ scriptorum inopia permanserunt.

Gadi obitus.

a Gen. 30. 8. 11.

ANNVS MVNDI 2421.

AMRAM 6. IOBI 94.

MACHALÆI 36. Imperij Assyriorum 490.

ANTE CHRISTVM 1632.

Leui, qui tertius ex Lia Iacobo Patriarchæ natus est in Mesopotamia, ad annum 137. viuendo peruenit. Id in Exodo Scriptura testatur: cui famulatur assertio Testamenti Patriarch. & Chronici Hebræorum. Seuera est pa-

I. Obitus Leui. a Exod. 2. 8. 16.

rentis

rennis in eum benedictio a, hominis iustissimo grauitissimi criminis odio incitatu, cuius Leui in primis particeps ac patrorum fuit. Eius familia postea nec certo loco sedir, vt reliqua, nec numero magna fuit. Nam cum in reliquis à 20. annis & supra reperta sint in deserto supra 50. aut 60. hominum millia; de Leuitis ab vno mense & supra, fuere tantum in priore censu viginti duo millia b, in posteriore viginti tria c; quod vix aliarum tribuum quadranti; responder: providente Domino ne qui à reliquis tribubus sustentandi erant, nimia multitudine oneri essent.

II. Eam nihilominus tribum maximè honoravit Dominus, qui eam singulariter assumpsit, & sanctificauit sibi, dicens d. Ego tuli Leuitas à filiis Israël, pro omni primogenito, qui aperit vulnam in filiis Israël, eruntque Leuita mei, mort. s. que poena intentatur omnibus aliis, cuiuscumque tribus, si quis ad sanctuarium fuerit ausus accedere. Ex hac ergo tribu omnes Sacerdotes, summi que pontifices orti sunt, qui multis seculis Iudæorum Rempub. administrarunt, omnium principe ac ductore Aarone, & filiis eius.

ANNVS MVNDI 2428.
AMRAM 43. IOBI 101.
MACHALÆI 13. Imperij Assyrii 497.
ANTE CHRISTVM 1625.

I. CIRCA hunc annum centesimum habitationis Israëlitarum in Ægypto, probabiliter putamus defunctos Ephraim & Manassem filios Iosephi ad dignitatem Patriarchatus ab auo Iacobo adscitos: quoniam satis constat eos mortuos antequam excitaretur in Hebræos persecutio, ad cuius initia post aliquot annos peruenturi sumus. Sit ergo hic annus funeris duorum filiorum Ioseph, quos patris eximia sanctitati coniuncta summa dignitas, matrisque nobilitas, cæteris tribuum patribus aliquo modo præstantiores reddit, qui pastore ouium nati, pastoritiam vitam ad mortem vsque transgesserunt. Hi sunt qui ab Ægyptia muliere nobili, & ad veri Dei cognitionem traducta, in lucem editi, populos gentium repræsentant, quos genuit verus Ioseph Christus Dominus, assumpta sibi sponsa Ecclesia, ex media Ægypti gentilitate, & in diuinorum mysteriorum cognitionem euocata.

II. Illud etiam in his fratribus duobus prædicandum videtur, quod cum alter alteri, auo benedicente prælatus esset, & quidem iunior seniori, quamuis patre viam ad querelam quodammodo præmonstrante, non excanduit tamēnis, cui iniuria facta videri poterat, cum annum tunc ageret vigesimum sextum: sed ambo, quod quidem sciatur, suauiter fraternæ charitatis vinculo colligati perseverarunt, vti fuerant sancta parentis institutione à teneris educati.

III. In annum porro Mundi 2437. Torniellus Caathi mortem refert, vt ante exortum notij regis, qui cepit Israëlitas affligere, reperiat

è viuis abiisse. Ideoque illius ortum retulit in vigesimum primum annum patris. At nos, qui Epiphanium sequimur, eius obitum ad decimum tertium ab hinc annum differemus. Neque enim, quod ille putat, Scriptura exigit vt Caath mortuus fuerit, vel cognatio illa, quam memorat ante exortum regis illius, sed antequam ille inciperet Israëlitas vexare, quod primo statim anno regni facere cœpisse probari non potest, cum soleant reges quantumvis sæui, non prius durius tractare subditos suos, quam solida iecerint Imperij fundamenta. Ac ne necesse quidem est Caathum ante initium seruitutis extinctum. Nam quod de omni illa cognatione dicitur, facile de maxima parte accipi potest. Ergo tota illa cognatio, siue generatio ipsis cœua Patriarchis, quæque in Ægyptum cum Iacobo descenderat, è viuis excellerat, cum exorta est ab Ægyptio rege vexatio.

ANNVS MVNDI 2438.
TERTIÆ ÆTATIS 400.
PROMISSIONIS. 325.
MACHALÆI 32. Imperij Assyrii 507.
AMENOPHIS Regis Ægypti 1.
ANTE CHRISTVM 1615.

PONEMVS deinceps in Chronologia nostra Reges Ægyptiorum, vsque ad exitum Israëlitarum ex Ægypto, iuxta Eusebij Chronicum. Id enim sæpe deinceps narrationi vsui erit. Nostrum porro annum tertie Ætatis, id est ab ortu Abraham, Promissionis item annum, qui est 75. anni posterior, & regnum Machalæi, & Amenophis, perspicue confirmat Eusebius: qui etiam ad vnguem congruit cum nostro anno moræ in Ægypto qui est 110. Suscepit itaque hoc anno in Ægypto regni gubernacula Amenophis, siue Amenoptes: vnum autem supra triginta annos regnum tenuit, vt habet ex Manethone Africanus, & ex Africano Eusebius: nec dissentit Iosephus, qui in priore contra Apionem ei 30. annos ac menses decem attribuit. Eo regnante oportet Israëlitarum seruitutem initium accepisse, cum ex eodem Eusebio constet sub hoc rege natum Mosem, quem ex ipsa Scriptura perspicuum est in durissima Ægypti seruitute natum: meritoque recentiores penè omnes in eo consentiunt, & quicumque ex antiquis secuti sunt Eusebium.

II. Quo autem sui regni anno Hebræos vexare cœperit, nemo quod sciam prodidit, vt impunè liceat huius initium mali, ad Caathi finem differre. Vt tanto semper verius sit dictum illud Mosi, vniuersos Iosephi fratres, omnemque illam cognationem, siue ætatem, ante seruitutem fuisse mortuam. Hic est ille Rex nouus, qui ignorabat Iosephum, vtpote ante annos 40. mortuum, quique iniquioribus oculis cœpit Israëlitas intueri, & eorum foelicitati non solum inuidere, sed eam etiam formidare, & post aliquot annos atterere atque vexare. Rex

more huc non peti- nere.

I. Ratio temporis.

Ameno- phis.

II. Rex nouus in Ægypto.

nouus

nouus, non diuersæ cuiusdam familiæ, vt putauit Iosephus, repugnante Eusebio, Africano, Manethone, qui hanc eandem Diosopolitanorum Dynastiam, per 15. aut 16. regnum seriem producant, quorum ferè medius est hic Amenophis, sed noui potius cuiusdam in Hebræos animi, quique nouam suos subditos gubernandi rationem, & à dudum consuetam diuersam vsurpauit, atque inuexit.

ANNVS MVNDI 2445.
AMRAM 60. IOBI 118.
MACHALÆI 30. & vlt. Imperij Assyrii 514.
AMENOPHIS 8.
ANTE CHRISTVM 1608.

I. Machalæi obitus.

Initium Sphæri.

a l. 18. de Cim. c. 8.

MO c anno Machalæus decimus totius Assyriorum rex vita fungitur, expletis circiter 30. regni annis, quos illi tribuit Eusebius in chron. Et si Africanus illi 28. duntaxat assignet.

Illi proximo anno substituitur Iphæreus, qui in Græco Eusebij dicitur Sphærus, sicut apud Africanum qui cum duos & viginti annos regnasse vult. Eusebius autem viginti duntaxat. Nimirum qui duos addiderat Machalæo, eos nunc Sphæro detrahit, sicque æquantur anni vtriusque principis. Pro Sphæro Saphrum leges apud S. Augustinum a metathesi vnius elementi.

ANNVS MVNDI 2450.
AMRAM 65. IOBI 123.
SPHÆRI 36. Imperij Assyriorum 519.
AMENOPHIS 5.
ANTE CHRISTVM 1603.

Mors Caathi.

a c. 6. v. 18. ba. m. 2437. vide Ann. an. Caath. 120.

TERMINAT hic annus Iubilæum quadragesimum nonum, sicut & periodum vite Caathi aut Mosi, quem 133. annos vixisse ex capite sexto Exodi constat. Cæterum ad hoc vsque tempus eius vitam produximus Epiphanium secuti, vt supra diximus b, nihil veriti ne sacris libris repugnaremus, aut Caathum in annos seruitutis conijceremus, cuius initium in annum sequentem distulimus, quo Torniellus genitum suspicatur Aminadab, vnum de progenitoribus Seruatoris.

ANNVS MVNDI 2451.
AMRAM 66. IOBI 124.
SPHÆRI 6. Imperij Assyriorum 520.
AMENOPHIS 14.
SERVITVTIS 1.
ANTE CHRISTVM 1602.

INCHOAMVS Iubilæum ab orbe condito quinquagesimum a, populo Hebræorum lactuosissimum a, quando mortuo Iosepho, & vniuersis fratribus eius, & omni cognatione illa, vehementerque iam multiplicatis Israëlitis, surrexit Rex nouus, noui scilicet & maligni in Hebræos animi, qui animus se sub media eius tempora maximè prodidit. Rectè autem dicitur ignorasse Ioseph, id est memoriam acceptorum à Iosepho beneficiorum oblitterasse. Inde enim iam centum & octodecim anni abierant. Ipse autem Iosephus ante annos 50. mortuus erat; nec solet apud mortales tam viuax esse accepti beneficij memoria. Nec cogitabat imprudens Amenophis potentem & numerosum populum benevolentia melius, quam acerbitate in officio contineri: nec tam sapienter aut vtiliter tolli subditis potestatem nocendi, quam voluntatem.

Vius est autem Deus improba Regis istius, & Ægyptiorum voluntate, ad Iudæorum peccata puniendâ, siue Iosephi venditionem, vt Hebræi aliqui non temerè existimarunt, siue idololatriam, qua in Ægypto fuisse contaminatos asserit Iosue b, dum populum moriturus alloquitur, *Auferte Deos, inquit, quibus seruiert patres vestri in Mesopotamia, & in Ægypto, & seruite Domino.* Ezechiel quoque c ait Samariam & Hierusalem fornicatas in Ægypto in adolescentia sua. Fornicationem autem dici in Scriptura idololatriam notissimum est, & ita ibi Prophetam explicat Hieronymus. Et ea causa fuerit cur tam seuerè egressis prohibita fuerit idololatria, & ipsi tam facile mox in deserto, & in terra Chanaan in idola defluerent. Merito igitur serui facti sunt, qui filij erant eorum, qui innocentissimum Iosephum seruituti manciparant, Deo puniente patrum peccata in filiis, vsque ad quartam generationem. Sed & iustum fuit vt qui sponte seruirent idolis, seruituti idololatrarum subderentur inuiti, & qui pecudes colerent, vt pecudes mactarentur.

Quin etiam arbitror; cum Abulensi d, permisisse Deum Hebræos tam atroci ab Ægyptiis seruitute premi, vt tanto maiori odio impuros eorum mores, barbarasque superstitiones auerfarentur, ardentiusque ad promissam à Deo patribus eorum regionem aspirarent, neque eos in Ægyptum redeundi vlla vnquam cupido incesleret. Deinde vt multiplex daretur occasio vero Hebræorum Deo maxima edendi prodigia, quibus & idolorum vanitas proderetur, quæ cultores suos ab eis protegere non possent, & Ægyptiorum scelera, & obstinatio punirentur: & diuina potentia ostende-

I. Initium seruitutis Israëlitaru. a Exod. 1.

II. Eius causæ ex parte ipsorum.

b c 24. 14.

c c 23. 3. 8. 21.

III. Ex parte Dei. d 9. 7. in c. 1. Exod.

retur.

retur. Israëlitarum autem populus diuinam erga se bonitatem expertus summo ipsium amore prosequeretur, summa denique Dei bonitas & sapientia mundo innotesceret, quæ de magnis magna bona eliceret.

IV.
Ex parte
Ægyptiorum.
Metus.

a l. 1. Exod.
c. 4.

b l. 2. Ant.
c. 5.

V.
Inuidia.

c l. Exod.
v. 7.
Multitudo
Hebræorum
maxima.
d c. 1. 4 l.

e Disp. 1.
in Exod.

VI.
Eorumque
felicitas.
f l. 1. Ant.
c. 5.

Iam verò in Ægyptiis tres causas scriptura notat huius inferendæ seruitutis, metum, inuidiam, & odium. Metuebant enim ne si forte ingrueret contra se bellum, Israëlita, qui soli exercitum constare non auderent, hostibus sese Ægyptiorum adiungerent, eisque expugnatis, & spoliatis ex Ægypto abirent. Quibus verbis significatur, vt notauit Rupertus, fuisse ab Israëlitis frequenti sermone vsurpatam, suam ex Ægypto, authore Deo, migrationem: quam illi omni studio impedire volebant, ne iis commodis priuarentur, quæ ab Hebræis seruitutibus colligebant, qui eis arces, & pyramides ingentes, & vrbes vilissimorum mancipiorum more sine vlla mercede ædificabant. Addit etiam Iosephus b metuisse eos propter cuiusdam Ægyptij vatis prædictionem: qui Regi prænuñciasset, nasciturum per id tempus apud Israëlitas quendam, qui olim res Ægyptiorum grauius esset afflicturus; Israëlitas contra euectures, si modo ad adultam ætatem peruenisset. Eaque denunciatione perterritum regem edixisse, vt quidquid masculini sexus apud Israëlitas nasceretur, abiceretur in flumen.

Vrebat etiam Ægyptios inuidia, & quidem gemina ex duplici obiecto. Nam Israëlita & numero plurimi erant, & corporibus animisque ferè Ægyptiis præstabant. Quod ad numerum attinet, multiplicati sunt in Ægypto Hebræi penè in immensum. Vt enim in vbere solo, cæloque propitio, omne frugum & animantium genus, ita in Principum beneuolentia, in bonorum abundantia, in benedictione diuina, filij Israël creuerunt, & quasi germinantes multiplicati sunt, ait Moses c, ac roborati nimis impleuerunt terram. Id satis intelligi potest ex libro Numer. fuerunt, inquit Moses d, omnis numerus filiorum Israël per domos & familias suas, à vigesimo anno & supra, qui poterant ad bella procedere sexcenta tria milia virorum, quingenti quinquaginta. Et tamen, vt rectè notauit Pererius e, extra hunc numerum fuit vniuersa tribus Leui: quæ non est recensita cum reliquis; fuerunt item omnes infantes, pueri, & adolescentes infra annum vigesimum, quorum, comparatione vltioris ætatis, maxima est multitudo. Fuit quoque extra illum numerum sexus muliebris, quem fuisse tunc numerosissimum apparet, quod sæpè pluribus mulieribus vir vnus matrimonio iungebatur. Nec eo numero inclusi sunt senes inualidi, atque imbelles vtriusque sexus, quorum ingentem fuisse numerum, dubitandum non est, cum permulti centesimum annum supergrederentur. Itaque nonnulli, bene subducta ratione, non temerè concluderunt, vniuersam illam Hebrææ gentis multitudinem, ad tricies centena hominum millia peruenisse.

Alterum obiectum inuidiæ Ægyptiorum erat florentissimus Hebræorum status, etiam seclusa multitudine. Ægyptij, ait Iosephus f, gens delicata, & ad laborem segnis, voluptatibus solum & captandis vndecumque lucris dedita malè volebat Hebræis, quod per inuidiam ferè æquo animo illorum felicitatem non poterat

Opibus enim, vt idem ait, labore & industria quæ sitis abundabant. Verum hac industria multo fuerat efficacior peculiaris Dei in Hebræos benignitas, quæ largè effusa in omnia, quæ ad ipsos pertinebant, copiosissimum illis incrementum dabat. Accesserat 80. annorum Iosephi in ipsos munificentia, quæ non solum omnium tributorum atque onerum reddiderat immunes, sed etiam, iuxta Pharaonis promissionem, dederat Hebræis omnia bona Ægypti, vt comederent ipsam medullam terræ. Dolebant ergo Ægyptij multis se rebus Israëlitis cedere. Neque enim eis tantum multitudinem & fecunditatem inuidebant, sed animi quoque industriam, corporum robur & dignitatem, & externorum bonorum copiam. Nam Ægyptiis propter eorum incontinentiam, & præproperam libidinem, præter deformitatem, minora erant & infirmiora corpora. In Hebræis contra procerata, plena, firma, pulchra, & ad omnem humanum vsu idonea.

Superest odium metui, atque inuidiæ cognatum. Oderunt, inquit ille a, dum metuant. Oderant, ait Moses b, filios Israël Ægyptij, & affligebant, illudentes eis. Oderant quippe ac detestabantur pastores ouium, quæ erat ipsorum vitæ conditio; cum è contrario Ægyptij gloria, rentur multitudo equorum & curruum c. Odium quoque ex religionis disparitate nascebatur vt docet l. 1. contra Apionem Iosephus. Quamuis enim aliqui Israëlitarum idololatriæ scelere polluerentur, plerique tamen eam infamiam execrabantur. Huius odij testis est David, & quidem ita, vt eius auctorem facere videatur ipsum Deum, cum ait d, Conuertit cor eorum vt oderent populum eius, & dolum facerent in seruos eius. Nimirum Deus vsus est iure suo, nec suis bene facere destitit, etsi videret Ægyptios, inde occasionem peccandi sumpturos: & præbendo malis obiectum odij, dicitur cor eorum ad odium conuertisse, quoniam obiecta facultates huc illucque mouent, atque conuertunt. Vide in eum locum Augustinum, Caluini blasphemiam, de auctore peccati Deo egregie refutantem.

His ergo animi morbis ægrotabant Ægyptij, cum Rex conuocatis. Venite, inquit, & sapienter opprimamus eum. Quasi dicat, ne publica in eos clade sæuiamus, ne tumultum in populis, nobis damnum creemus, sed quasi aliud agendo, eos laboribus atteramus, vt simul & ipsi deprimantur, & nos erigamur, & inualeamus. Hanc sapientiam dolum vocat David. Cum ergo id consilium Regi atque optimatibus placuisset, dissimulante datum est initium seruituti, qua Hebræi in fortunæ bonis, & corporibus, & animis ipsis vexarentur. Cumque tribus quasi gradibus, atque temporibus, seruitutis huius calamitas sumperit incrementa, vt ex sequentibus intelligitur, primus hic gradus, qui medios huius Regis annos occupauit, tam latè patuit, nihil vt à damno, & miseria immune esset. Nam quod ad copias attinet & fortunas, tributorum magnitudine eos inanes atque exanguis reddiderunt e, Præposuit enim eis magistrum operum, vt affligerent eos oneribus; quos plerique interpretantur publicanos, & tributorum exactores, à quibus supra modum grauabantur. Deinde cum laborum magnitudine vexarentur, maligna

Ægypti
mores.

VII.
Odiū
Ægyptiorum
in
Hebræos.
a Attenu.
c. 1.
b Exod. 13.
c Exod. 14.
17.

d Psal. 104.
An à Deo
profecum.

VIII.
Consilium
opprimendi
Israëlitas.

In fortunæ
bonis.

e v. 11.

IX.
Ipsique
corporibus.

a Exo. 1. 14.
Ad cophi-
num com-
pulsis.
b Ezech.
poeta apud
Euseb. l. 9.
c. 38. de
Præp.
c Ps. 80. 7.

Flagris, &
catenis ve-
xati.

d Leuit. 26.
13.

X.
Præfecto-
rum inhū-
manitas.

e Exod. 3. 7.
Vt animis
affligerentur
Israëlita.

f l. 1. de vi-
ta Moysi.

XI.
Diuertitas
huius
seruitutis.
Ad an. m.
2451.
Ad an. m.
2543.

tamen eis merces, aut nulla potius reddebatur; eis enim, quasi ab ergastulo mancipiis, abutebantur, cum eos tributis exinanitos, cum soluendo non essent, in pistrinum compingerent.

Sicque corpora ipsa, quod est alterum seruitutis huius malum, vexabantur. Cum enim intolerandis laboribus, & genere ipso indignissimis, & numero longe plurimis obruerentur, quippe ad amaritudinem a, vt ait Moses, perducebant vitam eorum operibus duris suis & lateris, omnique famulatu, quo in terra operibus premebantur. Vastasque moles vrbiū b atque turrium in cælum tollere iuberentur: atque adeo, vt quidam Hebræi prodiderunt, cogentur miseri fæces & stercorea ex vrbiū vberibus, & cophinis imposita suis deferre humeris, atque exportare, iuxta illud Davidis c, Diuertit ab oneribus dorsum eius, manus eius in cophino seruiert. Si quid peccatum esset flagellis seruilium in modum accipiebantur, aut nisi diurnum pensum, licet iniquistissimum, quotidie persoluerent. Non enim propositum erat præfectis operum opus ab infelicibus, sed vitam extorquere, cum de industria opus exigent, quod illi explere non poterant. Quamuis autem plerique rota Ægypto paleis conquirendis excursarent, aliquos tamen ferreis catenis oneratos apparet: eo enim alludit Dominus, cum ait d, Ego Dominus Deus vester, qui confregi catenas ceruicium vestrarum, vt incederetis erecti. Quæ pœna fortasse fugitiuorum fuit, aut eorum qui ob delictum aliquod rapiabantur ad flagrum, aut qui ex vno loco in alium operis causa circumducebantur.

Iam vero præfecti operum maximum affererant momentum ad huius acerbiteriam seruitutis. Nam præterquam quod flagri pœnam non infamæ plebi, aut capite censis duntaxat inferebant, sed iis etiam qui præerant operibus filiorum Israël; præcipuis scilicet Hebræorum, qui quasi proletarij ad hanc militiam, dirumque tyrocinium trahebantur: in quo tam crudeliter cædebantur, vt plerique sub verberibus animas exhalarent, quos etiam, vt ait Philo in vita Moysi insepultos proiciebant extra terminos, & lugeri ac sepeliri prohibebant. Tanta denique erat eorum inhumanitas, vt cum multa haberent Israëlita quæ conquererentur, quasi caterorum omnium obliti, de solis operum præfectis lamentarentur e. Animis postremo affligebantur, cum male atque ignominiosè multati, etiam irrisione vexabantur. Hoc quippe auctuarum plagis addebant, quod generosis animis est ipsi plagis acerbis. Audiebant videlicet impij, contemptores deorum, apellæ & verpi, piaculares, terræ onera, aliisque huiusmodi contumeliis pulsabantur, quas Philo memorat f. Denique ex Artapano recitat Eusebius iussisse regem, vt alia ab Ægyptiis veste Iudæi vterentur, vt facilius cognitis impune quilibet insultaret. Sed hæc, aliaque generis eiusdem, plenius referunt Anales.

Hic antiquissimus fuit, maximèque diuturnus Israëlita seruitutis gradus, vt qui ab huius Regis medio, vt puramus ortus imperio, vsque ad exitum ex Ægypto perseuerauit: centum scilicet propemodum annis. Hinc enim vsque ad octogesimum Moysi, anni duo & nonaginta numerantur. Quamuis Iosephus, & sibi, & alijs omnibus repugnans, nisi mendam irrepit in

numeros, dixerit in eum modum per annos quadringentos fuisse laboratum. Reges porrò qui deinceps sunt secuti Amenophim, eius vestigijs institisse postremus ipse annus docet, in quo & onera, & præfecti onerum, & lateres, & palæ, & flagella inculcantur. Quamuis credibile non sit omnia quæ diximus in primum seruitutis annum cadere. Sub vnum tamen aspectum subiicienda duximus, quæ certam temporis notam non habent.

ANNVS MVNDI 2452.

AMRAMI 67. IOBI 125.

SPHÆRI 7. Imperij Assyriorum 521.

AMENOPHIS 15.

ANTE CHRISTVM 1601.

Vs hunc annum contigisse arbitramur illud quod initio c. 2. Exod. habetur. Egressum scilicet virum de domo Leui, & accepisse vxorem stirpis suæ. Fuit vir ille Amram Leuita, & vxoris nomen locabatha, vt perspicue tam in Exodo a quam in Numeris b traditum est. Quo præcisè anno coniugium hoc contigerit, nemo quod sciam tradidit. Non posui autem prius, eo quod Moses significet Amram duxisse vxorem, exorta iam seruitute, admodumque probabile est tam tardâ liberorū Amrami procreationem, tardo coniugio ascribendam esse. Neque tamen existimandū est contra hoc etiam tardius contigisse post editum videlicet de proiciendis infantulis in profluentem, quamuis id series Mosæica narrationis exigere videatur, idque putarint Rupert. & Abul. Voluit enim Moses in primo Exodi coniungere, & sub vnum quasi aspectum dare quæcunque ad seruitutem pertinebant, ante quam ad aliam narrationem aggredieretur, quod indicare voluit Hieronymus addita particula Posthac.

Quod ad locaberham attinet, quidam Hebræi nugantur, dum eam ab ipsomet Leui genitam putant, neque vident in quos se absurditatum laqueos hoc posito induant. Dicendum potius cum Hieron. c, eam fuisse Amrami patrelem, id est filiam patris, puta filiam Gerlonis vel Merari, sic enim Hebræam vocem Doda Septuaginta interpretantur: aiunt enim Amram duxisse vxorem filiam fratris patris sui. Consentit Demetrius apud Eusebium d, qui eam vocat filiam 73 dicit id est patris, vel certe auunculi. Itaque quod 26. Numerorum dicitur filia Leui, eodem modo accipiendum est, quo Ephraim & Manasses dicuntur filij Iacob, & Christus Dominus filius David.

Author Testamenti Patriarch. e ait filios Patriarcharum retulisse eorum ossa in Hebron anno 91. ante egressum ex Ægypto, indeque rediisse in Ægyptum donec à Mose educti sunt. Ille autem nonagesimus primus est Mundi 2453. idemque vndecimus ante ortum Moysi. Nec sanè video quare hæc traditio vera esse non possit, cum ea res in occulto facta esse dicatur; & à paucis sine apparatu fieri potuerit, vt in tempore afflictionis, &

I.
Amrami
coniugium
cum loca-
berha.
a Exo. 6. 20.
b Num. 1. 6.
59.

II.
Patrule
sua, & non
amita.
c Exo. 6. 20.

γερλων
& ἀδραφῆ
& μάριος
αὐτῶν.
d l. 9. d. de
Præp. c. 21.

III.
Ossa Pa-
triarcharū
expontan-
tur in Cha-
nanitidem.
e c. 2. f.

seruitutis. Non retulerunt autem eadem opera Iosephi lipiana, quia non prius id factum oportuit, quam Deus Israëlitas visitasset, eos asserturus in libertatem: quod tempus nondum aduenerat, ac ne natus quidem erat is, per quem tam gloriosum facinus patrandum erat. Iosephus & quoque prius relata ossa Patriarcharum ait, quam Iosephi, quæ translata sunt dum Hebræi ex Ægypto populariter emigrarent.

ANNVS MVNDI 2456.

AMRAM 71. IOBI 129.

SPHÆRI 11. Imperij Assyriorum 525.

AMENOPHIS 19.

ANTE CHRISTVM 1597.

I. Oc circiter anno sexto seruitutis & Amenophis 19. altero gradu progressam putamus Pharaonis in Hebræos tyrannidem, cum præcedentium malorum incremento. Sex enim annorum experientia sufficiebat ad probandum, an laboriosa seruitus procreationem impediret, an contra multi paruuli quinquennes, aut sexennes reperirentur, qui eum conatum irritum certo argumento comprobarent. Certè ad hunc etiam annum referamus licet illud. *Quantiòque opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, & crescebant.* Quo cognito Rex barbarus compendiosiore via ad Hebræorum interitum progredi statuit. Clam enim vocatis ad se obstetricibus Hebræorum, non omnibus quidem, sed duabus earum primariis, quarum nomina Moses grati animi causa immortalitati commendauit, Sephora & Phua, vt per eas Regis imperium cæteris innotesceret, quo ferebatur vt sub tempus partus infantes masculos Hebræarum mulierum interficerent, & crimen suum matris abortionem, vel lethalem aliquem defectum interpretarentur, scæminas autem reseruent.

II. Occultam esse oportuit hanc conspirationem, alioqui Hebrææ puerperæ sibi ab Ægyptiis studiose cauissent, easque neque aduocassent vquam, neque vltro se offerentes admisissent. Scio esse qui has obstetrices Hebræas esse putarint, sed eas Iosephus aperte vocat Ægyptias, quæ ob cognationem gentis suæ, edictum regium minime contempturæ viderentur: cui passim assentiuntur Scripturæ Interpretes. Quomodo enim tam demens fuisset hic tyrannus, vt tam crudele præceptum ipsis Hebræis mulieribus tutò committi posse putaret, quæ naturali commiseratione erga genus suum affectæ, nunquam operam suam ad illud delendum collaturæ essent. Quid illis verbis, *Non sunt Heb. ac sicut Ægyptiæ mulier: es ipsa enim obstetricandi habent scientiam, & priusquam veniamus ad eas parimus; nonne aperte ostendunt se non fuisse de genere Hebræorum, cum ab eis ipsæ separent sese, eisque opponant.*

III. Voluit autem Rex, vt notat Abulensis, seruari scæminas: primo ne si nemo seruetur, sed diceretur omnes foetus enasci mortuos, res facile pareretur. Deinde quia multiplicatio mulierum

Hebræarum non inferebat timorem Ægyptiis, cum illæ arma non tractent. Accedebat quod ipsis ad libidinem suam abufuri erant, vt quæ multum Ægyptias, pulchritudine vincerent. Denique ingeniosiores erant ad lanificium, aliæque opera muliebria.

Timuerunt autem obstetrices Deum, & non fecerunt iuxta præceptum regis Ægypti, sed conseruabant mares. Iniecit nimirum Deus vehementem aliquem terrorem istis mulieribus, vt apprehenderent se, aut morte diuinitus, aut grauissima quapiam calamitate percussum iri, si id facinus attentarent. Aut si maus emolliuit muliebri ingenium, alioqui natura tenerum, vt misericordia erga infantulos tangerentur, qui præter innocentiam propriam, nullam parentum suorum culpam proprio interitu expiassent.

ANNVS MVNDI 2457.

AMRAMI 72. IOBI 130.

SPHÆRI 12. Imperij Assyriorum 526.

AMENOPHIS 20.

ANTE CHRISTVM 1596.

HEBRÆORVM chronologiam de Mariæ sororis Moysis natiuitate sequimur, quæ septennio natu grandiore fratre affirmat. Ideo enim volunt seruitutem Israëlitarum annos 87. durasse, & post eos solutam, quia ad 80. Moysis, quos Scriptura ipsa commemorat, septem Mariæ annos aggregant. Quod autem iidem opinantur seruitutis initium in Mariæ ortum incurere, vt propterea Maria ab amore, id est amara seruitute dicta fuerit & omnino 87. annos tenuisse, nec sibi ipsis, nec veritari, vt arbitror, satis consentiunt. Nam eodem ipso capite à morte Leui cæptos affligi Israëlitas affirmant, qui iam à 35. annis obierat. Nisi fortè volunt in ortu Mariæ seruitutem non simpliciter inchoatam, sed amariorem, quando mandata est obstetricibus cædes paruulorum. Quem nos seruitutis gradum in annum superiorem retulimus: priorem autem non ad ipsius Leui mortem, sed Caathi filij eius probabilius, vt credo, coniecimus.

ANNVS MVNDI 2461.

AARONIS 1. IOBI 134.

SPHÆRI 16. Imperij Assyriorum 530.

AMENOPHIS 24.

ANTE CHRISTVM 1592.

DV illud ab obstetricibus Amenophis, & ab eo vicissim Israëlita onerum grauitate vndecimum iam annum crudeliter opprimantur, nascitur ex Iochaberha Aaron Leuita, summo Hebræorum pontificatui diuinitus destinatus. Dubium porro est an Aaron sicut & Moses, periculum mortis adierit.

Interitum regis imperium.

Mariæ ortus, & amarioris seruitutis: a Seder hit. c. 3.

Ortus Aaronis.

f Gen. 50. 24.

g l. 2. ant. c. 4. f.

a Exo. 1. 22.

Mandatur obstetricibus cædes infantum.

II. Ægyptias fuisse, non Hebræas.

III. Cur scæminæ seruentur.

Nam Rupertus constare ait, vtumque natum post illud impij Pharaonis edictum, de proiciendis masculis in flumen. Sed eum series Moisaica narrationis, addita voce *post hæc*, induxit in fraudem, qua de re diximus anno Amrami 67. Rectius ergo Lyranus negat Aaronem subisse periculum interitus, quod nondum id edictum promulgatum esset: quod Chronicum Alexand. contigisse ait, eo ipso anno quo natus est Moses.

II. Qui est ab Abrahamo septimus, a 1. Abraham. 2. Isaac. 3. Iacob. 4. Leui. 5. Caath. 6. Amram. 7. Aaron. 8. Eleazar. 9. Phinees, &c.

ANNVS MVNDI 2463.

AARONIS 3. IOBI 136.

SPHÆRI 18 Imperij Assyriorum 532.

AMENOPHIS 26.

ANTE CHRISTVM 1590.

I. Tertijs Hebrææ seruitutis gradus.

Obstetrices non esse mentitas.

II. Cuius rei mercedem à Deo acceperint.

lexit. Neque dixerunt se non adfuisse patientibus Hebræis, quod fuisset vtique mendacium, sed id Regi existimandum reliquere. Quamuis autem in eorum verbis mendacium fateremur: non tamen propterea conueniens est id approbatum esse à Deo, aut mercede affectum, sed timorem Dei, quo illæ permotæ abstinerunt à peccato, vt docet S. Aug. in libro contra mendacium: imo & Moyses. *Et quia, inquit, timuerunt obstetrices Deum, adificauit eis domos.* Quæ merces tam de bonorum temporalium copia, quàm de filiorum fecunditate, ex vi sermonis Hebræici explicari potest. Et sane diuinæ bonitati ac sapientiæ consentaneum fuit, vt quæ ex Dei timore alienos seruarant liberos, ipsæ à Deo liberos, & domus siue familiæ suæ propagatione acciperent. Et quæ conseruando mares mortis discrimen adierant, vitam perquam diuturnâ, longa posterorum successione reciperent.

Quoniam ergo occultis interficiendorum paruulorum conatus irritus apparebat, præcipit, inquit Moyses, *omni populo suo, dicens, quid masculini sexus natum fuerit, in flumen proicere, quidquid feminini reseruate.* Barbarum plane, ac ferale edictum, siue quod innocentes crudeliter interficit, in quorum gratiam nocentibus potius parcendum erat: siue quod infantulos necat qui amorem & beneuolentiam, certè quidem misericordiam suo candore, & simplicitate conciliant. Adde quod parentibus, nulla eorum culpa eripit, quod neminem excipit, quod nullo temporis spatio crudelitatem circumferibit, nisi quod vniuersæ nationi interitum attulisset. Causam quoque huic edicto dedisse Iosephus ait, vt vatem quandam sacrorum scribam, vt supra tetigi, qui regi prænuuciauit nasciturum per hoc tempus apud Israëlitas, qui aliquando res Ægyptiorum vehementer affligeret, Israëlitarum autem in altum eueheret. Cuius vaticinij nullum vsquam, ipso duntaxat excepto, vestigium extat, nisi si qui illud ex ipso transcripserunt.

Impositum est autem hoc præceptum solis Ægyptiis, quod absurdum esset sperare tam atrox mandatum à parentibus ipsis in filios obseruari iri. Et omnino magnum quiddam erat vt ipsi tantam iniuriam ab Ægyptiis patienter ferrent, neque in arma furter irruerent. Et sicut ad prius facinus obstetrices Ægyptias elegit, non Hebræas, ita ad hanc cædem, Ægyptios, non Hebræos sibi obtemperaturos putauit. Et ita id præceptum Moyses ipse intelligi voluit, cum non dixit tantum, *præcipisse omni populo*, sed addidit, *suo*, scilicet Ægyptio, ad distinctionem Hebræici. Nec obstat quod parentes ipsi Mosem exposuerunt. Neque enim id illi fecerunt vt regi parerent, in flumen enim abiēcissent; sed vt ne perirent, & quòquo modo eaderet eorum manus, qui eum in flumen ad certam mortem projecturi erant. Optabilior enim parentibus erat dubia filij vita, quam indubitatus interitus: meliusque illi consultum putauerunt, si in manus Dei potius, quam in manus hominum incideret.

Sed diuina providentia feralè barbari huius tyranni spem fecellit omnem. Diuina enim benignitate factum est, vt laboribus & ærumnis Hebræi insigniter crescerent, vtque obstetrices misericordes in infantes, & ingenio æ

a c. 15. & seg. b Exod. 1. v 21.

III. Edictum de mergendis infantibus, c. 1. f.

d l. 2. Ant. c. 5. e a 2. seruit. n. 4.

IV. Ægyptiis, non Hebræis impositum.

V. Sed id irritum fuit.

in tyranno illudendo redderentur. Denique vt impium hoc edictum breui tempore irritum fieret, atque vnâ cum tyranni morte, quæ intra quintum annum contigit, antiquaretur, vt rectè plerique existimant. Certè minimè obseruatum fuisse ad finem vsque seruitutis, ac ne diu quidem, ex eo constat quod tam multi paruuli, infra vigesimum annum, ex Ægypto cum patribus suis exierunt.

Atque ita finem tertiæ mundi ætati imponimus, quæ à natalibus Abrahamæ exorsa, in ortu Moïsis, & initiis durissimæ seruitutis Hebræorum terminatur, omniumque Patriarcharum maximos, atque clarissimos, sex generationibus, & annis 425. comprehendit. Neque mirabile nos hoc loco tertiæ ætati fixisse metas. Nam è multis Chronologis, qui priora tempora per ætates digessere, vt nemo est qui in prima, aut secunda ætate dissentiat: nam prima ab ortu rerum, ad populorum interitum, altera à Noëmo ad Abrahamum omnium consensu protenditur; ita in tertia terminanda multæ sunt Scriptorum, discrepantesque sententiæ. Nonnulli eam ad Dauidem producant, Ado Viennensis, Beda, Marianus Scotus. Alij ad exitum Hebræorum ex Ægypto, vel datam legem, vt Ioannes Lacidus, Tornielus, & alij fortasse aliter. Eadem consequenter est in cæteris Ætaticis dissentio. Nobis visum est tertiam Ætatem exitu omnium Patriarcharum concludere: quartam Legislatore Mose, Iudicibusque Hebræorum definire. Quintam Regibus, à Saule vsque ad Babylonicæ captiuitatis finem. Sextam Pontificibus, cæterisque populi Reoribus ad Christi Domini natiuitatem. Ex quo nos ad finem vsque seculorum, & mundi occasum agimus septimam. Octaua denique ab vltima resurrectione corporum, partim in deliciis, partim in supplicis in omnem propagabitur æternitatem.

QVARTA MVNDI ÆTAS,

Quæ est Iudicum Hebræorum.

ANNVS MVNDI 2464

AARONIS 4. MOSIS 1.

SPHÆRI 19.

Imperij Assyriorum 533.

AMENOPHIS 27.

ANTE CHRISTVM 1589.

I. Ortus Moïsis.

ILLVSTREM atque in primis memorabilem hunc annum fecit magni Iudæorum Legislatoris ortus, vniuersæ genti votis omnibus expetendus, quando in eius vita & virtute totius populi salus ac libertas, ex diuina prouidentia vertebatur. Natus est hoc anno Moïses ad opera mirabilia, totoque orbe celeberrima singulariter destinatus, conseruatus atque educatus, vt primus hic annus ipsius, & plerique consequentes cumulatè docebunt: nihil

vt necesse sit hoc loco in ea re probanda diuini immorari. Quartam autem ætatem à Moïsis natiuitate, sicut tertiam ab ortu Abrahamæ, inchoamus, iuxta ea quæ proximo anno distulerimus. Et sicut illius ætatis tertiæ quasi exordium quoddam & apparatus fuit id tempus, quod diuinam Abrahamæ vocationem antecessit: ita & quartæ huius, quod tempus ortum inter & legationem Moïsis ex monte Sina in Ægyptum interiectum est prolusio quadam erit, quæ inconcinne separaretur à legitimo cantu.

Amrami porrò nonum supra septuagesimum numeramus annum, secuti Demetrium apud Eusebium, vbi dicitur natus annis 14. ante mortem Patriarchæ Iosephi, à qua hic annus est 65. quibus adde 14. & exister ille Amrami annus quem diximus, & quem præfert index anni huius. In anno porrò promissionis, & vtriusque regis belle nobis cum Eusebio conuenit, aliisque passim. Quod certa ratio etiam exigit. Nam cum à promissione ad exitum 430. annos reperiri oporteat, certè eam summam 350. qui præcesserunt, & 80. qui nunc inchoantur exactè conficiunt. Eodem modo habitatio in Ægypto ex communi sententia 115. annorum fuit: eum numerum 135. anni iam confecti, & 80. qui supersunt, & hoc anno inchoantur ritè complent. Denique de anno Moïsis, vt cætera argumenta missa faciam, Cyrillum habemus affirmantem natum Moïsem post Abrahamum anno 425. nimirum absoluto, vt patet ex indice præcedentis anni.

Cum ergo Ægyptiæ tyrannidis violenta tempestas multos iam annos populum Dei iactaret vehementius: & recens edictum Amenophis, à quo nondum euolutus erat annus (propterea que Chronicum Alexandrinum illud in hunc annum refert) certissimum exitum vniuersæ genti minaretur, magnus omnino claritatis & spei fulgor, in terra Gessen, nascente Moïse cœpit exoriri: Et si per paucis in quantum ille spem nasceretur cognitum foret. Cognitum tamen fuisse parentibus Iosephus affirmat, Domino per somnum Amramum edocente; cui reuelationi aliquid fidei ex Scriptura conciliabimus aliquanto post. Subdit autem Iosephus, his per visum cognitis Amramum experrectum narrasse hoc vxori. *Qua res, inquit, virique sollicitudinem auxilii: iam enim non puero tantum timebant, sed ne quo pacto promissa fœlicitas intercederet. Sed mox oraculo fidem fecit mulieris partus, qua tam facile est enixa, vt observatores fefellerit, nihil sentientes eorum, qua in vulgaribus puerperis sentiri solent.* Ita Iosephus.

Fuisse autem forma decorum & elegantem traditur in Exodo, vbi à Septuaginta dicitur, quos secuti sunt SS. Paulus & Stephanus. Sed hæc oris dignitas, & totius corporis pulchritudo, natiuum parentum amorem accendit, vt spreto regis edicto infantem tribus mensibus absconderent. Sed quid est quod Apostolus non naturali amori, sed fidei hoc tribuit? *fide, inquit, Moïses natus occultatus est mensibus tribus à parentibus suis, id quod vidissent elegantem infantem.* Plerique interpretes hanc fidem interpretantur, prudentem coniecturam ab externa specie ductam, fore vt hic infantulus in magnum virum

II. Ratio temporis, a l. 9. de Præp. c. 21. Græc. Lat.

b in Annal.

III. Nascitur Moïses in spe magna.

c l. 2. c. 5. Domino reuelante.

IV. Forma decorus, d. c. 2. 2. e Heb. c. 11. 25. f Ab. c. 7. 20.

Fide occultatur. a hom. 26. ad Hebr.

b an Moïses 40. n. 4.

V. Tribus mensibus.

Exponitur in fiscella ad oram fluminis.

VI. Nec profluentem.

VII. A filia Pharaonis, accipitur. c l. 2. Ant. c. 5. d Hæres. 78. ff.

euaderet. Ita sentit Chrysostr. & cum secuti Theophyl. & Oecum. Sed melius dici videretur Paulum alludere ad oraculum, quod Iosephus memorat. De quo ille iterum. *De Deo vero certam spem habebat prouersurum; vt oraculi veritatem euentus indiceret.* Eam expositionem in illum Pauli locum probant nostri Cornelius & Iustinianus. confirmantque ex D. Stephani verbis, de quibus alibi commodior erit dicendi locus. Posito igitur hoc oraculo, cum eximia infantis pulchritudine, potuerunt Moïsis parentes, diuino præferrim impulsu acti, diuinum aliquid in infante agnoscere, & existimare eum Deo cordi & curæ esse, eumque etiam in fiscella scirpea seruaturum, quod pertinet ad fidem.

Cur autem longiori tempore seruatus non fuerit, rationem affert Lyranus, quæ ex Iosepho & Philone probabilitatem habet, quod Ægyptij custodes tertio quoque mense scrutarentur domos, & periculum erat ne dum vni consulere student, ipsi necis eius fierent accessio: præsertim cum infans validiore in dies, ac clariore vagitu se proderet. Quoniam ergo in eam ventum erat necessitate, vt incertæ morti puerum committere præstaret, quam illum toramque familiam tyrannico furori obicere, quo ei modo maximè consulere possent, deliberarunt. Denique fabricati sunt fiscellam scirpeam, siue arculam iuncea, & liniarunt eam bitumine ac pice, vt leuis materia facile innataret aquis, neque tamen aqua interiora penetrans, suffocatum infantem demergeret, quem in hac noua nauicula, super publica priuatæque calamitate gementes incluserunt, & exposuerunt in caretto ripæ fluminis. Est autem caretum locus caricibus confusus, & palustris, vnde Septuaginta positum aiunt in palude iuxta fluuium, in vnam aliquam earum quas Nilus restagnans efficit, ne scilicet fluminis impetu raperetur.

Quod magis mirum est, Iosephus ait puerum à parentibus in flumen proiectum esse, & filiam regis iussisse missis natatoribus, fluitantem lectulum ad se in ripam extrahi. Sed putauit fortasse rem non satis admirationis habituram, nisi pro palustri ripa, flumen ipsum, pro vna è famulabus naratores substiteret, aut non rectè posse dici puerum Moïsem ex aquis extractum, nisi quem parentes ad madentem ripam collocarant, ipse misericors in flumen proiiceret. Iacebat ergo in fiscella infantulus, ad oram fluminis stante procul Maria sorore eius, & rei exitum præstolante. *Ecce autem, ait Moïses descendebat filia Pharaonis vt lauaretur in flumine, & puella eam gradiebantur per crepidinem aluei.* Hæc fuit occasio à diuina prouidentia præparata, in salutem primum, deinde etiam in gloriam famuli sui, qui in regiam ascitus familiam regiam etiam institutionem sortiretur.

Hanc regis filiam Thermutim vocat Iosephus, quam S. Epiphanius dicitur filiam Amenophis fuisse ait, & pro Dea cultam ab Ægyptiis, puta Iudæis in Ægypto natis, quod Moïsem sustulerit, atque educarit. *Quæ cum vidisset fiscellam in papyrione, locus est papyrus confusus, quod genus est fruticis, misit vnam è famulabus suis, & allatam aperiens, cernensque in ea paruulum vagientem, misera eius ait, de infantibus Hebræorum est hic.* Id autem æstimare potuit non solum ex præfenti Israëlitarum statu, sed etiam

ex circumcisionis indicio. quam octauo die acceperat. Et quia, vt ait Philo, non videbatur tutum confestim eum in regiam ferre, & interim nutrice opus habebat, cogitanti superuenit foror pueri, quæ non longe aberat, & edocta à matre, *vis inquit, vt vadam & vocem tibi mulierem Hebræam, qua nutrice possit infantulum? Respondit vade; perrexit puella & vocauit matrem suam.* Cui illa, *Accipe ait puerum istum, & nutri mibi, ego dabo tibi mercedem tuam.*

Vide quam pulchre illadat Ægyptiis diuina prouidentia: vt quo tempore illi cogunt Hebræos sibi sine mercede in durissimis operibus seruire, Dominus efficiat vt vltro mercedem præbeant Hebrææ mulieri, optatum ac debitum ministerium filio suo exhibenti. Et dum pueros in ruinam Israëliticæ gentis interimunt, vnum in suam ruinam propriis sumptibus educunt. Auger hæc Iosephus episodio fastidiæ ab infante mammillæ mulierum Ægyptiarum, quæ vt non consentanea sacris literis, delicatioribus fastidium mouent. Quo porrò tempore à Regina vocatus sit Moïses dubium videtur. Significat enim Scriptura id factum, postquam adultus ab ea fuit adoptatus. Philo autem & Iosephus, hanc denominationem factam aiunt, cum datus est puer nutrice: quod credibilis est, ne tanto tempore nomine careret puer. Scriptura vero temporis ordinem in narrando non semper obseruat. Vocatus est porrò nomine Ægyptio, quod Hebræice interpretatum redditur Moïses, id est extractus sine Extractio. Sic superius vertit Pharaon Iosephi nomen, & appellauit vocabulo Ægyptiaco, quod Latine interpretatum significat Saluatorem mundi. Clemens porrò Alexandrin. ait Moïsem à parentibus in circumcisione vocatum Ioachim.

Annus proximè sequens, qui fuit Mundi 2465. vigesimus atque vltimus fuit Sphæri regis Assyriorum; cui anno 66. successit Mamyli, ad annos 30. qui fuit decimus quintus à Belo. Nutriebat autem interea Iochabatha metu libera, imò gaudio triumphans filium & alienum & suum, dum amotus à lacte Regiæ redderetur. Retinuit autem illum apud se, quantum decorè & probabiliter lactare illum potuit, & materno amore, & infantuli gratia inuitante.

ANNVS MVNDI 2467.

AARONIS 7. MOSIS 4.

MAMYLI 2. Imperij Assyriorum 536.

AMENOPHIS 30.

ANTE CHRISTVM 1586.

OST tertium ætatis annum, vt ait Iosephus, cum iam à lacte amotus esset Moïses, reddit ascititiæ matri filium suum vera mater, multis vt credere par est, cum precibus Deo commendans. Nec sanè video quidquam obstare, cur non existimare possimus Iochabatham,

Matri nutriendus datur.

VIII. Diuina in Iudeos prouidentia.

Tempus & ratio nominis Moïses. a c. 2. 10.

b l. 1. Strom.

IX. Sphæri obitus, Mamyli successio. a. m. 2465.

I. Ablactatus Moïses regiæ redditur. a l. Ant. c. 3.

vel hoc tempore, vel etiam precedente, ad commendandum studium, & industriam suam erga puerum, quem videbat Regina charissimum, rei veritatem, patefecisse, & tamen perlibenter infantem donasse illi, quæ perituro vitam dedisset, quamque Deus circa pusionem providentiæ suæ administram elegisset. Quarto igitur ætatis anno, quando infantuli gratiores parentibus esse, atque iucundiores incipiunt, admirandam, ut ait Iosephus, gratiam addidit, ut nemo esset adeo terribilis, qui visa Moysi pulchritudine non obstupesceret. In qua pulchritudine & eximia indole satis præsidij putavit esse Iosephus in puero & satis causâ in Principe sterili, aut certè prole destituta, ut eum ipsa adoptaret in filium, & Patri regnanti in successorem offerret.

& ab ea adoptatur.

I I. Quomodo Moyses negaverit se eius filium. a ser. 89. de temp. b l. 1. de vita Moysi. c Exo. 2. 10. d Hebr. 1. 24. 25.

An diadema calcavit.

loc. cit.

en. 5. 6. &c.

I. Mors Amenophis. Eius decretum antiquatum.

a Exo. 10. 9. 10. & c. 12. 37.

Philo Pharaonem à filia deceptum ait, fingente puerum hunc à se genitum, cui Augustinus a, & Nyssenus b aliquo modo fauent, sed retinenda est adoptio, quam habet editio vulgata c, Hebræo, Græcoque consentanea, quæ est communissima sententia, antiquorum & recentiorum scriptorum, Iustini, Basilij, Clementis, imò & Nysseni, & Augustini. Nec illi repugnat Apostolus d, cum ait Mosem negasse se filium filia Pharaonis, quæ negatio videtur supponere rem occultam, qualis erat illa fictio, non apertam, qualis est adoptio. Respondeo enim cum Ribera, & aliis, istam negationem non verbo nunciatam sed facta, hoc ipso quod se Moyses separavit ab Ægyptiis, & aggregavit Hebræis, thesauris illorum neglectis, & horum iniuriis & paupertate adamata. Quæ autem de regio diademate imposito puero, & ab illo in terram proiecto & conculcato, & Sacrorum scriba eum ad necem deposcente narrat Iosephus, merito censentur in fabulis. Sicut & quod aliqui Hebræi addiderunt, de prunis ori admotis ab infantulo, indeque impeditioris linguæ facta, quæ in Annalibus e Lector refutata reperiet.

Qualis autem fuerit eius in aula regis educatio facile quiuis intelligit: illud tamen Philonis non vulgare est *Ita natus*, inquit, *educationem regum nequaquam infantium more delectabatur assentionibus, iocis, lusibusque quamvis indulgenter haberetur ab educatoribus, sed iam tum modestiam, gravitatemque præferens, malebat audire spectareque utilia.* Sic ille. Cur autem Deus Moysen in aula regia nutriri atque educari voluerit, has suggerit causas Pererius, Prima, quod nemo alius vel Hebræorum, vel Ægyptiorum, præter filiam regis, ausus esset contra tam atrox regis edictum Mosem naufragio eripere, conservare & educare. Deinde, quia regali cura educatus, euasit in virum non rusticum, & agrestibus moribus præditum, sed elegantibus ac regiis: qualibus decebat informari amplissimæ olim gentis moderatorem. Denique, ut maiore apud Ægyptios auctoritate polleret, cum apud eos destinata diuinitus legatione fungeretur.

I I. Educatio Moysi in aula.

Et in eo Dei Providentia.

Anno porro sequenti, qui fuit mundi 2469. extincto barbaro ac crudeli Amenophi, Orus illi in Ægyptio regno sufficitur, quem mitiorem fuisse hoc ipso credere par est, quod ipso regnante ac coniuente, edictum de proiciendis in flumen infantulis antiquatum est, ut paulò ante dicebamus. Eusebius annis ipsum octo ac triginta regnasse tradit. Africanus ex Manethone 37. Iosephus ex eodem 36. & menses quinque. Sed in re modica Eusebium deserere non placet.

I I I. Regnū Orū in Ægypto. A. m. 2469.

ANNVS MVNDI 2470.

AARONIS 10. MOSIS 7. MAMYLI 5. Imperij Assyr. 539. ORI 2.

ANTE CHRISTVM 1583.

SEPTIMVS ætatis annus initiis liberalis institutionis, quæ animi educatio est, communi hominum iudicio destinatur, vsuque ipso frequentatur; quando pueri iudicio vti incipiunt, & esse doli capaces. Hunc ergo annum Mosaicæ eruditionis initiis constituamus licet. Et quoniam S. Stephanus affirmat Moysen eruditum fuisse omni sapientia Ægyptiorum, de ea diligentius est à nobis in Annalibus, in hoc ipso mundi anno disputatum, ex Clemente præsertim Alexandrino, Philone & Diodoro Siculo, quæ hoc loco iterare instituta breuitas non permittit. Ea porro videntur in primis cognitione digna, quæ ad hieroglyphicam pertinent, omnesque illius partes, quarum pulcherrima vestigia reperiuntur in plerisque Mosaicæ legis institutis. Ibidemque refutata reperies, quæ Philo de Græcis Moysi doctoribus in Græcorum gratiam commentus est, quæ cum tota Patrum antiquitate pugnant.

I. Moysi institutio puerilis.

De Ægyptiorū sapientia.

Non prætereunda tamen, sed ponderanda potius arbitror illa Philonis verba cum ait Mosem à vicinis Assyrias literas, & Chaldaicam de cælis scientiam didicisse, & quidem non ab Assyriis, aut Chaldæis, sed ab Ægyptiis, & præsertim Ægypto proximis, & pascuis Ægypto

I I. A patre Amramo videtur edoctus.

vicinis,

vicinis, vnde præceptores iniussi, & sponte sua ad docendum se offerebant. Hos ego vicinos ausim dicere Hebræos, incolas terræ Gessen quæ pascuis abundabat, qui non Hebraicarum tantum litterarum, sed Chaldaicarum etiam & Assyriarum periti erant, quandoquidem ex Chaldæa Assyriis vicina oriundi erant. In his autem vltro se offerentibus magistris, valdè suspicor fuisse Amramum pueri patrem, qui septimo anno Moysi quintum supra octogesimum agebat annum, non ætate solum sed etiam scientia, ut Leuitem decebat, venerabilem, qui cum auo suo Leui, qui in Chaldæa & Mesopotamia diu vixerat, ad triginta quinque annos fuerat diuersatus. Quin etiam suavi diuinæ providentiæ dispositioni consentaneum id fuerit, ut simul cum litteris veram à teneris pietatem animo imbiberet; & qui lac à sua ipsius matre infantem sugere voluit, puram & lacteam Dei sapientiam à patre hauriret.

Quod ex Philone elicitur.

Sicut & Aaron.

a l. 2. Ant. cap. 5.

I I I. Profectus Moysi. b l. 1. de vita Moysi

Quod si huic coniecturæ assentiri placet, etiam Aaronem fratrem ei condiscipulum dare possumus. Domestica certe disciplina institutum dubitare non conuenit, diuina id agente providentia, quæ ipsum ad summum pontificatum destinabat, edito etiam super ea re oraculo, ut Iosephus a affirmat.

Eius autem in omni eruditione profectus testis est Philo b, qui cum dixisset, plerosque præceptores ad Mosem docendum partim accersitos venisse; partim etiam sponte se obtulisse, Eos, inquit, *intra modicum tempus ille superavit nativa docilitate institutionem præcurrentes, ut reminisci videretur, non discere, in rebus difficilioribus de suo aliquid comminiscens. Nam præclara ingenia multa circa scientias noua comminiscuntur.* Hæc ille. Quæ S. Basilij in Esaiam, & ante eum Clementis Alexandrini, imitatus est. Hæc autem studia, tam multa, tamque multiplicia, non paucos Moysi annos occuparunt.

ANNVS MVNDI 2478.

AARONIS 18. MOSIS 15. MAMYLI 13. Imperij Assyr. 547.

ORI 10.

ANTE CHRISTVM 1575.

I. Moysi adolescentia.

IN hoc tempore Moyses adolescentiam, cuius bona pars, ut credere par est, in liberali & litteraria institutione collocata fuit: crescente tamen corpore, in nobilibus adolescentibus armorum & militiæ rudimenta ponuntur. Quod in Mose quoque obseruatum minime dubium est, præsertim si in expeditione, quæ dicitur, Æthiopica, factus est Imperator. Verum non solum arma hoc tempore tractasse docet Philo, cum ait, *Egressus deinde pueritiam, magis curam intendit, non ut quidam fræna laxans concupiscentiis, quamvis non desent incitamenta plurima que se vbertim offerunt in regum domibus, sed sobrietate atque temperantia, tamquam habens quibusdam eas cohibens, ne impetu nimio ferretur, &c.*

ANNVS MVNDI 2485.

MOSIS 22. AARONIS 25.

MAMYLI 20. Imperij Assyr. 554.

ORI 17.

ANTE CHRISTVM 1568.

AMRAMI secularis annus incurrit in principium Mosaicæ iuuentutis, quam significant illa verba Iosephi a, *Postquam adoleuit Moyses, & ad florentem peruenit ætatem, breui sue virtutis specimen edidit; in bello videlicet Æthiopico, de quo ibidem narrationem instituit, nec tempus illius distinctius tradit, sicut neque Artapanus b, qui eius meminit. Chronicon Alexandrinum ad annum Moysi 31. id distulit, vbi & nos de eo mentem nostram aperiemus.*

I. Moysi iuuentus. a l. 2. Ant. c. 5.

b l. 9. de Prep. c. 27. Gr. Lat.

Ad hoc porro tempus illud S. Stephani elogium c de Mose referri potest, vbi dicitur *potens in verbis, & in operibus suis.* Id enim non solum tempus illud intuetur, quo verbis siue contra Pharaonem decertabat, aut populum in Ægypto regebat, sed anteriora etiam respicit. Significat enim fructum eruditionis acquisitæ in Ægypto. Sic enim habet: *Et eruditus est Moyses omni sapientia Ægyptiorum, & erat potens in verbis, & in operibus suis.* Verborum potentiam merito quisque eloquentiam interpretetur, quæ multiplici rerum cognitione sustentatur, additaque verborum copia efflorescit. Quia tamen ipse se, à primis etiam annis, verbis abundasse negat d, propterea dicitur e *τὸ ἐν λόγοις*, idem erit atque efficax in persuadendo, quique verborum pondere potius & grauitate valeat, quam cursu & volubilitate orationis. Operum autem facultatem tota deinceps Scriptura declarat, quam nos pro temporum ratione aestabimur. Nam quæ ab Artapano apud Eusebium e Moysi opera atque inuenta referuntur, erroribus referta sunt: quæ nihilominus in commodum sensum in Annalibus f trahere conati sumus.

I I. Idem verbis & operibus potens. c Act. 7. 22.

d Exod. 4. 10.

e Moysi opera.

f l. 9. c. 27.

g An Mos. 22.

ANNVS MVNDI 2491.

MOSIS 28. AARONIS 31.

MAMYLI 26. Imperij Assyr. 560.

ORI 23.

ANTE CHRISTVM 1562.

ANNVS Moysi vigesimus octauus cum primo Iosue magna ex parte concurret. Sic enim annus primus Egressionis, qui est octogesimus primus Moysi, erit 54. Iosue: & centesimus Moysi cum 73. Iosue concurret, & illius 120. vltimus cum huius 93. conueniet quibus si addas annos 17. gubernationis post obitum Moysi, totam explebis vitæ Iosue periodum centum & decem annis circumscribam. Hunc ei annum natalem esse volunt, quicunque ei 17. vel 18. gubernationis annos

I. Ortus Iosue.

atque buntur. Qua de re suo loco diligentius dicendum erit.

11. Nascitur ergo hoc anno Ioseph, de tribu Ephraim, vir plane illustris, ac maximus aliquando futurus Imperator, Mosis divina electione successor, & primus populi Dei, post Legislatorem moderator & Iudex, eiusque in Chananitidem introductor. Et ne ipsum novum hominem putes, habes auum eius Elisaman, Ephraimitarum omnium principem, & in eius exercitu quingentos supra quadraginta millia pugnatorum: patrem vero Nun, sui utique patris, ut ait Serarius, in eadem dignitate successorem. Porro Nun a Septuag. & ceteris Graecis Scriptoribus Naue dicitur, qui filio imposuit in circumfisione nomen Osee, pro quo Septuag. habent Auses, siue Aulse, quod tribus & quinquaginta annis retinuit, donec a Mose ad explorandam terram cum sociis missus est, & Iosue appellatus, utroque nomine salutari, utrumque enim significat Salvatorem. Qua de re vide copiosam Serarij nostri disputationem.

1. I. Ioseph. 1. Nave, A' vni, vel A' vni.

b. num. 13. c. 1. in Ios. c. 2. q. 5. 6. & seq.

ANNVS MVNDI, 2494.

MOSIS. 31. AARONIS. 34.

MAMYLI 29. Imperij Assyriorum 563.

ORI 26.

ANTE CHRISTVM 1559.

I. HERONICVM Alexandrinum in annum Mosis trigessimum primum, hoc ipsius anno, inquit, Moses urbem Hermopolim condidit, & bellum cum Aethiopicis toto decennio gerit; intra quod videlicet vrbs condita est. Nam Artapanus in lib. de Iudaeis apud Euseb. ait Heliopolitans referre bellum hoc decennio gestum: proptereaque Moysem, & qui cum eo erant, ob expeditionis longinquitatem, urbem in eo loco condidisse, & Ibym in ea consecrasset, quod ea noxia hominibus animalia perimar, eamque Hermopolim, siue Mercurij civitatem appellasse. Chronicum autem Alexandrinum urbem ait dictam a Mose Merrhim in eius honorem, quae ipsum ex aquis extulerat, tum defunctae, ac supra Aegyptum sepultae. Quae cum iis quae scribit Iosephus non satis consentiunt, & sunt quasi appendix quaedam Aethiopici belli, quod Iosephus accuratè persequitur, & nos in Annalibus accurata diligentia examinavimus.

1. Hermopolis, & bellum Aethiopicum. a lib. 9. de Praep. c. 27.

b. an. Mos. 31.

ANNVS MVNDI, 2495.

MOSIS. 32. AARONIS. 35.

MAMYLI 30. Imperij Assyriorum 564.

ORI 27.

ANTE CHRISTVM 1558.

I. In ea porro sententia nunc quoque sumus, ut totam illam narrationem commentitiam esse credamus, poetis fabulis, aut rabinicis per similem, quibus solenne est in homonymo aliquo Scripturae vocabulo ineptiarum fundamenta iacere fabularum. Quoniam enim de vxore Mosis Aethiopissa ex Scriptura constabat, isti fundamento caetera inaedificata sunt. Egregio viro, qui in regiam familiam esset ascitus, datam constar vxorem Aethiopicam, reginam esse oportuit, ut personae dignitas servilis nationis humilitatem sublevaret. Causa probabilis quareda fuit, ex bello probabili vicinos inter popu-

1. Vnde otra ea fabula. c. Num. 12.

ANNVS MVNDI, 2496.

MOSIS. 33. AARONIS. 36.

MAMYLI 31. Imperij Assyriorum 565.

ORI 28.

ANTE CHRISTVM 1557.

I. Nec idit in hunc annum Moyse 35. primus Cecropis Atheniensium primi regis annus, apud Eusebium in chronico, & in Praefatione: ubi post aliquam de Mosis antiquitate disputationem, ita concludit. Itaque sine vlla ambiguitate Mose & Cecropis, qui primus Atheniensium rex fuit, iisdem fuere temporibus. Porro iste est Cecrops Diphyes indigena. Sub quo primum in arce oliua orta est, & Atheniensium vrbs ex Mineruae appellatione sortita nomen. Hic primus omnium Iouem appellavit, simulachra reperit, aram statuit, victimas immolavit, nequaquam istiusmodi rebus in Graecia vnquam visis. Caetera quoque quae apud Graecos mira iactantur, postiora Cecropis annis deprehenduntur. Si autem

1. Atheniensium rex Cecrops. Idololatram in Graeciam inuexit.

los Aegyptios atque Aethiopes inuenta est. Itaque irruerant in Aegyptum Aethiopes, constitutum est bellum, fit belli Dux Mose vir in regiam familiam adoptatus, armorum minime insolens. egregie dimicat, vincit, rem Aethiopicam ad extrema deducit, denique pax componitur foedere nuptiali.

Hac omnino Ruperti mens fuit, cum ait ex occasione vocis Aethiopicae, huiusmodi fabulam scriptores Iudaicos tradidisse, & facile contemni, quia de Scriptura non habet auctoritatem. Fictitium quoque totum hoc bellum Theodoretus existimat, ac fabulam vocat Eugubinus hoc bellum, & vxorem ex eo Moyse partam fabulosissima esse existimat; mentiri etiam Apollinarem, qui duas tribuerit Mose vxores, & ab illis scriptoribus hac esse ficta. Idem putavit Faustus Manichaeus apud Augustinum. Pererius hanc narrationem merum Iosephi, vel aliorum Iudaeorum commentum vocat. Caiet. Alij, inquit, mulierem Aethiopicam fuisse ex interiore Aethiopia existimant, de qua Iosephus scribit multa inutilia relatu, nec satis credibilia. Beroaldus animosius eandem narrationem caeteris Iosephi commentis. sic enim loquitur, & fabulis infinitis aggregat: quem alio in loco ob similem fictionem, non solum in sua Repub. peregrinum, sed egregie impudentem & mendacem demonstrare contendit. Quam multa autem etiam improbabiler ficta in eodem commento fuerint, in nostris Annalibus reperies.

111. Et qui ita sentiant. a. l. 1. in Num. c. 33. & 34. b. q. 22. in Num.

c. l. 22. cont. Faust. c. 5.

d. l. 4. Chron. c. 6.

e. l. 3. c. 8. ubi de templo Salom.

f. an. m. 2494. m. 15. & seq.

IV. Mamylj obitus. Spareti initium.

ANNO proxime sequenti qui fuit Mundi 2495. Mamylus trigessimus & vltimus regni annum implevit. Cui anno 2496. successit Sparetus, ut est apud Eusebium & Africanum, qui est a Belo decimus sextus, & ad quadragesimum, vel 42. ut Africano placet, regnavit annum. De quo quae vulgo traduntur ex nouo Beroso sunt, & fide carent.

ANNVS MVNDI, 2496.

MOSIS. 34. AARONIS. 37.

MAMYLI 32. Imperij Assyriorum 566.

ORI 29.

ANTE CHRISTVM 1556.

I. Cecropis Atheniensium primi regis annus, apud Eusebium in chronico, & in Praefatione: ubi post aliquam de Mosis antiquitate disputationem, ita concludit. Itaque sine vlla ambiguitate Mose & Cecropis, qui primus Atheniensium rex fuit, iisdem fuere temporibus. Porro iste est Cecrops Diphyes indigena. Sub quo primum in arce oliua orta est, & Atheniensium vrbs ex Mineruae appellatione sortita nomen. Hic primus omnium Iouem appellavit, simulachra reperit, aram statuit, victimas immolavit, nequaquam istiusmodi rebus in Graecia vnquam visis. Caetera quoque quae apud Graecos mira iactantur, postiora Cecropis annis deprehenduntur. Si autem

1. Atheniensium rex Cecrops. Idololatram in Graeciam inuexit.

ANNVS MVNDI, 2497.

MOSIS. 35. AARONIS. 38.

MAMYLI 33. Imperij Assyriorum 567.

ORI 30.

ANTE CHRISTVM 1555.

I. Cecropis Atheniensium primi regis annus, apud Eusebium in chronico, & in Praefatione: ubi post aliquam de Mosis antiquitate disputationem, ita concludit. Itaque sine vlla ambiguitate Mose & Cecropis, qui primus Atheniensium rex fuit, iisdem fuere temporibus. Porro iste est Cecrops Diphyes indigena. Sub quo primum in arce oliua orta est, & Atheniensium vrbs ex Mineruae appellatione sortita nomen. Hic primus omnium Iouem appellavit, simulachra reperit, aram statuit, victimas immolavit, nequaquam istiusmodi rebus in Graecia vnquam visis. Caetera quoque quae apud Graecos mira iactantur, postiora Cecropis annis deprehenduntur. Si autem

1. Atheniensium rex Cecrops. Idololatram in Graeciam inuexit.

ANNVS MVNDI, 2498.

MOSIS. 36. AARONIS. 39.

MAMYLI 34. Imperij Assyriorum 568.

ORI 31.

ANTE CHRISTVM 1554.

I. Cecropis Atheniensium primi regis annus, apud Eusebium in chronico, & in Praefatione: ubi post aliquam de Mosis antiquitate disputationem, ita concludit. Itaque sine vlla ambiguitate Mose & Cecropis, qui primus Atheniensium rex fuit, iisdem fuere temporibus. Porro iste est Cecrops Diphyes indigena. Sub quo primum in arce oliua orta est, & Atheniensium vrbs ex Mineruae appellatione sortita nomen. Hic primus omnium Iouem appellavit, simulachra reperit, aram statuit, victimas immolavit, nequaquam istiusmodi rebus in Graecia vnquam visis. Caetera quoque quae apud Graecos mira iactantur, postiora Cecropis annis deprehenduntur. Si autem

1. Atheniensium rex Cecrops. Idololatram in Graeciam inuexit.

tem Cecropis, consequenter & Mosis, qui cum Cecrope fuit. Sic Eusebius. Vult ergo inuen tam in Graecia a Cecrope Idololatram, aut ex Aegypto potius, omnium prouinciarum super stitiosissima inuectam. Quamuis enim eum vocet indigenam, Aegyptium tamen fuisse asserit, cum ait dictum Diphyes, quod cum esset Aegyptius, utramque tamen linguam, Aegyptiam scilicet & Graecam teneret. Sed de Cecrope, & caeteris Atheniensium regibus, plura ex antiquis collecta scriptoribus, in Annalibus circa hunc annum, & scholiis eiusdem reperies.

I. Diphyes.

ANNVS MVNDI 2500.

MOSIS 37. AARONIS 40.

SPARETI 5. Imperij Assyriorum 569.

ORI 32.

ANTE CHRISTVM 1553.

I. Iubilaeus quinquagesimus.

VINQVAGESIMVS annus ab orbis condito quinquagesimus euolutus quinquagesimus Iubilaeum hoc anno absolutum exhibet & simul annum quinquagesimum Israeliticae seruitutis, qui tamen nullam afferet miseris libertatem, ut quae ad tertium adhuc & quadragesimum differtur annum. Nec mirum est multum ab hoc numero annorum seruitutis Eusebium distare, qui eam statim ab obitu Iosephi inchoarit, quod Scripturae minime consentaneum est. Non enim solus Ioseph, sed omnes etiam fratres eius, omnisque illa cognatio obierat, antequam exoriretur Rex ille nouus, qui dedit initium seruituti.

1. Iubilaeus quinquagesimus.

ANNVS MVNDI 2503.

MOSIS 40. AARONIS 43.

SPARETI 8. Imperij Assyriorum 572.

ORI 35.

ANTE CHRISTVM 1550.

I. Rario temporis.

HOC anno, inquit Eusebius, Mose Aegyptia commoratione relicta, in solitudine philosophabatur. Eodem respexit Basilus, cum ait Mosem Aegyptiacis tumultibus derelictis in Aethiopiam, Madianiticam videlicet esse profectum, ibique maximum a caeteris rebus otium nactum, totos 40. annos contemplationi rerum indulgisse. Distinctius tempus expressit S. Stephanus, cum, inquit, impleteretur ei 40. annorum tempus. Nec video cur non proprie ea verba sumamus de anno nondum plane expleto, sed ad finem vergente: ut scilicet caedem & fugam extremo anno quadragesimo vitae Mosis contigisse dicamus, quando desiderium inuisendi fratres suos Israelitas subiit animum eius, qui partim habitabant in terra Gessen, partim in aliis Aegypti locis erant, laboriosi operis causa, dispersi. Ex quo intelligitur Mose ad hoc vf-

a. Aeth. 7. 23.

Moses ad annum 40. aulicus.

que tempus in regia ciuitate ac palatio, ut regis filium habitasse. Cur autem tam diu distulerit, non aliam arbitror fuisse causam, quam quod non prius illam ei mentem Deus iniecerit.

Ergo qui dudum occulte parentes suos ac fratres inuisebat, aperte deinceps, atque in omnium oculis illos adiit. Sic enim videtur accipiendum illud, Egressus est ad fratres suos. Quis enim credat Mosem, qui se Hebraum certo sciret, & apud parentes triennium nutritus fuisset, qui, ut credimus, a parente scientis liberalibus eruditus, & quod caput est, ad vnus Dei cultum, veramque pietatem esset informatus, ad quadragesimum vsque annum hac humanae pietatis officia distulisse? & si palam adire eos, vitandae popularis offensionis gratia, non auderet, non saltem clanculum pedem in eorum aedes intulisse? Nec parentes tantum adiit, sed fratres tota Aegypto dispersos. Quos verbis, inquit Philo, quantum poterat subleuabat, praefectos subinde admonens ut moderarentur, laxarentque nimiam in vrge duritiam: Operarios vero, ut praesentem flauum fortiter ferrent, neque animis cum corporibus deficerent, sed sperarent mutationem in melius.

I. Palaegegitur ad suos, a Exod. 2. 11.

b. l. 3. de vita Mosis

c. Exod. 2. 12.

d. q. 2. in Exod. c. l. 1. c. 10. in Exod. f. 22. q. 60. a. vl. ad 2. g. c. 7. n. 62.

III. Aegyptium peritum & quae cauda caedis.

IV. Quae iustitia.

ANNVS MVNDI 2506.

MOSIS 43. AARONIS 46.

SPARETI 11. Imperij Assyriorum 575.

ORI 38.

ANTE CHRISTVM 1547.

I. Quae iustitia.

ANNVS MVNDI 2509.

MOSIS 46. AARONIS 49.

SPARETI 14. Imperij Assyriorum 578.

ORI 41.

ANTE CHRISTVM 1544.

I. Quae iustitia.

ANNVS MVNDI 2512.

MOSIS 49. AARONIS 52.

SPARETI 17. Imperij Assyriorum 581.

ORI 44.

ANTE CHRISTVM 1541.

I. Quae iustitia.

ANNVS MVNDI 2515.

MOSIS 52. AARONIS 55.

SPARETI 20. Imperij Assyriorum 584.

ORI 47.

ANTE CHRISTVM 1538.

I. Quae iustitia.

ANNVS MVNDI 2518.

MOSIS 55. AARONIS 58.

SPARETI 23. Imperij Assyriorum 587.

ORI 50.

ANTE CHRISTVM 1535.

I. Quae iustitia.

porro circumspectio, & vitatio consiorum, non est argumentum vsurparæ potestatis, vt notat Abulensis. Nam legitimi iudices cum verentur vim maiorem, clam de reis supplicium sumunt.

V. Euulgatur.

Quantacumque autem circumspetione vsus fuerit Moyses in occultanda cæde, vitare tamen non potuit quin res manaret in vulgus, atque adeo ad Regem ipsum deferretur. Nam sequenti die incidit in duos Hebræos rixantes, quos inter dum gratiam redintegrare conaretur, moneretque ne qui fratres essent, inter se odissent, aut iniuriam inferrent: & nominatim eum reprehenderet, qui inferebat iniuriam, & percutiebat proximum suum: nam vsque ad verbera res progressa erat. Ille ad priorem culpam, hanc etiam alteram adiecit, vt sapientem monitorem contumeliosè repelleret; diceretque b, *Quis te constituit principem & iudicem super nos?* Quo verbo per iram effuso, satis ostendit nondum intellectum Hebræis, Moysen à Deo electum, per quem illis salutem daturus esset, atque adeo iam tunc legitima illum potestate instructum fuisse. Sed addidit etiam: *Num occidere me tu vis, sicut heri occidisti Ægyptium?*

VI. Et Moyses timet.

Ea nimirum vox incussit Moyfi metum. Quo modo, inquit, palam factum est verbum istud? Nec tam sibi ab Hebræis metuebat, quam ab Ægyptiis & rege ipso, ad cuius aures non dubitabat rem peruenturam. Præsertim cum eius erga se gratiam valde labefactatam sentiret. Et ecce c *audiuisti Pharaon sermonem hunc, & querebat occidere Moysen.* Erat enim exacerbatum in cum animo, propter abdicatam regiam adoptionem, & proditum genus suum, & suam in Hebræos, quos rex oderat, animi propensionem: Regium autem animum aulici, qui sibi ab eo timebant, quantum poterant exasperabant, ipsique regi ex ambitione formidolosum reddebant, vt Philo eleganter tradit. Iosephus cædis apud Regem accusatum scribit d. *Quidam Rabbini scribunt Moysen non solum quaesitum à Rege ad mortem, sed etiam à ministris eius comprehensum, adductumque ad regem, iussu capite truncari, sed ministris regis cæcitate percussis, Moysen euasisse. Nec aliud reperias huius fabulæ fundamentum, quam quod Scriptura dicit Moysen de conspectu regis fugisse, quod necesse sit prius venire in conspectum, quam de conspectu fugere: quasi phrasis illa physice, & non moraliter accipienda sit.*

d l. 2. Ant. c. 5.

Num capus fuerit.

Secessit ergo Moyses in finitimam Arabiam, vbi tutius degere poterat, vt ait Philo, aut potius, vt Scriptura ipsa loquitur, fugit. Nec tamen incomitatus, idque suadet acta ad id tempus vita in familia regia; & parentum, amicorum, consanguineorum, de quibus omnibus bene meritus erat, benevolentia, & magna, quam sustinebat in futurum, expectatio. Iosephus tamen scribit eum per solitudines fugientem inedia laborasse, & quamuis nusquam inueniret alimenta, in diem patientia superasse. Oblitus suæ videlicet Reginae in Æthiopia coniugis, & constructæ Herinopoleos, quod se acciperet, & exercitus sibi addictissimi, quod tueretur sese, per solitudines fugam arripuit. Arabiam ergo deserram vterque intelligit, in qua Madianita & Amalecita, sæpe in Scriptura celebrati. Eam prouinciam Basilus eruditè

VII. Fugit in Arabiam,

in qua Madianitas, & vt apparet ex ipsa serie Mosaicæ narrationis, etiam coniugij fugiens, inquit b, *de conspectu eius moratus est in terra Madian, & sedit iuxta puteum.* Quæ Iosephus explicans, narrat Moysen inedia & calore fatigatum, cum iam urbem Madienam in prospectu haberet, tempusque meridianum esset, ad puteum quendam quietis causa sedisse, ibique greges ouium filiarum Ietro inuitis pastoribus adaquasse, ex eoque beneficio datam occasionem matrimonio, quod statim ab ipso narratur. Scriptura tamen haud obscure significat, rem hanc non statim in ipso itinere, & Moysi primo aduentu contigisse, sed aliquanto post tempore. Prius enim quam dicat sedisse iuxta puteum, ait moratum esse in terra Madian. Et Philo narrationem suam ad hunc sensum accommodat. Vbi enim dixit Moysen in Arabiam secessisse, vitæ ubi gesta rationem exponit, tum demum subdit pastoritiam illam concertationem, sub id tempus contigisse. Nec necesse est vnicam fuisse ad puteum sessionem, & in prima statim rixam illam exortam esse.

Æthiopiam appellauit, respiciens ad vxorem Moysi Madianitidem, eandemque Æthiopiellam ab ipso Mose a nuncupatam. Diuino porro consilio factum est, vt eò potissimum Moyses confugeret, vt inde vxorem ex progenie Abrahami acciperet; & vt in deducendo quondam populo, non esset plane earum solitudinum insolens.

ANNVS MVNDI 2504

MOSIS 41. AARONIS 44.

SPARETI 9. Imperij Assyriorum 573

ORI 36.

ANTE CHRISTVM 1549.

EST hic primus annus commorationis Moysi apud Madianitas, & vt apparet ex ipsa serie Mosaicæ narrationis, etiam coniugij fugiens, inquit b, *de conspectu eius moratus est in terra Madian, & sedit iuxta puteum.* Quæ Iosephus explicans, narrat Moysen inedia & calore fatigatum, cum iam urbem Madienam in prospectu haberet, tempusque meridianum esset, ad puteum quendam quietis causa sedisse, ibique greges ouium filiarum Ietro inuitis pastoribus adaquasse, ex eoque beneficio datam occasionem matrimonio, quod statim ab ipso narratur. Scriptura tamen haud obscure significat, rem hanc non statim in ipso itinere, & Moysi primo aduentu contigisse, sed aliquanto post tempore. Prius enim quam dicat sedisse iuxta puteum, ait moratum esse in terra Madian. Et Philo narrationem suam ad hunc sensum accommodat. Vbi enim dixit Moysen in Arabiam secessisse, vitæ ubi gesta rationem exponit, tum demum subdit pastoritiam illam concertationem, sub id tempus contigisse. Nec necesse est vnicam fuisse ad puteum sessionem, & in prima statim rixam illam exortam esse.

Demus ergo tempus aliquod Moysi ad quietem, & aliquam in Madianitide moram, in qua iuxta Philonem, reputans se ab infesto rege elapsus, & nouam regionem ingressus, nec moribus indigenarum assuetum, conatus fuit quietus latere, ideoque pastoritiam vitam libenter aggressus est, quamuis insuetam, & ab aulica longe abhorrentem, in qua nondum Deo satis vacare potuerat, & sibi. Cum ergo aliquando fatigatus sedisset iuxta puteum superuenere septem filia Sacerdotis Madian, id est viri principis inter Madianitas, ad hauriendam, aquam, demissisque per funem vris certatim hauriebant, fundebantque aquam in proximos alueos, donec implerentur, Moysen ipso eas officiosè iuuante. Cumque cuperent adaquare greges suos, *superuenere pastores, & eiecerunt eas*, alieno scilicet labore per vim fructuri. *Surrexeruntque Moyses, & defensis puellis, adaquauit oues earum.* Nec caret probabilitate duos tresve pastores, ab vno peregrino repullos, atque eiectos fuisse. Ait enim Philo, istos vehementi verborum increpatione territos, cessisse, quam iuuabat species ipsa Moysi dignitate

I. Moysi apud Madianitas c. 11. moratio. b. Exo. 2. 15.

II. Eiusque vitæ ratio.

Officiosè adest filia bas Iethro.

ibid.

III. A quo acceptus hospitio.

IV. Quomodo coaluerint nuptiæ.

V. Iethro princeps in Madianitide.

An veri Dei cultor.

gnitate plena, & quæ militiæ ducem aliquem saperet, à quibus rudis & imparata pastorum manus sibi male metuit. Quid si ne solus quidem fuit, & incomitatus? Sed mulieres quoque pastorum timorem augere potuerunt. Nam formidolosus est ceruorum exercitus duce leone.

Adaquatibus gregibus domum latæ maturius reuertuntur, & insperatum peregrini hominis beneficium patri denarrant: qui desideris captus videndi hominis, qui de ignotis, cum periculo suo, bene mereri non dubitaret, *Vbi est, inquit, & obiurgans, quare dimisisti hominem? nec inuitatis ad sumendum apud nos cibum? vocate eum vt comedat panem, & hospitio accipiamus eum.* Quid multa? reuersæ ad fontem, in propinquo illum inueniunt, & patris sui verbis persuasum, domum deducunt. Raguelem autem hominis in Ægypto nati primum speciem, mox etiam mentem admiratus, dat illi vnam de filiabus vxorem, vt ait Philo. Iosephus quoque primo statim congressu Moysen ait in filium adoptatum, id est generum. Sed ratio ipsa, Scriptura non repugnante, postulat, vt idoneam aliquam moram inter hospitium hoc & coniugium intericiamus, ne Raguelem quamuis copia filiarum, aut Moysen, prudentes vtrique viros, in re magni momenti. præpropere festinationis arguamus.

Intelligi ergo potest, atque etiam debet, non primo statim congressu cogitatas, propositas, perfectasque nuptias, sed homine ad hospitium euocato qui se prior officiosum, ac iustitiæ amantem ostenderat, & erat alioqui honesta specie, atque liberali, Raguelem ex eo super mensam inquisisse, quod eum ferret iter, quid negotij tractaret, quidve animo destinarat: auditoque nihil eum certi adhuc statuisse, rogasse etiam, quoniam eum acceperat perquam familiariter in haurienda gregibus aqua se gestisse; velletne apud ipsum, sicut olim apud Laban Iacob, cum honesta mercede familiarari: eumque annuisse, animaduersa hospitis suis antiqua probitate, totiusque familiæ honestate: dum interea Dominus negotium de populo suo à seruitute eximendo maturaret. Neque annuisse tantum, sed fidem etiam suam atque operam iureiurando firmasse. Et ita coniugium non ad multos solum menses, sed annos etiam differri potest: præsertim cum Moyses, quadragesimo abhinc anno, filium habuerit infantulum incircumcisum; imo vtrumque filium, nec plurlutū extat memoria, adeo paruū, vt mater & filij eodem asino portarentur.

De Raguele porro, qui & Iethro frequentius appellatur, & Sacerdos Madian, facile intelligi potest eundem & Sacerdotem fuisse, vt ab Hieronymo & Sept. appellatur, omnesque passim Græci ac Latini scriptores consentiunt: & principem, vt eum perpetuo vocat Chaldæus paraphrastes. Vtrum autem veri Dei Sacerdos esset, an idolorum non satis constat. Video plerosque in eam conuenire sententiam, vt à principio Idolis seruasse dicant: deinde autem cum generum ex Ægypto reducem adiit. Denique mirabilia in Ægypto facinora didicit, veri Dei factum esse cultorem. At durum videtur, & difficile creditu, Raguelem ipsos 40. annos cum Moysen conuersantem, nunquam oculos

veritati aperire voluisse; aut Moysen ipsum ad tam necessarium negotium omnem operam atque industriam non contulisse; ne in eum quadret illud Apostoli *Si quis suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior.* Itaque existimo illum maturius generi operâ, ad veri Dei cultum esse traductum; aut etiam veram in Deum fidem, ab Abrahamo ad Iecsan filium eius, & Dadan nepotem, indeque ad Raguelem patrem Iethro fuisse propagatam; & perpetuo in eadem familia conseruatam. Auger hanc probabilitatem coniugium Moysi, & tam facile contracta cum Raguele affinitas. Sed alius occurreret postea b, hac de re dicendi locus.

Quoniam vero de Moysi coniugio, sine certa temporis nota proximè egimus, ex occasione de Aaronis quoque coniugio, non magis certi temporis, breuiter dicamus. Apparet enim eum iam vxorem duxisse, cui non contingerit hætenus aut habitationem, aut vitæ conditionem mutare, & fuerit ætate prouectior Moysi, & quatuor filios ante exitum ex Ægypto genuerit, qui sub primum egressionis annum recensentur: nec desunt qui affirmant Eleazarum; qui tertius illius filius fuit, & primus in pontificia dignitate successor, vxorem ante exitum ex Ægypto duxisse. Nec sane iuuenem hunc esse oportuit, cum eodem ipso tempore princeps principum Leuitarum, diuino oraculo constitutus sit. Accepit autem Aaron sibi vxorem Elizabetham c, filiam Aminadab, sororem Naason de tribu Iuda non autem de tribu Leui: iam tum prouidentem Domino, vt tribus Regia & Sacerdotalis in mysterium iungerentur. Quoniam Christus Dominus, verus Rex & Sacerdos, ex vtraque coniuncta nasciturus erat, Vnde beatissimæ Virginis cognata erat Elizabeth de filiabus Aaron. Nondum autem erat à Deo lata lex de accipienda vxore ex eadem tribu, ne possessiones confunderentur: quæ tamen Leuitas non artigit: quippe qui per omnes tribus disperserant, nec proprias, vt cæteri, possessiones habebant.

ANNVS MVNDI 2506.

MOSIS 43. AARONIS 46.

SPARETI 11. Imperij Assy. 575.

ORI 83. & vlt.

ANTE CHRISTVM 1547.

ORVS Ægypti rex hoc anno regnandi viuendique finem fecit. Quo fere tempore Chenephres Ægypti regulus, qui, vt scribit Artapanus a apud Eusebium, Israëlitas vexauerat, sub hoc ipsum tempus, puta fugæ Moysi ex Ægypto, & eius in Madianitide coniugij, Chenephres inquam primus omnium mortalium elephantia periiit; eo quod iussisset ludæos sines indui, lanæ vestis vsu prohibito; quod facilius in eos, hoc à cæteris cultu distinctos, scire posset: qui scilicet passim sub vestium

a. I. Timoth. 5. 8.

b. a. m. 2544. n. 724. &c.

VI. Aaronis cōiugium,

c. Exod. 6. 23. & affinitas cum tribu Iuda.

I. Ori Ægypti regis obitus.

a. De Prop. l. 9. c. 27. p. 434. Gr. Lat.

fimili

similitudine ante latebant. Ceterum et mens regis huius hac in re mala fuerit, res tamen ipsa in huiusmodi hominibus damnari non potest, quam multis in locis à Christianis Principibus prudenter usurpari cernimus: siue vt signo quasi Caines notari confundantur, & respiciant; siue vt ne eorum blasphemia, quas scelerasti in Christum Dominum continenter euomunt, aliàque peccata, Christianis, apud quos viuunt, tribuantur: siue vt tanquam periculosi religioni ac bonis moribus, à fidelibus agnoscipossint, ac vitari. Quæ rationes, aliæque id genus, vt in hæreticis quoque valent, ita vbi illi tolerantur, merito usurpari possent.

Cadit etiam in hunc annum ortus Calbi viri egregij & Iosue in exploranda Chanantide socij, nec semel in Scriptura commendati; in hunc, inquam, annum cadit. Si enim 40. erant annorum, quando misit eum Moses de Cadelbarne, vt consideraret terram, vt ipsemet apud Iosue testatur, qui fuit annus secundus ab exitu Israëlitarum ex Ægypto, & Moysi 82. vt suo loco patebit, certè hinc ad illam legationem anni 40. numerantur.

ANNVS MVNDI, 2507.

MOSIS. 44. AARONIS. 47.

SPARETI 29. Imperij Assyriorum 576.

ACENCHRIS 1.

ANTE CHRISTVM 1546.

ORI in Ægypto successor nobis negotiorum accessit. Nam qui vulgo rex creditur, à Iosepho lib. 1. contra Apionem Regina utpote Ori filia traditur, eique regni anni duodecim, vnusque insuper mensis attribuuntur. Nec repugnat Eusebius, nisi quod mensum istum missum fecit. Verum cum admodum perturbata sit Ægyptiorum regum series, neque iidem in Iosepho, Africano, & Eusebio reperiantur, neque par in singulis annorum numerus, vt in primo anno Amenophis demonstratum est, neminem habemus Eusebio certiore ducem, quem deinceps passim omnes in re chronologica sunt secuti. Itaque eum sequemur vt cepimus, donec nos ab eo certa ratio, aut Scripturæ autoritas abducatur.

Anno sequenti, qui fuit Mundi 2508. ab obitu Iacobi patriarchæ 163. Iosephi autem 110. scribit Rabbi Abraham in Cabbala historica, prodisse in Ægypto Pseudopphetas, ex filiis Ephraim & Galaad, & seduxisse Israëlitas, & interfectos esse. Additque Genebrardus ex eadem secta videri Iannem illum & Mambrem, qui Paulo Apostolo teste, Mosi in Ægypto resistere. Sed illud incredibile, quod idem à Thalmudica mendaciorum officina refert, Hebræos vniuersè religionem autam ex Ægyptiorum contubernio dedidicisse: solam stirpem Leuiticam studiosè retinuisse. Non potuit hic Leuita laudare tribum suam, nisi cum insigni mendacio & contumelia rotius gentis suæ. Quis enim id illi de Iosue Ephraimita, nisi

magna cum temeritate concesserit? quis de aliis plurimis, qui tum erant in viuis, de quibus omnibus temerè iste, & sine vlla probatione pronunciat.

ANNVS MVNDI 2514.

MOSIS. 51. AARONIS 54.

SPARETI 19. Imperij Assyriorum 583.

ACENCHRIS 8.

ANTE CHRISTVM 1539.

NON paucos deinceps transcurremus annos inanes scriptorum inopia, donec ad exitum ex Ægypto peruenerimus, quod intra annos triginta continget. Refert in hunc annum Torriellus Naafonis filij Aminadab natiuitatem, vt is in exitu ea sit ætate, quæ principi præcipuæ & maximæ tribus conueniat & decorè Moysi, & Aaroni in ea recensenda iungatur, quæ erit 30. circiter annorum.

His interim annis præerat Moses gregibus Raguelis, & suis & alienis ignotus, ad principatum sese præparans, vt Philoni placet, qui artem pastorem idoneum ad regnum præludium esse arbitrat. Super qua re nostram si placet velitationem in nostris Annalibus hoc ipso anno leges, quam spero, vel ipsa breuitate, placituram.

Quid rerum autem Moses in solitudine ageret, non difficile est intelligere. Eusebius certe, ac Basilus, & ille ipse pastoritæ vitæ patronus Philo, cum ibi philosophatum scribunt. Pererius existimat in illo otio Mosem scripsisse librum Geneseos, & item librum Iob, vt Hebræos asperrima seruitute vexatos, dupliciter consolaretur, & confirmaret, tum exemplo patientiæ Iob, & secutæ felicitatis eius, tum exemplis maiorum suorum Abraham, Isaac & Iacob; reuocandisque in memoriam promissis Dei, de ipsis seruitute liberandis, & introducendis in terram Chanaan ipsis promissam. Sic ipse. Conuenit utique tempori, ac diuturno otio coniectura. Non desunt tamen, qui post exitum ex Ægypto scriptam à Mose Genesim putent, cum cæteris libris, & quidem in Cadelbarne, vbi multo tempore populus vniuersus confedit. At multa deinceps facta sunt, quæ libris Mosaicis continentur, cum illa mansio fuerit decima quinta duntaxat, & omnino numerentur 42. Quod si apparitio Domini in Rubo initium fuit reuelationum diuinarum, quæ Mosi factæ sunt, & illa octogesimo eius anno contigerit, vt dicitur, non potuit hoc tempore scripsisse Genesim, quam discere sine diuina reuelatione non potuit. De libro porrò Iobi, communior est sententia, Iobum ipsum libri Authorem esse, Mosem autem interpretem.

II. Ortus Calbi.

1. cap. 14. 7.

I. Aencchris regina.

b. A. M. 2438.

2508.

II. Pseudopphetæ in Ægypto.

c. 2. Tim. 3. 8.

I. Ortus Naafon.

An pastoritæ regni præludium.

II. Moses in solitudine philosophatur. a. vide Am. in an. Moysi 40.

An scripturæ Genesim.

b. Vide in dicem 1. voce Manasso, & an. Moysi 82. n. 198.

c. A. M. 2398. n. 1.

ANNVS MVNDI 2518.

MOSIS 55. AARONIS 58.

SPARETI 23.

Imperij Assyriorum 587.

ACENCHRIS 12. & vlt.

ANTE CHRISTVM 1535.

I. Obitus Aencchris.

9. 12. 5. 12. 3. 33. 8.

II. Achoris siue Rathotis rex Ægyptius.

DE VODECIMVS atque vltimus est hic annus Aencchris filie regis Ori, vt Iosepho & Manethoni placet, cui successit frater eius Rhatotis ad annos nouem. Forfan deiecit hic à regno sororem, quod ab eadem recuperatum fuerit post annos nouem, & rursus administratum annis duodecim, & mensibus quinque; & inde regnarit alius mulieri cognominis, annis duodecim & mensibus tribus. Sed hæc valde incerta sunt, imo falsa; non enim congruere possunt cum Mosaica historia quæ regem Ægypti vndis obruit in exitu Hebræorum, qui 25. tantum annis abest, non triginta tribus & amplius, quos illi tres principes capiunt.

Anno ergo sequenti, qui fuit mundi 2519. Rex Ægypti factus est Achoris, vt habet Eusebius in Chronico, apud quem etiam legitur in Græco Athoris, quod fortassis est rectius; proprius enim abest à Rathotis, seu potius Rathotis Iosephi, & à Rathos Africani. Regnum autem tenuit ad annos nouem, vt placet Iosepho, Manethoni & Eusebio, qui regis huius primo anno initium regni Deucalionis ponit.

ANNVS MVNDI 1522.

MOSIS 59. AARONIS 62.

SPARETI 27. Imperij Assyriorum 591.

ACHORIS 4.

ANTE CHRISTVM 1531.

I. Mors Amrami. a. Exod. 6. 10.

& Iochabeta. b. Hebr. 11. 23.

MORITVR hoc anno Amramus Mosi & Aaronis pater, cum annum vitæ ageret 135. vt Scriptura testatur, qui anni ex Mosi 59. & 78. patris cum illum genuit, constantur.

Quando porro Iochabeta eius vxor Mosi mater obiit incomperum est. Laudat vtriusque egregiam fidem Apostolus, quod ea confirmati filium suum occularint, neglecto regis edicto: persuasi infantulum à diuina prouidentia conseruatum iri, iuxta vaticinium de ipso editum. Quin etiam eximiam vtriusque industriam prædicatione dignam duxerim, qua factum arbitror, vt à matre educationem primum, à patre institutionem puerilem sit consecutus, vt suo loco explicatum est.

ANNVS MVNDI 2527.

MOSIS 64. AARONIS 67.

SPARETI 32. Imperij Assyriorum 596.

ACHORIS 9. & vlt.

ANTE CHRISTVM 1526.

ILLVXIT iterum sanctissimo Iobo secularis annus, dum diuina bonitas ei cumulata rependit felices annos, pro iis quibus viderat mala: annos quibus continenter implebantur area frumento & vino, atque oleo torcularia redundabant, dum reddit illi annos cum ingenti fœnore, quos ei ingeniosa demonis inuidia corruperat.

Est autem hic annus vltimus regni Achoris, siue Rathotis, vt supra significatum est, vtrum autem etiam vitæ non liquet.

Anno deinceps sequenti, qui est mundi 2528. Eusebius Ægypto præficit Chenchrem, aliis Cenchrem, cui dat sexdecim regni annos; additurque in Latinis codicibus, ex Hieronymo, vt apparet, *Iste est Pharaon Chenchres, qui contradixit per Moysen Deo, atque in mari rubro obrutus est.* In priore tamen Eusebij libro, quem Scaliger edidit, hæc leguntur, *Vndecimus (videlicet Dynastiæ Diospolitanoꝝ, in quia numerat sexdecim reges) Chenchres annis sexdecim regnavit, Huius tempore Moyses Iudeos ex Ægypto abducos deduxit.* Isque fuit Cecropis 45.

ANNVS MVNDI 2530.

MOSIS 67. AARONIS 70.

SPARETI 35.

Imperij Assyriorum 599.

CENCHRIS 3.

ANTE CHRISTVM 1523.

DEUCALIONÆVM Diluuium historiis poetarumque fabulis celebratum, anno Cecropis 33. qui est Mosi 67. ab Eusebio positum est: & à S. Cyrillo 1. contra Iulianum adiuncta deflagratione Phaëtonis: vtramque enim cladem Eusebium imitatus, coniunxit, sicut & Clemens Alexandrinus, & Paulus Orosius. Coniuncta enim fuisse ipsæ Hygini & Arati fabulæ docent. Aiunt enim immisum à Ioue diluuium, ad restinguendum incendium à Phaëtonte excitatum: & in eodem pleraque ad imitationem Noëti diluuij adumbrarunt, à quo octingenti iam & 74. anni aberant. Distat autem ab Ogygæo, quod anno mundi 2258. collocauimus, 272. annis.

Quinquennio post, qui fuit annus mundi 2535. mortuus est Sparetus rex Assyriorum, successit Ascatades, qui est à Belo decimus septimus Eusebio, qui Bellum omisit, 16.

I. Alter Iobi secularis annus.

Obitus Achoris.

2528. Cenchris regnum.

I. Deucalionis diluuium.

1. Stron.

II. Mors Spareti. Regnum Ascatadis.

ANNVS MVNDI 2538.

MOSIS 75. AARONIS 78.

ASCATADIS. 3.

Imperij Assyriorum 607.

CENCHRIS 11.

ANTE CHRISTVM 1515.

I. Ortus filiorum Moyfi.

a an. Mosi 41.

b q 12. in Exod.

I. Institutio Areopagi, & ratio nominis. A πεδοπαγειον, & ἀρειος, & ἀρειος, & ἀρειος. c l. 2. de Rep. c. 12.

d vide an. m. 3460. fi.

ULTIMIS hisce annis pastoritæ vitæ Mosi nati sunt filij duo, Gersam & Eliezer, ex Sephora Madianitide filia Raguelis. Vltimis, inquam, hisce annis, quod ex eo constat, quoniam ambo, vt supra dicebamus, super asinum imponuntur, dum Moses reuertitur in Ægyptum, vt pote qui tanquam paruuli ambulare nequeant, vt plerique notarunt. Nec viri aut iuuenes dicuntur imponi super equos aut asinos, sed ascendere & equitare. Quin & Septuag. eos vocant παιδια, id est infantes & paruulos. Et D. August. b eos vocat infantes, & vehiculis impositos dicit, & mox Sephoram ad patrem reuersam cum paruulis. Accedit quod Eliezer alter filiorum circumcissus nondum erat, cum cœpit Moses proficisci in Ægyptum, & in itinere à matre circumcissus est. Nullo enim modo credendum est, Mosem diuinum de circumcissione mandatum, in tanto otio plures annos neglexisse. Priori nomen indidit, in memoriam peregrinationis suæ, posteriori, in gratiarum actionem diuinæ erga se beneficentiæ.

Anno sequenti, qui est Ascatadis quartus, & Mosi septuagesimus sextus, in Græco Eusebij Chronico legitur, Areopagus nomen accepit, & iudiciorum locus constitutus est. Quod tamen M. Tullius, & alij Soloni tribuunt, qui prioris Cyri temporibus nongentis & 50. abhinc annis vixit. Respondet Aristoteles c non nulla duntaxat à Solone in eo Senatu fuisse immutata. De nomine autem ipso ipsiusque nominis causa non modica controuersia est. Nam aliqui vicum Martis appellant, alij pagum, collem alij, vel saxum Martis appellant, quæ conciliari hoc modo possunt d. Existimo primùm saxo illi colli natiuum nomen τὸ πάγυ fuisse tributum, deinde habito ibi de Marte iudicio, dictum Areopagum, indeque locum venerationi habitum, vt religiosum, & Deorum consilio consecratum: id eoque ibi ædificatum templum, in quo causæ capitales agerentur, quod à luene-nale Curia Martis appellatur. Credibile est deinceps vicina circumquaque loca priuatis iudicium ædibus exædificata, factumque vicum, aut vrbis regionem, quæ tota Areopagus diceretur. Quoniam vero vicus Latinis etiam pagus dicitur, inde factum vt Martius vicus, etiam Martius pagus diceretur, vocabulo ex Græco & Latino confecto, cum aliud sit πάγυ apud Græcos, aliud κώμη: & Latina vox pagus, non à Græca κώμη quæ collem significat, sed à πηγὴ seu fonte, Doricâ dialecto deriuetur, quod circa fontes pagi & villæ constituantur.

ANNVS MVNDI 2543.

MOSIS 80. AARONIS 83.

ASCATADIS 8. Imperij Assyrior. 612.

CENCHRIS 16.

ANTE CHRISTVM 1510.

CLARISSIMVS, longèque celeberrimus illucefcit annus, qui durissimam Hebraici populi seruitutem complet & terminat, vt pote quadragesimus ac trigessimus à diuina promissione facta magno Patriarchæ. Hic est annus, quo Ægyptus Israëlitarum nouerca non mater, eos ex utero suo gemens atque vlulans, & tantum non moriens profudit, & multo cum sanguine & cruciatu abiecit in desertum. Hic est annus, cuius initium montani rubi ardore mirabili coruscans, media, extremaque omnibus propemodum calamitatum generibus, decem plagis comprehensis, affectum iri prænuñciabat. Hic est annus retributionis Domini in crudele Ægyptios, quo multiplicibus attriti sunt cladibus, sicut innocentes Israëlitas diu attriuerant: quo omnia propemodum rerum creaturarum genera, in suam perniciem armata senserunt, qui populum omnium creatori Deo seruientem perdere, funditusque delere conati sunt. Sed prolusum iam satis, rem ipsam aggrediamur, si prius pauca quædam, quæ ad rationem temporis pertinent, exposuerimus, vberiore tractatione ad Annales reiecta.

Dicimus itaque hoc anno absolui & expleri quadringentos illos & 30. annos, quos Moses vocat non promissionis vt Apostolus a, sed habitationis Israëlitarum in Ægypto. Sic enim habet b. *Habitatio autem filiorum Israel, quam manserunt in Ægypto fuit 430. annorum quibus expletis eadem die egressus est omnis exercitus Domini, de terra Ægypti.* Quæ verba Iosephus c interpretans initium horum annorum, non à descensu Iacobi in Ægyptum, sed à migratione Abrahami in Chananitidem inchoat. *Reliquerunt, inquit, Ægyptum mense Xanticho, Luna 15. anno 430. postquam Abraham pater noster in Chananam venit, & post Iacobi migrationem in Ægyptum anno 215. Moses vero annum agebat octogessimum, & frater eius Aaron triennio erat maior.* Sic ipse. Quibus Chronologia nostra exactè respondet, etiam de ducentis & 15. annis moræ in Ægypto; quam ille præcedenti capite voluerat esse quadringentorum annorum, male intellecto loco Geneleos d, *Scito præuolens, quod peregrinatus futurum si semen tuum in terra non sua, & subiciet eos seruituti, & affligent quadragesimo annis.* Quod tempus tam peregrinationem, quam seruitutem comprehendit, interprete Augustino e, & Septuaginta f. Interpretibus, ducto initio à vocatione Abrahami, cum 75. esset annorum. Itaque Eusebius vocat hunc annum eius 505. qui idem est 405. ab ortu Isaac, qui à centenario patre ortus est, & vigesimo quinto à vocatione eius.

I. Prolusio annu m. 80.

II. Ratio temporis sumatur. a Gal. 3. 17. b Exod. 12. 40. c l. 2. An. c. 6.

& moræ in Ægypto.

d c. 15. 11.

e 20. 4. 9. 47. in Exod. f Exod. 12.

Quod

II. Effc hunc annu Mosi octogessimum inchoat.

Quandiu Ægypti plagæ durauerint. a c. 3. & 5. b in cap. 9. Exod. c c. 4. q. 1.

d l. p. c. 36.

e l. 2. An. cap. 5.

III. Probat durasse annum.

IV. Non repugnat sententiæ nostræ S. Lucas f v. 23. & 30.

Quod attinet ad annos Mosi, dicimus annum eius octogessimum sumendum esse curremtem, non expletum, sic vt anni 40. deserti, ab octogesimo primo inchoentur. Et quamuis fieri vt cumque possit vt plagæ Ægyptiæ, & egressio ex Ægypto in vnum & eundem annum cadant, qui sit primus commorationis in deserto, videtur tamen longe probabilius, vt vnus circiter annus hisce decem plagis tribuatur, qui sit vltimus quadringentorum, & 30. annorum Promissionis, siue Mosi octogessimus, ex parte tamen redundet in principium sequentis anni, habita ratione annorum Iulianorum. Ita sentiunt Hebræi in Seder Holam a, vbi aiunt totis septem diebus Deum locutum cum Mose in rubo, septimum autem incidisse in 15. Nisam, siue Martij, quo tempore aiunt, anno proximè sequenti egressi sunt Israëlita de Ægypto. Et rursum, *Percussi sunt vicissim Ægyptij decem plagis per duodecim menses.* Sic illi. Quod sentiunt quoque Genebrardus, Caieranus, Dionys. Carthus. b, Serarius in Iosue c, Comestor cap. 19. in Exodum, vbi de occisis animalibus agens, ait fortasse has plagas multo tempore contigisse, vt interim animalia potuerint aliunde aduehi. S. Prosper d ait tertiam plagam cyniphum media ætate Ægyptios mortu pestifero infestasse, & Iosephus e grandinem in ver adultum incidisse, quod supponit annum circiter harum plagarum tempus.

Et reuera difficile est intelligere, qui omnes equi, asini, cameli, & boues, qui erant in agris Ægypti, peste consumpti essent, vt Exodi 9. scriptum est, & tamen post paucos dies sexcenti iungerentur currus, & tanta equitum copia armaretur, quæ formidabilis esset sexcentis millibus bellatorum. Quin etiam affliguntur vlcibus, & vesicis turgentibus postero die homines & iumenta, quæ pesti superuerant, & rursum sequenti die magna ex parte grandine pereunt: nonne necesse est inter istas plagas, multos non solum dies, sed hebdomadas etiam, menseseque intercessisse, vt curari vulnera, & aliunde comparari iumenta possent; vnde constat vnico die ranas Ægyptiis fuisse molestas, vnico die congregatas in immensos aggeres, & inde terram computruisse; vnico die locustas ita deuorasse omnia, vt nihil omnino virens in vniuersa Ægypto relinqueretur; Præsertim cum diuturnitas plagæ valde pertineat, vel ad grauius affligendum, vel ad pertinaciam edomandam. Denique vt alias coniecturas omittam, sublatis singulis plagis, & data requie quandiu dissimulasse Pharaonem, quandiu tergiversatum fuisse putemus, metu alterius plagæ? quam sæpe causas morandi texnisse, vt solent qui aliquid neque negare audent, neque volunt concedere?

Hinc ergo deducimus annum Mosi octogessimum non fuisse expletum, cum is adit Pharaonem, sed inchoatum duntaxat, quo anno magna pars plagarum afflixit Ægyptios, postremis in sequentis initia dilatis. Neque pugnat nobiscum S. Lucas f Actorum 7. cum ait Moysen cum impleteretur ei 40. annorum tempus aditisse fratres, & fuisse in

Madianitidem; & expletis ibi aliis 40. annis, apparuisse illi Angelum in monte Sina, in rubo ardenti. Non pugnat, inquam, nobiscum. Idem enim est expletis annis, ac dum explerentur. Explerent autem 40. anni ab ipso initio quadragesimi, decursis iam 39. Et hæc est phrasus huius Euangelistæ, Cum enim ait a, *Et postquam consummati sunt dies octo, vt circumcideretur puer, non significat eum circumcissum die nono, absoluto die octauo, sed cum consummaretur; ac perficeretur illud octiduum, & ipse dies octauus aduenisset.* Et rursum idem Lucas paulò post, *postquam impleti sunt dies purgationis Maria id est dum impleverentur, ipso quadragesimo die non autem eo elapso.* Sic cum ait, *Cum compleverentur dies Pentecostes, non significat finem diei quinquagesimi, sed initium, & horam diei tertiam.* Pari modo expleti anni 40. dicuntur, non initio quadragesimi primi. Sed de his satis.

Deinceps igitur ad octogessimum huius anni Mosi initia regrediamur, & Mosem à diuina in monte Sina visione in Ægyptum secuti, officiosè apud Pharaonem allestemur, nec ab eo villo calamitatum metu digrediamur. Dominus enim cum ipso est, nec fidelem legatum, eiusve socios, barbari regis furori permittet.

Huius apparitionis ac legationis causam quasi excitantem ponit Moses d clamorem Israëlitarum, quo Dominus ad commiserationem flexus, suscitauit eis Saluatorem. Vt sæpius deinceps iudicum temporibus. Altera causa legationis est, quod adesse tempus implendi promissa sanctis Patriarchis e. Vidit nimirum quadragesimos illos annos, quibus peregrinari oportebat, & affligi semen Abrahamæ esse in exitu, adesse tempus iudicij & animaduersionis in gentem cui seruirent, & reddendæ mercedis populo, qui tam diuturnam seruerat, tamque inhumanam seruitutem. Denique peculiarem sibi populum, semen amicorum suorum Patriarcharum segregatum habere voluit à peccatoribus Ægyptiis, erga quem eximia beniuolentiæ, atque singularis prouidentia argumenta semper extarent: quod maxime in educendo populo ex Ægypto, in deducendo per Arabia solitudines, & introducendo in Chananitidem, patefactum est: & deinceps in gubernando, aduersis vicissim ac prosperis intermixtis, prout eorum culpæ, aut pœnitentia exigebat.

Iam quod ad locum apparitionis huius, eam contigisse constat in interiore deserto ad montem Dei Horeb; id enim disertè affirmat Moyses f. Meminit etiam deserti S. Stephanus g, sed montem vocat Sina, sicut & Paulus Apostolus h, & Moses ipse pluribus locis. Hieron. in locis Hebraicis, ait duobus nominibus eundem montem dici, quod scilicet duplici iugo separatur, quorum inferius dicatur Horeb, superius autem Sina; idque Iosephus innuit i, cum ait montem Sina omnium esse in ea regione celsissimum; illi ergo cedebat Horeb, vt humilior, ita pascuis latior, eoque gregem duxerat Moyses. Vocatur autem mons Dei, siue

a Luc. c. 2. 21.

b v. 12.

c Act. 1. 15.

V. Causæ apparitionis, & legationis.

1. d Exod. 2. 23. & c. 3. 7. Ger. 35. 25. 18.

2. e Dur. 7. 6. 7. 8.

3.

Eiusdem locus: f Exod. 3. 1. g Act. 7. 30. & 38. h Gal. 4. 24. 25.

Vt differat Sina & Moria i 2. Ant. c. 5.

quod esset ab antiquo religiosus, vt Iosepho placet, vel potius per occupationem ita dictus est, propter admiranda, quæ Deus ibi mox dicturus erat, atque facturus: nullo enim ante hoc tempus diuino mysterio nobilitatus fuerat, vt Moria Abrahæ sacrificio aut Bethel visione Iacobi. Itaque propter diuinam præsentiam, sese tunc singulari modo conspicuam exhibentem, mons Horeb, mons Dei, & terra sancta dicta est.

VII. Apparitio Domini. a Exod. 3. 2. 3.

Apparuit, itaque Moyse, Dominus in flamma ignis de medio rubi, & videbat quod rubus arderet, & non combureretur. Dixit ergo Moyse, vadam, & videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus. Vides non temere irruentem, sed deliberantem apud se, & visionem religiosè admirantem, ne dum contemnentem; neque mox reprehensa est eius audacia à Domino, vt ait Iosephus, sed monitus est ipse simpliciter de religione loci, & honore illi debito, ob Dei præsentiam. Etsi autem Dominus apparuisse dicitur, & plerique antiquorum eum filium Dei fuisse putent: certum tamen est eum fuisse Angelum, Dei vices gerentem, vt est in Hebræo, Græcòque textu, & Chaldaea paraphrasi, vtque intellexit D. Stephanus, qui eum Angelum vocat, & nihilominus eius vocem, Domini appellat vocem. Cui Philo formam aspectabilem non rectè attribuit. Neque enim magis formauit Angelus simulachrum aliquod, quam postea cum toto populo audiente locutus est. Et tamen non vidistis, inquit Moses, aliquam similitudinem in die, qua locutus est vobis Dominus in Horeb, de medio ignis, ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem, aut imaginem, &c. Ita Legislator.

d Deu. 4. 15.

VIII. Eumq; videri Michaëlem.

Probabile autem est hunc Angelum, qui Dei maiestatem repræsentabat, & non suo, sed eius nomine loquebatur, fuisse Archangelum Michaëlem, qui nunc in rubo, postea in monte Sina Moyse apparuit; & deinde Iosue successoris eius, cum introducturus esset Hebræum populum in promissam terram. Nimirum quia hæ apparitiones, non priuatum ad illas tantum personas pertinebant, sed ad vniuersum Hebræicum populum, qui tum erat Ecclesia Dei, cuius cura primaria Michaëli Archangelo demandata semper fuit. Vnde is dicitur apud Danielelem stare pro filiis Hebræici populi. Et nunc de eo canit Ecclesia, Archangele Michaël, constitui te principem super omnes animas suscipiendas. Fuisse porro verum & germanum in hoc Mosaico rubo ignem, non speciem ignis, qualis in ea columna, quæ noctu super Israëlitarum castra apparebat, minime dubitandum est. Ardebat quippe, sed consumentem eius actionem in illud arbutum prohibebat Deus sicut in fornace Babylonica ne exureret socios Danielis.

IX. Moses miratur, & adire cogitat.

Moyse tam insolito prodigio excitatus vadam & videbo, inquit, visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus. Non miratur ardere rubum: facile quippe suspicari potuit à pastore aliquo positas ibi prunas flammam in arida materia concepisse, sed miratur non consumi ardendo, quod ostendit

Mosem aliquantisper hoc spectaculum contemplatum esse, moxque adire parantem audisse iteratò se vocari, monerique de loci sanctitate propter diuinam præsentiam, quæ non solum in cælo, sed in rubo sterili veneratione digna sit, & calceamentorum depositione prodatur. Quæ erat cæremonia illis populis vilitata, eiusque vestigium extat in Sacerdotibus Dagonis, non calcantibus limen in quo iacuisset Deus eorum capite manibusque truncatis. Et nunc quoque Saraceni, non nisi depositis ad fores calceis adeunt fana sua. Hac denunciatione Moses factus attentior, & in Deum locumque ipsum religiosior, cum horrore quodam audit, Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Abscondit quippe faciem suam, veritus aspiciere contra Deum. Quem postea eodem in loco religiosè imitatus Elias, audito sibilo auræ tenuis, operuit vultum suum pallio. Illos autem Patriarchas non tantum propter eximiam sanctitatem nominauit, sed vel maximè, quia illis terram Chanaan promiserat, quam nunc tradere eorum posteris, Mose ductore statuebat, simulque se promissionis obligatione liberare.

Docetur de religione loci, ob Dei presentiam.

a 3. Reg. 19. 13.

X. Deus causam aperit vocati Moysi.

Anguliz terræ Sanctæ.

c Epist. ad Dardanum.

XI. Eumque legatum instituit ad Pharaonem.

Verf. 10.

Hoc quasi exordio vsus Dominus, rem ipsam aperit, Vidi, inquit afflictionem populi mei in Aegypto, & clamorem eius audiui, propter duritiam eorum qui præsumt operibus, & sciens dolorem eius descendi, vt liberem eum de manibus Aegyptiorum. De hac scuitia præpositum operibus, quæ præ cæteris omnibus malis quibus Hebræi in Aegypto premebantur, singularis erat causa querelarum, & ex qua maxime seruitutis acerbitas dependebat, diximus superius in ipso aditu seruitutis. Isti autem duritiei suam opponit lenitatem, & in filios amicorum suorum philanthropiam, quos liberare velit à dira populi barbari tyrannide; & eductos ex angustiis terræ Gessen, collocare in terra tam bona, vt lacte & melle fluere videatur, tam spatiosa, vt ea sex populi facile capiantur, Chanaanæ, Hethæi, Amorrhæi, Pherezæi, Heuæi, & Iebuzæi. Eam tamen totam permodicis terminis circumscribi, Author est eiusdem inhabitator Hieronymus, qui ait illam à Dan vsque Bersabee, vix 160. passuum millibus in longum tendi, id est leucis Gallicis fere quinquaginta, vel 70. vt placet Adriachomio, qui latitudinem à Ioppe vsque ad Medaba, quæ fuit in extrema tribu Ruben, viginti quinque vnus horæ milliariibus definit.

Descendit ergo Dominus, vt liberet populum suum. Sed per quem? non enim sua ipsius manu tyrannum frangere atque edomare statuit, sed per inermem vnus pastoris manum, à quo multiplici verberere fatigatus, & subiecto populo spoliatus, marinis denique fluctibus obruatur. Veni, inquit, & mittam te ad Pharaonem, educau populum meum, filios Israël de Aegypto. auxilium autem suum pollicetur hoc ipso, quod se descendisse ait ad liberandum populum. Vterque igitur erit populi liberator, Deus inquam & Moses. Ille vt causa princeps atque primaria, iste tanquam instrumentum;

ille quam maximè agens, atque in opus influens; hic vicariam adhibens, atque administrans manum.

XII. Eiusdem prima ex animi demissione cunctatio.

Sed is primùm ex animi demissione cunctatur, Quis sum, inquit, ego, vt vadam ad Pharaonem, & educau filios Israël de Aegypto? Quasi dicat, magnum est negotium, & meis viribus longe impar, legatione fungi ad tantum regem, & quidem in causa odiosissima. Nec minus arduum innumerabilem multitudinem ferocis Tyranni manibus ereptam, in longinquam regionem traducere, in qua deinde tot populi debellandi. Dominus autem volens animosum reddere legatum suum, Ego, inquit, ero tecum, nihil vt tibi virium, aut sapientie, aut eloquentie, aut gratie cuiusquam, ad bene fungendum hoc munus, deesse possit. Et hoc habebis signum quod miserim te, cum eduxeris populum meum de Aegypto immolabis Deo super montem istum. Promittit effectum liberationis populi certo futurum, idque confirmat ex altero posteriore euentu futuro, sacrificio videlicet in gratiarum actionem Deo ibidem offerendo. Quasi dicat, non solum perficies quod dico, sed redux & incolumis de re perfecta mihi gratias ages.

a ver. 12.

XIII. Altera cunctatio ex parte populi.

Iam satisfactum erat Moyse circa primam cunctationis causam, ex propria infirmitate profectam; alteram nunc affert ex parte populi, ad quem liberandum mittitur, qui minime crediturus sit Moysem à Deo ad se missum, quem ne de nomine quidem norit. Respondet Dominus ad vtrumque; nam & nomen suum illum docet, & spondet fore vt populus sit illi fidem habiturus, imò etiam cum eo regem Pharaonem aditurus, Et audient, inquit, vocem tuam, ingredierisque tu & seniores Israël ad regem Aegypti, &c. De nomine autem ita respondet; Ego sum qui sum; sic dices filiis Israël, qui est misit me ad vos. Quasi dicat, ille qui solus est ens necessarium, ens independentis, ens infinitum, ens omnium perfectionum abyssus ac pelagus immensum, à quo cælum omne ac natura dependet. Quamuis autem diuinum esse, atque existere omnem temporis rationem transcendat, omni tamen temporis, aut durationi, quæ cogitatione fingi potest, æquè responderet. Itaque Ioannes salutem precatur fidelibus, ab eo qui est, qui erat, & qui venturus, seu futurus est. Cui ipsum esse perfectissimum atque absolutissimum, ab omni recto æternitate competit, cuius summa est, & immutabilis essendi constantia; qui denique ita nunc actu est, vt eodem modo perpetuo sit futurus.

b verf. 18.

Maxime propriū Dei nomen.

c Apoc. 1. 8. & 4. 8.

XIV. Alterū Dei nomen.

Non contentus autem Dominus prius illud maiestatis nomen expressisse, addit alterum benevolentie, quod à rudi populo facile capi, & libenter audiri possit, cum se Deum Patriarcharum vocat. Sed vt totum hoc negotium verecundanti ac fugitanti Mose Deo facile reddat & expeditum, etiam verba ipsa suggerit, quibus & ad seniores populi sui, & ad regem Aegypti vtatur. Et ad optimates quidem congregatos hæc dicit mandat, Dominus Deus patrum vestrorum apparuit mihi, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob;

dicens visitans visitauit vos, & vidi omnia, qua acciderunt vobis in Aegypto, & dixi vt educau vos de afflictione Aegypti, in terram Chanaanæ &c. Ad Regem autem ipsum hac oratione vti vult, Dominus Deus Hebraorum vocauit nos, ibimus viam trium dierum in solitudinem, vt immolemus Domino Deo nostro. Neque tamen negat vltiorem viam, neque reuersionem pollicetur. Et cum Pharao ea de re dubitaret, nihil respondit Moses: nimirum mentiri nunquam licet, tacere veritatem aliquando licet. Tanto quoque iustior Dei in Pharaonem animaduersio apparer, tantoque maior illius pericuriã, quo minor a eo, ac faciliora petebantur. Si enim aperte peterent quod volebant obtinere, tanti videlicet populi migrationem, ex qua magna pars redituum regionum pendebat, iusta negatio videri poterat, & iniusta postulatio atque punitio.

Quomodo Moses tri-duū peturus sit ad sacrificandum. a Exod. 8. 17.

Quoniam vero Moyse querere à Domino poterat, quid factu esset opus, si ille, vt credibile erat, diuinis nollet obtemperare mandatis, occurrit Dominus quaestioni dicens, Sed ego scio, quod non dimittet vos Rex Aegypti, vt eatis, nisi per manum validam, id est valida vi coactum. Extendam enim manum meam, & percussam Aegyptum in cunctis mirabilibus meis, qua facturus sum in medio eorum, post hac dimittet vos. Et ne forte diceret, se iterum omnium inopes abituros, quoniam in Aegypto fuerant à Tyrannis omnibus bonis euerfi, & ex infinito labore lateritio, plagis duntaxat & ærumnis aucti. Dabo grauiam; ait Dominus, populo huic coram Aegyptiis & cum egrediemini non exibitis vacui. Sed postulat mulier à vicina sua, & ab hospita sua vasa argentea & aurea, vestes, ponetisque eas super filios ac filias ac vestras & spoliabit Aegyptum. Et quidem sine vlla iniustitia, siue quia hæc illis laborum merces debebatur, siue quia acquisitos ibi agròs domosque dimittebant: siue quia Domini est terra, & plenitudo eius, vt ea cui liberit dare possit.

XV. Pharaonem nisi coactū nō cessurū. b Exod. 3. 19. 21.

Hebræos spoliaturus Aegyptum.

c vid An. an. num. 2451. c. 10.

Nondum factum erat Moyse satis. Quamuis enim perspicuè Dominus, omnes illi aditus subterfugiendæ huius prouinciæ præclusisse videretur, dixissetque fore vt crederent ei Israëlitarum, seseque comites legationis adiungerent. Isti enim optimates intelligebant tempus promissæ à Domino libertatis appetere, & ad id munus Mosem diuinitus destinatum, vt significat S. Stephanus, instat nihilominus, Non credent, inquit, mihi, neque audient vocem meam, sed dicent, non apparuit tibi Dominus. Quod non ad optimates Israëlitarum referendum est, ne Moysem Deo non credidisse fateamur, sed ad reliquum populum in quo multi erant dura ceruice, & incircuncis cordibus, atque auribus, proptereaque ad signa veniendum fuit. Deus ergo humane sese infirmitati accommodans, signorum ipsi potestatem facit, cuius illi geminum dat experimentum, virgam eius conuersam in colubrum, & rursus in virgam reuersam, & manum leprâ infectam, moxque restitutam sanitati. Sapienter utique in virga & manu, quæ illic Moses habebat in promptu,

XVI. Cūctatio, quæ data signorū potestate tollitur.

d Act. 7. 21. e Exod. 4. 1. 2.

edita sunt hæc signa, quasi, præludia futuro rum, quoniam ipse, initar manus, futurus erat Dei generale instrumentum prodigiorum, & virga ferrea incredulum Pharaonem, & populum eius, cum legitima auctoritate, percussurus.

XVII. Alterutrum signum satis erat efficax ad persuadendum populo diuinam Moyfi missionem, sed præmittit vtrumque, imo addit etiam tertium. Quod si nec duobus quidem his signis crediderint, neque audierint vocem tuam, sume aquam fluminis, Nili scilicet, apud quem priora duo signa edideris coram ipsis, & effunde eam super aridam, & quidquid hauseris de fluuio vertetur in sanguinem. Itaque factum est coram populo, & creditur populus, vt infra dicitur a, non autem in ipso monte coram Domino, vt dixit Iosephus.

Nondum tamen satis persuasus erat Moyfes, vt sibi legationis onus imponi pateretur. Ideoque suam loquendi imperitiam causatur, Obsecro Domine non sum eloquens ab heri & nudius tertius, &c. Quasi dicat, Obsecro Domine ne mittas me. Non enim sum eloquens, quales oportet esse eos, qui verba facturi sunt apud principes, neque vnquam disertus fui. Tu quoque nosti me non esse eloquentem, vel ex eo tempore, quo locutus es ad seruum tuum. Natura enim tardus sum ad loquendum, & lingua impedita. Inferius quoque se incircumcisum labiis vocat.

XVIII. Et videtur Moyfes reuera aliquo loquendi defectu laborasse. Nec Dominus id negat, faretur potius, dum ei dat socium Aaronem fratrem, dicendi peritum, qui futurus sit eius interpres. Denique illa verba a, quis fecit os hominis; aut quis fabricatus est mutum? tacitam habent concessionem infirmitatis in Moyse, cum significatione, in promptu esse authori naturæ, omnem defectum eius & imperfectionem tollere. Rectè nihilominus eum potentem verbis appellat S. Stephanus b, vt supra diximus; quo scilicet modo Paulus c imperitum sermone se appellat, sed non scientia, qua ad persuadendum efficax & fortis fuit. Perge igitur, inquit Dominus, & ego ero in ore tuo, doceboque te quid loquaris.

XIX. Postremam hoc loco Moyfes deprecationem obluçans adhibet d, Obsecro, inquit, Domine mitte quem missurus es. Ad quam merito iratus est Dominus. Iam enim quartum excusabat ac detrectabat prouinciam. Cumque omnibus excusationibus cumulatè satisfactum esset, nunc simpliciter onus in alium quempiam transferri cupit. Quæ oratio etsi indefinita est, fauet tamen antiquæ patrum expositioni, de missione Messie; quem cum Moyfes non ignoraret fore aliquando populi Dei liberatorem, eum tanquam omnium aptissimum maximèque idoneum mitti, ad hoc negotium persiciendum, eiusque aduentum accelerari postulabat. Refert Pererius e in his Patribus Iustinum, Tertullianum, Cyprianum, Eusebium, Basilium & Rupertum, cuius est hæc oratio. Tandem nobis aperuit quid vellet, quo tenderet toties excusando, Moyfes. Mitte, inquit Domine quem missurus es. Quem enim Dominus missurus erat, cum hæc diceret, nisi illum, qui nunc missus est, quem Patriarcha Iacob annuncia-

uerat expectationem fore gentium, & desiderium collium æternorum.

Nihil porro in hanc sententiam responderet Dominus, vtpote intempestiuam, sed humana se infirmitati attemperans, non mero imperio vitur, sed addit quæ alliciant, vt suauis obtemperetur. Dat enim societatem collaborantis hominis, & ab ætate sapientis, & à propinquitate fratris, & à genere religiosi, & à natura facundi, à quo honorificè amantèrque accipiatur. Aaron, inquit a, frater tuus Levites, scio quod eloquens sit, ecce ipse egredietur in occursum tuum, vidensque te latabitur corde. Addit & præsentissimum auxilium suum, vtri que paratum ad dicendum, agendumque. Loquere, inquit, ad eum, & pone verba mea in ore eius, vult scilicet immediatè cum Moyse agere, & ego ero in ore tuo, & in ore illius, & ostendam vobis quid agere debeatis. Nec ostendit tantum, sed sicut futurus est in ore ad loquendum; sic & in manu ad agendum mirabilia. Vnde subdit, virgam quoque hanc sume in manu tua, in qua facturus es signa. Non quod haberet virga hæc naturalem vllam efficientiam miraculorum, sed moralem duntaxat, vt ad eius per Moysem applicationem, à Deo miracula fierent: ideoque & virga Moyfi dicitur, & Dei b. Sed erat etiam eadem virga signum percussione Egypti, & tributæ Moyfi ad gubernandum potestatis: virga enim vtriusque hieroglyphicum est.

Hactenus Moyfes cum Domino disputatio: deinceps enim persuasus sese ad professionem parat. Redit è deserto in urbem, ad socerum suum, edixitque ei, vadam & reuertar ad fratres meos in Egyptum, vt videam si adhuc viuunt. De Aaronè videtur loqui numero multitudinis, nisi forte comprehendit Mariam, aut si quos alios genuit Amram, quos Scriptura prætermiserit. Nam de populo Israëlítico non dubitabat eum viuere. Cui ait Ierho. Vade in pace. Vtique hæc conclusio fuit longioris sermonis. Multa enim supplenda sunt, vel ex vera charitate in generum, filiam; nepotes vel ex officiosa vrbantate, ne sibi coniunctissimos non dimisisse rogatum, sed iratum expulisse vulgo iactarent. Nisi forte Deus hanc nouam tentationem Moyfi præcidisse dicendus est: sicut & priuatum illum ab Egyptiis metum: cum dixit ei in vrbe Madian, mortuos esse omnes, qui quærebant animam eius. Plerique enim eum iam pridem pessimè oderant, non tam ob interfectum Egyptium, quam ad tollendum futuræ seditionis & prænuuciatae defectionis authorem. Sed illis paulatim temporis longinquitate extinctis, & Moyfi memoria, & antiqua gratia obliuioni tradita, nullam offensionis causam peculiarem, ex propria persona, sed communem tantum ex odiosa gente afferebat.

Non apparet autem ex Scriptura Moysem socero veram proficiscendi causam aperuisse, vtpote sibi gloriosam, vt notauit Rupertus e. Quod tamen factum Iosephus neque obscure, neque improbabiler significat; in longiore videlicet illa, quam dixi, sermocinatione. De liberis porro eius Scriptura sic loquitur, quod supra quoque suo loco notauimus, vt eos infantes eo tempore fuisse significet. Tulit ergo,

XX. Datei socii Aaronem fratrem.

a Exo. 4. 14.

Virga morale miraculorū instrumentū.

b Exo. 4. 10. & 17. 9.

XXI. Moyfes professionem adornat.

& cōmētarum peti.

XXII. Parat abire cum suis. c. l. 1. 19. Exo. 4. 19.

inquit, Moyfes uxorem suam, & filios suos, & impo- sult eis super asinum, reue- susque est in Egyptum. Intelligebat vtiq; Domini legatus diuturnam se inire viam, reditumque fore tardiorē, qui suos secum omnes ferre parabat, fortassis & sua. Sed mox Dominus, sublati hęc impedi- mentis, famuli sui libertati prouidit. Portauit autem in manu sua virgam Dei, quæ Deus mirabilia sua facturus erat.

XXIII. Reuertenti porro in Egyptum Moyfi tria in primis memoranda contigerunt. Primum apparet ei Dominus, rursum cum instruens de summa negotij sui, quo positum erat in exi- genda populi Hebræi à Pharaone dimissione, & eiusdem obstinatione, per diuersas plagas edomanda: nominatim autem per primogeniti regis eadem. In quo venustam tam rerum quam verborum paranomasiā licet agnosce- re. Non reddis mihi filium meum, ego tibi auferam tuum: affixisti primogenitum meum, ego interficiam primogenitum tuum. Rectè autem dicitur Dei primogenitus Israël propter populum Christianum, quem secundo genuit per Iesum Christum vnigenitum suum, qui in filios Israël & Abrahæ commurati sunt, Israëlitis in filios Esau reputatis, abdicantibus à se iura primogenitorum, dum abdicant & occi- dunt Messiam, qui venerat in gloriam plebis sue Israël. Primogenitus quoque, quia ante hoc tem- pus pauci erant qui Deo seruiebant, & hinc inde dispersi, nec coaluerant in populum, vt in Egy-pto, vbi geniti omnes, & educati fuerant; & facti erant populus vnus.

XXIV. Quomodo Deus induraturit Pharaonem. Quod autem hoc primum loco Dominus induraturum se ait cor Pharaonis, ex quo futu- rum erat, vt non dimitteret populum, intelli- gendum est obiter, Deum non esse causam effi- cientem obdurationis: (Est enim grauissimum peccatum, cuius Deus author esse non potest) sed hominem veram esse ac propriam obdura- tionis suæ causam: Deum tamen dici obdurare peccatorem, indulgenter eum tractando, & non puniendo. Vnde improbus sumit occasio- nem peccandi, & accumulandi peccata pecca- tis, & eis pertinacius inhærendi. Deus autem hac indulgentia vitur, & gratiam qua con- uerteretur negat, vel propter illius peccata, aut propter inscrutabilia iudicia sua, quæ ple- rumque sunt occulta, nunquam tamen irrisitas, vt ait August. a hunc locum & alia similia exa- minans. Quomodo autem iniustus sit Deus, qui gratiam non dederit inimico, cui illam non debet, sed pœnam multiplicem ac sempiternam?

XXV. Alterum quod Moyfi in Egyptum reuertenti contigit, est occurfus Domini, sive Angeli volentis Moysem interficere, propter filium eius incircumcisum; si tamen Moysem. Nam Tertul. b filium ait in discrimine mortis fuisse, non Moysem. Et reuera lex infanti pœnam com- minatur, non parenti. Et quamuis nulla esset in infante culpa, vel causa car occideretur, ob circumcissionem omissam, cuius culpa non pene ipsum, sed penes parentes residebat, omissa tamen circumcissione, adhuc erat in originali culpa, & filius iræ, & morte dignus, non so- lum temporali, sed etiam æterna, vt qui de- lendus esset de populo electorum, ad quem congregatus est Abraham. Communior ta-

a ferm. 88. de temp.

1. Occurfus Angeli ob puerū non circumcisum. b l. cont. Iuda c. 3.

men est probabiliorque sententia, Moysem pe- riculum mortis adisse, ob omissam circumci- sionem, quod eius potius esset circumcidere quam vxoris, & reuera circumcidisset, nisi gra- ui, vt aiunt Hebræi, morbo correptus, aut in- tentato Angeli gladio territus, id munus exequi nequiuisset. Credibile autem esse differre vo- luisse circumcissionem, dum in Egyptum per- uentum esset, ne quid ex ea periculi infantulo in itinere crearetur. Quæ causa fuit a cur postea Israëlita, in 40. annorum peregrinatione, in- circumcisi permanserint.

Cognouit mariti periculum Sefhora, eiusque causam, ideoque statim ad remedium accurrit, & acutissima petra circumcidit præputium filij sui. Quare autem non cultro, qui magis erat in promptu, præsertim cum huiusmodi se- ctiles lapides, neque ex lege, neque ex vsu communi vsurparentur: res ad singularem ius- sionem Angeli referri potest. Ipsum autem præputium abiecit ad pedes mariti sui, dicens Sponsus sanguinum tu mihi es. Quasi dicat, Ego te mihi sponsum denuo acquisiui, non dote pecuniaria, sed sanguine filij mei. Liberari enim te circumcidendo filium, à morte, quæ tibi ab Angelo imminebat. Quo dicto dimisit mari- tum mulier, & ad patrem cum filiis rediit, vt ex posteriore historia b constat, quæ deductam à patre Sefhoram cum filiis ad Moysem, aper- tè testatur. Et plane pertinuit ad diuinam pro- uidentiam, vt notauit August. c vt Moses in tali tantoque negotio tractando, vxoris, filio- rumque onere leuaretur. Quin etiam S. Epi- phan. d tradit Moysem, postquam prophætæ mu- nus accepit, vxoris vsu abstinuisset.

Supereft tertium, quod Moyfi ante ingres- sum Egypti contigit occurfus videlicet Aa- ronis fratris eius. Cum enim Dominus Moyfi promississet Aaronem egredillum in occursum eius, & ministrum quodammodo atque inter- pretem ipsius fore, apparuit ei in Egypto, mo- nitque vt officij causa fratri isthuc venienti prodiret obiam. Vade, inquit e, in occursum Moysi in desertum. Qui perrexit obviam ei i monte Dei, & osculatus est eum. Montem Dei vo- cat Sina, vel Horeb, nomine posterius cele- brato Iudæis. Vtrum autem hic occurfus fa- ctus sit ante discessum Sefhoræ; vel post, non satis liquet. Credibilis tamen est Aaronis oc- cursum prius contigisse, eiusque suauis dimis- sam mulierem, puerosque, cum iam decentio- re comitatu instructus esset. Alioqui solus pla- ne fecisset iter Moyfes, quod videtur inconue- niens. Nec absurdum est Moysem progressum fuisse cum familia itinere diei vnus vel dimi- dij, occurfus enim angeli contigit in diuerso- rio, & tamen contigit Moysem reperiri à fratre in monte Sina. Nam Madian magis ab Egypto distat, Orientem versus & Septentrionem, quam Mons Sina, ad cuius latus transitur des- cendendo in terram Gessen, in qua tunc habi- tabat Aaron.

Narrauitque Moyfes toto itinere Aaroni fratri, omnia verba Domini, quibus miserat eum. Quod scilicet illi, quantumuis cunctanti ac reluctanti, imposuisset munus; quid sibi au- xilij ab Aaronè pollicitus esset; quantam de- didisset edendorum miraculorum potestatem. Aaron vice versa narrabat quomodo ipsum

Periculum Moysi.

a Ioseph. 5. 8.

XXVI. Mater infan- tem cir- cumcidit.

b Exo. 18. 3. Dimittit mater cum filiis. c. g. 12 in Exod. & ser. 86. de temp. d hær. 78.

XXVII. 3. Occur- sus Moysi & Aaronis.

e Exo. 4. 27. Ante dimis- sã Sefhorã

XXVIII. Eorum colloquia.

Dominus euocasset, vt ei veniret obuiam, & quæ per diuturnam ipsius absentiam in Ægypto contigissent, paratumque se obtulit ad implendam Domini voluntatem, quæ sibi per ipsum innotuisset, sicque se mutuo ad hanc prouinciam bene gerendam animabant.

XXIX. Et ingressus in Ægyptu. Sic ingressi, ait Philo, Ægyptum unanimiter primum senioribus gentis clam conuocatis, indicant oraculum. Dei miseratione instare libertatem, & migrationem ad sedes meliores: idque ipsum Deum polliceri, offerreque se ducem itineris. Addit Scriptura hanc orationem ab Aaron factam fuisse, vt iam interpretis munere fungeretur. Addit & miracula in conspectu filiorum Israël perpetrata, à Mose videlicet, etsi verba textus ad Aaronem referri videantur. Ita enim, ait Cornelius, partita erant à Deo munia Moysi & Aaronis, vt Moses suo imperio mandaret, & faceret signa; Aaron mandata Dei & Moysi, tanquam dux verbi eloqueretur. Credidit itaque populus tam prodigiis à Mose perpetratis, tribus scilicet illis, quæ iussus erat coram populo facere, quam Aaronis orationi, quæ factam in monte Oreb reuelationem continebat, & prolixam Dei in populum suum benenolentiam, qua incitatus legatos ad eum de sua libertate destinasset. Ergo fide ac spe pleni, gratias agentes Domino de promisso beneficio, eum inflexo vertice, atque incuruato corpore adorauerunt, Moysenque & Aaronem, tanquam eius legatos, legitima autoritate atque potestate præditos agnouerunt, atque amplexi sunt, sese in eorum potestate fore pollicentes, vt ait Iosephus.

Ab optimis & populo recipiuntur. Et hætenus quidem prolusiones quædam, & apparatus ad legitimum cum Pharaone certamen: nunc ad rem ipsam veniendum est. Et primum quidem à Moysè & Aarone quasi fecialibus, Dei veri legitimeque principis nomine, populus Israëliticus à Pharaone, tanquam iniusto possessore reperitur. Is alienum reddere superbe detrectat: neque id modo, sed solito etiam contumeliosius in alienos subditos, crudeliusque sæuit. Itaque decernitur bellum, denunciatur & geritur. Sed hæc paulò distinctius videnda sunt.

XXX. Ambo Pharaone aduent. Rebus domi cum Hebræo populo bene constitutis, Moyses & Aaron, & si qui forte de senioribus, Pharaonem quam primum adeunt, & Dei atque Imperatoris sui mandata denunciant. Iubere illum dimitti populum suum in desertum, non vt ibi composito exercitu, Ægyptum armari atque infesti reperant, sed vt festum diem sacrificiis diuino numini rite celebrandis agitent.

Et ab eo comeari petunt. At Rex, quis est Dominus, inquit, vt audiam vocem eius, & dimittam Israël? Nescio Dominum, & Israël non dimittam. Indignatur Pharaon esse aliquem de subditis suis, qui coram se, aliquem alium à se Dominum Israëlitarum vocet & quicquid etiam nomine Regi ipsi grauissimum aliquid atque odiosissimum dissimulante imperet, vt propterea Artapanus apud Eusebium, falso quidem, non tamen absurdè scripserit, Pharaonis iussu Moysen in vincula fuisse coniectum. Sed is cuius nomine legationeungebatur, eum nunc ac deinceps perpetuo protexit, ne ranquam imminutæ maiestatis reus, & seditionis flabellum, ad supplicium regis imperio

XXXI. Quæ rex in diuina recusat.

illico raperetur. Nihilominus Moses non minus constans in suscepto tam arduo consilio, quam fuerat in suscipiendo formidolosus, instat apud regem pro dimissione populi, sed oratione aliquanto molliore. Deus, inquit, Hebræorum vocauit nos, vt eam viam trium dierum in solitudine, & sacrificemus Domino Deo nostro, ne forte accidat nobis pestis, aut gladius.

Nulla hic, vt ante, iussio, sed suasio & preces, deinde describitur ad breue tempus commeatu: denique additur non solum æquitas obtemperandi Deo, sed etiam necessitas, ob periculum imminens animaduersionis. At rex nihil istis commotus, reiecit à se Dei legatos, quasi operarios in munere suo cessatores, quique reliquos ad eandem ignauiam excitent, itaque ad onera sua abire iussos à se dimittit; populum asperius etiam tractaturus. Rarus enim hanc Hebræorum postulationem, esse hominum non à lassitudine quietem, sed à lassitudine obambulationem ambientium, eorum laborem vehementer augeri iubet, & idem nihilominus exigi pensum, eo quod multitudo laborantium succreuerit, ideoque diminutus sit labor singulorum. Nam multorum manibus grande lenatur onus. Vult ergo Rex, vt quoniam Hebræi in mediis laboribus pullulant, eorum labor subtracto auxilio gemeretur: nimirum partita operarum multitudine, vt non omnes in luto laborent, vt antea, sed pars in conquirendis tota Ægypto paleis, pars lateribus consiciendis desudat.

Ergo præfæcti operum regio accepto mandato Hebræis Regis nominem dixerunt, Non de vobis paleas, ite & colligite, sicubi inuenire poteritis, nec minuetur quidquam de opere vestro. Dispersusque est populus per omnem terram Ægypti ad colligendas paleas. Non dicit ad emendas paleas, puta in manipulos colligatas, sed ad colligendas vel quisquilias, quæ vento circumferbantur, vel stipulas, quæ in agris hærebant, euellendas. Ex quo intelligitur & longo & miæro labore vexatos, non viros solum, sed mulieres quoque & paruulos, vt occinere parodicè liceret, filij colligunt stipulas, & mulieres quisquilias, & patres subigunt lutum, ignemque succendunt, vt faciant lateres Regi Pharaoni, & eum ad æquitatem, & misericordiam prouocent. Sed contrarium infelicibus contigit, flagellati enim sunt qui præerant operibus filiorum Israël ab exactoribus Pharaonis. Quod à Iosepho & Philone prætermisum est. Pudit enim eos verberationis ignominiosæ, qua seruilem in morem non sustibus vt ingenui, sed loris ac flagris nudato corpore pulsabantur. Et vero etiam veriti sunt ne antiquum exemplum Græcis Latinisque auribus inferentes, nouum Romanis dominis incitamentum, in Iudæorum terga ignominiosè sæuendi præberent.

Nec illi cum gaudio ad suos recepere sese, quod digni habitus essent, pro diuino mandato nulla sua culpa contumeliam pati, sed adito rege, apud eum vociferati sunt, à quo profecta erat iniuria, qui tamen remedium adhibere poterat, ideoque cauti non palam eum accusant, sed, ne ipsum offendant, culpam in regios ministros deriuant. At rex importunus ac ferus insultandi occasione accepta, Vacatis, inquit, orio, & idcirco dicitis, Eamus, & sacrificemus

Domino

XXXII. Et reiecit à se legatos.

XXXIII. colligunt Hebræi paleas consiciendis lateribus. XXXIV. Qui vociferantur apud Pharaonem.

Domino. Sed tolerabilis esset irrisio, si aliquam secum iniustæ vexationis imminutionem afferret; at eadem inculcantur opera, & idem videlicet cessatoribus supplicium. Latrabatur quippe perfecisse, vt Hebræi alia omnia cogitent & peterent, quam sacrificia, & festos dies. Itaque sine vlla spe clementiæ & humanitatis exclusi, Deum cum gemitu, Moysenque compellant, quod in vtriusque iniuriæ ac contumeliam noua vexatio redundabat. Nam egredientes præfæcti Hebræorum à Pharaone, occurrerunt Moysi & Aarone, qui stabant ex aduerso Palatij, expectantes quem habituræ essent exitum præfæctorum querelæ.

XXXV. Indèque apud Moysen & Aaronem murmurant.

Ergo Præfæcti amaro animo, & sine vlla spe remissionis à Pharaone digressi, obuios legatos querulis vocibus inuadunt, Deum vindicem iniuriæ ab eis, vt arbitrabantur, imprudenter acceptæ requirunt, qui eos apud Pharaonem & seruos eius, quorum è nutu penderent, execrandos reddiderint, & gladium Regi præbuerint, quo occiderentur, occasione videlicet dederint vexationis acerbioris. Quæ prima est Israëlitarum aduersus Dei famulos Moysen & Aaronem querela, atque obrectatio: & quidem perquam iniusta, & quæ in ipsum Deum caderet, quam probe intelligerent, vel prodigiis eruditi, postulationis, totiusque legationis authorem: vt iam nunc dicere possent, nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum. Sed hic eius prudentia potius, animique moderatio cenitur, qui acerbam orationem hominum graui dolore, animique perturbatione fremantium, pro potestate non compescuit, sed silentio vsus, dedit locum iræ, & ad Deum confugit.

XXXVI. Qui apud Deum gemit.

Hæc oratio est filij ad patrem magna cum fiducia æstum cordis sui promentis, & auxilium implorantis. Eum dixit afflixisse populum suum, quod occasione legationis huius acerbis vexatus fuerit, & id fieri iusserit, ex quo maior afflictio sit consecuta. Quam ideo permisit Dominus, sub ipsum ex Ægypto egressum augeri, vt illis immanius contra Israëlitas sæuientibus, & Deus tanto iustiore haberet causam seuerè in eos animaduertendi: & Iudæi tanto vehementius ab eis, eorumque moribus auerterentur: nec exurgentibus asperis, de re ditu in Ægyptum cogitationem vnquam admitterent. Interea Mosem animo ægrum Dominus consolatur, dicens Pharaonem ingentibus plagis, quales valida manus, & robustum brachium solet imponere, compulsus, non solum dimissurum populum, sed etiam ad exitum compulsurum.

XXXVII. Diuina Israëlitarum consolatio, cum triplici promissione.

Dat etiam Dominus mandata Moysi, quæ deferat ad Israëlitas consolandos plena promissionis, ac spei. Tria enim maxime gloriosa atque expetenda pollicetur, primum se populum de ergastulo Ægyptiorum magnificè educturum; alterum se assumpturum eum in populum peculiarem, & fore ipsorum Deum, quod in monte Sina lege data facturus erat. Tertium se promissam patribus eorum Chananitidem, daturum ipsis possidendam. Quam in re apparer sua-

uissima Dei clementia, qui hominum infirmitati indulgens, ne afflictis afflictionem accumularet, proximam obmurmurationem, nulla aut obiurgatione verborum, aut factorum animaduersione castigat, dissimulans peccata hominum propter penitentiam. Moyses autem, etsi non ignorabat, quomodo male affectus populus hæc esset accepturus, promptè tamen obtemperat, congregat populum, Dei mandata exponit, sed illi non acquiescunt ei, non defectu fidei, sed quod propter angustiam spiritus, & opus durissimum animum ad illa non applicarent; præsentia enim magis quam futura sentiebant, & animo capiebant.

Pupugit Moysen hoc Israëlitarum tadium pusillique animi ægritudo, quam dixit luxuriam Sept. dixerunt, Hieronymus angustiam siue angorem spiritus. Animus quippe dilatatur in lætis, in duris constringitur, & quasi coarctatur. Hunc Moysi sensum aperient verba sequentia. Cum enim illi rursus apparuisset Dominus, iussissetque petitionem suam apud Pharaonem iterare: Respondit Moses non sine gemitu, Ecce filij Israël non audiunt me, & quomodo audiet Pharaon, præsertim cum incircumcisus sim labijs; Hoc colloquium extremo iterum capite repetitur, propter insertam chronologiam trium filiorum Iacob, Rubenis, Simeonis, & Leui, ad quam Moyses & Aaron pertinebant, quatorde re tomo primo Annalium cumulatè disputatum est. Sed Dominus nonnullo tadio affectum Moysen excitare pergit, atque extollere. Ecce inquit, constitui te Deum Pharaonis, & Aaron frater tuus erit propheta tuus. Quasi dicat, tantum abest vt velim te Pharaonem formidare, vt velim te illi esse formidabilem, quasi quendam Deum, qui habet in homines vitæ & necis potestatem. Cuius timoris Pharaonis à Mose haud leue argumentum est, quod tot tantisque calamitatibus cum populo suo affectus, nunquam manus in eum mittere ausus est, ac ne asperius quidem hominem appellare, aut comminari, nisi post nonam denique acceptam plagam.

In hac porro consolatione renouat Dominus memoriam signorum & prodigiorum, quæ mox facturi erant Pharaone postulante, vt se probarent illius nuncios, cui Israëlita seruirent, & cui creata omnia famularètur ad nutum. Et quoniam parum efficax fututa erat hæc signorum editio in conspectu Pharaonis, ne quid aut Israëlita, aut ipsimet legati turbarentur, Dominus præcautione quadam vtens iterat illud de induratione. Ego indurabo cor eius, inquit, & multiplicabo signa, & ostenta mea in terra Ægypti, & non audiet vos, quoniam per ea signa mollior futurus non erat regis animus, pia voluntate cum intellectu ad credendum & obtemperandum non colludente, sed durior, affectu improbo libertatem ad se non inuitam trahente. Credibile autem est inaudisse Pharaonem aliquid de miraculis, quæ Moyses in conspectu Israëlitarum pararat, ideoque ab eo postulasse, vt signis, se à Deo Hebræorum missos oratores ostenderent: inani potius cupiditate videndi prodigia, illisque contradicendi, vt res ipsa docuit, quam obsequendi voluntate.

Nil cunctatus Moyses, & ad fratrem conuersus,

a Sap. 11. Qui consolatione non admittunt.

XXXVIII. Moysi mæror, & gemitus apud Deum.

b c. 6. 12.

c Ann. M. 2329. n. 34. & seqq. d. c. 7. Exod. Qui cum consolatur Moysen Pharaon timet.

XXXIX. Miracula edi iubet, licet irrito euentu.

c. 7. 3. Induratio Pharaone.

XL.

est has quoque ranas multiplicatis maniplis, bellum pro Hebraeis contra Aegyptios gessisse, quamuis maxima pars aquatilium ranarum fuerit, quas propterea Scriptura memorauit, ceteras tamen puniendo magis idoneas, non negauit.

LII. Magi quoque ranas producant.

Ceterum quasi non sufficeret haec ab Aarone illata Aegyptiis clades, permisit eam Deus a Magis, suis incantationibus augeri; facile autem fuit eas ex putri materia educere, eduxerunt autem exiguo aliquo numero, quod id ad artis ostentationem sufficeret, ut ait Cornelius; nec tamen eas aut expellere malis artibus suis, aut finem plagae quoquo modo imponere potuerunt. Neque enim Pharaon ad legatos remedij causa confugere coactus fuisset. Sed nec vice versa ranas suas in Hebraeos immittere valuerunt, cum ea clades nullo modo Iudaeos attigerit, ut Aegyptij intelligerent cladem suam non casui, sed diuinam vindictam ascribendam esse, quae ranas ad eos tantum dirigeret, quos oportebat punitos, ut notauit Nylsenus in vita Moysis.

LIII. Quam diuturna fuerit plaga ranarum.

Multos autem dies hanc plagam perseuerasse, plerique merito censuerunt. Si enim vnus duntaxat diei fuisset illa molestia, vix ad optimates, seruorum ministerio illis aditum studiose obstruente, peruenisset, atque adeo recreatio potius data videretur Aegyptiis, quam inflicta plaga, cuius aculeus in molestia diuturnitatis consistit. Quis denique sibi persuaserit superbissimum Aegypti regem, breuissimi temporis victum molestia, ad humiles descendisse preces, & percussoribus suis supplicem factum esse, qui, ut plerique censent, quibus fauet Scripturae silentium, septidua sanguinis plaga ad eas adactus non est? Ergo Pharaon diuturno ac permolesto edomitus malo, euocatis ad se Moysen & Aarone; *Orate*, inquit, *Dominum ut auferat ranas a me, & a populo meo, & dimittat populum, ut sacrificet Domino.* Quamdiu cunctatum regem putas, quamdiu alia expertum omnia, priusquam ad hanc primam descenderet humilitatis vocem? Agnoscat Dominum, agnoscat ultorem, legatos de pace mittit, obedientiam pollicetur, in eius sacrificia, cultumque consentit. Et quidem citra fictionem, ut arbitror, quia plaga sentiebatur; quamuis effectu propter animi leuitatem, minime secuto.

LIV. Moyses liberationem regi promittit.

Promittit Moyses liberationem a ranis, eiusque modum, ac tempus, quod in regis arbitrio constituit. Certus quippe de diuina, in hoc toto plagarum negotio, voluntate: sibi que data prodigiorum potestate, & magna in Deum fiducia, eo non consulto promittit, quod illum non dubitabat impleturum, qui voluntatem timentium se facit. Tempus autem Regis permittit arbitrio, ne is arbitraretur Moysen certis quibusdam temporum momentis; aut stellarum concursibus, aut constitutis a daemone diebus aut horis esse alligatum, sed quasi terrenum quandam Deum super dies horasque, & creaturarum rerum ordinem diuinitus esse constitutum. Distulit autem rex depulsionem plagae in alterum diem, ut sic experiretur, an per se interea ranae deficerent, sicque hoc malum casui potius, quam diuinum in se animaduersioni tribueret: sin autem precibus Moysis duntaxat videretur cedere, Deum agnosceret verberantem.

Conditionem accepit Moyses & cum fratre a Pharaone egressus, clamauit ad Dominum, feruida scilicet ad Deum oratione vsus est, pro sponse amouendarum ranarum intra tempus quod condixerat Pharaoni. *Fecitque Dominus iuxta verbum Moysi: & mortuae sunt ranae de domibus, & villis & de agris, & tantum in flumine remanserunt*, quod valuit ad metum renouandae plagae. *Congregaueruntque in immensos aggeres, & computruit terra*, ut hoc esset huius plagae monumentum, ne illius facile obliuiscerentur: esset & epimetrum mali; Nam ranis terram mephiticam exhalantibus, Aegyptij tetra odore affligebantur: donec eas partim in flumen projicerent, partim in praeraltis fossis, terra lapidibusque obruerent.

L V. Cessatio plagae. a c. 8. 11.

Videns autem Pharaon quod data esset requies, idque dierum aliquot cessationem a malis exigere videtur, ut id vniverso in regno animaduerti posset, regique innotescere, qui ingravit cor suum, & non audiuit eos, sicut praecerat Dominus. Consentaneum est aliquot abiisse dies, dum Rex legatorum conspectum declinat, respondere cunctatur, neque stare volens promissis, nec aperte negare, & mox nouam sibi accersere calamitatem. Neque enim hic rex tam stupidus fuit, ut praeterita statim oblitus, nihil sibi aut parisi, aut grauioris mali imminere cogitaret.

Pharaon duratur.

Ergo dum cunctatur ac fugitat aliquot abierit dies. Ad quod suspicandum inuitat, quod ad tertiam plagam sine vlla comminatione, vel denunciatione ventum est. Eam Moyses ita describit. Dixitque Dominus ad Moysen, loquere ad Aaron, *Extende virgam tuam, & percute puluerem terra, & sint cyniphes in vniversa terra Aegyptii & facti sunt cyniphes in hominibus & iumentis.* Id animal est molestissimum, ait Philo, quamuis minutum admodum. Nam non solum superficiem cutis laedit pruritu noxio; verum etiam interiora, per aures naresque penetrat: inuolat & in oculos nisi quis caueat. Sed qui caueri poterant tam dira examina? *Hoc animal*, inquit Origenes in hunc Exodi locum *penis suspenditur per aera volitans, sed ita subtile est, & minutum, ut oculi visum, nisi acute cernentis effugiat: corpus tamen cum insederit, stimulo acerbissimo terebrat; ita ut quem volitantem videre quis non valeat, sentiat stimulantem.*

LVI. Tertia plaga cyniphum.

Moysen & Aarone, hic quoque imitati sunt Magi, sed frustra, eorum artibus diuinitus impeditis: quod ipsimet significasse videntur, dum dixerunt, *digitus Dei est hic*, impediens scilicet maleficia, qui ante permiserat, ut sic Dei potentia, & daemorum imbecillitas magis appareret, qui ne minima quaeque nisi Deo permittente possunt: ideoque colubros & ranas & sanguinem producere potuerunt, cyniphes autem potuerunt. Quare autem Philo cur tantulis animalculis Deus affligeret Aegyptios, non autem maioribus, & nocentioribus. Responderet Deum voluisse incolas castigare, non tollere. Ostendere quoque potentiam suam. Homines enim dum bella gerunt, auxilia sibi asciscunt potentissima, quibus suam suppleant infirmitatem. Deus autem omnipotens, & nullius opera egens, si quando vult tanquam instrumentis quibusdam, uti ad

LVII. A Magis frustra tentata.

exigenda supplicia, non valida eligit, quorum robur minime curat, sed vilia, atque infirma, &c.

L VIII. Quarta plaga omnium generis muscarum.

Noua sequitur plaga, si tamen noua, & non potius prioris tum continuatio, tum amplificatio. Neque enim aut a Pharaone petita, aut a Moysen promissa, aut a Deo facta legitur huius plagae cessatio. Nec opus erat tollere cyniphes, vnam muscarum speciem, cum mox omne muscarum genus in Aegyptios educendum esset, ideoque cœnomyia vocatur a Graecis, & non cynomyia id est musca canina. A priore tamen distinguitur, & quarta numeratur, quia cum noua denunciatione sit, & noua diuersarum a primis immiissione a muscarum. Sic enim habet Dei ad Pharaonem mandatum. *Dimitte populum meum ut sacrificet mihi. Quod si non dimiseris eum, ecce ego immittam in te, & in seruos tuos & in populum tuum, & in domos tuas omne genus muscarum, & implebuntur domus Aegyptiorum muscis diuersi generis, & vniversa terra in qua fuerint. Faciamque mirabilem in die illa terram Gessan, in qua populus meus est, ut non sint ibi muscae. Et scis quia ego Dominus in medio terra.*

a Psal. 104. 31.

L IX. Non ferarum, aut serpentum.

Plana est & aperta narratio, Quia tamen in Hebraeo non sit nominatim mentio muscarum; sed mixtionis, variorum scilicet animalium, quidam mixtionem diuersarum ferarum; ut leonum & luporum, alij serpentum & scorpionum, viperarum & lacertorum congeriem interpretati sunt. Rectissime tamen Hieronymus in editione vulgata, Hebraeum textum ex Graeco exponens, mixta haec insecta, & nominatim diuersi generis muscas interpretatus est. Est enim Hebraeam vocem gharob Septuag. *κυνomyια* verterunt, vna specie omnium molestissima ceteras omnes amplexi: eosque secutus sit Philo; qui huius animalis appellationem ex musca & cane, duobus impudentissimis animalibus ductam scribit. S. tamen Hieronymus, *Cœnomyia*, inquit, *non ut latini interpretati sunt, musca canina dicitur per y Graecam literam, sed iuxta Hebraicam intelligentiam, per diphthongon debet scribi, ut sit κυνomyια, id est omne genus muscarum, sed Aquila κυνomyια, id est omnimodam muscam interpretatus est.* Haec ibi.

ערב

Cœnomyia. Ep. extrema ad Sumiam & Favilla.

L X. Magnitudo plagae huius.

Infinita ergo muscarum omnis generis examina, quasi auxiliares legiones cyniphibus adfuerunt, quae per domos, vicos, plateas, agros, Aegyptumque vniversam effusa, incredibile dictum est quantum molestiae, doloris, & impatientiae hominibus & iumentis intulerint. Inuadebant miseros Aegyptios muscae obstinatissimae, nullamque corporis partem, ad quam volatu gressuue peruenire possent, intactam vel innoxiam, mordendo, pungendo, perforando relinquere, vitam in morsu potius, quam morsum paratae relinquere: in aures, in nares, in os, intraque vestes furtim illapsae, longe acerbissimum aculeum infigebant, faciemque maxime, omni ex parte monstruosè extuberantem reddebant. Nec dubium etiam est eorum equos & armenta; nam iumentorum praecedens plaga meminit, quae non acceperat finem ut diximus, sic in rabiem acta, ut freno, vinculis, aut claustris retineri non possent, quin se, suosque equites, doloris impatientia, saltu in in praecipua ferrent, ac perderent. Nam multos mus-

carum moribus periisse Scriptura testatur.

a Sap. 16. 8.

Quaeres: nihilne remedij Aegyptij contra tam importunam perniciem quaesierint, aut repperint. Respondeo, satis perspicue haberi semel iterumque in Sapientia Salomonis, Aegyptios flammis contra haec animalia; sed irrito certamine depugnasse. *Quodam enim tempore*, ait, *mansuetabatur ignis, ne comburentur, quae ad impios missa erant animalia: sed ut ipsi videntes scirent, quoniam Dei iudicio patiuntur persecutionem.* Et rursum, *flamma est contrarium corruptibilium animalium non vexauerunt carnes ambulantium*, impunè videlicet inter flammam ambulabant, muscae, vespa, crabrones, eisque flammam insigni miraculo parcebant, sicut muscae ipsae Israëlitis.

L XI. Muscae flammis non cedunt. b. c. 16. 8. c. c. 19. 20.

His ergo Pharaon malis adactus, Moysen ad se, & Aaronem vocauit, ut iis medicinam aliquam facerent: erant enim & genere suo, & ut arbitror, duratione molestissima. Probrosus enim erat homines, pecudum iustar, bestiolarum aculeis, quasi stimulis agitari, & oestro percitos doloris impatientia, tanquam lymphatos huc illucque circumcurrere. Durationem autem colligere licet; vel ex eo quod quarta haec plaga, cum praecedenti continuata est, neque media vlla quiete subleuata; vel ex eo quod istiusmodi malorum efficacitas in perseuerantia vexationis maximè sita est, ut supra de diuturna ranarum molestia dicebamus. Vocatis autem legatis, *Ite*, inquit, *& sacrificate Deo vestro in terra hac*, nimirum in terra Gessen, intra Aegypti fines. Ex quo apparet Iudaeos non fuisse permisso in Aegypto Deo suo sacrificare; alioqui nihil gratiae offerret Pharaon, quo plagae huic imponeretur finis. At Moyses, *non potest*, inquit, *ita fieri*, nimirum sine periculo nostro, & scandalo vestro. *Abominatio enim Aegyptiorum immolabimus Domino Deo nostro*, non quae Aegyptij execrationi habeant, sed quae execratione digna sint, quamuis ab Aegyptiis numinis instar colantur. Nam sequitur, *quod si maclauerimus ea, quae colunt Aegyptij, lapidibus nos obruent.*

L XII. Duratio mali huius atque acerbitas.

d. n. 53. Rex permittit in Aegypto sacrificari. c. c. 8. 25. 26.

Cum ergo intellexisset Pharaon non posse diuinum sacrificium in Aegypto celebrari, nec nisi eo concessio, posse intolerabilem muscarum calamitatem cessare, integræ postulationi assensum praebere cogitur, siue id ex animo faceret, siue fictè, ad cladem duntaxat terminandam. Quod videtur respexisse Moyses, dum ait, *Egressus a te orabo Dominum, & recedet musca a Pharaone, & a seruis suis, & a populo eius cras, verum tamen noli ultra fallere, ut non dimittas populum sacrificare Domino.* Apparet utique Pharaonem quando plagis adactus aliquid promittebat, vere habuisse animum exequendi, quae promittebat, uti supra significauimus, quamuis mox plaga cessante rediret ad ingenium: idque ex ipsa Scripturae phrasi colligit Abul. Cum enim iterum aggrauatum esse cor Pharaonis, signum est prius emollitum fuisse: frustra enim diceretur indurari si perpetuo fuisset induratum, nisi dicas durius semper, atque intractabilius fuisse redditum. Quidquid sit, Moyses stetit promissis, non stetit Pharaon, abiit muscae, perseuerauerit obstinatio.

L XIII. Atque adeo deserto.

f. Exo. 8. 16

Itaque secuta est quinta plaga, quae Domi-

Sed redit mox ad ingenium. g. 9. 13. 14. c. 8.

LXIV. Quinta plaga, pestis armentorum. a Psal. 77. 5c. b c. 9. r. 2. nus, iumenta Aegyptiorum in morte conclusit, ut ait regius Vates. Nam ingrauescente corde Pharaonis, ad noua flagella, si illis forte miteretur, redeundum fuit. Imminentem tamen cladem, pro singulari bonitate sua, quasi non cum hoste, sed cum amico ageret, illi denunciari voluit, in hac verba b. *Dimitte populum meum, ut sacrificet mihi. Quod si adhuc renuis, & retines eos, ecce manus erit super agros tuos, & super equos, & asinos, & camelos, & boues & oves, pestis valde grauis, id est super pecora quae sunt in agris vt est in Hebraeo, Graeco, & Chaldaea paraphrasi. Et ne id forte casui tribuatur, sed diuinæ electioni, praemonet Israëlitas ab ea clade fore immunes, simulque certum definit tempus inferendae cladis. Hic Moses compendio vsus, omittit quid ipse Domino responderit, quomodo regem adierit; quid ab eo vel exultationis, vel responsi acceperit, contentus plagam ipsam paucis ita perstringere. *Fecit ergo Dominus verbum hoc altera die, & mortua sunt omnia animalia Aegyptiorum: de animalibus vero filiorum Israël, nihil omnino periiit.**

LXV. An proferat omnium. c. 9. 19. &c. d. c. 9. v. 7. At nonne superfluerunt Aegyptiis animalia, quae sequentibus cladibus perirent? An dicendum est mortua tantum animalia, quae erant in agris, vt praedictum fuerat, & notauit Emanuel: in vrbibus autem & villis, & stabulis intacta fuisse. Sicut in clade grandinis certum est contigisse. Quoniam vero praedixerat Moses nihil omnino periturum ex pecoribus Israëlitarum, animaduersa tanta Aegyptiorum animalium pernicio, misit Pharaon nuncios in terram Gessen, ad videndum quid illis contigisset, forsitan etiam ad inuadendum. Sunt enim Aegyptij natura furaces, & tum Hebraeos pene pro mancipiis habebant, quorum bona omnia ad heros pertinēt. Accedebat inueteratum odium, & inuidia recens, quod propter ipsos tantis calamitatibus afficerentur, à quibus ipsi soli essent immunes. Fortasse igitur Israëlita iumentis ac pecoribus suis, magna ex parte ab istis Tyranni ministris spoliati sunt, quae postea sequentibus plagis in manu Aegyptiorum male perierunt. Denique *ingrauatum est cor Pharaonis & non dimisit populum, sed retinuit cum omnibus rebus suis, vnde hac illi iactura compensatur.*

LXV. Sexta plaga vlcera. vers. 8. Sequitur sexta plaga vlcera, magna ipsa per sese, atque haud scio an praecedentium omnium maxima, vt quae non externa bona detrimentis attriuerit, sed ipsum hominum corpus non leuibus muscarum puncturis, sed grauibus vlcerebus, & vesicis turgentibus affecerit. Sed malum hoc ex ipso Domino intentante cognoscamus. *Tollite, inquit, plenas manus cineris de camino, & spargat illum Moses in caelum coram Pharaone, sitque puluis super omnem terram Aegypti. Erunt enim in hominibus & iumentis vlcera, & vesicae turgentes in vniuersa terra Aegypti.* Recte ad inferendam hanc plagam sumitur cinis seu fauilla ex adustione orta, quoniam morbos igneos paritura erat. Non dicit sparsum iri à Mose fauillam super omnem terram Aegypti, qui enim id fieri poterat? proptereaque ventum addidit Philo, quo perflante pulueri mixtus spargebatur, & homines & iumenta in quos cadebat contactu pestifero exulcerabat.

Quoniam nihil est necesse physicam efficacitatem huic cineri tribuere, cum huiusmodi plaga enasceretur in moribus, neque pulueri neque cineri expositis. Angeli potius percussores, ad hanc cineris dispersionem, quasi conditionem sine qua res non fieret, inferebant plagam, & variis in locis commutabile, furunculos, bubones, carbunculosque excitabant, cum acridolore, qui deinde ruptis, in vlcera, pure distillantem vertebantur.

LXVII. Ne huic quidem cladi Pharaon cecidit. Ea malefici affliguntur. Hae neque denunciata, neque inflata Pharaonem admodum commouerunt, praesertim si corpus eius, vt putat Caiet, ista plaga non tetigit, etsi erat ipse Aegyptiorum omnium facile nocentissimus; neque vlla ceterarum, si ab ea discesseris, quae eum in rubro mari submersit Existimauit enim fatius esse hanc quoque plagam ferre, quae sicut reliquae breui finiretur, quam tantum subditorum numerum, ex quibus ingentes hauriebat utilitates, in perpetuum, vt verebatur, amittere. Et iam eius animus atque aures ad minas omnes, atque verbera occalluerant, facile tamen suspicari potuit quantum esset hoc malum, cum eo correpti malefici, qui ei adstabant, non possent, praevlcera dolore, consistere. Quoniam voluisse eos dissimulare credere par est, ne vel inurbani coram rege fierent, vel potentiae aduersariorum suorum Mosis & Aaronis, probrosam contra se testimonium darent.

LXVIII. Diuotam fuisse. Eius cessatio. Equitis diuini iudicij aduersus Aegyptios. Fuisse hanc plagam fatis diuturnam ex eo coniciere licet, quod lentè serpebat malum & incrementa capiebat. *Videbatur enim, ait Philo, vnum vlcus à vertice vsque ad imos pedes, his quae membratim sparsa erant, serpigine in vnum coeuntibus.* Et constat huiusmodi furunculos plurimum dierum esse solere, ante quam percuterentur. Plaga autem cessationem, quam idem Philo precibus legati supplicantis attribuit, id effectibile apparet, vt noui tumores non exorirentur, veteres autem paulatim curarentur. Licuit hic Aegyptiis animaduertere diuini iudicij aequitatem, ac meminisse in his corporum suorum tumoribus, & vesicis turgentibus disruptis, non solum tumoris animi, & superbiae deiectione diuinitus ac depressae, sed flagellorum etiam quibus liuentes reddiderant scapulas Israëlitarum. Ergo pro vibicibus pustulas, & diruptionem cutis, pro attrita & contusa carne apostemata, & vlcera in carne, & pro paucis plurima pertulerunt. Iudaei ad latericias fornaces crebras adustiones senserant, isti fornacis inspersi fauilla turpi scabie, atque adurente impetigine scedum in modum respergebantur. Et qui dudum graui eos labore attriuerant, nunc praevlcera & furunculorum acerbitate, non stare, non ambulare, ne iacere quidem sine dolore, aut quiescere permittebantur.

ANNVS MVNDI 2544. MOSIS 81. EXITVS AB AEGYPTO, ET DATAE LEGIS I. IOBI 217. & vit. AARONIS 84. ASCATADIS 9. Imperij Assyriorum 613. CENCHRIS vit. ANTE CHRISTVM 1509.

I. Ratio temporis.

a Gal. 3. 17.

II. Cur 10. plagae in duos annos distraeta.

III. Præmature denuncia-tur vltima plaga.

b Exod. 9. 17.

EX iis quae initio praecedentis anni diximus intellectum est Promissionis annis absolutis consequens esse, vt seruitus Israëlitarum finem accipiat, & libertas in exitu ex Aegypto initium sumat, quae diuina lege quamprimum regatur: quae duo hoc ipso anno inchoari, tum Paulus Apostolus, qui post 430. promissionis annos datam legem affirmat, tum tertius Regum liber confirmat, qui ab hoc exitu ad fundamenta templi Salomonis 480. annos enumerat; quam temporis rationem cum hoc initio rectè congruere, postremus ille annus, Deo bene iuuante, docebit. Hinc quoque postremum esse Iobi annum in huius sine declarabimus. Cenchrem quoque postremo nominamus, quia in eius initio mortuus, est, nec regni sui decimum septimum auspiciatus est.

Vnum superest ad rationem temporis cur scilicet Aegypti plagas in duos annos distrahamus, & quatuor postremas, grandinis, locustarum, tenebrarum, & mortis primogenitorum, in hunc vsque annum distulerimus. Responsio in promptu est. Docuimus enim superiore anno pluribus, non vnus aut alterius mensis fuisse decem haec plagas, sed anni fere vnus, qui superiore anno, vere circiter inchoatus, eodem quoque propemodum in eunte, quarta decima scilicet luna ab aequinoctio terminatur. Grandinis autem plagam, & quae eam consecuta sunt in hunc annum reiecit, quia ex Mose constat eam contigisse cum iam linum & hordeum è terra ita extulerant sese, vt in calamos assurgerent, qui grandine dissearentur & dissilirent. Et cum Moyses ait hordeum fuisse virens, de herba vtique non loquitur, quae semper est virens, sed de spica virenti & virentibus granis instructa. Itaque Abulensis & Cornelius hanc calamitatem mense Februario non immerito contigisse putant.

Priusquam autem ad septimam plagam transeat, praemittuntur quaedam, quae partim ad decimam plagam referri debent, quae primogenita tam hominum quam pecorum, Angelo percussente, peste deleta sunt; partim etiam ad ipsius regis & populi eius interitum in mari rubro; quae plagae quia erant omnium maximae atque grauissimae, praemature ad flectendam duritiam cordis istius principis, denunciantur. Septima vero cum huiusmodi obiurgatione denunciari iubetur. *Adhuc retines*

*populum meum, & non vis dimittere eum. En pluuiam cras hac ipsa hora grandinem multam nimis, qualis non fuit in Aegypto, à die qua fundata est, vsque in praesens tempus. Neque ea monitione contentus, Regem improbum, eique simillimum populum monet, vt res suas imminenti cladi subducant, quasi non foret eorum iudex, sed indulgens ac prouidus pater. Ait enim. *Mitte ergo iam nunc, & congrega iumenta tua, & omnia quae habes in agro. Homines enim & iumenta & vniuersa quae inuenta fuerint foris, nec congregata de agris, cecideritque super ea grando, morientur.**

Sed vide mortalium stuporem aut fastum; Plerique enim, quamuis tot iam eruditi verberibus, aut non crediderunt, aut neglexerunt, ne timidiore fuisse, aut Deo Hebraeorum obtemperasse videretur. Itaque derelictos in agris seruos, & iumenta contrita grandine perdidit. Neglexit & Rex Pharaon, corde in dies duriore, & excaecatiore mente. Itaque condito tempore. *Extendit Moyses virgam in calum, & Dominus dedit tonitrua, & grandinem, ac discurrerunt fulgura super terram, pluitque Dominus grandinem super terram Aegypti, & grando & ignis in terra pariter ferebantur; tan-taque fuit magnitudinis, quanta ante nunquam apparuit in vniuersa terra Aegypti, ex quo gens illa condita est.* Id est ex quo terra Aegypti post diluuium coepit habitari: & ex quo posteri Noè ad eam terram profecti, illam incoluerunt, & gentis Aegyptiacae duce Mefisaino filio Chami, nepote Noèmi, authores & parentes fuere, quod sub diuisionem gentium contigit atque linguarum, anno à diluuiio 275. & à praesenti anno 613. Nam si qui ante diluuium illic habitabant, Aegyptij non erant. Sed pergit Moyses.

Et percussit grando in omni terra Aegypti cuncta quae fuerant in agris, ab homine vsque ad iumentum, cunctamque herbam agri percussit grando, & omne lignum regionis confregit. Haec Moyses, quibus similia in Psalmis, & Sapientia Salomonis continentur, aut etiam suppletur. Quae ita distingui possunt, vt septimum hoc Dei flagellum, septem funibus, seu loris in Aegyptum saeuierit; primum tonitribus horrendis; nam tonitrua à Mose primo loco memorantur, & Pharaon iis conterritus primum petit orari Dominum, *vt cessent tonitrua Dei.* Nam horrificum in morem nigrescente caelo, colluctantibus cum procella nubibus, tonitrua horribiliter perstrepebant, atque omnem in partem clarissimo fragore reboabant; vt non solum audacissimi quique terrentur, sed inuisitata etiam, ac subinde ingruente sonorum violentia, obsurdescerent. 2. Tonitribus de more fulgura iungebantur, quibus crebro coruscantibus, inexpectato fulgore perfringebantur oculi, & auribus imminens tonitru nunciabatur.

Tertium fuit horribilis grando; quae in hac plaga maximè desauit, vt propterea ceteris obscuratis, passim hac grandinis plaga memoretur, siue propter inauditam eius magnitudinem, siue propter magnitudinem mali ab ea illati, de quo dicemus paulò post. Quarto loco secundum diram grandinem desauit ignis, quem eructabant nubes,

Et inde septima grandinis.

IV. Aegyptiorum stupor.

v. 23.

Decidit grando inuisitata.

V. Septem quasi lora flagelli septimi.

Tonitrua.

2. Fulgura.

3. VI. Grando praecipua.

4.

Ignis & fulmina.

Pluvia. quæ dubia est.

VII. Ex Scriptura confirmatur. a c. 9. 33. & 34.

Non impediunt grandinem, neque ignem.

ventorum procellæ. 6. & hiatus terræ.

7. b l. 9. de Præp. c. 27.

VIII. Cladis huius effecta. c Exod. 9. 25.

1.

2.

3. d Psal. 77. 47. & 104. 33.

4. c l. 9. c. 27. Græc. Lat.

IX. Pharaos pauidus Moysen euocat.

& iaculabantur in terras, ibique mirabilibus modis infesta discurrebant, comburendo liquando, diuidendo, diruendo vt in decidua istis de cælo ignibus crebro cernitur. Quinta pluuia quoque in hac plaga sauebat. Negant quidem Abulensis & Pererius mixtam pluuia grandinem decidisse, sed grandinem solam, vt esset nocentior, neque eiusictus pluuia molli- reretur.

Veram Scriptura saepe pluuia seorsum à gran- dine meminit, hoc ipso enim capite, Cessauerunt, inquit, Moyses, tonitrua & grando, nec vtra stil- lant: pluuia super terram, & mox. Videns Pharaos quod cessasset pluuia, & grando, & tonitrua. Se- parat quoque grandinem à pluuia Sapiens plu- uibus in locis. Ex quibus liquet veram pluuiam intelligi oportere, cuius est stillare, & ignem extinguere. Estque admirabilis ignem in aqua pluuia non extinguere, sed inardescere, quam in concursu grandinis. Nec obstat quod grandinis impetum pluuia solet infringere, quod tum alienum erat à Dei consilio; potuit enim pluuia & grando, alternatim cum igne descendere: potuit & grando tanta præsertim, contra vim pluuia seruare vim suam, vt pluuia contra ignis ardorem conseruabat suam, & nix & glacies igne non tabescebant. Pluuuis, sexto loco valde probabiliter addit Philo ventorum procellas, atque tempestates. Artapanus etiam apud Eusebium, ait tertæ motus noctu extitisse, multosque hiatus, vt qui hos effugerent grandine interirent, & qui vitarent grandinem, vastis terræ hiatus absorbere- rentur.

Huius cladis effecta reperio. Primum est cædes hominum ac iumentorum, quos tam dira tempestas in agris, in flumine, in itineri- bus, & omnino sub dio reperit. Id tradit Mo- ses, cum ait grandine percussa cuncta quæ fuerunt in agris, ab homine vsque ad iumen- tum. Ait secundo perdidisse omnem herbam agri, herbæ nomine tam sponte natas, quam hominum satum comprehendens, quarum alias protituit vt linum & hordeum, quæ in culmum iam assurrexerant, alias obruit vt triticum & far, & quæcunque tardius oritura in herba erant, quia omnia in Ægypto simul sata fue- rant, etiam quæ hinc verno tempore feruntur. Ait tertio grandinem omne lignum regionis confregisse: quod explicans Dauid. Et occi- dit in grandine vineas eorum, & moros eorum in pruuina. Et rursus, Et percussit vineas eorum, & ficulneas eorum, & contriuit lignum finium eorum. Potest etiam arborum fractio fulminibus tribui; id enim non infrequens est; præsertim cum grando & ignis pariter mixta ferrentur: cui cladi etiam ventorum procellæ, turbinef- que seruebant. Addit Artapanus crebris ter- ræ motibus omnes domos plurimæque templa concidisse. Horrenda igitur fuit hæc clades, multisque quasi flagellis vnâ deficiens, vni- uersam Ægyptum terrore, damnisque grauif- simis compleuit.

Denique tantum hæc mala vel damni vel ter- roris Ægyptiis incusserunt, ipsique Pharaoni, vt Dominum valde formidaret, sibi que placatum veller eum, cuius nutui ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum in perniciem hostium eius obsecundarent. Misit itaque

Pharaos seruos suos ad Moysen & Aaronem, culpam suam; ex seruili præsentium pœnarum mœrore, & desiderio liberationis agnoscentis: Euocatisque dixit, Peccauit etiam nunc. Dominus iustus, ego & populus meus impij. Ora te Domi- num vt desinat tonitrua Dei, & grandio, vt di- mittam vos: & nequaquam hic ultra maneat. Non est autem existimandum Pharaonem hic omnimodam populi dimissionem polliceri, cum legati Domini nunquam eam petierint, sed so- lum commeatum in diem tertium sacrificandi causa. Quis enim credat difficilem debito- rem ac tenacem, polliceri amplius, quam à creditore postuletur? Spondet ergo popu- lum, statim à cessatione plagæ, sine vlla d- latione, ad solenne totius populi sacrificium dimissum iri, sperans nihilominus, atque in- tendens reuerfionem, quam legati dissimula- bant.

Acquiescit petitioni Moyses; imo præter po- stulatam orationem, intrepidè promittit se exauditum iri: vt intelligat Pharaos quantus sit ille Dominus cui militat ather. Et coniurata ve- niunt ad vota procellæ. Spem etiam addit & ti- morem pro conseruatione frugum, quæ gran- dine læsæ non fuerant. Quid multa? Orauit Moyses, cessauit grando, atque tonitrua, & Pharaos auxit peccatum. Rectè, erat enim sem- per in culpa, sed ea perpetuo nouis peccatis augebatur. Et ingraturum est cor eius, & seruo- rum illius, & induratum nimis. Verbebant sibi, opi- nor, laudi, & constantiæ tribuebant, quod tam multa, tamque graua perpeffi, non frangeren- tur animis neque flecterentur. Sicut qui cas- trum, aut ciuitatem aliquam ab hostium oppu- gnatione defendunt, quo asperiora, sine dedi- tione tolerant, hoc vulgò gloriofiores euadunt. At tolerantia nullam habet, nisi in causa ho- nestæ, fortitudinis laudem, sed iustam perui- caciæ, & obstinationis accusationem.

Ventum est octauam plagam locustarum, siue, vt est apud Dauidem & Septuag. bruchi & aruginis. Eam plagam iubet Domi- nus denunciari Pharaoni cum querela, & mi- nis. Duo enim mala valde graua in pœnam peruiacaciæ comminatur, vastitatem omnium frugum, fructuum & herbarum totius Ægypti; & molestiam à locustis, ei similem quam antea fuerant à ranis perpeffi. Quibus denunciatis, auertit se, & egressus est à Pharaone, fortasse commotior, quod videret eum nec petitioni acquiescere, nec terrore minis. Verum tam den-unciatio, cui præcedentes plagæ maximam conciliabant fidem, quam subitus legatorum egressus, quasi ad verbera præparanda, Ægy- ptiijs Regi assistentibus merum incussit, & ade- git vt petitioni Moysi, vel inuiti fauerent, dicerentque, Vsquequo patiemur hoc scanda- lum? Quandiu erunt nobis isti Hebræi in rui- nam & interitum? dimitte homines, vt sacrificent Domino Deo suo. Nonne vides quod perierit Ægyptus? ex plaga præsertim postrema, quæ maximum terrorem, ac calamitatem in- tulerat.

Itaque siue sponte sua, siue iussu Regis reuocauerunt Moysen & Aaronem. Quibus Pharaos ait, Ite, sacrificate Domino Deo vestro. Quinam sunt qui inuiri sunt? Paucos enim pu- tabat ituros sacrificandi causa: quorum iactu-

a c. 9. 17. 28. Culpam agnoscit.

Dimissio- nem spon- det.

X. Acquiescit Moyses, & orat.

Induratur Rex.

XI. Octaua plaga locustarum. b c. 10. Exo. 3.

Ægypti commoue- tur.

c c. 10. v. 7. & 8.

XII. Pharaos vi- ris tantum dat com- meatum.

non ac- quiescente Moysen.

VIII. Locustæ Ægyptum operiunt & vastant.

XIV. Pharaos le- gatos reuo- cat, & pla- gæ finem imperat. a c. 10. v. 16. 17.

ram, si forte non redirent, tanti emendam non putabat: credens insuper se eos, retentis pigno- ribus facile reuocaturum. At Moyses, cum par- uulis, inquit, nostris, & senioribus pergemus, cum filiis & filiabus, cum ouibus & armentis. Est enim solennitas Domini Dei nostri, à qua nefas sit quæ- quam abesse. Distinctius enumerat singula, vel ne, cum in rem ventum fuerit, Rex odiosius ca- uilletur, vel ad quandam insultationem impro- bi ferui, qui verberibus incipit edomari, fastumque inclinata ceruice deponere. Respondit nihilominus, Sic Dominus sit vobiscum, quomodo ego dimittam vos, & paruulos vestros. Quæ est imprecatio huic æquiualens? Ita faueat vobis Deus vester, quomodo ego vos liberos abire permittam. Cui dubium est quod pessimè cogitatis? Fallere scilicet nos, non reuertendo peractis sa- crificiis; aut bellum nobis inferre tot cladibus exhaustis, vbi nullos ex vestris obsides apud nos habuerimus. Itaque liberos & vxores reti- nere cupit, quorum amor domum parentes, ma- ritosque reuocaret. Itaque subdit. Ite tantum viri, & sacrificate Domino: hoc enim & ipsi peti- stis. Statimque eieci sunt de conspectu Pharaonis, vel ne coargueretur falsitatis, vel quia ge- tum videbat non acquiescentium.

Ergo venit ad supplicium. Nam iussu Do- mini extendit Moyses virgam super terram Ægypti, & Dominus induxit ventum vren. em tota die illa & nocte, & mane facto ventus vrens lenauit locustas. Quæ ascenderunt super vniuersam terram Ægy- ptii, & sederunt in cunctis finibus Ægypti in- numerabiles, & mox, Operueruntque vniuersam superficiem terræ vastantes omnia. In Hebræo ha- betur obscuratum esse terram, ex quo Chal- dæus Onchelos collegit radio solis locustarum multitudine, quasi densa nube obuclatos; & alij interpretes vocant locustarum nubem. Sed parum id erat nisi sequeretur vastitas, quam intulerunt deuorantes omnia. Nam sequitur, Nihilque om- nino vrens relictum est in lignis, & in herbis terra, in cuncta Ægypto. Quod autem ait à locustis consumpta, quæ grando reliquerat, miserabilem Ægypti faciem oculis mentis obicit, & ineunte vere tristioerem, quam in asperrima bruma. Itaque quam maxima ex parte grando deformauerat, locusta penitus perdidit, dum quæ illa lacerauerat, aut obruerat, ista radici- bus consumpsit. Sed & domi, vt prædictum fue- rat, ranarum & muscarum molestias ita reuo- cauit, vt Pharaos ipse hanc miseriam mortem appellaret.

Nam qui nuper è conspectu suo Moysen & Aaronem indignabundus eiecerat, reuoca- uit eos vel inuitus, dicens, Peccauit in Domi- num Deum vestrum, & in vos, dum scilicet to- ties sefelli datam fidem, & toties contra eum, à quo à clade liberabar obstinatus, atque ingra- tus obdurui: vosque ipsos perfidiam meæ testes habui. Sed nunc dimitte peccatum mihi, etiam hac vice, & rogare Dominum Deum vestrum, vt au- ferat à me mortem istam, plagam scilicet locusta- rum, quæ mihi meisque instar mortis est. Quam peccati agnitionem atque confessionem etiam in homine impio atque infideli, ita probauit Dominus, vt amicis suis pro eo intercedentibus, illum mox ea plaga liberaret. Nam flare fecit ventum ab occidente vehementissimum, & arreptam locustam proiecit in mare rubrum: non remansit ne-

una quidem in cunctis finibus Ægypti, Cum enim diuino instinctu sese vindique in altum tolle- rent, vi venti abreptæ sunt omnes, ne opus esset eas in aggeres immensos congregare.

Sed num indulta venia insanos emendauit? Vifus est ventus, qui locustas vastatrices vni- uersæ regionis in rubrum mare disperserat, eius- dem quoque vastitatis sensum, & memoriam Ægyptiis abstulisse, itaque ad pristinam stulti- tiam rediere, Rex in primis, de quo iterum Scriptura suum illud quasi intercalare carmen occinit. Et indurauit Dominus cor Pharaonis, non data illi gratia, qua efficaciter moueretur ad standum promissis, nec dimisit filios Israël. Sed nec Dominus finem flagellis imposuit. Me- rito sane. Redintegrante quippe Pharaone peruiaciam suam, Dominus ad nouum sup- plicium inferendum accingitur, & quidem per- breui, vt apparet, interposita mora. Nam sine vlla vel comminatione vel denuncatione iu- betur Moyses extendere manus in cælum: ne si diuturna foret cessatio, persuaderet sibi Pha- raos Deum Hebræorum sua pertinacia superatum, cessisse victoriam, quod ille fortasse futu- rum sperabat.

Necessè autem est hanc nonam plagam sub initium Martij, vel nouam lunam Æquinoctij contigisse, vt post eam terminatam, aliquot dies Ægyptiis ad respirandum dati sint immu- nes à plagis, in quibus faciliores redderentur ad gratificandum Israëlitis, & mutuo danda vasa aurea & argentea, & vestem pretiosam, ad suam solennitatem celebrandam. Nam vt quis benefaciat, & gratificetur illi, à quo, vel pro- pter quem vapulat, dum vapulat, incredibilè vi- detur: factam autem hanc vasorum commo- dationem, inter nonam & decimam plagam, postea cum Augustino doccbimus. Nonam au- tem Moyses describit hæc verbis diuinitus im- peratam. Extende manum tuam in cælum, & sint tenebra super terram Ægypti tam densa, vt pal- pari queant. Imperium illico impletum est. Ex- tendit enim, Moyses manum in cælum, quasi prohi- biturus lucem, quæ inde in mortales effundi- tur, & facta sunt tenebra horribiles in vniuersa ter- ra Ægypti tribus diebus, &c.

Quatuor in hac plaga notantur, quæ si rectè cognita fuerint, ostendent eam fuisse omnium opinione maiorem, additis præsertim duobus alijs malis, quæ tum à Scriptura ipsa, alijs in lo- cis, tum à Philone memorantur: quæ hic per- stricta paucis, accuratius in Annalibus explica- ta reperiuntur. Primum est densitas & magni- tudo tenebrarum, quæ in Hebræo vocantur ob- scurissimæ, in Chaldæo nocturnis tenebris den- siores, in Græco caliginosæ, in omnibus linguis palpabiles; non quidem ratione sui, sunt enim priuatio, quæ sub tactum non cadit, sed in sua causa, aère scilicet vsque adeo addensato, ac constipato, humidis ac frigidis vaporibus in- fufis, vt in aqueam soliditatem declinaret, vt neque ventorum procella, quæ tum sauebat, vt aiunt Septuag. dissiparetur, neque lumini ac flammis penetrabilis esset, vt Scriptura ipsa tes- tatur. Et ignis quidem nulla vis, inquit, pote- rat illis lumen præbere, nec siderum limpida flam- ma illuminare poterant illam noctem horrendam. Sic ibi.

Erant autem hæ tenebræ non solè densissimæ

XV. Nec emen- datur.

v. 208.

XVI. Venit ad nonam pla- gam tene- brarum.

XVII. Sex ciuidè mala.

i. Densitas tenebrarum.

a Sap. 17. 5.

XVIII.

2. Horror ex sp. stris terrificis. sed etiam horribiles, quod erat alterum earum malum, siue quia, inquit Rabanus, semper tenebras comitatur horror, & quanto minus discernit quis, quæ circa se sunt, tanto magis metuit, vndique aduersa pauitans. Seu potius propter horribiles visiones, dæmonibus eis prodigiola phantasmata obiectantibus, quibus formidolosissimo horrore concutiebantur, aut vt nonnullis interdum contigit, exanimabantur. Nam Sapiens ait personas tristes illis apparentes pauorem præstitisse; apparuisse & subitaneos ignes, qui ex ipsis fortasse spectris emicabant, ad maiorem incutiendum terrorem. Sed hoc erat ista coruscatio formidolosior, quod non ex longinquo apparebat, vt fulgura, sed proxime afflabat oculos, ac pene adurebat. Sominum quoque quem tenebræ ipsæ conciliabant, inquietum habebant, & visis terrificis interruptum, quibus ingruentibus animo linquebantur præ timore, & quo quisque loco ex eo timore decidisset, immobilis ibi quasi carcere conclusus reddebatur, vt ait idem Sapiens.

XIX. Tercium quoque huius magnitudinem supplicij exaggerat, est quod in dira illa ac diuturna nocte, auditus Ægyptiorum horrificis quatiēbatur sonis, siue quos spectra illa edebant, siue qui quoquo modo intra illam remugiebant caliginem. Nam Sapiens ait omnia quæ poterant vndecumque exaudiri, eis horrificum terrorem incussisse. Nimirum fontes carcere detenti, quoties strepitum aliquem ad ianuam inaudiunt, ad mortem suis sceleribus debitam, rapi se suspicantur. Quartum huius cladis incommodum à Mose tangitur, à Sapiente dilatur, Nemo, inquit ille, vidit fratrem suum, vt scilicet aliquid ab eo posset, aut consilij aut consolationis accipere, nec morit se de loco in quo erat, non quod pedes manusve mouere non possent: nam hic ac non erat crassior effectus aqua, in qua huiusmodi motus fieri possunt, imo & respiracioni deseruiebat, alioqui omnes suffocati fuissent. Non mouebant tamen se loco, vel quia cum omniluce carerent, nesciebant quo, in tanta mentis ac rerum perturbatione, ruituri essent: vel quia terrificis pauefacti monstris, metuebant, si se loco mouissent, ne peius aliquid offenderent; itaque quasi in carceribus singuli conclusi tenebantur, vt fusius apud Sapientem leges.

XX. Quinta huius mali peristasis fuit diurnitas eius. Prædicta enim incommoda, spectrorum præsertim, ignium, sonorum, cæcæ ac palpabilis caliginis, famis ac sitis, ac confusiois rerum omnium, tanta fuerunt, vt perexiguum tempus intolerabile videri posset. Diurnitas autem trium dierum, toridemque noctium, magnam rerum desperationem afferebat, & timorem, ne omnia in antiquum confusiois chaos redigerentur. Sextum denique huius plagæ malum ex loco petitum est, quod non exiguo aliquo loco definitæ erant illæ tenebræ, sed vniuersam Ægyptum, excepta terra Gessen, occupabant; nec ea quidem tota, cum Ægyptij Iudæis mixti habitarent; idque aliis quoque locis viderent contingisse, in quibus Hebræi operis causa famulabantur. Quod videtur innuere Moses, cum nulla facta mentione terræ Gessen, vbi cum

que inquit, habitabant filij Israël, lux erat. At supra eam prouinciam discretè nominauit, cum de grandine ageretur, quæ Israëlitarum possessiones ac pecora non violasset; quod nusquam alibi quidquam possiderent Hebræi, etsi alibi lateres pyramidesque fabricarentur.

Huius plagæ finem sic memorat Moyses, Vocauit Pharaon Moysen & Aaron & dixit eis: Ite sacrificate Domino: oves tantum vestra & armenta remaneant, paruuli vestri eant vobiscum. Non peti cessationem tenebrarum, vt supra grandinis, & locustarum: ex quo datur intelligi, tenebras post triduum, vltro Dei voluntate dissipatas, & emergente luce missam ad Pharaonem legationem istam, ad maius etiam aliquod malum vitandum; sicut post mortem primogenitorum, misit ad Moysen, dimisitque populum, veritate ne mortem primogenitorum, generalis omnium interitus sequeretur. Sperauit quoque se, qui iam recens ad dimissionem paruulorum præbebat assensum, à Moysese impetraturum, vt sine gregibus & armentis, nisi pauculis ad sacrificium necessariis, abirent eos postmodum, hoc retento pignore, reuocaturum in Ægyptum. Sed eam Moses conditionem non accipit: præsertim, inquit, cum ignoremus quid debeat immolari, donec ad ipsum locum peruenimus. Verum hæc aperta dissimulatio erat; Et si enim non expresserat Deus, quid aut quomodo sibi sacrificari vellet, multa tamen habebant animalia, quæ inepta erant ad sacrificia, equos, asinos, mulos, camelos, &c. Vt quasi insultando dictum videri posset, non remanebit ex eis vngula.

itaque plane intellexit Pharaon Hebræos omnia sua secum velle abducere, quod statuisent in Ægyptum non reuerti. Nec tulit hanc dicendi libertatem, neque imminentem bonorū, quæ spe deuorauerat iacturam. Dolebat insuper se diris flagellis seruilem in modum excruciatum cogi, seruos olim suos, non solum liberos dimittere, sed multis etiam bonis circumfluentem; vt in summa populi sui penuria, quam plagæ intulerant, & hominibus priuarentur, & bonis. Itaque hanc animi dolorem, Deo peculiari gratia cum eo non concurrente, conuocare non valuit, negauit facturum quod petebatur. Quin iram etiam adiunxit, & minas. Recede, inquit, à me & caue ne ultra videas faciem meam: quoque die apparueris mihi, morieris: & acquiescit Moyses, quod ita speraret, vt que futurum. Apparet tamen Moysen post aliquot dies, non solum vidisse Pharaonem, sed cum eo etiam fuisse collocatum: cum Rex post eadem primogenitorum, eum cum fratres euocauit, iussitque surgere & egredi, nisi placer hanc collocutionem per internuncios factam esse: aut quod malim, intellexisse Moysen, non aditum se sponte regem ad cladem aliquam intentandam aut inferendam.

Interim autem dum apud Pharaonem versatur Moyses, allocutus est eum Dominus, vel per internam illuminationem, vel per secretam Angeli apparitionem, à quo edocetur de plaga vltima, & secutura dimissione: Iterauit & præceptū despoliandis Ægyptiis, significans adesse tempus illius exequendi. Dices ergo, ait, omni plebi, clam videlicet, & de aure in aurem, ne res Ægyptiis innotesceret, vt postulet v. r. ab

XXI. Qui huic plagæ finis impositus, a Exod. 10. 24-25.

Pharaon retinere cupit pecora Hebræorum.

XXII. Itascitur agnoscent eos penitus abire velle.

v. 28.

XXIII. Dominus Moysen secreto edocet. b Exo. 11. 1.

De vasorum mutuatione, &c. amico suo, & mulier à vicina sua, vasa argentea & aurea, & ne irritam putent fore postulationem, subdit is, qui corda hominum habet in manu sua, se daturum gratiam populo coram Ægyptiis ad impetrandum.

Denique inspirat eodem tempore Dominus Moysi, vt regi plagam cædis primogenitorum denunciaret, & quæ eam sint secutura; quod & ipsis Domini verbis facit, addita circumstantia temporis, & personarum. Facta autem videtur ista denunciatio, non pridie cladis ipsius, sed nono die primi mensis, vt existimat Abulensis. Decimo autem seposuerunt sibi Israëlitarum agnos Paschales: vndecimo & duobus subsequens mutuatū sunt vasa ab Ægyptiis: Decimo quarto extremo primum Pascha sacrificatum, & agni sanguine superliminaria intincta, posteseque portarum, agnusque solenni ritu comestus est. Inde inchoatur Luna decimus quintus dies, in cuius media nocte primogenita occiduntur: & primo diluculo exeunt Hebræi ex Ægypto.

Cum ergo Moses vltra denunciationem tanti mali, etiam magnificè prædicaret clamores, & vlulatus Ægyptiorum, in summa atque innoxia Hebræorum tranquillitate, insuperque optimatum Ægyptij regis erga se humilitatem infimasque preces ad petendum id, quod nunc recusarent, vehementer iratus Pharaon ita vt eiceret à se Moysen, cum terribili mortis interminatione dicens, Recede à me, & caue ne ultra videas faciem meam, &c. vt supra diximus, vbi à Scriptura per anticipationem posita fuerunt. Vt autem egressus est de conspectu Pharaonis, à quo nullum certum responsum acceperat, occurrit illi Dominus omnium futurorum præsciens, dixitque ei, Non audiet vos Pharaon, vt ea occasione multa signa fiant in terra Ægypti. Vel tamen multa fiant miracula, idèoque inutile est ea deinceps multiplicare. Iuit autem Moyses in terram Gessen, moniturus populum de mutuo accipiendis vasibus ab Ægyptiis, cæterisque peragendis, quæ capite duodecimo continentur. Expectaturus quoque tempus, quo Dominus minas in facta conuerteret.

Non est autem quod quisquam arbitretur proximam grauissimæ cladis denunciationem, importunam fuisse ad gratiam mutuo accipiendibus necessariam. Cum enim ea per Ægyptum celebrata esset, docuissetque iam toties experientia non abire in ventum irritas Moysi & Aaronis minas, perterrefacti Ægyptij, Hebræos sibi deuincire voluerant, gratuita & beneuola mutuatione vasorum & vestium, rati hoc verum fore mutuum, vt precibus apud Deum suis, hanc primogenitorum quam formidabant calamitatem, vel à tota Ægypto, vel à suis ipsi capitibus nomine gratitudinis & liberalitatis auerterent. Dedit præterea Dominus gratiam populo coram Ægyptiis, vt commodarent eis; ea enim gratia, videbantur Hebræi amore & honore, & quibusvis beneficiis dignissimi, adeo vt Ægyptij, iuxta Hebræum textum, Israëlitas induxerint ad petendum, offerendo benignè sua, & incitando vt confidenter peterent, vt notauit Caiet.

Hac autem gratia maximè valuit Moyses, quod ipsemet non obscure significat illis ver-

bis. Fuitque Moyses vir magnus valde in terra Ægypti, coram seruis Pharaonis, & omni populo. Cum enim proximè egressisset de gratia, quam Dominus daturus erat Hebræis, ad impetrandum quæ peterent, vult intelligi datam fuisse Moyfi longe maximam, apud aulicos & optimates præcipuè, qui huiusmodi pretiosa supellectile abundant, vt præ omnibus & peteret ab Ægyptiis, qui eum reuerentur, & impetraret. Sicque hunc locum plerique explicant, & Abulensis in primis, qui addit ex Aben-Ezra quosdam de Iudæis, qui cernebant Moysen maximè ab Ægyptiis honorari, nec minus eius potentiam formidari, ipsius nomine plurima petiisse mutuo ab Ægyptiis, & impetrasse. Et vt apparet lætabantur datam sibi hanc occasionem de eo bene merendi, eiusque gratiam aucupandi. Hinc autem nata videtur fabula, quæ apud Iustinum quoque legitur de sacris Ægyptiorum à Mose furto sublatis.

Sed videamus quid hac freti gratia Israëlitarum mutuo acceperint, quando, à quibus, & quo iure. Et primum nulla fit mentio pecuniarum, eiusque rei duplicem affert causam Abulensis. Prior est quia cum dissimulatus esset discessus, & specie solennis sacrificij peragendi discederetur, vasa pretiosa ei vsui futura erant, non pecuniæ, quarum postulatio voluntatem penitus abeundi, Ægyptiis prodidisset. Deinde pecuniæ non erant futuræ necessariae ad cibos, aut alios vitæ vsus, quia iter facturi erant per solitudines, neminemque inuenturi, à quibus illa sibi præsentī pecunia comparare possent, Et vt maximè eo confluerent Madianitæ, Agarenī, Amalecītæ, cæteræque vicinæ gentes, pecunia Ægyptiorum extra Ægyptum vsui forsasse non fuissent. Vasa autem aurea atque argentea suum semper retinebant valorem, & præterea vsui futura erant ad fabricanda vasa tabernaculi. Et hoc quidem loco vasa tantum aurea & argentea memorantur; alibi autem adduntur etiam vestes, quo nomine panem pretiosum, peristromata, pelles & purpura, lineæ telæ, aliæque id genus continentur; sicut in vasis, torques & monilia, aliæque multiplex gaza comprehenditur, quæ arcæ testamenti, & tabernaculo, & vestibus pontificiis conficiendis adhibenda erant.

De tempore iam diximus videri mutuationem hanc factam esse diebus inter nonam decimamque plagam interiectis, quod perspicuè affirmat Augustinus, & Rupertus. Sic vt nullo modo velint post decimam plagam esse mutuos, quamuis post eam, per repetitionem siue anacephalæosin, alieno loco recitetur illa mutuatō; Et illud, cum egrediemini postulabis mulier, &c. Non ad horam egressionis restringendum est, sed profectiois tempus, ad dies aliquot, quibus illa parabatur, extendendum est, nec tanti momenti negotium ad tam importunum tempus differendum fuit. Quamuis autem vicinorum tantum mentionem fecisset Dominus, de cæteris tamen non negauit, in quibus hospites & amici totius regni, & non soli Gessenitæ, qui cum Hebræis habitabant, continentur. Quin etiam admodum probabiliter putat Oleaster, magnam partem mulierum Hebræarum, quæ ancillarum officio fungebantur apud Dominas Ægyptias, ab eis

hanc rem gratia. a c. 11. 3.

b lib. 36.

XXVII. Israëlitarum cur non acceperint mutuo pecunias.

Sed vasa, & vestes, &c.

c c. 11. 2.

d c. 3. & 12.

e Iren. l. 4. c. 49.

XXVIII. Quando facta mutuatō. f g. 45. in Exod. g l. 2. in Exod. c. 18.

Et à quibus.

imagnificè ornatas fuisse, ad ipsarum celebra-
tem cohonestandam, in eoque diuitias suas
ostentare voluisse, *vt contingere solet*, inquit, in
festo D. Virginis de Rosario.

XXXIX.
Et quo iure
I. donatio-
ne diuina.

Nam quod ad iustitiam spoliatorum Ægy-
ptiorum attinet; repudianda primum videtur
Iosephi opinio, de rebus hisce dono acceptis,
cum spoliata Ægyptum scriptura dicat; repu-
dianda & Philonis qui penè prædones appellat
contribules suos, sed agnoscendum Deum opti-
max. summum in res omnes, maximumque
Dominum, cuius voluntate ac liberalitate fa-
cti sunt Domini eorum omnium, quæ mutuo
acceperant. Accedit communis illa ratio scri-
ptorum antiquorum atque recentium, de recen-
te solutione fraudatæ diu mercedis eorum, qui-
bus tanquam mancipiis abusi fuerant. Quique
& rebus suis, quas in Ægypto relinquebant,
commutasse dici possunt. Nam à principio Re-
gis concessu, & Iosephi proregis interuentu,
in Gessen collocati, multos ibi agros, villas, do-
mosque acqviserant, multamque in iis rusti-
cam atque urbanam supellestem, quæ omnia
cum hospitibus suis relinquerent, quæ fortas-
se valorem superabant eorum quæ auferabant,
permutatio potius, quam spoliatio facta videri
potest.

XL.
Institutio
anni sacri
&c.

Mutatio pretiosæ supellestis, quædam
fuit ad exitum populi Hebræici, tam seuera ad
hanc diem contentione procuratum, præparatio,
& quasi viaticum. Sed alia insuper quædam
exitum istum præcesserunt; institutio videlicet
anni sacri, & celebritatis Agni Paschalis, in
memoriam acquisitæ libertatis, per imminen-
tem primogenitorum Ægypti cædem. Tertium
fuit signum aspergendi sanguinis ad superlimi-
naria ostiorum, & vtrumque postem, ad vitan-
dam præparatam hostibus suis cædem. Quar-
tum autem est ipsa decima plaga, quam post
horas aliquot secuta est egressio Israëlitarum
ex Ægypto. Quæ omnia capite 12. continen-
tur, & à nobis, pro instituta breuitate, decur-
renda sunt. Nam studioso lectori amplioris co-
gnitionis appetenti, licebit ad ipsos Annales
recurrere.

XLI.
Dplex an-
ni princi-
pium.
I. c. 12. 2.
In Nisan.

De anno sacro hoc vnum habet Scriptura,
*Mensis iste vobis principium mensium, primus
erit in mensibus anni.* Quibus verbis instituit Do-
minus, vt ratio totius anni, quod ad rem sacram
dieque festos attinet, ducatur ab hoc mense, in
quo verè incunte Pascha celebratur. A Pas-
chate autem cæteræ solennitates, quæ immo-
bilem non habent sedem, suum tempus locum-
que sortiuntur, & olim apud Hebræos, & nunc
quoque apud Christianos. Quod ad rem autem
profanam pertinet, apud illos, aliasque plera-
que gentes, annum à mense Tisri, siue Septem-
bri, aut vniuersè ab æquinoctio circiter autum-
nali inchoari solitum, iam in horum Annalium
Apparatu declaratum est, vbi disputabamus
nihil ex hoc Exodi loco afferri, quo Mundi
exordium in Autumnum reuerti debeat; imò Veri
potius ex hoc ipso loco esse tribuendum, nihil-
que Iosephum contra nos scribere: cum dixit,
ita hunc mensem primum esse constitutum,
vt in cæteris Moyses pristinum retineret mo-
dum ac ritum; non Hebræorum, qui nondum
in populam vnum coaluerant, sed Ægyptio-
rum, apud quos tot annos versati, eorum sel-

2 cap. 4. n. 8.
& 9.

consuetudini, vt par erat, hac in re attem-
perarent.

Hoc ergo primum tempore, quo Israëlita in
populum liberum coalescebant, proprium anni
ordinem, in iis, quæ ad Deum pertinent, à Deo
acceperunt. Ante enim quam in Ægyptum des-
cenderent tam pauci erant, vt populus dici non
posset. Demum in Ægypto insigniter multipli-
cati, peregrini, & alienæ reipub. incolæ, postre-
mo serui facti sunt. Egressi autem ac liberta-
tem consecuti, suo iure ac principe, suisque
mox legibus ac ritibus vtentes, etiam proprium
anni ordinem, ac modum in diuinis habuerunt
Voluit quippe Dominus hunc populum suum,
quantum fieri potuit, vt legibus omnibus, riti-
bus, ac institutis, ita & temporum, ac festorum
distributione, ab alienigenis differre, vt tanto
magis ab eorum idolis ac superstitionibus auer-
terentur. Et si in reliquis, in quibus commercia
cum gentibus exercentur, communem vsum,
communemque commoditatem collectarum
frugum retinuerint.

XLII.
Hoc primum
anno sacri
annus instituitur.

Sequitur institutio celebritatis Agni Pascha-
lis, in qua quatuor circumstantiæ à Scriptu-
ra notantur. Prima est, vt decima die primi
huius mensis Nisan, præpararetur agnus per
singulas domos & familias, qui exente decima
quarta sacrificaretur. Vtique maturius; vt si
quid interea vitij in eo deprehenderetur, alius
substitui posset in eius locum. Prouisum etiam
fuit populo tantum, tamque negotiosum iter
paranti, ne in multa negotiorum turba, postre-
mo vel penultimo die, agnus qualis requireba-
tur, non facile inueniretur, aut omnino præcep-
tum Domini obliuioni traderetur. Quæ causa
fuit aliquibus existimandi hoc præceptum tunc
tantum obligasse Iudæos, non autem posteros:
alij contra sentiunt, vti que probabilius; idco-
que Christum Dominum, ad eam figuram im-
plendam, eodem decimo die cum triumpho in-
gressum Hierosolyimam, post dies quinque im-
molandum, quo die Iudæi magna cum lætitia
Paschalem agnum domo excipiebant.

XLIII.
Celebritas
anni Pas-
chalis, cuius
que prima
circumstan-
tia, vt deci-
ma die præ-
pararetur.

Altera huius sacrificij circumstantia pertinet
ad ipsam victimam, id est agni vel hœdi condi-
tiones, defectu enim agni, hœdus legitima fuit
hostia. Prima conditio fuit vt esset absque ma-
cula, id est sine vitio, integer & perfectus. Nec
tamen colorum varietas prohibetur, ex qua
oues maculosæ dicuntur, sed quæ in Leuitico
maculæ designantur, *si cæcum fuerit, si fra-*
ctum, &c. Altera vt sit masculus, quia tam He-
bræo quam Latino vocabulo sæpe vterque se-
xus comprehenditur. Tertia vt sit annulus, id
est intra primum annum consistat, nec maior
anno sit, nec minor octo diebus: septem enim
diebus debuit esse sub vberibus matris, die autem
octauo & deinceps offerri Domino potuit, vt in
lege præceptum est.

XLIV.
2. sit agnus
vel hœdus.

Iam quod ad tempus sacrificij pertinet, con-
stat non inchoante, sed exeunte decima quarta
Luna fuisse celebratum. Alioqui cum deinceps
post sacrificium comederentur azymi panes,
dicendum esset fas fuisse comedere eos decima
quarta tota, eamque fuisse primam diem azy-
morum; quod falsum esse ex Leuitico perspi-
cuum est, vbi solemnitas azymorum decimo
quinto die dicitur inchoari, quod & alibi quo-
que inculcatur.

XLV.
3. vt sacrifici-
etur ad
vesperam.

c. 23. 5.
& 6.

Quod

Sine inter
duas vesp-
eras.

Quod autem dicitur agnum immolandum ad
vesperam, in Hebræo est inter duas vespervas,
quas certum est accipi non posse de initio &
fine decimi quarti diei, sed tantum de tempore
ad finem illius accedente. Sed prior vespera est
cum sol, maiore iam diei parte decursa, vergit
ad occasum, verbi gratia sub horam tertiam à
meridie, quæ Hebræis nona dicitur; Italis vig-
esima prima: posterior vespera sequitur oc-
casum solis, sicut primum mane, siue aurora il-
lius ortum antecedit. Inter, has ergo vespervas
id est inter solem vergentem ad occasum, &
solem occiduum debebat immolari agnus, &
hoc est quod Chaldæus intelligit, cum pro dua-
bus vespervis ponit duos soles. Et hunc He-
bræorum vsum perspicue tradit Iosephus. *Cum
dies festus adesset, inquit, qui Pascha vocatur, quan-
do à nona quidem hora, vsque ad undecimam ho-
ras cadunt, &c.*

a l. 7. de Bel-
lud. c. 17.

XLVI.
Numerus
conuiuarum.

b Exod. 12.
4.

Nec negligendus est numerus conuiuarum,
quem ibidem expressit, ait enim contubernia
non pauciorum fuisse quam decem virorum:
multos autem vicinos conuenisse. Cui numero
repugnare videtur Scriptura cum ait *b* con-
fluere debere ad eandem cenam eum nume-
rum, *qui sufficere possit ad esum agni.* Ita vt co-
medant singuli ad saturitatem ait Abulensis.
Atqui decem viri, nedum viginti, necessarij
non sunt ad vescendum agnum anniculum imò
ne ad vitulum quidem. Retineamus tamen de-
narium numerum, sed ita vt eo omnem ætatem
sexumque eiusdem familia comprehendamus.
Numerosiores autem familia, vel de suis com-
modabant minoribus; quales esse solent no-
uorum coniugum, vel alios adiungebant ci-
bos; vt videtur in familia Christi Domini con-
tigisse.

XLVII.
4. Quomo-
do come-
dendus
agnus.

c. 12. 9.

Reliqua est quarta huius celebritatis cir-
cumstantia, quæ ad ipsum agni esum pertinet. Is
enim cum iugulatus esset, reseruato ad asper-
sionem; vel intinctionem sanguine, detracta pelle
extrahebantur intestina, & lauabantur vt pos-
set torreri, tum cæteræ carnes, nihil amplius
diuisæ, ne ossa frangerentur, simul assabantur,
& quidem perfecte, vt nulla pars semicruda re-
liqueretur, iuxta illud *c*, *Non comedetis ex eo
crudum quid, ne scilicet semicoctum inter co-
medendum verteret in nauseam, & abiceretur.*
Et quia assatio citius perficitur quam elixatio,
ideo festinantibus, assis potius quam elixis
carnibus vt conueniebat. Ad quam etiam festi-
nationem representandam pertinet, quod
accincti ad iter, & cum festinatione comeder-
ent, imò & quod ossa non frangerent, ad ex-
cutiendam medullam. Denique nihil volebat
Legislator in posterum diem reseruari; partim
quia id ad integritatem sacrificij pertinebat:
partim quia summo mane abituri erant, ante
idoneum comedendi tempus. Ergo reliquias
igne consumebant.

XLVIII.
Cum azy-
mis, & lacte
agrestibus.

d Deut. 16.
3.

Comedebatur porro Agnus cum azymis pa-
nibus, & lactucis agrestibus. Azymos panes re-
quirebant angustia temporis, & festinata ne-
cessitas abeundi, priusquam massa fermentari
posset: sed Deus necessitatem in mysterium ver-
tit. Voluit enim Iudæos septiduo huiusmodi
pane vesci *d*, licet minus ad gustum suauis, mi-
nusque ad nutritionem vtilis, in memoriam vitæ
in Ægypto transactæ. Eodem pertinent

lactucæ *a* agrestes, quam cichorium aliqui pu-
tant. Reliqua fuit intinctio siue asperlio san-
guinis. *Sument*, inquit Dominus, *de sanguine
agnus, & ponent super vtrumque postem*, quorum
alteri adherent cardines, in alterum sera &
pessuli immittuntur, *& in superliminaribus*,
vt scilicet Angelus percutiens Ægyptum ab
Hebræorum domibus abstineat. Eam autem
asperisionem, siue intinctionem fieri voluit
cum fasciculo hyssopi; quæ sunt diuinis plena
mysterijs, nec properantibus explicanda. Sunt
qui putent hanc cæremoniam non fuisse dein-
ceps obseruatam. Rectè vti que, si necessitatis
causa, & non memoriæ, & gratitudinis fuisset
vsurpata.

a Exod. 12.
8.
Intinctio
sanguinis.

Hoc autem munus illius erat, qui primas
agebat in sacrificio. Ait enim Philo *b* hoc tem-
pore plebeios homines non vt aliàs adducere
victimas ad altare, mactandas à Sacerdotibus,
sed iubente lege, gentem totam sacrificare, &
pro se quemque mactare hostiam suis manibus,
& quemque se pro Sacerdote gerere. Iosephus *c*
quoque ait omnes sacrificasse, id est licet non
essent Sacerdotes neque Leuitæ, & sanguine do-
mos lustrasse asperfas hyssopo. Rationi tamen
consentaneum est patrem familias, aut eum qui
eius gerebat vices, Sacerdotale munus in hoc
sacrificio obisse, reliquis instar Leuitarum ad-
iuuantibus, eique honorem vt par erat, deferen-
tibus. Hunc omnem sacrificij, & profectiois
apparatum, excepit decima plaga, quæ iampridem
cunctantem Pharaonem cum suis in di-
mittendis Israëlitis, ad eos eiiciendos denique
perpulit.

XLIX.
Quis sacri-
ficaret.
b l. 3. de vi-
ta Mos. & in
lib. de Deca-
logo sub fi.
c l. 2. Ant.
c 5.

Ventum igitur erat ad decimum quintum
mensis Nisan, aut ad priorem eius partem no-
cturnam, & Israëlita, tantæ rei expectatione
suspenti, domi se continebant Ægyptij autem
multos iam dies plagis immunes, aut securi dor-
miebant, aut certe alia omnia cogitabant, cum
d in noctis medio percussit Dominus omne primoge-
nitum in terra Ægypti, à primogenito Pharaonis,
qui in solio eius sedebat, ad parentis scilicet la-
tus, honoris & benevolentia causa, vsque ad
primogenitum captiuum, quæ erat in carcere, siue in
pistrino, vel ergastulo, & omne primogenitum
umentorum. Hanc cladem Sapiens *e* in prædi-
candis diuinis laudibus celebrat, additque non-
nulla, vel ex certa traditione patrum, vel ex re-
uelatione diuina, quæ à Mose prætermissa fue-
rant, horribilas scilicet visiones, & tristia som-
nia, iplis sub mortiferam percussioem immis-
sa. Nimirum exterminatores Angeli sese Ægy-
ptiorum phantasiæ videndos exhibuerunt, as-
pectu terrifico, stricto ferro imminentes, eisque
causa mortis enunciata, *ne insciquare mala pa-
tebantur, perirent*, inuisibilem, eamque morti-
feram plagam intulerunt. Quæ accepta huc il-
lucque semiuui, quasi lymphati ferebantur,
& cum acerbissimo dolore ac tristi eiulatu,
mori se in vltionem Israëliticæ seruitutis, &
nominatim cædis paruulorum, quos in flumen
abiecerant, miserabiliter testabantur, dum
Hebræi sacrificarent, diuinaque laudes de-
cantarent.

L.
Decima
plaga intil-
ligitur.

d Exod. 12.
29.

e Sap. 18.
14.

Scribant Philo ac Iosephus agminem à
populo in regiam factos esse concursus, scissis
vestibus, & maximis vociferationibus exigen-
te, ne vltra in Ægypto detinerentur Hebræi,
quod

LI.
Populus
concurrit
ad regem.

quod Mosaica narrationi consentaneum est. Ait enim a, Surrexitque Pharaon nocte, & omnes serui eius, cunctaque Ægyptus, & ortus est clamor magnus in Ægypto, neque enim erat dominus, in qua non iaceret mortuus. Quid si in aliqua domo nullus erat primogenitus? Quidam interpretantur, non fuisse domum, in qua esset primogenitus: in qua non esset finis; itaque particulam fere subintelligunt. Abulensis autem nullam hic agnoscit hyperbolen, sed nomen primogeniti deducit latius; vt eo intelligantur non solum filij-familias primo nati, sed omnes quicunque fuerant aliquando primogeniti, quamuis essent par es-familias, & centum annorum. Sicque contingebat vt in eadem domo moreretur pater & filius, quia vterque primogenitus fuerat patri suo. Alij etiam primogenitos accipiunt tam mares, quam fœminas; & siue respectu parentis vtriusque essent primogeniti, siue alterius tantum, sicque facile erat etiam plures in vna domo reperire primogenitos, vnigeniti quoque primogeniti sunt.

LII. Quo autem mortis genere perierint facile intelligitur ex prima denunciatione plagæ huius, quæ habetur cap. 9. Exod. b, Nunc enim extendens manum percutiam te, in filio tuo primogenito, & populum tuum peste peribisque de terra: & Iosephus ait pestem illa nocte absumpsisse primogenita Ægyptiorum. Et videtur quidem Sapiens c innuere eos gladio fuisse trucidatos. Verum gladius in Scriptura de quolibet violentæ mortis genere non raro vsurpatur. Et constat tempore Davidis occisa esse peste septuaginta millia virosum, David tamen vidit Angelum Domini euaginato gladio percipientem Ierusalem d, qui præcipiente Domino conuertit gladium suum in vaginam. Omnes certe primogenitos istos eodem mortis genere periisse, ex libro Sapientiæ clarum est. Similiter, inquit, omnes vno nomine mortis mortuos habebant innumerabiles.

LIII. Non ipsum porro Dominum per se percussisse Ægyptum, certum est, sed Angelum, qui in Dei persona loquitur; nam legimus e, & non sine percussorem ingredi domos vestras, & ledere. Quin & rectius creditur plures fuisse Angelos, vastatores, quam vnum, qui tam breui tempore, in tam ampla regione, tot domibus, oppidis, ciuitatibus tot primogenitos inquiserint, atque occiderint. Fuisse porro Angelos bonos, quamuis mali, id est noxij à Dauide f, vocentur probabilius est. Nec nouum est, aut insolens in Scriptura, per bonos Angelos vexari ac puniri sceleratos Assyrios, Sodomitas, Herodem, &c. Ac ne has ipsas Ægyptiorum plagas omnes à dæmonibus perpetratas dici potest, ne Sathanam, qui pugnabat pro Magis, aduersus Sathanam diuisum g dicamus. Illud autem, non sine ingredi domos vestras, non malam Angeli voluntatem significat, quæ à Deo impedienda sit, sed promptitudinem Dei mandatis obtemperandi, æque aduersus malos ac bonos, vt in Sodomis, vbi non dubium est plurimos infantulos innocentes, communi parentum deflagratione perriisse.

LIIV. Accessit quasi epimetron plagæ huius, quod Dominus vt fuerat paulo ante comminatus, in cunctis Diis Ægypti h iudicia fecit, quæ Sept. vltionem vocant. Hebræi autem, ait Hieron.

a, quod nocte qua egressus est populus, omnia in Ægypto templa destructa sunt, siue terræ motu, siue ictu fulminum. Quæ quasi per nebulam inaudierat Lyfimachus ille Iudæorum hostis apud Iosephum b, qui ait Moysem Iudæorum exulum ducem suis authorem fuisse vt Ægyptiorum templa & altaria, quotquot inuenerint, euerterent, idque illos strenuè facitasse, & urbem à se conditam, ex re ispoçvua nominasse: postea vero probri vitandi causa ispoçvua vocauisse; Sic ille nugator. Probabile autem est Serapidi primario Ægyptiorum Deo contigisse, quod Azotio Dagoni, qui in conspectu arca miserè truncatus, ac deformatus iacuisse legitur. Ex quo affirmemus licet, fuisse hanc plagam Ægyptiis, non solum incredibile detrimento, sed maximo etiam probro atque dedecori, in summa illorum ignominia, quos vt Deos summo honore prosequerentur.

LV. Ex his denique intelligi potest, quam afflicta tunc ac prostrata res fuerit in Ægypto; quamque luctuosa facies totius regionis, villarum, oppidorum, ciuitatum, dum nihil herbarum in campis, nihil in agris segetum, nihil in arboribus frondium, nedum pomorum vsquam cereretur; sed funditus interissent omnia, mæstis deplorata colonis. Quomodo non lugerent infelices Ægyptij, pecudibus in stabulis, filiis in ædibus, Deorum simulachris in templis disturbatis, occisis, suffocatis? Cum nec Deos suos miseri, nec homines haberent, ad quos consolationis causa confugerent, quia Lucius vbiq; pavor, & plurima mortis imago. Cum vbiq; intermortui morientium gemitus, & morientibus adstantium eiulatus mixti confusique resonarent, & ex ædibus, in vicos omnes, fora, plateas, templa, campos, syluasque redundarent. Cum interim Hebræi hymnos canerent, festoque dies celebrarent; nec in eos propter quos tam dira, tamque inaudita patiebantur, indignationem suam effundere auderent, veriti reliquorum omnium qui superant exitium, ac strepam internecionem.

LVII. Cæci qui non viderent quantus esset ille Deus, quamque præ omnibus idolorum quicquiliis, timore, supremoque cultu dignus, cuius manus tam dura esset super ipsos, & super Apim Deum ipsorum. Neque tamen cæci omnes; Plerique enim, qui hæcenus illatas plagas veneficiis, & malis artibus tribuebant, Deum verum pro Iudæis, tanquam patrem pro filiis pugnantes, in hac denique plaga cognouerunt, vt Sapiens ipse testatur c. Alij etiam Sapientiores ad veri Dei cognitionem, & Hebræorum religionem, cæremoniasque transierunt, eisq; sese peregrinationis comites adiunxerunt. Quidam, inquit Philo, pietatis amore se Hebræis adiunxerant, & erant qui tot continuis castigationibus profecerant in melius. De quibus mox aliquid cum Moyse dicemus. Sicque nos ad egressum filiorum Israël de Ægypto, domus Iacob de populo barbaro, rerum series ipsa deduxit.

LVIII. Accepta enim tanta calamitate, recentissimo adhuc & calente vulnere, Surrexit Pharaon nocte terribili & funesto excitatore suscitatus; surrexerunt & omnes serui eius; domestici & aulici, & mox certatim Ægyptus vniuersa.

a c. 12. 30. Multitudo primogenitorum occisorum.

LII. Feste peris. b v. 15.

c Sap. 18. 16.

d 2. Par. 11. 15. 16. 27. 30.

LIII. Angeli percussores, boni erant. c c. 12. 23.

f Psal. 77.

g Luc. 1. 18.

LIIV. Dei vltio in idola Ægypti. h Exod. 12. 2. c. 12. 29.

a Epist. ad Fabulam. b L. i. extra mo contra Apionem.

LV. Milera Ægypti facies.

Saluti ali- quibus fuit.

c Sap. 18. 13.

LVII. Pharaon vocat Mosem.

Vocauitque Pharaon nocte ipsa intempesta Moysem & Aaronem; quos in ipsa regia tum fuisse quidam putant. Verum credibilis est eos in terra Gessen, in oppido Ramesse tum fuisse, quo ad agnum immolandum, omnes ex tota Ægypto Iudæi confluerant, indeque ex Ægypto proxima luce egressuri, se ad iter accingebant. Oportet ergo eos ibi, cum populo suo, Agnum paschalem comedisse, vt suis verbo & exemplo, in tanto sacrificio tum primum instituto, præirent, tum principibus populi matutina proximi diei perfectionem inculcasse, eisque rem totam, & per eos præpositis inferioribus commendasse, ac se quieti dedisse. Superuenit interea media nox, in qua exorta in palatio clades, totaque Ægypto propagata, & vulgata est.

LVIII. Qui primus malum sensit Pharaon, primus vociferari cepit ac furere; misitque ad Moysem nuncios, qui curriculo itli regis nomine dicerent a, Surgite, & egredimini à populo meo vos, & filij Israël: ite, immolate Domino sicut dicitis. Oves vestras & armenta assumite vt petieratis, & abeuntes benedicite mihi. Ita Pharaon postrema denique plaga victus, atque edomitus. Nulla enim, vt antea, exceptione vitur, sed vniuersè petitioni acquiescit, vt scilicet viam trium dierum proficiscantur in solitudinem, ibique Deo suo ritu solenni sacrificent, & videlicet postea reuertantur propitiato sacrificiis Deo. Non dimittebat in perpetuum, vt supra diximus, quoniam nunquam id Moyse aut Aaron postulauerat. Nec par est credere Pharaonem suis hostibus plus gratiæ conferre voluisse, quam ipsimet peterent, vt supra dicebamus: Nec tamen reuerti iussit, ne nouas eas res induceret moras, & nihil ipse, præter noua supplicia, acquireret altercando. Itaque maluit id, quasi minimè dubium, tacitum relinquere.

LIX. Cum videret autem populus Hebræis à Rege factam abeundi facultatem, vgebant & ipsi hunc exitum, tum quia metuebant ne diuina vindicta repente inuolueret vniuersos, dicebant enim omnes moriemur. Tum quia fortasse verebantur ne Pharaon sententiam mutaret, quem nosset principem, in quo inconstantia, & durities animi ex æquo certarent. Itaque Ægyptij vgebant Israëlitarum exitum, metu exitij sui. Huius festinationis indicium est, quod nihil obsonij in viam præparare potuerunt b, ac ne panem quidem, sed coactus est populus consperfam farinam, & aqua tantum madefactam aufere, & ligatam in pallis, humeris imponere. Non ait Scriptura nihil eos cibi cuiusquam secum detulisse, sed, tum præparare potuisse, præ festinatione, quod non impedit ne præcedentibus diebus præpararint; & iumentis, vna cum supellectili, præsertim pretiosa mutuo sumpta, imposuerint, quam Ægyptij in hac tanta rerum perturbatione, vel non sunt recordati, vel non sunt ausi repetere, cum dedissent illa mutuo in sacrificium, quod post triduum in solitudine celebrandum erat; ne hæc suspicax & præmatura repetitio contentionem pareret, quæ moram iniiceret profectio, vel nouam quampiam Ægyptiis conciliaret calamitatem.

LX. In hac nihilominus festinatione non est

oblitus Moses Liplanorum Ioseph a, sed ea secum abstulit, vt ille moriens mandauerat, ante annos 144. b Mirum autem est Moysem dicere filios Israël armatos c ascendisse de terra Ægypti. Inermes enim fuisse Philo & Iosephus multis locis affirmant. Et parum probabile est Ægyptios tempore seruitutis Hebræis arma permisisse, cum eorum solam multitudinem formidabilem putarent. Putat Abulensis Hebræos arma habere permisos, cum sacrificandi causa abirent, & celebratis honestandæ causa, multa secum pretiosa mutuo accepta deferrent, vt se, & illa à latronibus tutarentur, Dicit quoque potest, voces illas, & armati ascenderunt, non ad primum istum profectiois diem restringendas esse, sed ad illum referendas, quo spolia impiorum acceperunt, vt ait Sapiens d, quæ diuina prouidentia, vel ventus, vel æstus maris in alterum littus eiecerant; in spoliis autem armati exercitus, omnia armorum genera repererunt. Ex Hebræo textu colligitur eos quinos fuisse progressos. Sed de his hoc loco iam satis, illucescit, abeundum est.

LXI. Cum ergo Hebræi sub huius mensis initia, certe ante decimum eius diem, de sacrificio paschali, & profectioe moniti, vndique hisce diebus in terram Gessen, atque in oppidum Ramesse confluisent, primam ibi mansionem, per tempus aliquod, ad horam vsque discessus habuerunt: & ibi ad iter, vt tempus tulit, per suas turmas distributi, cum prima luce, Moyse & Aaron ducibus, egressi sunt.

Sex porò huius profectiois circunstantias notauit Moses e. Prima est temporis 4; o. annorum à promissione videlicet facta Abrahæ, vsque ad finem seruitutis. Neque annum notare contentus, etiam mensem notauit & diem. Profecti, inquit, f de Ramesse mense primo, decima quinta die mensis primi, altera die Phase, id est postridie celebrati paschatis, & quidem nocte, vt est in Deuter. 8 id est summo mane, aut certe nocte inchoata est profectio, sed ea in tanta multitudine, necessario ad multam atque adeo totam lucem tenuit, sed ita tamen vt eadem die egressus sit omnis exercitus Domini de terra Ægypti, vt in Exodo h scriptum est.

Secunda est circunstantia loci Ramesse, quæ fuit vna de ciuitatibus, quas Hebræi in sua seruitute vel condiderant, vel instaurarant. Ibi magna ex parte videntur contigisse, quæ de mansionibus Moyse Numer. 33. tradidit: vt scilicet illic collocati per turmas suas castra metarentur, vt in exercitu fieri solet, & tabernacula tentoriæque figerent. Immensam enim abeuntium multitudinem, cum impedimentis suis vnum oppidum non capiebat, sed circunquaque in pagis & villis & agris tabernacula collocarant, vt sine causa Tostatus Ramessem è numero mansionum excludat. Tertia est numeri, Profecti sunt, ait Moses i, de Ramesse in Socoth, id est versus Socoth, sexcenta fere millia pedum virorum, absque paruulis, sed & vulgus promiscuum innumerabile ascendit cum eis. Quæ sic explicat Philo. Erant viri demigrantes supra sexcenta millia. Reliquæ turbæ senum, puerorum, mulierum iniri non poterat numerus. Huc accedebat seruitiorum multitudo promiscua, & quasi supposititia. Hos

Lipiana Iosephi importantur. a Exod. 13. 19. b a. m. 2399. c Exod. 13. 18.

An Hebræi armati abierint.

d Sap. 10. 19.

LXI. Mansio prima Ramesse.

Sex profectiois circunstantias, prima temporis.

f Num. 33.

g cap. 16. 1.

h c. 12. 41.

LXII. Secunda loci.

Tertia multitudinis. i cap. 12. 37.

Hebræi susceperant e fœminis Aegyptiis pater-
no generi contributos, quidam etiam pietatis
amore se adiunxerant.

XLIII.
Quarta va-
litudinis.

Plerique Scriptores Hebræi nominis inimi-
ci, scriptis prodiderunt expulsos Israëlitas tan-
quam leprosos, morbosos, pollutos, scabie &
impetigine sordidos, quos Iosephus contra
Apicionem studiosè refellit. Sed eos Dauid men-
dacionè apertè arguit. *Et eduxit eos, inquit, cum
argento & auro, & non erat in tribubus eorum in-
firmus.* Quæ fuit singularis Dei in tanta multi-
tudine providentiæ, eaque factum est, vt omnes
valentes & alacres, omnes ad maximum ac dif-
ficillimum iter expediti reperirentur. Est ergo
hæc quarta circumstantia valetudinis.

Quinta di-
uitiarum.

Quinta fuit diuitiarum, quæ ad corporis fan-
nitatem, animique lætitiã accedebat. Ad eas
enim opes, quas tetigit Dauid, recensuit Moy-
ses, quæ fuerunt quasi priora spolia Aegyptio-
rum accesserunt oues & armenta & animalia
diuersi generis multa nimis, quæ Dominus cus-
todierat ac multiplicarat, cum Aegyptiorum
pecora, peste, fame, grandine, cæterisque pla-
gis interirent. Gloriam denique proficiscen-
tium Hebræorum gloriosè prædicat Moyses
cum exisse ait, *filios Israel in manu excelsa, id est
per opera mirabilia, quæ Dominus excelsus
parrauerat; videntibus cunctis Aegyptiis, & sepe-
lentiibus primogenitos, quos percusserat Dominus.*
Et progrediebantur de luce palam, quasi cas-
trorum acies ordinata, & quasi triumphum
agentes de cæsis profligatisque Aegyptiis, cum
ipforum Diis.

XLIV.
In itinere
tres leges à
Deo con-
stituantur,
de paschæ
ritibus.

Cum autem iam populus esset in itinere, pri-
mo ipso profectionis die, Dominus Mosem al-
loquitur, triplicemque constituit legem, pri-
mam de nonnullis paschalis sacrificij ritibus à
cuius participatione omnes excludit, qui He-
bræi non essent, aut profelyti. Alteram de san-
ctificandis sibi omnibus primogenitis, tam ho-
minum quam animalium. Ideoque mox sibi se-
parauit Lenitas, loco primogenitorum totius
populi, cum pecoribus ipforum, loco primo-
genitorum animalium. Tertiam de vsu azy-
morum septem diebus in memoriam egressio-
nis huius, & durissimæ seruitutis, & pauoris,
qui illis accidit intra septiduum, persequentibus
eos Aegyptiis, & domum retrahere cupientibus.
Cæterum hic ritus azymorum non perti-
nuit ad tempus peregrinationis in deserto,
quando manna eis loco panis fuit, & omnis
obsonij.

De primo-
genitis san-
ctificandis.
De vsu
Azymorū.

Sequitur vt Israëlitas, quos in viam produ-
ximus, affectemur, tamen si longam & labo-
riosam, eodem viæ duce & comite, qui eis to-
tius peregrinationis dux fuit & comes, qui hos-
pitia illis, siue mansiones assignauit, & pro ar-
bitrio suo eos in singulis retinuit, & ab illis ab-
duxit. Abstinebimus tamen hoc in compendio
ab expansis per singulos dies mensibus, no-
tandisque iis, quæ in singulis, non toto solum
itinere, sed postea etiam contigerunt: re quam-
uis perutili ac iucunda, sed huiusmodi labore
nostro, in Annalibus studioso Lectori frui
licebit.

XLV.
c Dent. 32.
10.
Ierem. 2. 6.
Deus non

In hoc porro itineris ingressu duo confide-
randa sunt, prima via, quæ deducit Dominus
populum suum, per terram scilicet desertam,
per locum horrois, & vastæ solitudinis. Deinde

quo modo se illis viæ ducem præbuerit: præ-
sertim cum æstimemus columnam ignis & nu-
bis minimè dilatam fuisse vsque ad tertiam
mansionem, in qua primùm fit eius mentio.
Ducit ergo Dominus populum, non via rectif-
sima, atque breuissima, versus Gazam, cæte-
ramque Palæstinorum regionem, quæ Agypto
à Septentrione cohæret, & Patriarchis diuini-
tùs promissa fuerat, sed orientem versus, &
mare rubrum; Reputans, ait Moyses, ne forte
pœniteret eum, si vidisset aduersum se bellum, & con-
furgere, & reuertetur in Agyptum, vt scilicet si
Hebræos timor Dei ac reuerentia in olitio non
contineret; maxima viarum difficultas, à teme-
ritate reuertendi in Agyptum eos deterreret.
Eam causam euenta ipsa comprobarunt, cum
audito exploratorum nuncio, dixerunt inter se
b, *Constituamus nobis ducem, & reuertamur in
Agyptum.* Et rursus flentes ex ignauia, ac vo-
ciferantes dixerunt c, *Viam mortis esse in
Agypto, &c.*

duxit popu-
lum per
breuissimam
viam.

Et quam-
obrem.

a Exod. 13.
17.

b Num. 14.
4.

c Ibid.

XLVI.
Imbellis
Hebræi.

Nimirum Hebræi non erant assueti bellis,
sed nati omnes educatique in seruitute, seruales
gerebant animos, ignauos ac meticulosos: Phi-
listhæi autem pugnaces in primis erant, ac bel-
latores inclyti; vt multis seculis experti sunt
Isrælitæ. At enim erat in promptu Domino eos
à Philisthæis prætere, sicut liberauerat ab
Aegyptiis, eisque victoriam contra Philisthæos,
sicut contra Amalecitas concedere. Responde-
ri potest Deum præscium impietatis, & ingrati
populi huius, voluisse incolumes reseruare Phi-
listhæos, aliasque gentes, vt ab iis punirentur
à sceleribus suis. Adde quod pugnantibus con-
tra Philisthæos superuenissent Aegyptij, vt à
fronte ac tergo conciderentur. Ex parte autem
Mosis, si quis quærat cur rectum iter non te-
nuerit, illud rectissimè dici potest, integram
atque adæquatam causam fuisse diuinam vo-
luntatem, quæ illi erat instar omnis rationis.
Eam autem, ex familiari cum Deo consuetudi-
ne, in momenta prope singula, exploratam ha-
bebat.

XLVII.
Vix dux
columna
nubis &
ignis.

Accedebat apertissimum Dei dirigentis iter
argumentum, columna ignis & nubis, quæ ad
modum pertinet, quo Deus se huius viæ ducem
præbebat, de qua vt re cognitione dignif-
sima, nonnulla explicanda sunt, primum an
vna eademque fuerit columna ignis & nubis.
Deinde an vna eademque nubes ab æstu pro-
tegens, & monstrans iter, 3. quæ earum forma
& natura, 4. quod officium, quis earum motus
& quies, quis motor, denique quando ce-
perit aut deserit motus. Quod ad primum at-
tinet, Scripturæ admodum consentaneum est,
non duas, sed vnã eandemque fuisse colum-
nam ignis & nubis, quæ vna ex parte lucebat
noctè instar ignis, interdum autem nubes cer-
nebatur, antecedens ac dirigens iter. Nam de
vnica nube diu noctuque Israëlitis inseruien-
te, sic loquitur Moyses d. *Si fuisset nubes à ves-
pere vsque mane, & statim diluculo tabernaculum
reliquisset, proficiscerentur; & si post diem &
noctem recessisset, dissipabant tentoria. Si vero
biduo, aut vno mense, vel amplius manebant
in eodem loco, nec proficiscerentur.* Denique in
mari eadem columna nubis, qua recipiebat
Aegyptios, tenebrosa erat, qua Hebræos, illu-

Vna eadem-
que fuit.

d Num. 9.
20. 21.

LXVIII.
Diuersa ta-
men à nube
protegente.
a Num. 14.
14.

Neque tamen eadem nubes protegebat ab
æstu, sed duæ fuerunt diuersis admodum offi-
ciis destinatae. Eas Moyses apertè distinguit,
*Audierunt, inquit, habitatores terra huius,
quod nubes tua protegat illos, nimirum ab ardo-
ribus exurentibus solitudines, quaquauersum
scilicet effusa super eos, & in columna nubis præ-
cedas eos per diem, & in columna ignis per noctem,*
quæ cum esset ad modum columnæ figurata,
angustior erat, quam vt hominum tricies cen-
tena millia operiret. Neceffe porro fuit huius-
modi fuisse ipsius figuram, vt ei columnæ no-
men propter similitudinem aptari posset, &
huiusmodi naturam, vt nubes quoque merito
dici posset, illam signa erectam, hanc materia
colorque nubis demonstrabant: multum tamen
distabat à cæteris nubibus, vt quæ lucidior es-
set, ac densior, vt figuram columnæ facilius
retineret, cum aliæ nubes figuram ventis im-
pulsæ subinde mutent, mutent & motum, quem
hæc habebat, minimè ventis obnoxium. Illæ
nihil habent præter naturam. Istæ præter naturæ
ordinem productæ, nec naturali modo conserua-
bantur, neque mouebantur, vt quæ angelum mo-
torem, ac conseruatorem habent ad ipsos an-
nos quadraginta. Sed hæc in Annalibus b accuratius,
atque distinctius.

carū forma.

b num. 173.
& seqq.

LXIX
Et diuersū
officium.

Cum itaq; ea esset huius nubis figura quam
diximus, cui columnæ nomen non male conue-
niret, satis intelligi potest eam minus idoneam
fuisse ad castra à solaribus radiis protegenda.
Neque enim oportebat eam esse quasi velum
latè expansum super populum, sed quasi vexil-
lum antecedens, iterque demonstrans. Cum-
que Hebræi orientem versus progredierentur,
nubes quæ eos à sole protectura erat, debuit ad
solis cursum commeare, & ab oriente in meri-
diem, & inde rursus ad occidentem iter in
orbem inflectere, sicque contrariis motibus
agitari, ne populum quem protegebat, magna
ex parte solis ardoribus exponeret.

Nubem nõ
fuisse verū
ignem, sed
fulgorem
igneo simi-
lem.

Ignæ porro columna ambigua nobis ful-
gore rutilat, quod eam scriptura modo ignem
& columnam ignis appellet, modo non ignem
simpliciter, sed quasi speciem ignis. Et Do-
ctores feruè consentiunt non fuisse verum
ignem, seu rutilantem fulgorem, qualis appa-
ret in nubibus densioribus, in quas sese oppor-
tunè radij solares insnuant. Nec apparet ra-
tio, cur si fuisset verus ignis, quasi species
ignis appellaretur. Quod si fuisset verus ignis,
multa necessario miracula multiplicarentur
circa naturalem eius actionem & motum, quæ
breuitatis causa præterimus, cum sufficiat isti
columnæ nubis sub noctem fulgorem ignis in-
fundere. Et hætenus de natura columnæ huius.

LXX.
Varia colū-
næ huius
officia.
1. præire
viam.
d Exod. 13.
21.
e cap. 2. 6.

Sequitur officium eius, quod multiplex fuit,
Primum præire viam, & deducere per vastas
illas solitudines. *Domique, inquit Moyses, d,
præcedebat eos ad ostendendam viam, per diem in
columna nubis, & per noctem in columna ignis, vt
dux esset itineris utroque tempore, si quando noctu
iter faciendum erat. Quam esset autem necessa-
rius viæ dux, satis docet ipse Dominus apud Ie-
remiam e prophetam. Et non dixerunt, inquit, ubi
est Dominus, qui ascendere nos fecit de terra Egy-
pti, qui traduxit nos per desertum, per
inhabitabilem, & inuiam, per terram si-
ginem mortis, per terram in qua non am-
anuit vir,*

neque habitauit homo. Et quamuis Moses, qui tor-
annos loca illa lustrauerat, non esset ignarus
viarum. Ductu tamen diuino indigebant, qui
volebat eos aliquas ibi moras trahere, vel ad
accipiendam legem in monte Sina, & Chana-
nitidem eius auspiciis inuadendam.

LXXI.
Quomodo
duceret.

Ducebat autem hoc modo postquam Ta-
bernaculum Domini excitatum est, cui col-
umna illa insidebat, quasi super basim posita.
Cum ergo mouebatur Tabernaculum, illa eo
deserto ad initium castrorum transferebat se,
& locum ad vexillum tribus iudæ occupabat;
& versus eum locum, ad quem tendebat col-
umna nubis, vniuersa castra iter suum dirige-
bant. Cum autem quiescendum erat, recedebat
à vexillo tribus iudæ, & ab anteriore cas-
trorum parte, referebat se in medium castrorum
locum, vt supra Tabernaculum resideret,
quod siue cum produceretur, siue cum cessaretur,
medium semper occupabat locum. Cum
autem columna nubis motu suo signum profi-
ciscendi dedisset, tum iussu Mosis filij Aaron
Sacerdotes clangebant tubis, quarum sono
monebatur populus ad colligenda vasa mi-
grandi causa; omnibusque ad iter expeditis,
leuabant Sacerdotes arcam Domini. Cumque
eleuaretur arca, dicebat Moyses, *Surge Do-
mine, & dissipentur inimici tui, & fugiant qui
oderunt te à facie tua.* Cum autem deponeretur
aiebat, *Reuertere Domine ad multitudinem exer-
citus Isræil.*

a Num. 10.
35.

LXXII.
2. officiu il-
luminare
noctè.
Gazam.
Abul.
Perer.

Alterum columnæ huius officium erat tene-
bras noctis lucis suæ fulgore dispellere. Tam
longe autem lateque fulgebat, vt cuncta He-
bræorum castra vsquequaque collustraret, nec
eegerent Hebræi lumine lucernarum, sed clarè
omnia viderent, similiter vt in die. Neque ta-
men propterea iter noctu fecisse credendi sunt,
licet aliqua Scripturæ loca id innuant; sed tan-
tum eo fulgore potuisse Israëlitas, si quando
res ferret, puta imminentibus Aegyptiis, in
transitu maris, iter noctu peragere. Eius certè lu-
cis beneficio potuerunt noctè ab vno tabernacu-
lo ad alterum, sicut in vrbibus, per vicus, à domo
in domum, lucente luna commeare.

LXXIII.
Duplex nu-
bis quies,
ordinaria &
breuior.

Nubes igitur vsui erat motu suo, vt de iti-
nere moneret, illudque dirigeret; sed vsui
etiam erat quieti, & quidem dupliciter. Al-
teram enim habebat quietem statam & ordi-
nariam modici temporis, puta sub meridiem ad
capiendum cibum, & aliquam à labore itineris.
Neque enim credibile est totum diem, sine
vlla quiete à tam multiplici populo, in quo tor-
mulieres, pueri, senes, confectum fuisse, vt de
gregibus & armentis & onerariis iumentis ra-
ceam. Sed nec cibos ad victum coquere sine
quiete potuerunt. Coquebant autem panes &
carnes, quandiu eas habere potuerunt, sed &
manna ipsum, & plerasque victimas. Stata quo-
que & ordinaria fuit quies singulis noctibus,
quibus neque explicabantur tentoria, neque
figebantur. Altera columnæ quies erat extra-
ordinaria & longior, cum positis castris fixif-
que tentoriis, populus vniuersus vno in loco,
quasi in statuis militaribus subsistebat; quod
per annos 40. bis & quadragies contigit, vnde
totidem mansiones numerantur b. Et quia
inexploratum erat populo, diuine an breui
tempore aliquo in loco subsistendum esset,

Extraordi-
naria &
longior.

b Num. 33.

LXXIV. Columnæ motor Angelus. b Exod. 14. 19. erant filij Israël perpetuo in excubiis Domini. Iam quod ad motorem columnæ huius attinet, cuius erat tam multiplex ac multiformis motus, perspicuum est eum minime fuisse naturalem, vel ab interiore forma, sed ab extremo motore, Angelica videlicet virtute, fuisse profectum. Idque perspicue Scriptura docet. Tollensque se Angelus Dei, qui precedebat castra Israël, abiit post eos, & cum eo pariter columna nubis, priora dimittens post tergum stetit inter castra Ægyptiorum, & castra Israël. Eodemque modo alibi in rem præsentem, iter agentium viribus se atemperat, quod nisi ab intelligente motore fieri nequibat.

LXXV. A primo die mouere cepit. c Exo. 13. 21. Quando autem apparere cœperit hæc columna aut deserit, dubium videtur, præsertim cum ea non ante mansionem tertiam memoretur in Scriptura. Verum Moses vniuersè pronuntiabat, nunquam defuisse columnam nubis per diem, neque columnam ignis per noctem coram populo. Nunquam defuit, inquit, nimirum quandocumque necessaria fuit. At nemo non videt statim à principio fuisse necessaria, ne statim à ianuis aberrarent, ignorantes quæ vellent Deus iter inchoare; necessariam quoque donec, transgressi deserta omnia reperirent quos possent de via sua consulere. Denique necessarium in primis fuit isti meticuloso populo, & diuinæ bonitati ac prouidentia consentaneum, vt statim à principio, cum inexperti facile dubitant, persuaderentur se Deo curæ esse, diuinis auspiciis viam ingredi; eiusque ductu ac præsidio, vniuersum iter confecturos.

LXXVI. Progressio ad secundam mansionem Socoth. d Ex. 12. 37. c Ex. 13. 20. Deus igitur eductis ex Ægypto Israëlitis, eis custodem ac ductorem Angelum quamprimum liberaliter largitur, & quasi tenellis adhuc filiis sapientem pædagogum, quem lucis ac nubis circumambit amictu. Is ergo celeriter initium castrorum anteolans occupat, vniuerso populo excelsam columnam molliter antecedentem contemplantæ, & post eam miracula, vt consentaneum est, alacritate progrediente susceptum iter versus Socoth dirigit, secundæ mansioni destinatum locum. Eius à Ramesse distantiam non inuenio notatam: æquum est credere paucis tantam milliariibus abfuisse. Videntur autem illi per integrum diem substitisse, vt sese ac sua circumspicere; ac rectè componere possent, qui raptim à Ramesse cum prima luce eiecerant se, & res suas confusas & incompositas extulerant. Id colligitur ex chronico Hebræorum, vbi dicitur tres dies vsque in Etham, qui tertiæ mansionis est locus, ab Hebræis fuisse consumptos. Primo ergo die venerunt in Socoth, vbi primum vniuersè & toti populo tendunt tabernacula, vnde & inditum loco nomen, ibique posito vno die, tertio inde migrantes in Etham peruenerunt.

LXXVII. Tertia in finibus Echâ. f. c. 33. 7. 8. Tertia ergo die ad vesperam ad Etham peruenerunt, extrema videlicet solitudinis, cui proprium est id nomen, & latè etiam vltra mare rubrum protenditur, vt ex 33. Numer. intelligi potest. In eo loco biduum potuere Israëlita, quartum scilicet, & quintum Azymorum. Nam sexto dixit Dominus Moyse, Loquere filiis Israël, Reuersi versus meridiem & Ægyptum, & litus rubri maris, castra-

mesentur è regione Phihahiroth, & quidem iuxta mare, Id est proximè ad eius litus. Quid opus erat Moysen de itinere moneri, cum præiret Angelus cum columna nubis? Quia præter expectationem videbantur reduci in Ægyptum, ne de suo ductore diffiderent. Eodemque modo, post reditum exploratorum, dixit Moyse, cras mouete castra, & reuertimini in solitudinem. Captabat autem Dominus occasionem traducendi Hebræos per mare rubrum, & demergendi in eo Ægyptios. Quarto die, ait Seder Olam, Azymorum scilicet & profectiois, nunciatum est Regi Ægyptiorum quod fugisset populus. Quinto & sexto persecuti sunt Ægyptij filios Israël, & vbi illuxit septimus descenderunt ad mare.

LXXVIII. Regè perierunt dimissio nis & perie qui statuit. b Exod. 14. c Sap. 19. 35. Cum ergo transactus esset dies tertius, & Hebræi nullum indicium reditus præ se ferrent, exploratores Pharaonis, qui eorum profectioem obseruabant, nunciauerunt Regi, populum fugere, id est de reditu non cogitare, sed potius de vltiore itinere. Etsi enim reuersi erant ad mare, post tertiam mansionem, id Pharaon interpretabatur diuinitus factum, vt coarctati in terra à vicino littore, & conclusi deserto, eius manus euadere non possent. Ergo immutatum est cor Pharaonis, & seruatorum eius super populo, & dixerunt quid volumus facere, vt dimiseremus Israël ne seruiret nobis? Cui stultitiæ Sapiens insultans ait, Adhuc inter manus habentes luctum, & deplorantes ad monumenta mortuorum, aliam sibi assumpserunt cogitationem insipientia, & quos rogantes proiecerant, vim scilicet aliquam precibus adiungentes, hos tanquam fugitios persequerentur. Vt eos male fortasse mulctatos retraherent in seruitutem. Et forsitan arbitratus est se rectè agere, aduersus eos, qui fidem de triduo datam violassent, magno regni sui detrimento.

LXXIX. Et quibus sit vltus quis. d vers. 6. Quibus autem cum copiis eos persecutus sit, sic explicat Moses. Iniit ergo currum, & omnem populum suum assumpsit secum; tulitque sexcentos currus electos, & quidquid in Ægypto currum fuit, & duces totius exercitus, Excurrit, ait Philo, summa celeritate properans, vt fugientes improuisos opprimeret. Ideoque maluit ius temporis positum in cogendis copiis, minus in persequendo, & assequendo non multum antegressos, & lentè progredientes. Sed nonne equi omnes vel grandines, vel peste in Ægypto perierant? Respondeo perierisse, quæ erant in agris, vt ex iisdem locis patet: at qui domi seruabantur, incolumes ad vndecimam plagam referuari sunt, & potuerunt ab eo tempore plurimi aliunde adduci, quoniam plagæ vnus minimum anni fuerunt, vt diximus.

LXXX. Hebræi iter ad mare reflectunt. Cum ergo statuisset Dominus Pharaonem cum omnibus suis in mari Erythæo submergere, iussit suos sexta die illucescente iter ad mare reflectere, vt vterque exercitus ad locum à Deo certamini, & Ægyptiorum interuentioni destinatum veniret. Exercitus Israëlitarum habebat à fronte mare; à tergo hostilem exercitum in Phihahiroth, à dextris autem, & à sinistris Magdalon & Beelsephon, cum alpretis & præruptis rupibus, vt conclusi vndique neque fugere possent, neque pugnare-

auderent.

a vers. 41. etc. bique ab Ægyptiis deprehdantur. auderent. Cumque appropinquassent Pharaon, inquit Moses, leuantes filij Israël oculos, viderunt Ægyptios post se, & timuerunt valde. Philo ait occupatos tum in parando prandio. Crediderim tamen vespertinum hunc fuisse cibum potius, quam meridianum: idque suadet Iosephus cum ait persequendo defatigatos, consultius existimasse pugnam differre in sequentem diem: quam videntur non dilaturi, si totum pomeridianum tempus superfuisset.

LXXXI. Et clamant ad Dominum. & Moysen increpant. b Exod. 34. 11. 12. Neque timuerunt tantum, sed clamauerunt ad Dominum auxilio humano destituti. Eum tamen clamorem, infestam contra Deum admurmurationem interpretatur Abulensis. Et certe in eum hæc obrectatio redundabat, quem, in tot tantisque prodigijs, videbant auctorem egressionis huius, & perpetuo miraculo quotidie habebant ducem atque ductorem suum, admirabili prouidentia suauitate erga ipsos vrentem. Nihilominus Moysen contumeliosa increpatione inuadunt, Forstran, inquit, non erant sepulchra in Ægypto, ideo tulisti nos vt moremur in solitudine. Apparet amara irrisio; pergunt, Quid hoc facere voluisti, vt educeres nos ex Ægypto? Nonne iste est sermo, quem loquebamur ad te in Ægypto, dicentes, Recede à nobis vt seruiamus Ægyptiis. Videntur alludere ad tempus illud, quo primum Moyses & Aaron petierunt à Pharaone dimissionem, quando is acerbis eos affligi iussit.

LXXXII. Qui eos cõsolatur. d v. 13. 14. Hic Moyses eximia patientia & animi magnitudine præditus: populum consolatur, & metum abstergit, Nolite timere, inquit, state, & videte magnalia Domini, qua facturus est hodie. Ægyptios enim quos nunc videtis, nequaquam vltra videbitis vsque in sempiternum, eo scilicet in statu, quo vobis damno, aut formidini esse possint. Visuri enim erant, sed mortuos, ad spolia detrahenda. Pergit, Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis, meri spectatores eritis, & quiesceis, sublata materia querelarum. Non cessabat interea Moyses intensissima supplicatione Deum orare, vt populo suo, in ipsa vltima rerum desperatione constituto, ferret opem. Cui Dominus, Quid clamas ad me? loquere filiis Israël vt proficiantur. Id est, parent se ad iter per medium maris: castra quippe metati erant supra mare, stabantque in ipso littore. Nam sequitur, Tu autem eleua virgam tuam, & extende manum tuam super mare, & diuide illud, vt gradientur filij Israël in medio mari per siccum. Quasi dicat expediant se ad iter, quod tu eis aperies, gradientur per viam, quam tu illis straueris. Ego autem inducabo cor Ægyptiorum vt persequantur vos. Tollam videlicet eis metum tam ingentis, tamque imminentis periculi, vt putent pari se iure ac prærogatiua vobiscum vsuros. Et glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius, & in curribus, & in equitibus, quos gloriosè deleuero, & victorem, ac Dominum exercituum me demonsttrauero.

LXXXIII. Ductor Angelus locum mutat. c cap. 14. 19. Dum Dei iussu monetur à Moyses populus, ecce alterum monitorem. Nam sustulit se Angelus Dei, qui precedebat castra Israël, prout in præcedentibus profectioibus facere cœperat, nunc autem præter solitum abiit post eos, & cum eo pariter columna nubis, priora dimittens, post tergum stetit, inter castra Ægyptiorum, & castra Israël, vt tenebrosa nube interiecta illi præcedentes Hebræos videre non possent, neque inuadere hostem quem non viderent. Sed eadem columna ex parte Israëlitarum clarescente, & radios vsque ad initium castrorum eiuculante, Israëlita iter quo graderentur facile viderent. At Moses sentiens Hebræorum exercitum angelica obvallatum custodia, virga percutiens mare, iter seculis omnibus inauditum aperuit. Angelus enim Domini hinc & inde latè vndas summoit, vt media via tam ampla per maris profunda relinqueretur, quantam tanta hominum multitudo requirebat, quò intra noctis vnus spatium in oppositum maris litus euaderet.

Moses virga mare aperit. Sed quia fundum maris perpetuis demersum aquis cœnosum fortasse, certe ex humore perpetuo ad iter lubricum futurum erat, ac molestum, Hebræis in littore subsistentibus, immisit Deus ventum vrentem, quem Septuag. & Philo Austrum vocant, in Hebræo autem textu & Chaldæa paraphrasi dicitur ventus orientalis, qui flabat è regione in faciem Israëlitarum, & arenosum solum facile siccum reddidit, atque calcabile. Hoc enim vnum à vento effectum est, vt siccaret solum & daret idoneam sabulo firmitatem: non autem vt vndas ipsas à superficie ad fundum vsque, versus alterum litus protruderet, aut ad alterutrum reiceret latus. Quod naturalis causa facere potuit, id per eam Dominus perfecit; vbi autem vis omnis naturæ deficiebat, ibi superiores virtutes adhibuit. Quod autem Moyses exsiccationem vento tribuere videretur, intelligendum est dum flaret ventus, eam statim à Deo, ad elevationem virgæ Moisaicæ, & extentionem manus eius, fuisse perfectam, vt rectè à Philone explicatum est: qui addit mare à virga fuisse percussum, quod Moyses prætermisit.

LXXXIV. Fundum à vento exsiccatur. Itaque ingressi sunt Israëlita pedites, viam nullius vnquam pedibus tritam, Per medium sicci maris, ait Moyses, erat enim aqua quasi murus, à dextra eorum, & laua, tandiuque ambulauerunt, Deo vires & alacritatem administrante, vt sub initium quartæ vigilæ, id est sub horam à media nocte tertiam, vt consentaneum est æquinoctio, magna ex parte ad alteram ripam euaderent. Hoc iter Sedulius eleganti carmine descripsit,

Pernia diuisi patuerunt carula ponti, In geminum reuoluta latum, nudaque tellus Cognatis spoliatur aquis, ac turba pedestris Intrat in absentis pelagi mare, perque profundum Sicca peregrinas stupuerunt marmora plantas. Mutauit natura viam, mediumque per aquor Ingrediens populus rude iam baptismata gerebat.

LXXXVI. Non 12. viis sed vnica. b Ps. 135. 13. Hebræi quidam, & alij eos secuti existimantur populum hunc 12. viis pro numero trium suarum, mare transisse, totidemque diuisiones in mari factas, propter illud Davidis, Qui diuisit mare rubrum in diuisiones. At Theodoretus, & alij passim interpretes, explicant diuisiones, quasi duas partes diuisas, quia

Primus ingreditur Moyses.

Nec factus in mari circuitus.

a An. Mos. 81. n. 220. & 99.

LXXXVII. Egyptij Hebræos in mari sequuntur.

Et fluctibus hauriuntur.

LXXXVIII. Quo id modo contigerit. b v. 24. & 99.

LXXXIX. Angelus ex nube apparet, & pugnat.

mari bifariam secto, pro vno, facta sunt duomaria. Sic Abraham dicitur transisse inter diuisiones sacrificij sui, id est inter partes eius diuisas. Diuiso autem mari primum Moysen insolitam inisse viam, qui & mari prior erat, & fide instructior probabilis est, quam Aminadabum principem tribus Iuda, quod Hebræi quidam crediderunt, non minus hallucinati, quam cum opinati sunt Hebræos quodam circuitu in mari facto ad idem litus reuertisse, quos omnes in Annalibus reperies accuratus refutatos, totamque rem diligenter explicatam.

Non est porro existimandum omnes Israëlitas totam illam latitudinem sinus Arabici emensos, ante quam Ægyptij eos intra profunda maris prosequerentur; quin potius videntur pone subisse, sequentes columnam nubis, quæ progredientem exercitum Hebræorum subsequeretur, vt illum illustraret, & hostenobrosa nube à videndo, atque inuadendo prohibebat, non autem à persequendo, & apertam maris viam ingrediendo: quin inuitabat potius ad sequendum progressionem suam. Interim ergo dum sequuntur Israëlitas, caliginosa nubis protectione munitis, illi certatim in aduersum litus euadunt: & prout paulatim Israëlita mare deferebant, ita Ægyptij maris alueo recepti priora littora deferebant, cum omnibus intra complexum maris conclusis, effudit Dominus conglobatas aquas super eos, sicque & præsentis itineris temeritatem, & antiquæ obstinationis malitiam submersi fuerunt: sed modum huius diuinæ vltionis breuiter ex Mose discamus.

Iamque aduenerat, inquit b, vigilia matutina, hora scilicet tertia vel quarta, quando iam totus exercitus Pharaonis intra maris alueum continebatur, vt dixi, Et respiciens Dominus super castra Ægyptiorum, per columnam ignis & nubis interfecit exercitum eorum. Ille Domini, siue Angeli aspectus significat columnam nubis quasi se aperuisse, vt Angelus in ea latens, per coruscum lumen se ostenderet, & visibilem castris Ægyptiorum præberet: quod Philo aperte confirmat, cum ait ex nube extremum agmen protegente, igneam numinis effigiem emicuisse, & quidem inimico ac minaci vultu, quod illa quoque verba confirmant, Dominus pugnat pro eis contra nos. Quo portento perterriti, ait idem Philo, Ægyptij tumultu ac trepidatione complebant omnia, turbatis præ metu ordinibus, incursantes in se inuicem, ac sero frustra que conantes fugere.

Simil enim ex densa illa & caliginosa nube crebri ignes emicuerunt, infremuere tonitrua, fulmina cum diro fragore erupere, cum lapidibus ignisque telis, quibus rotæ currum subuertebantur, equites excutiebantur ex curribus, omnia damnis ac confusione miscebantur. Hæc erat præuia supremæ calamitatis tempestas, ab Angelo ex ignea nube contra Ægyptios pugnantem effusa, cumque grauius etiam aliquid non sine causa timeretur, Dixerunt ad inuicem, fugiamus Israëlitem, Dominus enim, quem horribilem ex nube coruscante videbant, pugnat pro eis contra nos, contra quem hæcenus toties ma-

gnostro malo pugnauimus. Pugnantium nihilominus nunc quoque, quoniam in hanc arenam ingressi estis. Et ait Dominus ad Moysen extendere manum tuam super mare, & reuertantur aquæ ad Ægyptios, super currus & equites eorum. Cumque extendisset Moyses manum, cum virga scilicet, contra mare, reuersum est primo diluculo ad priorem locum: fugientibusque Ægyptiis occurrerunt aquæ, ex Ægyptiaco litore proruentes, obstructo egressu in primis, & inuoluit eos Dominus in medis fluctibus. Sic vt tantæ cladis ne nuncius quidem superfluerit. Et mox intelligitur ne regem quidem, qui vna cum suis mare fuerat ingressus, & erat omnium nocentissimus cladi superfluisse, quidquid Manetho apud Iosephum ascripserit.

Hæc itaque postrema est, omniumque grauiissima Ægyptiorum plaga, quæ superioribus omnibus addita clarè demonstrat, quam violentum sit brachium Dei, aduersus principes inimicos pugnantis, & quam graui ruina eorum superbiam dexteræ suæ virtute prosterнат. Hæc est funestissima catastrophe Ægyptiæ tragædiæ, decem grauiissimis plagis, quasi totidem actibus celebrata. Hæc est materia gloriosissimi triumphi, omnibus Scripturæ monumentis, omnibusque seculis decantati; quo incomparabilis ille Iesu Christi de Sathana Ægypti huius principe triumphus, ante annos mille & quingentos, perquam expressè representatus fuit. Hoc argumentum lætitiæ populi Dei, epinicionum, pæanum, & canticorum, quæ à Mose primum inchoata sunt. Deinde à Maria sorore ipsius, vniuersoque populo, Deo magnifice perfoluta, in omnes ætates fuerunt propagata.

Hebræi stupentes, inquit Philo, quod prodigiosam, insperatamque sine sanguine victoriam nacti essent, & videntes hostem deletum momento temporis, duos choros alterum virorum; alterum mulierum statuerunt in litore, cecineruntque Deo hymnos gratulatorios, Mose cæcumen viris præcunte, ipsius vero sorore mulieribus. Cuius cantici argumentum tangit Moyses, cum ait, Liberauitque Dominus in die illa Israël de manu Ægyptiorum: perfecta videlicet, atque integra libertate. Etsi enim magnificè fuerunt educti ex Ægypto, rebus eius planè accisis; quandiu tamen vivebat Rex, cæterique illorum inimici, & poterant ipsi retrahi in pristinam, aut deteriorem seruitutem, planè liberi dici non poterant. Nunc autem b viderunt Ægyptios mortuos super litus maris, Arabicum videlicet, & manum magnam quam exercuerat Dominus contra eos. Timuitque populus Dominum, & crediderunt Domino, & Mose seruo eius. Sed nec fides diuturna fuit, nec timor. Nam post triduum in Mara murmurauerunt.

Lætitiæ etiam auxilij vtilitas. Nam inimicus qui dixerat c, Persequar & comprehendam, diuidam spolia, implebitur anima mea, euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea: ipse diuina manu interfectus est, & gladium suum cum vagina præbuit inimicis suis, & spoliis suis vsquequaque

Vnde totus fluuit in locum iudæi.

a l. i. contra Apionem. Graec. Lat. p. 104.

X C. Epinicionum super diuinam victoriam.

X C I. Cantica Hebræorum.

b v. 30. 31.

X C II. Spolia detracta Ægyptiis. c Exo. 15. 9.

a c. 10. 19. 10.

b l. 2. Ant. c. 7. ff.

X C III. Profuit aliis gentibus hæc victoria.

X C IV. Profuit & Hebræis. Eius memoriam Deus inculcauit.

ditauit. Quod Sapiens a quoque lætabundus cecinit, inimicos illorum demersit in mare, & ab altitudine inferorum deduxit illos: ex profundo scilicet maris quo fuerant obruti quamprimum emergere eos fecit, atque ebullire, & fluitare, & in litus eici, præter naturam & consuetudinem maris; non solum vt quamprimum Hebræi solito gaudio & securo fruerentur, sed vt ne spolia quoque corrumpere. Vnde subdit Sapiens, Ideo iusti tulerunt spolia impiorum, quibus multo facti sunt ditiores, quam ex priori præda, quam à multo paucioribus corrauerant in Ægypto. Ea spolia detracta è mortuorum cadaueribus in vnum congregata, Moyses virtutem distribuit, vt ait Iosephus b. Et probabile est Ægyptios magno cum fastu, cum pretiosa veste, annulis, torquibusque aureis, vel suo, vel diuino nutu persecutos esse Hebræos, vt illis tanquam mancipiis, in herili ornatu, facilius terrori essent, & mox extincti eos locupletarent, quos terrere volebant.

Neque vero vnus huius diei vel temporis, beneficii huius vtilitas fuit. Voluit enim Dominus tam insignis victoriæ, tam in rerum natura, quam in scriptis Sacrosanctis sempiternam extare memoriam, vt ea omnes gentes commouerentur diuinorum iudiciorum, & in Pharaonis supplicio, vellent.

Discere iustitiam moniti, & non temnere diuos. Id didicerant Philisthæi, & Ammonitæ, aliaque gentes, apud quas Hebræi aliquando versati fuerant, id ipsum maris fundum aperte loquebatur. Audi enim Orofium c. Exiant etiam nunc certissima horum monumenta gestorum. Nam iractus currum, rotarumque orbis, non solum in litore, sed etiam in profundo, quosque visus admittitur, peruiidentur. Et si forte ad tempus vel casu, vel curiositate turbantur, continuo diuinitus in pristinam faciem ventis fluctibusque reparantur, vt quisquis non doceatur timorem Dei pro palata religionis studio, ira eius transacta vltionis terreatur exemplo. Sic Orofius, aliique multi.

Vt autem populum suum perpetuo in officio contineret, & saluberrimis identidem præceptis instrueret, voluit viuam perpetuo huius beneficii esse memoriam. Propterea enim Agni paschalis celebritas instituta est, & initium anni sacri, eiusdem liberationis memoriæ consecratum: propterea sanctificatio, & consecratio primogenitorum, & septenarium dierum azymi panes, & septenarum deinceps feriæ tabernaculorum. Hoc ipse prodigium, ac beneficium in capite legis suæ descripsit, quasi primarium suæ titulum dignitatis, vt quandiu Decalogi lex, quæ nullis vnquam seculis obliteranda erat, ante oculos venturi populi versaretur, tandiu huius quoque victoriæ duraret memoria, singulis horis momentisque reflicanda. Quid quod Dominus istius commemoratione triumphum, mille prodigiis abundantis, in grauiissimis offensionibus placabilem sese, aque exorabilem præbuit? Prorsus quasi in liberando populo suo Dominus beneficium non dedisset, sed accepisset. Sed iam redeamus in viam, & Israëlitas triumphantes gaudio, vt pote vitæ iam ac libertatis securos, & geminis Ægyptiorum spoliis locupletes, in deserto Ethan, siue

Sur inuisamus. Die sexta sub vesperam vterque exercitus ad mare rubrum peruenerat. Nocte autem, quæ fuit initium diei septimi, vsque ad auroram contigit transitus Israëlitis, & submersio Ægyptiorum. Facta autem aliqua in litore mora, siue in gratis agendis Deo, spoliisque detrahendis atque diuidendis, siue in reficiendis cibo somnoque corporibus, & farcinis omnibus ad longius iter disponendis, columna nubis populum suo tempore ad perfectionem monet & antecedit, triduumque sine castrorum metatione, non tamen sine ordinaria quiete, ad cibum interdiu, & somnum noctu capiendum deducit. Est autem admodum credibile primum illius tridui diem circa mare rubrum fuisse consumptum; & statim secundi diei diluculo exercitum Domini versus Mara iter arripuisse, per desertum Sur, sine Ethan ambulando, neque aquam potabilem toto triduo inuenerunt. Et venerunt in Mara, ait Moyses a, nec poterant bibere aquas de Mara, eo quod essent amara, unde & congerium loco nomen imposuit, vocans illum Mara, id est amaritudinem. Putat Abulensis dici non inuentas aquas, quia modicè reperiebantur, nec satis abundè ad relinquendam sitim, hominum & iumentorum: neque enim triduo sine potu viuere potuissent. At Iosephus b ait præmonitum à Mose populum, secum aquas detulisse.

Cum ergo post triduum castramentandi signum datum esset, nec adessent aquæ necessario potui conuenientes, frustrata spes, & necessitas querulas populi voces excussit. Et murmurauit populus contra Moysen, dicens, Quid bibemus? Magnam fuisse hanc Israëlitarum querelam, quam fortasse consulto dissimulauit mansuetissimus Moyses, tam ex magnitudine triduanæ molestiæ sitis, eamque labor itineris acuebat, conici potest, quam ex populi pronitate ad murmurandum. Cum ergo ad Maram plerique omnes lamentarentur, magisque inuenta amara aqua, propter irritam expectationem affligerentur, quam si nullam planè reperissent, Clamauit ad Dominum Moyses, magna scilicet animi contentione preces fudit, pro diuino auxilio, in tanta populi totius necessitate impetrando. Qui ostendit ei lignum, quod cum misisset in aquas, in dulcedinem verse sunt. Siue vis ea, inquit Philo Iudæus, natua fuit, hæcenus ignorata, siue tum primum ad præsentem usum est indita.

Duas tangit opiniones Philo, circa modum sublatae ex aquis amaritudinis, & vtramque probabilem. Pro vi natua facit ille locus Ecclesiastici, vbi cum dixisset Altissimum creasse de terrâ medicamenta, subdit iuxta textum Græcum c. Nonne à ligno indulcata est aqua, vt cognosceretur vis eius ab homine? Quod si nulla vis fuisset in eo ligno ad hunc effectum, perinde erat quodvis lignum in aquam inicere, aut virgam illam mirabilium effectricem, & non singulare aliquod à Deo nominatum indicatum. Atqui non naturali virtute, sed diuino miraculo amaritatem ex aquis abstersam putant, asserunt non potuisse lignum illud tanta virtute naturaliter esse præditum,

X C V. Quinta Mansio in Mara.

a Exod. 15. 23. &c.

b l. 3. Ant. c. 1.

X C VI. Ibi præ sui murmuratur, quæ est 2. mium.

X C VII. Duo modi absterse amaritudinis. c c. 38. 4. 5.

vt tantam aquarum copiam, quanta tanto populo necessaria erat, in dulcedinem verteret, sed diuinam vim ad illius presentiam operatam esse. Maximè quia huiusmodi mutatio repente facta est, vt ait Abulensis, quod naturali actioni non conuenit. Porro relatiuum, eius referri potest non ad lignum, sed ad Altissimum. Et poterat Dominus aequè ad virgæ prodigijs gloriosæ contactum, aquam dulcem reddere, sed maluit inutili ac syluestri ligno vti, vt tanto magis rudis populus Dominum Deum suum miraculi auctorem agnosceret. Ergo hanc posteriorem sententiam vt probabiliorem amplectemur.

XCVIII. Sexta mansio, & quotidierum fuerit quinta.

a Exod. 15. 27.

Sed iam ad sextam mansionem transeamus: quandiu autem in quinta suauissimis ac mirabiliter sanatis aquis vsi fuerint Hebræi, certo definiti nequit. Coniicimus tamen eos ibi totos sex dies substitisse, vt tres dies laboris & sitis repensarentur lenis, & demigratio transacto sabbato, in primum hebdomadæ, ac mensis Iiar diem caderet. Sequitur ergo sexta mansio, de qua ita Moses a, *Venerunt autem in Elim filij Israel, ubi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palma, & castrametati sunt iuxta aquas.* At Philo 3. *Ad hunc, inquit, modum extincta sit voluptas geminata contigit: quandoquidem quoties præter spem incidit, maiorem affert voluptatem. Impletis deinde hydris discesserunt, tanquam epulati in festiuius conuiuio.* Et mox, *Atque ita peruenerunt in stationem secundam, à transitu scilicet maris rubri, nam ab Ægypto sextam, aquam habentem & arbores, cui nomen Elim erat, rigam duodecim fontibus, apud quos erant septuaginta palma ramosa, ac virentissimum bonum omen genti afferentes, &c.* Sic Philo, quæ omnia peruersè ac malignè retulit Iosephus b.

Vide Ann. a. Mos. 31. n. 263. & 264. b. l. 3. Ant. c. 1.

XCIX. Quot item sexta. c. Exo. 16. 1.

Cæterum quantam hic moram fecerint non est memoriæ proditum. Ex octaua tamen c, ad quam peruenisse constat decimo quinto secundi mensis, & iis quæ paulo ante diximus, de mora facta in Mara, colligimus Hebræos quindecim dies partim in hac statione sexta, partim in septima sequente posuisse. Idque consentaneum est dulcedini, quam Dominus in hac peregrinatione filiis suis demonstrabat: vt maiorem eius temporis partem in hac peramœna statione retinuerit. Sub digressum autem consentaneum est hydras non secus atque in statione Mara, aquis fuisse repletas, instinctu eius, qui eos proxime deducturus erat ad mare. Abeamus itaque à palmis atque fontibus adeamus iterum mare.

C. Septima mansio lam-Suph, id est ad mare rubrum. d. Num. 33. 10.

Septima quippe mansione fixerunt tentoria super mare rubrum, va habetur in catalogo mansionum a, quam Moses hoc loco videtur omisisse, quod nihil in ea ad memoriam insigne contigerit; neque tamen omittere voluit in eo libro, in quo mansionum numerum exactè recenset. Eam S. Hieronymus vocat lam-Suph, quod ad mare rubrum facta sit. *Et queritur, inquit, quomodo post transitum maris rubri, & fontis Mara, & Elim rursus ad mare rubrum venerint. Nisi forte itinere pergentibus sinus quidam maris occurrerit, iuxta quem castrametati sunt. Aliud est*

enim transire mare, aliud in proximo figere tabernacula. Et paulò post transiens ad alteram interpretationem. *Verum, inquit, lam Suph apud Hebræos ex mari rubro compositum est. Suph autem & rubrum & scirpus vocatur, unde possumus suspicari, quod venerunt ad paludem quandam & lacum, qui & carello, & iuncis plenus fuerit. Quod autem omnes aquarum congregationes, Scriptura sancta mare vocet nulla dubitatio est.* Hæc ipse. Posteriorem porro interpretationem fateor mihi probabiliorē videri, quod nouus hic maris sinus versus Arabiam non satis consentiat cum tabulis geographicis. Et sane fateor mihi quidem verum videri tantum descensum versus meridiem, ad septentrionem profecturis. In hac statione reliquum primi mensis ab exitu ex Ægypto transactum est. Nam decimo quinto Iiar peruentum est ad octauam mansionem, in deserto Sin.

Vel ad ludem.

Itaque profecti de mari rubro, ait Moses a, *castrametati sunt in deserto Sin, quod est inter Elim & Sinai.* Hi termini deserti Sin capiunt totam eius amplitudinem, in qua mansiones quinque contigerunt, quarum hæc, quæ secunda est, à communi loco proprium nomen accepit. *Sciendum, inquit Hieronymus quod omnis vsque ad montem Sinai Eremus, Sin vocetur, & ex tota prouincia etiam loci mansionis nomen accepit, sicut Moab tam orbis quam prouincia nomen est. In hac solitudine quinque mansiones sunt, lam-Suph, de qua supra diximus, & Eremus Sin, & Daphca, & Alus, & Rabi-dim, de quibus loquemur in consequentibus.* Hæc Hieron. Addit Moses tempus, quo ad hanc octauam mansionem peruentum est, propter singulare beneficium Mannæ, quod in ea dari diuinitus coepit, diem quintum decimum mensis secundi, id est integro mense ab egressione ex Ægypto, quæ contigit decimo quinto primi mensis, qui Nisan dictus est, vt hic secundus Iiar.

CI. Octaua mansio in deserto Sin a Num. 33. 10. & Exod. 19 1.

Iam quod ad rem in hac mansione gestam attinet, eam sic Moyses orditur b. *Et murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen & Aaron in solitudine.* Multi seorsim in circulis, vt fit, prius murmurauerant, quam vniuersa populi congregatio diceret, *Vtinam mortui essemus per manum Domini, in terra Ægypti, iis scilicet plagis, quibus pletrique Ægyptij periere, quando sedebamus super ollas carniū, & comedebamus panem in saturitate. Cur eduxistis nos in desertum istud, vt occideretis omnem multitudinem fame?* Totis triginta præteritis diebus, nam Hieron. hunc vocat trigessimum primum, totus paulatim consumptus fuerat commeatus, neque enim vlla ad hanc diem facta fuerat famis aut cibi mentio, sed penuria præsens, & futura desperatio acrem molestiam, ac tristitiam toti populo peperit, quam reddidit amariorē collatio cum præterita copia, & quidem eò vsque, vt querelas iniustissimas ex ingratorum pectoribus excuteret, verbo quidem contra Moysen & Aaronem, re autem ipsa contra Deum. Vnde mox ipse Moyses. *Audiuit Dominus murmur vestrum contra Dominum: nos vero quid sumus, quia misistis contra nos?*

Vna de quinque ciuitatibus solitudinis.

CII. Murmur Israelitarū pro cibo. b. c. 16. 23.

Vere

C III. Ingratum, & aduersus Dominum.

Vere contra Dominum. Eos enim reuera Dominus de Ægypto eduxerat in manu excelsa, & traduxerat per mare rubrum, & ad eam diem quotidie deducebat, præeunte columna nubis. Totam ergo Domini circa se prouidentiam asperrantur atque damnabant, & flagellorum ac diræ seruitutis obliti, ollas carniū lurcones recordabantur. *Sed quoniam intelligebat, vt ait Iosephus, non de nihilo populum concitatum, ad preces & supplicationes confugit, & conscensa quadam specula, opem Dei, rebus per inopiam afflictis deposcebat.* Quibus exoratus promittit Dominus coturnices in proximam populi cœnam, erat enim vespere, manna vero in sequentem matutinum diem. Qui cibus quia perpetuus futurus erat atque ordinarius, eius promissio disertè à Domino facta ponitur, cum præcepto colligendi certam quotidie mensuram, excepto die sexto, quo duplex colligenda erat in singula capita, vt die septimo quieti, & diuino cultui vacaretur. Nihilominus Moyses tam exprobrationem murmurantis, quam nunc artigimus, quam promissionem coturnicum & mannæ, vna cum prædicto præcepto, ad populum cum fratre Aarone refert.

c. 16. 8. 12.

C IV. Qui eis mittit manna. v. 4.

Promissio Domini est huiusmodi. *Ecce ego pluam vobis panes de caelo, egredietur populus, & colligat quæ sufficiunt per singulos dies, vt tentem eum verum ambulat in lege mea, annon.* Vt scilicet notum fiat quinam præceptis meis obtemperant, aut qui ea violent colligendo plusquam oportet, & quando non oportet. Pergit, *Die autem sexto parent quod inferam, in tabernacula sua, & sit duplum quam colligere solebant per singulos dies.* Ea promissione accepta, dixerunt Moyses & Aaron ad omnes filios Israel. *Vespere sciatis quod Dominus eduxerit vos de terra Ægypti, per singularem videlicet effectum prouidentia erga vos suæ, & mane videbitis gloriam Domini, in manna pane angelico vobis ministrando. Audiuit enim murmur vestrum contra Dominum.* Eademque causa tam singularis liberalitatis, mox secundo ac tertio iteratur.

C V. Singularem in ingratos beneficentia.

Mirabilis prorsus, ac diuina bonitate digna vindicta! Murmurat populus, non tam contra Moysen, quam contra Dominum ipsam: & Deus quasi eximio aliquo prouocatus obsequio, insignem illi liberalitatem parat. Populus contra innocentes & benefactores lapidationem, si Iosepho credimus, intentat, Deus contra incredulos & rebelles non pluit lapides par pari referens, & saxa saxa retundens, sed delicosum manna, & coturnices. Populus impie ac mandaciter ollas carniū, & saturitatem Ægyptiacam Mosi exprobrat, oblitus flagellorum, quibus dies noctesque cædebat; & Dominus quasi iusta esset querela, & æquum esset eorum non solum necessitati, sed etiam gula quodam modo famulari, deliciores ei carnes coturnicum subministrat, vt Sapiēs a non vno in loco gratulabundus confiteretur. Ideoque admirans Dauid b, *Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus, & eam dedit timentibus se.* Imo & murmurantibus contra se, *Quid facturus est bonis, & obsequentibus famulis suis, qui improbos ac tumultuantes tam indulgenter tractat?*

a Sap. 16. & 17. 11. b Ps. 110. 4.

C VI. Vespere co-

naturam vsu, proprietates cognouerimus; si prius de coturnicibus, quæ prius datæ sunt, aliquid dixerimus a. *Factum est ergo vespere, sub occasum scilicet Solis, & ascendens coturnix cooperuit castra.* Ex humiliore videlicet Ægypti regione veniebat, & ex Arabico maris sinu, eodem fortasse impellente vento Africo, qui postea in sepulchris concupiscentia immensam detulit vim coturnicum, vt suo loco dicemus. Significat autem Philo quotidianum fuisse hoc aucupium, cui fauere videtur Scriptura, cum ait, *Dabit vobis Dominus vespere carnes edere, & mane panes in saturitate.* Vno enim eodèque orationis tenore ac filo, carnes Dominus, panesque pollicetur; at perpetua futura erat liberalitas panum; ergo & carniū; & Hebræi quorundam querelæ Deus satisfacere voluit, aequè vtrumque conquerendo postulauerant.

summx castra cooperit. a Exod. 16. v. 13.

An quotidianū fuerit aucupium.

Verum hæc opinio videtur eorum, qui vtramque coturnicum liberalitatem confuderunt; nam rem tam memorabilem Scriptura non tacuisset, quæ huiusmodi locutione significare voluit, Deum semel quidem datum carnes populo, sed quæ in plures cœnas sufficere possent, itaque factum videtur. Proptereaque non dixit Dominus eos vno vespere habituros carnes, licet vno tantum vespere collecturi erant. Sic etiam in decima tertia mansione, semel tantum confluerunt coturnices, sed tanta copia, vt quisque colligeret, quod in mensis integrum sufficeret; ergo pluribus vespere comederunt carnes, & mane saturati sunt panibus. Qui panis, vt mox patebit, cum instar esset omnis cibi, merito illo præsentè, atque affatim affluente, coturnices suis se locis continere. Nec Hebræi ordinariam annonam carniū postulabant, sed suam infelicitatem, ex contentione cum priore fortuna, quæ hac ex parte videbatur optabilis, cum querela representabant, nec tamen sine culpa, vt pluribus in Annalibus b explicatum est. Et de vespertino cibo peregrinantium Israelitarum hactenus.

C VII. Hæc tempore semel tantum data coturnices.

Sed abundanter in aliquot dies.

b Ex Cyril. in Ioan. l. 3. c. 34.

Quod ad matutinum atinet, qui deinceps vespertinus quoque factus est, sic enim Scriptura describit c. *Mane quoque ros iacuit per circuitum castrorum: cumque operuisset superficiem terræ, apparuit in solitudine minutum, & quasi pilo tusum, in similitudinem pruina super terram.* Si tempus queritur, quo diuinitus manna dabatur mane fuit, primo scilicet diluculo, vt ante solis ortum colligi posset; nam cum incaluisset sol, liquecebat. Si natura, appellatur ros, quia decidebat vt ros & cum rore, vt habetur in libro Numer. d. Ne tamen liquidum fuisse putes, instar guttarum roris, mox additur, fuisse in similitudinem pruinae, siue roris concreti ac congelati. Si queritur locus, non depluebat intra castrorum vicinos, aut super eorum tabernacula, ne bona pars eius sordes contraheret, ac periret: sed in circuitu castrorum; ne longe petendo cibum populus fatigaretur; sicque omni ex parte Dominus prouidi & indulgentis patrisfamilias numeros explebat.

C VIII. Manna depluit Hebræis. c. Exod. 16. 13. Quando. Quæ eius natura.

d c. 11. 9.

Quo loco decideret.

Nam si copia queritur operiebat superficiem terræ, magna scilicet latitudine ac profunditate, pro multitudine populi innumerabilis. Idèoque Chaldæus paraphrastes ait coacernatum fuisse, instar pruinae super terram, & Philo *συσπυρδν* aceruatim iacuisse ait rorem profundum

C IX. Quanta copia. d. d. 8. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30.

Quæ illius forma. a Exod. 16. 35. qui color.

b Num. 11. 7. qui sapor. c Exod. 16. 35. d Num. 11. 8.

CX. Vade manna nomen. e Psal. 67. 10.

CXI. Vitis manna in cibum assum elixum, crudum. f Num. 11. 8. g in 11. Num. h Rom. 2. 12. c. 17.

CXII. Tria præcepta circa illum vsum.

ac multum. Si forma minutum quiddam fuit, siue grana minuta, qualia sunt coriandri, aut oryza. Si color, grana alba erant sicut triticum aut oryza amoto furfure, aut falix sublato cortice, idèoque dicitur fuisse manna quasi semen coriandri album, id est folliculo suo nudatum. Alibi b dicitur coloris bdellij, id est gemmæ albæ, & collucentis instar niuis, aut pruina. Idèoque ibi Septuag. aiunt manna speciem habuisse crystalli. Philo λευκοτάτω vocat. Si denique sapor, gustus eius erat c quasi similæ cum melle, prius videlicet quam coqueretur: nam vbi coctum fuisset, saporis erat d quasi panis oleati, vt dicitur in libro Numerorum.

Duplici porro beneficio Israëlitis promisso diuinitus, & altero in præsentia liberaliter accepto, alterum bona spe pleni, in maritimum tempus expectabant. Itaque maturè expergefacti e. pluuia voluntariam in circuitu castrorum, segregatam hæreditarij Domini circumspicunt, dicuntque ad inuicem Manhu, quod significat, qui est hoc? Ignorabant enim quid esset. Non ait Scriptura populum vocasse id quod videbant, Man, siue Manhu, sed dixisse nomen, non imponendo. Itaque non rectè nonnulli, secuti Dauidem Kimhi, Man vertunt donum, quod scilicet Dominus pollicitus fuerat. Huiusmodi enim interpretatio admirationem tollit & interrogationem: neque rationi quadrat, quam Scriptura subiicit, Donum hoc, ignorabant enim quid esset. Sed de nomine, & natura mannae pro instituto satis, eius deinceps vsum, & proprietates videamus.

Explicat hunc vsum ipse Moses. Circuibat populum, inquit, & colligens illud frangebatur mola, siue crebat in mortario, coquens in olla, & faciens ex o rotulas, saporis quasi panes oleati. Cum autem rotulae, siue placentæ in olla non coquantur, sed potius assentur in furnis, significatur manna & elixari solitum & assari, vt notat Caiet. Poterat tamen neque fractum, neque coctum comedi: eoque vescebantur non solum homines, sed etiam iumenta, vt obseruat Bellarm. Satis enim clarum est quotidianorum ciborum reliquias, micas & frustula à domesticis animalibus participari, cumque neque fœnum haberent, neque auenam, aut hordeum, oportebat armenta etiam manna vesci. Sicut & aquam, miraculo è petra elicitam, iumenta quoque biberant.

Ad eundem mannae vsum eius distributio pertinebat, de quo tria præcepta Moyses diuinitus tradidit, primum vt mensura Gomor in singula capita colligatur, vt si quid minus de illa mensura in familia aliquis sumpserit, hoc alteri detur, cui illa mensura fortasse non sufficeret, & reliquias superesse oportebat, quæ animalibus darentur. Eam mensuram quatuor mannae libras continuisse Cornelius putat. Quantumcumque autem quis aceruum, aut quantulumcumque non mensurando collegisset, totidem gomor, nec plura, nec pauciora reperit, quot erant capita in illa familia. Alterum præceptum fuit, vt nihil mannae in sequentem diem seruarietur, vt omnes à quotidiana Dei prouidentia & liberalitate penderent, quod cum à quibusdam male prouidis violatum esset postridie: vermibus scateret

cepit; licet die sabbathi conseruarentur. Nam tertium fuit vt die sexto colligeretur, quod illo, & sequenti die vsui esset, ne quies diei sabbathi violaretur. Nec feria tantum sexta colligebatur, sed parabatur etiam, vt coctum edi posset; ideoque dies sexta dicta est parasceue. Quod cum factum esset, nihil corruptionis inuentum est in eo, quod reseruatam fuerat in diem sabbathi.

Huius porro mannae sapor non solum naturalis fuit, de quo diximus aliquid, sed aduentitius. Nam improbis valde insipidum videbatur, vnde & dicebant a, nauiscat anima nostra super cibo isto lenissimo. Si tamè vitium in lingua erat & palato, & non potius in voluntate peruersa, & imaginatione corrupta, qua displicere solent omnia, quæ ab iis fiunt, quos non diligimus. Et fieri potest vt Deus improbis, præsertim murmuratoribus, etiam naturalem illi siue crudi, siue cocti mannae saporem, in pœnam sustulerit, malosque seruos fufuraceo pane cibavit, & animo ægros, quasi corpore morbidos, legitimo suauissimi cibi sapore priuarit. Nam ex vndecimo Numer. intelligitur ita improbis desipuisse Manna, vt præ eo porri, cœpe, & allia apperenda viderentur.

Erat & alius aduentitius ac supernaturalis sapor, qui magnificè à Sapiente b describitur Paratum, inquit, panem de celo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem. & omnis saporis suauitatem. Atque hoc modo fiebat, vt quo quisque cibo frui vellet, eius saporem & gustum in Manna reperiret. Quod subobscure innuit Iosephus c cum ait, huiusmodi fuisse huius panis gustum, vt qui eum haberet, alium non desideraret. Ieiunè sanè, ac parcè, Audiamus potius eundem Sapientem prædicta, licet admodum clara, tamen quia mirabilia confirmantem. Substantia enim tua, id est panis ille quem mirabiliter subsistere faciebas, & qui te volente homines sustentabat, dulcedinem tuam quam in filios habes ostendebat, & deseruies vniuersisque voluntati, ad quod quisque volebat conuertebatur. Diuina plane vis dignitasque plena Deo, & nisi sacris literis apertè constaret, plane incredibilis, vt se Deus ad innumerabilem hominum multitudinem quotidie, imo singulis horis ita attemperaret, vt in vnico ciborum sapore disparatos in palato produceret, & in stomacho, membrisque omnibus nutrimentum generaret.

Quæ quò admirabilia sunt, hoc maiorem apud antiquos recentioresque Scriptores dubitandi causam peperere, solisne bonis ea gratia, an vero communiter omnibus, atque indiscriminatim concederetur. Priorem sententiam amplectuntur Augustinus atque Hieronymus, Origenes, magnusque Gregorius, aliique recentiores, quos in Annalibus retulimus, quibus fauent illa verba textus, quam in filios habes dulcedinem, quod nomen in peccatores ingratiſsimos, & in Deum murmurantes non cadit. Etsi enim passim Hebræos iustos vocat & filios, comparatione Ægyptiorum, diuina tamen gratia præditos videtur significare, cum non contentus dicere, vt scirent filij tui, addidit, quos dilexisti Domine. Itaque illa particula vniuersalis, vnusquisque, in illa sententia, & deseruiens vniuersisque voluntati, cum restrictio-

Parasceue.

CXIII. Aduentitius mannae sapor improborum. a Num. 11. 31.

CXIV. Et contra iustorum. b Sap. 16. 10 21.

c 14. 2. c. 1.

CXV. Et qui iusticiantur.

ne bonorum intelligenda est; sicut è contrario cum restrictione reorum illa Moſis in Exodo, Occidat vnusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum, videlicet reum. Itaque iacet hæc prima ratio eorum qui contra sentiunt.

CXVI. Refuratur cotinaria sententia.

At erant, inquit, cætera externa Dei beneficia in deserto æque probis improbisque communia, coturnices, aqua de petra, columna ignis & nubis, quidni & manna? At non negamus quod externum in manna fuit, id omnibus fuisse commune, suauitas autem & sapor varius occultus fuit, sicut & voluntas appetentis. Nam quod aiunt tam probos quam improbos alliciendos fuisse hac esca, ad non concupiscendas Ægypti delicias, parum videtur efficax: Alliciebantur enim mali ne tanta delectatione priuarentur, quam vel ipsi degustarant, si quando boni fuerant, vel à bonis ipsi quotidie discere poterant. Sed hæc aliæque id genus, pluribus in Annalibus reperies explicata. Sicut & illud, an manna non sapore solum, sed substantia etiam in quem quisque proborum voluisset, cibum conuerteretur, id enim verbum conuersionis videtur exigere, sicque fiet manna expressior typus Eucharisticæ transubstantiationis. Verum neque Græca vox μετατρέπω, neque latina, conuertebatur, siue transtemperebatur, vel, vt habet Vatablus, se temperabat, substantiæ conuersionem requirit, eique saporis attemperatio satisfacit. Adde quod non vltra Manna fuisset, sed alia quælibet species animalis, aut cibi. Sed & typus Eucharistiæ egregiè seruat, vt sicut in manna erat sapor carnis, sine carne, & accidens sine sua substantia: ita in Eucharistia est sapor panis & vini, sine pane aut vino, & accidentia vtriusque substantiæ, absque alterutra substantia. Vide hic quoque Annales b.

a an. Moſis 81. d. 307. c. 1. 399.

Manna non substantia sed tantum sapore mutatum.

b n. 313. c. 1. 399.

CXVII. Nona mansio & decima. c Num. 33. 12.

Sequitur nona mansio, quam existimo postremo secundi mensis d'e contigisse: fuit in Daphca, vt est in catalogo mansionum c, quam sicut & sequentem, quæ fuit in Alus, Moſes omisit in Exodo, sicut & Iosephus & Philo quod nihil in iis memorabile contigisset: Refero autem in extremum Iiar mansionem nonam, vt tempus iis agendis suppetat, quæ ante diem datæ legis accidisse, in Raphidim mansionem vndecima memorantur, vrget quippe nos secundum sabbatum in deserto Sin celebratum & aduentus populi in Sina. Itaque sic istos dies digerimus, vt primo die tertij mensis, qui dicitur Siuam, populum è Daphca deducamus in Alus, secundo de Alus in Raphidim, vbi eodem vespere aquæ penuria laboratum est: postridie pugnatum est contra Amalecitas, qui fuit tertius Sinam, quarto autem maturè venerunt ad montem Sina, vbi quarto & quinto die Dei iussu præparati sunt, vt die, sexto, qui fuit quinquagesimus siue Pentecostes, legem acciperent.

CXVIII. Mansio vndecima in Raphidim.

Populi sitis & mutatio quarta.

Veniamus igitur cum Israël in Raphidim, mansionem vltimam deserti Sin: vt supra ex Hieron. diximus, in qua duo præcipua contigerunt. Primum est sitis, & propter eam populi murmuratio, preces Moſis, liberalitas Dei. Alterum est res gesta contra Amalecitas, nam aduentus Iethro in alium differendum est locum. Cum primum igitur ventum est in Raphidim, sitiuit populus siti vt assolet, ex via

labore contracta, cumque ibi non esset aqua populo ad bibendum, rixari de more cœpit aduersus ducem suum præ aquæ penuria, & murmurauit contra Moſem dicens a. Cur fecisti nos exire de Ægypto, vt occideres nos, & liberos nostros, ac iumenta siti? Apparet in hac querela Hebræorum istorum improbitas ac peruicacia, cum in medio ipso cursu beneficiorum Dei, quibus mirabiliter fovebantur, media luce miraculorum, quæ omnium oculos perfringebant, in sua penuria, non ad humiles preces, vt ratio & natura postulant, sed ad superba iurgia, querelæque conuertantur, quasi iniuriam aliquam à Deo, aut à Moſe illius famulo & duce suo paterentur: neque ac fiduciam, in iam toties experta Dei prouidentia, & gratuita bonitate erigantur, sed ad eum; tenradum insolescant dicentes b, Est Dominus in nobis, an non? Dubitant videlicet de diuina præsentia & gubernatione, eiusque experimentum captant, in aqua ipsi, largienda: nec Moſis erga Deum gratiam in remedium suæ necessitatis implorant, sed contra mansuetissimum principem, pene vsque ad lapidationem efferantur.

a Exo 17. 3.

b vers. 7.

Vnde sequitur, Clamauit autem Moſes ad Dominum dicens. Quid faciam populo huic? adhuc paululum, & lapidabit me. Videbat nimirum frementem iracundia populum, & necessitatem suam vt grauem iniuriam apprehendentem, & exigentem vt is qui ipsos è solo patrio eduxisset, & per inuias solitudines traduceret, de rebus necessariis prouideret. Perinde ac si is qui alicui vnum aut alterum beneficium contulit, etiam ad tertium obligetur; sed esto. Num propterea armatae preces adhibenda sunt?

CXIX. Moſes recurrit ad Dominum ibid.

Et ait Dominus ad Moſem c. Antecede populum, & sume tecum de senioribus Israël, & virgam qua percussisti fluuium, tolle tu manu tua & vade. Percusserat Aaron fluuium non Moſes, sed vtriusque opera communia erant, & ambo quasi vnicum Dei instrumentum censebantur. Iubetur autem antecedere populum, aut transire coram populo, non solum vt intelligat nihil sibi ab eo metuendum, Dei protectione eum circumvallante, sed vt nos intelligamus longius à castris positam fuisse illam petram, quæ percussa profudit aquas; quæ tamen mox versus castra in Raphidim, ad vsum totius populi & iumentorum decurrerent. Hebræi autem tradunt eam petram quatuor milliariis abfuisse, & totis 40. annis tanquam fluuium per omnes mansiones profluxisse; iuxta illud Apostoli d, bibebant de conſequenti eos petra, id est de aqua petra, quæ eos sequebatur, quocumque demigrarent, vt hydrias replere vltra, & circumferre nihil esset opus.

Qui cum mirit ad petram Horeb. c c. 17. 5.

d 1. Cor. 10. 4.

Noluit porro Dominus hoc miraculum coram vniuerso populo efficere, eos tamen fide dignos testes adhibuit de senioribus populi, à quibus cæteri de miraculo in eorum vsum diuinitus facto docerentur. Quanquam fieri potest vt petra illa in eminenti aliquo loco percussa sit, qui longe lateque à populo videri posset. Idèoque fortasse & Sapiens e & Philo f hanc petram ἀπέροτων appellarunt, En ego stabo, ait Dominus, ibi coram te supra petram Horeb, quasi expeditus ad efficiendum miraculum additum virgæ tuæ, percussis petram, & exibat ex ea aqua, vt bibat populus & scilicet pecora quoque

CXX. Cum senioribus.

e Sap. 11. 4. f l. 1. de vita Moſis. Petra percussa fundit aquas.

&c

& iumenta, pro quibus etiam conquesti fuerant. *Fecit Moyses ita coram senioribus Israel.* Et est vestigio petra defliscens, ait Iosephus, aquam euomuit copiosissimam, ac limpidissimam. Sicque affatim extincta siti, extincta est murmuratio, & excitata gratiarum actio pro accepto beneficio. Voluit porro Dominus in hac tentatione sitis Hebraeos prudenter aestimare tum abundantis aquae beneficium, si praesertim, ut videretur perpetuum fuit, tum etiam quanta Aegyptios, in eorum gratiam, afflictione vexasset, dum, aquis in sanguinem versis, eos siti cruciavit, & ad cruentam potionem adegit, ut a Sapiente annotatum est.

CXXI. Amalecitas inuadunt. Deinceps de Hebraeorum pugna atque victoria contra Amalecitas dicendum est. Erant Amalecitas Arabiae Petrae populi, ab Amalec nepote Esau oriundi. Nam Eliphaz primogenitus Esau genuit Amalec ex Thamna concubina. Non constat quidem sub quo eorum rege bellum hoc susceptura sit, opinatur Serarius hunc fuisse Husam Temanum, qui in regno Amalecitarum sine Idumeorum Iobo patientiae laude clarissimo successerit, qui hoc ipso anno egressionis Israelitarum ex Aegypto mortuus est, ut postea dicitur. Verum docendum esset Idumaeos & Amalecitas non solum origine gentis eosdem esse, sed etiam populis, atque adeo sub eodem rege vexisse. Belli causam hac Philo memorat. *Regionis eius rex populationem agrorum metuens, excita oppidum inuente, opposuit se, ut arceret eos a transitu. Quod si a mis viam sibi aperire conarentur, aggredere tur integris viribus, & recentis militie, fessos itineribus & comitatu inopia, quarumque penuria, quibus illi necessitatibus alternatim laborabant.* Quibus simillima scribit Moses in Deuteronomio. At abundabant nunc quidem manna, & aqua de petra. Sed uterque tempus aliquanto laxius accepit.

CXXII. Alia confectum. Alteram huius belli causam in diuinam iustitiam referre possumus, Hebraeorum ingratam murmurationem punientem, ut ipsi quoque Hebraei Rabbinii agnoscunt, insanam praesertim illam vocem, qua de diuina praesentia dubitabant, quam in aspectabili columna perpetuo ducem habebant, & quotidianum cibum potumque largientem. Sic quoque prouidebat Dominus, ut adepta victoria Israelitis animi adderentur, ad futura praelia, ut ad Deum in periculo recurrerent, & ab eo, ut nuper in mari rubro, victoriam expectarent; ut ne otio torpescerent vitia & seditiones fouerent. Denique ut Iosue militiae rudimenta poneret, nec nouus ad bella contra Chanaanos, Amorrhaeosque procederet.

Huius populi vires obiter descripsit Eliachim sacerdos Domini magnus, *Memores estote, inquit, Moysi serui Domini, qui Amalec confidentem in virtute sua, & in potentia sua, & in exercitu suo, & in clypeis suis, & in curribus suis, & in equitibus suis, non ferro pugnando, sed precibus sanctis orando deiecit, &c.* vfos nihilominus insidiis, ait Chaldaeus paraphraestes consentaneis, quae a Mose in Deuterono scripta sunt.

CXXIII. Huius populi vires. Quid interea Moyses? *Re per exploratores cognita, inquit Philo, non longe ab hoste castra metatur est, deleat iuniorum habito, viros poten-*

tes sine robustos Septuag. vocant: neque enim omnia castra temere ad arma ruere oportebat. At Iosue ipso elegit non Moses, ut ex textu patet. Sed satis elegit Moses, quos Iosue iussu eius elegit, pergit. *Imperatorem hic Iosue praeficiens unum e minoribus ducibus, imo primarium ducem, id enim vates apud Philonem hoc loco significat, & quasi protegem.* Neque enim Iosue vnus de minoribus ducibus aestimari potuit. Nam si aetatem cogites, quartum iam & quinquagesimum agebat annum: si negotij magnitudinem, primum omnino bellum a rudibus contra potentissimos gerebatur hostes: si personae dignitatem, eum Deus in successorem Moysi destinarat: si virtutem, Moysi intimus erat, & longe charissimus. Ipse autem Moyses cum Aarone & Hur ascenderunt super verticem collis, qui ad montem Horeb pertinebat, ex quo scaturiebat aqua mirabilis.

Recte autem ad orandum ascendit Aaron frater Moysi, vir summo sacerdotio destinatus, quem propterea decebat ab humano sanguine fundendo abstinere, sed precibus suis Deum bellatoribus exorare, accedebat aetas 84. annorum, parum idonea ad ferendum graue Martis onus. Ascendit & Hur maritus Mariae sororis vtriusque, quae cum ageret nunc annum 88. facile est intelligere eius coniugem fuisse admodum grandem natu; ut alium omnino eum fuisse necesse sit ab eo, qui fuit Calebi exploratoris filius. De ipsa porro pugna haec habemus ex Mose, fecisse Iosue quae iusserat Moyses, omnibusque recte dispositis pugnasse contra Amalecitas; & vice versa fecisse Mosem quod muneris erat sui, extensisque in caelum brachiis, Deum pro victoria, magna ac diuturna contentione orasse. Fatendum tamen est totam rem in illa contentione animi positam non fuisse, alioqui flaccescente corpore, & brachiis, poterat vis animi non deficere, imo & augeri, iuxta illud Pauli, *Cum infirmior tunc potens sum.* Et Christus *Factus in agonia prolixius, vtrique & vehementius orabat, adeo ut sudore sanguineo toto corpore manaret.* Itaque non fuisse opus brachia erigere & sustentare, sed renouare animum, & confirmare.

Placet itaque Caietani expositio, ut ad eam brachiorum extensorum caeremoniam, Deus victoriam alligare voluerit; & ipsis eleuatis aut demissis victoriam efficere, vel fugam permittere. Manifesto vtrique indicio in cruce Domini Iesu Christi, in qua ipse brachia expandens & orans, ad extremum vsque spiritum, solis occasu representatum, perseverauit, victoriam de hostibus nostris positam esse. Sic eleuatio clypei, Iosue contra oppidum Hay mysterium fuit, quoniam Deus statuerat victoriam dare interueniente signo illo sensibili, ut Deus ipse author victoriae aperte agnosceretur. Dubia nihilominus videri potest, non quidem extensio manuum, sed illius modus. Omnes enim qui expressum hoc signum crucifixi dixerunt, quorum magnus est numerus, manus extensas crucifixi in morem intelligunt. Atqui Moyses non ait extendisse manus, sed *lenasse* quo modo habetur in Hebraeis, Graecis, Latinisque codicibus, & Chaldaea paraphrasi. Idem habet Iosephus, & Philo, qui ait eum manus extulisse in caelum, non ad ortum vel occasum

Perpetuas. CXXI. Amalecitas inuadunt. CXXII. Alia confectum. CXXIII. Huius populi vires.

Israelitarum deiecit contra eos. Duce Iosue. CXXIV. Moses cum fratre & Hur montem ascendit. CXXV. Extensio manuum victoriam condidit. Non in latum, sed in altum.

extendisse, Apertius etiam *Austug. Aduerte*, inquit, *fratres, Moyses manus quidem leuat, non tamen extendit: cui ergo seruabatur ut manus extenderet, nisi Domino Iesu Christo, qui extensus in cruce vniuersum orbem complexurus, brachia pietatis expandit? Moyses ergo leuauit manus, & licet non expanderit, tamen ipsa eleuatione mysterium crucis ostendit.* Denique Caietanus. *Et quia, inquit, Moyses virgam Dei in manu tenebat, non praeter rationem creditur, eum manus eleuatas sic habuisse, ut inter vtraque volam virgam teneret extensis manibus versus caelum.* Sic ipse. Fauo equidem illi inuentioni, quae Christum Dominum ita cruci affigit, ut brachia nihilominus caelum versus, & supra caput ipsius extendantur.

CXXVI. Nemine in pugna cecidisse. Vtrum autem haec pugna tam propitium habuerit Deum, nullus ut Hebraeus ceciderit, Scriptura non tradit, Iosephus affirmat, idque admodum probabiliter, siue quia Domini erat victoria haec, & perfecta sunt opera eius, siue quia in hac prima pugna voluit exsuscitare animos populi sui, ad fiduciam in Deum in reliquis praeliis. Nam si Iosue & seniores Israel, post sex & 30. milites de exercitu suo caesos, in oppugnatione Hay, vsque adeo afflicti sunt, etiam post multas victorias, ut scinderent vestimenta sua, & toto die coram arca Domini humi strati iacerent, nonne afflicti fuissent in simili aliqua iactura? Occisos tamen constat Hebraeorum nonnullos ab Amalecitis, si non in pugna, certe in pridiana excursionem. Nam in Deuterono legitur Amalec extremos agminis Israelitici cecidisse, qui lassum residabant, aut qui tardius ceteros sequebantur, ut interpretatur Onkelos. Oportuit quoque non plane impunè abire murmurationem, cuius isti fortassis auctores fuerant; quod sentit quoque Serarius: qui etiam suspicatur regem ipsum Amalecitarum occisum, vel grauius lauciatum. Is autem videtur communi gentis nomine dictus Amalec. Nam mox legitur Iosue fugasse *Amalec, & populum eius.*

CXXVII. Dei mandatum de exscindendis Amalecitis. Hanc victoriam tria consecuta sunt, mandatum Dei de Amalecitis exterminandis hostium spolia, gratiarum actio. Quod ad primum, iubet Dominus Mosem dicere Iosue, statutum sibi esse delere funditus Amalecitas, ut ne memoria quidem eorum reliqua futura sit, non quidem in libris, sed in hominum, de re praesenti loquentium, sermonibus; quo modo multis quoque Chanaanorum populis contigit, quorum sola nomina extant in sacris litteris, ipsi a facie terrae delati sunt. Iubet enim hoc ipso loco Dominus, hoc suum decretum contra Amalec in libro scribi, ad memoriam destinatae a Deo vltionis retinendam. Ea partim sub Saule rege contigit, regnante apud eos Agago, partim sub Dauid, post vastatum ab ipsis oppidum Siceleg.

CXXVIII. Mirabile Dei in eos odium. Mirabile porro fuisse Dei in Amalecitas odium agnoscitur, non solum ex seuerissima vltione, quam Dominus Sauli mandauit aduerfus illos, ob quam non exacte exercitam, Regem a se electum abdicarit, eumque ab Israelitico regno, cum tota sua posteritate repulerit: sed maxime ex peccato, in quod tanto supplicio animaduertebatur. Quod scilicet armati occurrerint innumerabili aduenarum

multitudini, eique in via restiterint, metuentes ne suam illi regionem inuaderent. Voluit nimirum Dominus ostendere quantum esset odium suum in principes & potentes, qui in peregrinos & aduenas, afflictosque viros, praesertim innoxios, crudeles sunt & inhumani. Quales fuerunt etiam Aegyptij, qui proxime omnibus afflicti cladibus, maris denique fluctibus hausti periere. Ex eo autem quod habetur in textu, illos non timuisse Deum, afflictorum videlicet perfugium, conici potest Amalecitas accepisse a Deo nuncios, ut populum suum abire permitterent, innoxium eius transitum fore, alioqui se vltorem futurum, parique illos cum Pharaone respondisse, *Quis est Dominus, ut audiam vocem eius? Nec contenti turati sua, etiam iniuriam facere aggressi sunt.* Denique Serarius putat alia quoque multa peccasse Amalecitas, quae Deus vicisci vellet huius occasione peccati.

Quod attinet ad hostium spolia, ea fortasse magnificentius a Iosepho quam verius perscribuntur: apparet tamen fuisse non poenitenda: consentaneis iis, quae a Scriptura, de donariis populi ad tabernaculi fabricam, aliumque Dei cultum, oblata in Exodo, Leuitico, Numerisque recensentur. Sicque ad gemina de Aegyptiis spolia opima, tertia de Amalecitis accesserunt. Postremo in gratiarum actionem partem victoriae, adificauit Moyses altare, & vocauit nomen eius *Dominus exaltatio mea*, ut habent Septuaginta cum Philone, Dei siue diuinum refugium. Non desunt qui Hebraeam vocem *miraculum* vertant, quasi dicerent diuino miraculo testando erectum fuisse altare. Idque videtur voluisse Onkelos cum ait, *Et immolauit super eo coram Deo, qui fecerat ei miracula.* Non meminit quidem victimarum Moyses; sed hoc ipso sacrificia insinuantur, quod eriguntur altaria, quae suapte natura ad sacrificandum Deo instituta sunt. Sicque impletum est quod anno superiore dixerat Dominus, *Cum eduxeris populum de Aegypto, immolabis Deo super montem istum.*

Sequitur mansio duodecima, omnium nobilissima, & rebus in ea gestis celeberrima, & vna vel altera excepta, temporis diuturnitate longissima, in qua diuina lex maximo cum apparatu, a Deo, per interuentum Moysi, Israeliticis data est: quo vno capite innumera alia continentur. *Hoc tantum, cum Hieronymo dicam, quod media pars Exodi, & Leuiticus liber, & Numerorum praecpta non modica, & per singulas populi tribus distributio, & oblatio principum in hac mansione descripta sunt, multorumque voluminum disputatio huic loco sufficere vix posset.* Sic Hieron. vt Lectori minime mirum videri debeat, si fuerimus in tanta rerum copia, aliquanto longiores. Non erimus, ut spero, verbis copiosi, sed rebus, & in iis ipsis; pro instituto breues. Praesertim cum existimemus plerosque non contentos ista Epitome, ipsos Annalium fontes non frustra adituros.

In ipso autem aditu, ingerit Moyses de tempore, quo in Sina peruentum est, dubitationem. *Mense tertio, inquit, egressionis Israel de terra Aegypti, in die hac venerunt in solitudinem Sinai.* Ergo eodem primo anno. Caue autem tertium mensery accipias, quasi post duos inte-

a ferm. 39. de temp. CXXVI. Nemine in pugna cecidisse. b l. 3. Ant. 62. c Exod. 17. 13. CXXVII. Dei mandatum de exscindendis Amalecitis. f Exod. 17. 14. Quando impletum. g 1. Reg. c. 25. & c. 30. CXXVIII. Mirabile Dei in eos odium.

In gratiam microtorum. CXXIX. Amalecitarum spolia. a l. 3. Ant. 62. Gratiarum actio. Altare. b Exod. 3. 12. CXXX. Mansio duodecima in Sina. c Ad Fabulam in 12. mansione. CXXXI. Ratio temporis. d Exod. 19. 1.

gros exactos, vnus enim ferè mensis cum dimidio tantum abierat. Nam certo constat dimidiam partem primi, ante egressum Israëlitarum, qui incidit in 15. Nisam fuisse transactum. Cum securus est integer mensis nomine Iar, ordine secundus in anno sacro. Adest ergo mensis tertius nomine Sivan, cui cum reliquo anno, in hac mansione transactus est totus. Quem autem diem significet, cum ait in die hac obsecrum est. Probabilis est illa interpretatio, vt in die hac sit idem, quod in eadem die, scilicet tertia, vt sit sensus, venisse mense tertio, eademque die, nempe tertia mensis eiusdem. Probabilius tamen est vt eadem dies referatur ad mansionem Raphidim, vt dicat Moses; eadem die qua populus disgressus est ex Raphidim, peruenisse in desertum Sinai, quatuor enim miliaribus duntaxat à se distabant, vt ait Genebr. in Psalm. Quæ omnino videtur mens ipsius Mosis. Nam ambiguum vocem statim explicat dicens, Nam profecti de Raphidim, & peruenientes vsque in desertum Sinai, castra metati sunt in eodem loco. Rationem enim reddit cur eodem die peruenierint de Raphidim in Sina videlicet propter vicinitatem.

Quid sit in die hac.

a. Psal. 77. n. 16. & 20.

CXXXII. Quo die peruenit in Sina. b. n. 364. & seqq. praefertim 368. Exod. 17.5. Fuit autem hic dies mensis huius quartus, & ab exitu quadragesimus octauus, v in Annalibus accuratè demonstrauimus; nec angustiis temporis coactamur, vt aliqui verentur, sed eleganter tora res quadrat. Nam principio Moyses populum anteceffit, vt Dominus iusserat, reliquo populo paulatim duce columna subsequente, erat enim horum locorum peritissimus, & festinabat adire Dominum in Sina. Ergo maturè quatuor illa miliaria confecit eoque peruenit, vt apparet, tertia hora ante meridiem; moxque ascendit in montem; vbi iussus est à Domino renunciare populo, an vellet ei obedire, eumque habere Dominum: & scilicet ab eo postmodum legem, & vitæ rationem accipere. Descendit Moyses rem populo nunciaturus, qui iam ad montem Sinai castrametabatur, hora vt apparet duodecima. Ibi conuocatis maioribus natu, exposuit quæ mandauerat Dominus. Cui respondit populus, Cuncta qua locutus est Dominus, faciemus. Regreditur ad Dominum in montem Moyses, hora si lubet secunda post meridiem, ab eoque audit, Vade ad populum, & sanctifica illos hodie, & cras, & sint parati in diem tertium, quam sanctificationem mox explicat Moyses, abstinentiam ab vxoribus. Redit ad populum hora quinta, grandioribus iam diebus, eisque continentiam indicit in reliquum illum diem quartum, & quintum sequentem: dum die sexto veniat cum maiestate Dominus in montem ad enunciandam legem.

Distributio dierum ante legem.

CX XXIII. Populus castra locat circa montem. 15. 29. 44. 48.

castra non exiguum erat spatium, vt tanta multitudo progrediretur vndique, & facta monti propior, terminos in circuitu eius haberet, qui eam ab ascensu vndique prohiberent.

Moyles autem ascendit ad Deum, dum populus aduentabat ad desertum Sinai, vt paulò ante dicebamus, vocauitque eum Dominus de monte, id est de montis vertice, quò non audebat ascendere, quia pridem audierat. Ne appropies huc, locum enim in quo stas terra sancta est. Ergo verecundantem euocat ad se Dominus, eaque populo mandari nunciat, quæ eius erga se benevolentiam conciliare poterant; quòd scilicet eos tuds atque incolumes conseruasset, quasi extra teli iactum, super alas aquilarum, ad nubes vsque euolantium, dum Ægyptij totis corporibus diuinæ iracundiæ sagittas exciperent, vt populus cogitans se Deo esse curæ, ab eoque diligi, ei sese non coactè, sed libenter addiceret, dederetque. Ideoque ante omnem terrorem, qui Decalogi promulgationem comitatus est, quique libertatem consensus minuere poterat, voluit hanc feri legationem. Addit & promissa in futurum, Israëlitas fore sibi in peculium de cunctis gentibus, in regnum sacerdotale, & gentem sanctam; quasi dicat eos speciali amore & cura prosequendos, & præ cæteris populis honorandos, vt sanctos, & electos ex omnibus, tanquam Deo consecratos.

Ita dimittitur ex monte Moyses, & officio fidelis functus interpretis, conuocatis maioribus natu populi, tribuum ac familiarum principibus, qui totum populum representabant, & ex quorum autoritate reliqui, arbitrioque pendebant, eis Dei mandata exposuit, & simul vtique docuit, quantus esset hic Dei fauor quamque dignus, qui non omnibus solum studiis ac laboribus, sed omnium etiam rerum iactura emeretur. Quibus auditis, nihil enim erat quod in re tam vtili, honorifica, modisque omnibus expetenda deliberando cunctarentur, responderunt vniuersi, cuncta que locutus est Dominus faciemus. Regressus est illico in montem Moyses, verba populi ad Deum referens, liberumque consensum eius in agnoscendo accipiendoque Deo in Dominum suum. Eum consensum Dominus ratum habens, legatum suum remittit ad populum sanctificandum, & parandum in diem tertium, quo die Dominus descensurus esset, coram omni plebe super montem Sina.

Præcepit etiam Dominus constitui terminos populo per circuitum ad montis radices, qui essent ad reuerentiam, maiestatis, quasi cancelli quidam vltra quos, mortis pœna propofita, progredi non liceret profano populo. Quod autem sequitur, cum coeperit clangere buccina tunc ascendant in montem, difficilem habet explicationem. Nam tunc minime omnium ascendendum erat. Cum illo enim clangore buccinæ Deus descensurus erat in montem. Crediderim hanc ironicam esse permissionem, quæ ex pronunciationis modo intelligatur, quasi sub intellecta voce, si ausint, significans eos tunc ita territum iri, auditu & visu eorum, quæ tunc contingent, vt nullo modo tunc ausuri sint prope accedere. Vnde capite sequenti dicitur Hebræos stetit procul, perterritos, & pauore

CXXXIV. Moyses ascendit ad Dominum. a. Exo. 19.1.

b. Exo. 19.1.

Fit interpres.

CXXXV. Descendit ad populum eique Dei mandata exponit.

Acquiescit populus, & Moyses ad Dominum redit.

CXXXVI. Qui iubet constitui populo terminos. c. Exod. 19.13.

Quid sit tunc ascendant.

1. Reg. 14. 12. 3. Reg. 22. 15.

CXXXVII. Terrificus in monte apparatus. a. Exod. 19. 16. b. Vide An. Moys anno 81. n. 161. & seqq. c. 381. & 82.

CXXXVIII. Eius ignis innoxius. c. de Prag. 18. c. 10.

d. Ps. 67. 9. Terra motus. e. Hebr. 12. 18. & nota φαινη φη.

f. Ps. 143. 5.

CXXXIX. Moyses cū Deo colloquitur. g. Exod. 19. 9. & 19.

A quo sursum euocatur.

conculos. Nec aliena est ista orationis figura, à magna S. Prophetæ cum Deo familiaritate. Sic Philisthæi illi, qui in statione sua erant, dicebant Ionathæ & armigero eius, Ascendite, supple si audetis, & ostendemus vobis rem. Et Micheas, Ascende, inquit, in Ramoth Galaad, quasi dicat, non ascendes si sapias. Itaque nunquam populus, neque ante sonitum buccinæ, neque post, legitur ascendisse montem. Cum his mandatis descendit Moyses de monte, eaque studiosè executus est.

Iamque aduenerat dies tertius, à colloquio Domini cum Mose, idemque sextus à mensis initio, & ab exitu Hebræorum, aut potius à secundo Azymorum die, quo manipulus spicarum colligebatur, quinquagesimus, & mane inclauerat. & ecce coeperunt audiri tonitrua, & micare fulmina, & nubes densissima operire montem, clangorque buccinæ vehementius perstrepebat. Itaque ad terrorem omnia concurrebant, isque se ab auribus, oculisque ingerebat; vt intelligerent adesse eum cui ad nutum omnia famulantur, agique rem maximam, maximèque seriam; itaque timuit populus, qui erat in castris, neque præ timore audebat egredi è tentoriis: nedum in montem ascendere. Eduxit ergo eos Moyses in occursum Dei, vt subditi solent ire obuiam principi suo, eique se suæque offerre. Et steterunt attoniti ad radices montis, inter castra sua, & terminos à Mose constitutos: itaque factum oportuit, ne qua res populum ab audiendo vel videndo impedire posset. Nec terrorem finis.

Totus, quippe, mons Sinai fumabat, eo quod descendisset Dominus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo, quasi de fornace. Ait Aristobulus apud Eusebium fuisse hunc verum ignem, toto tamen monte innoxium exitisse, neque quidquam omnino consumpsisse. Sicut nimirum anno superiore rubus ardebat, nec tamen consumebatur. Pergit Moyses, eratque mons omnis terribilis, pro quo plerique ex Hebræo notarunt dici, montem contremuisse. Quod David aperit confirmat, Terra mota est, et enim cæli distillauerunt, à facie Dei Sinai. Obsecutus Paulus ad Hebræos, Non enim accessistis ad tractabilem montem, id est contactam, siue quem Deus tetigerit: agit autem de hoc ipso monte Sina. Notant enim Hebræi quando montes diuina potentia contremiscunt, dici à Deo leuiter tangi, sicut chordas in lyra, iuxta illud, tange montes & fumigabunt.

Ad hoc spectaculum Israëlitis metu palpitantibus, Moyses confirmator coepit loqui ad Dominum in totius populi conspectu, sic enim ait, Moyses loquebatur, & Dominus respondebat ei: iuxta promissionem illam. Iam nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum. Consensa igitur parte aliqua montis, in qua videbatur à populo, cum Deo loqui coepit. Quæ autem verba vltro citroque dicta fuerint Scriptura tacuit: nisi quod Dominus in ipso montis vertice positus, Moysen vocauit in cacumen eius. Quo cum ascendisset, iussus est à Domino descendere, & contestari populum, ne forte vellet transcendere terminos montis circumpositos, ad videndum Dominum: pro-

pter diurnam videlicet Moysis absentiam, postquam desissent micare fulgura, audiri tonitrua, ex quo futurum erat vt huiusmodi temeritas plurimæ multitudinis morte lucretur.

At Moyses diuini colloquii suauitate captus, responderet non videri necessarium redire ad populum, ad eum monendum iterum, ne vllò modo audeat ad montem ascendere. Id enim est quod ait, Non poterit vulgus ascendere, id est non audebit iuxta expositionem, quam supra dedimus à circa istum ascensum, & simulatam Domini permissionem. Perstat nihilominus in sententia Dominus, iubetque Moysen rursum descendere ad populum; quod ne illi graue esset, statim subdit mandatum de monte repetendo, adducto secum Aarone fratre, admonito prius non solum populo, & promiscua multitudine, sed etiam sacerdotibus, qui alioqui solent accedere ad Dominum, ne sibi licere putent transgredi terminos vniuerso populo præfinitos, ne & ipsi diuinitus morte, super sua temeritate, mulctentur. Videtur quoque iussisse Moysen ad populum descendere, vt cum eo esset dum Decalogus proclamaretur. Qui autem essent isti sacerdotes, cum nondum institutum esset Aaronis & filiorum eius sacerdotium, Vide in Annalibus hoc loco.

Cum peruenisset Moyses ad populum, eique diuinam prohibitionem inculcasset, Deus ad populum iuxta montem extra tentoria circumfusum decem legis præcepta terribili & perquam sonora voce inronuit, Angeli ministerio efformata: per quem datam esse populo legem, non solum Philo, sed Stephanus quoque & Paulus Apost. tradiderunt. Moyses tamen sape affirmat Deum locutum esse, & tradidisse legem populo suo. Nimirum Angelus, quasi Domini legatus eius, personam gerit, eiusque vice loquitur. Hinc est, ait Magnus Greg. quod Angelus, qui Moysi apparuisse describitur, modo Angelus, modo Dominus memoratur. Angelus videlicet, propter hoc, quod exterius loquendo seruiebat. Dominus autem dicitur, quia interius præsidens loquendi efficaciam ministrabat. Locutus est ergo Dominus, audiente populo, decem præcepta decalogi, prout Exod. 20. recitantur. Quæ cum maxima, maximèque terrificæ voce personarent, cunctus populus adstabat admiratione defixus, audiens voces siue tonitrua, & sonitum buccinæ: videns ignem maximum, è medio cuius erumpebant voces, montemque fumantem, videns lampades, siue fulgurantes nubes. Bis autem ista terrificæ memorantur, quod sermonem Dei tum antecesserint, tum secuta sint; quæ vero auditio-nem populi non impediabant, fumus, flamma, nubes, caligo, Deo loquente perseuerabant.

Cum igitur ista terrificæ, absoluta legis promulgatione repeterentur, perterritus, ac pauore concussus populus stetit procul, vel vt est in Hebræo monit se, siue retrocessit, vt scilicet abderet se in sua tabernacula, veritus ne Deus iterum simili modo loqueretur. Itaque dixerunt Moysi, loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. Quæ copiosius in Deuteronomio à Moysè reperuntur, vbi etiam dicitur hanc postulationem factam ab omnibus principibus tribuum, & maioribus natu. Respondit au-

CXL. Rursum dimittitur ad cohibendam populi curiositatem. a. n. 136.

b. id factum. c. 24.

cn. 388.

CXLI. Deus siue Angelus in-tonat præcepta Decalogi. d. l. de Decal. e. Act. 7. 28. f. Gal. 3. 19.

Perterrito populo.

CXLII. Qui rogat Deum scilicet per interpretem agere. g. Exod. 20. 18.

h. e. 5. 23. 24. & c.

Promittit Dominus Christum.

a Deut. 18. 17.

b Act. 3. 12. 7. 38.

CXLIII. Red e Mo- ses ad po- pulum.

c Deut. 5. 18. & 18. 17.

CXLIV. Et rursus ad Deum vbi parrem legis acci- pte.

d 21. 22. 23. e cap. 24. 3.

vers. 4.

Quæ acta die septimo.

CXLV. Id est po- stridie pro- mulgata legis.

Quid die octauo.

In Moyse populo, Nolite timere, ut enim pro- ba et vos venit Deus, id est perterrefaceret timore salutari, nam sequitur, & ut terror illius esset in vobis, & non peccaretis. Maxime enim necessarius erat Hebræis istis timor, quos neque amor, neque beneficia ex eo profecta, satis ad hanc diem in officio continerant. Nihilominus accessit Moses ad caliginem, in qua erat Deus, referens quid populus desideraret: vt scilicet Dominus Moyse interueniret, quod Deus probauit, & occasione petitionis huius promissit a se suscitaturum de medio populi prophetam, qui Dei nomine locutus esset, quem qui audire noluerit, inquit, ego ultor existam. Quæ de Christo Domino dicta fuisse Petrus Apostolus b & Stephanus protomartyr testantur.

Hac ipsa sermonum vice iterauit Dominus quæ dicta fuerant in Decalogo, de non excitandis alienorum deorum simulacris, sed erigendo sibi altari terreo, vel lapideo de insectis lapidibus, ad offerenda super eo populi sacrificia. Quæ breuiter Dominus locutus, remittit Moysen ad populum adhuc stantem, ante sua tabernacula, & expectantem quid Moyses referret à Domino. Retulit autem probari à Domino ipsorum desiderium, seque ipso interpretare ad eos vsurum, donec insignem illum prophetam mittat. Ex addidit Vide, & dic eis, Reuertimini in tentoria vestra, prandio scilicet corpora vestra refecturi. Illud autem quod illico subiicit. Tu vero hic sta mecum: idem est ac si diceret, mox à reditu stabis mecum aliquanto diutius: simul enim ibi stare non poterat & adire populum, ac monere, vt se in sua tentoria referret.

A prandio regreditur in montem Moyse, & accepit à Deo quæ tribus Exodi capitibus continentur Paulo ante vesperam Moyse à Domino dimittitur, sed cum mandato, vt ascenderet iterum, post die scilicet, cum Aarone & cæteris, qui capite 24 memorantur. Eadem vespera c narravit Moyse populo, quæ illi dixerat Dominus, & quæ ab eis obseruari volebat. Cui respondit vna voce populus, tribuum scilicet principes, ac maiores natu se omnia facturos, quæ Dominus imperasset. Proxima nocte Moyses scripto mandauit vniuersos Domini sermones, quæ scilicet mandata à cap. 10. ad 24. continentur. Atque ita transactus est dies sextus. Septimo autem mane consurgens edificauit altare ad radices montis, & duodecim vitulos, iussitque primarios de populo iuuenes offerre sacrificia, & sanguinem pacificorum partim fudit super altari, partim lecto fœdere sparsit in populum: quæ matutinum tempus facile tenuere.

A prandio ascendit Moyses & Aaron cum duobus filiis, & Septuaginta de senioribus Israël, qui viderunt obiter Dominum, atque à longe. Moyses autem propius accessit; illi mox dimittuntur. Sed Moyses à Domino mandatum accipit, vt mox redeat ad diurniorem moram, accepturus tabulas lapideas scriptas à Deo. Descendit ergo Moyses cum sociis, disposuitque domum suam ad diurniorem moram, & fuit hic dies septimus, quo facta est confirmatio legis. Die octauo mane ascendit in Montem Moyse cum Iosue ministro suo, relictis Aarone & Hur, quasi vicariis in locum suum:

ibique cum eo mansit sex diebus, die autem septimo, qui fuit decimus quartus tertij mensis, ingreditur Moyses caliginem, & fuit in monte 40. diebus & 40. noctibus, comprehensis videlicet illis sex diebus in monte positis, ante quam Moyses admitteretur in caliginem. Inchoantur enim hi 40. dies ab octauo tertij mensis Siuam, & terminantur 17. Tammus, qui est quartus mensis, quando Moyses de monte descendit, & confregit tabulas lapideas.

Sed his breuiter decursis, & sub vnum quasi conspectum positis, nonnulla regustanda videntur. Quorum primum sit, cur scripto lex ista mandata sit. Nam Moyses multiplici populi consensu legis acceptantis habito, quasi Scriba Domini, in publicas tabulas retulit initum fœdus, ad memoriam posteritatis sempiternam, ad quam scripto propagaretur obligatio, quam patres pro se, posterisque suis suscipiebant, & prædictis legibus, iudiciumque seruandis Sed & Dominus ex parte sua, Decalogum in lapideis tabulis ipse descripsit, vt memoriale perpetuum esset populo; initi cum Deo fœderis. Scribi etiam oportuit prædicta omnia Dei mandata, vt in confirmationem fœderis, tam liber ipse, quam populus sanguine aspergi posset. Denique vt in manibus populi aut seniorum eius, in diurna Moysi absentia, extaret legis exemplar, vt eam per otium recognoscere, meditari, & addiscere possent, atque in praxim, prout res ferret, reuocare: nec si delinquerent per negligentiam, obliuionem tot præceptorum causari possent.

Ritus autem confirmati fœderis, quo diuina inspiratione, vel præcepto vsus est Moyses hic fuit. Mane consurgens edificauit altare ad radices montis, quasi in consinio ditioris eorum, qui fœdus inibant, & altare quidem vnicum fuit, sed singulis tribubus suos cippos, titulos, vel columellas erexit, quibus impositum altare niteretur, aut quæ ipsam ornamentum vel testimonij causa circumstarent, & quidem omnia de lapidibus impositis, vt tam lex ipsa in altari, quam temporis angustia in titulis illis exigebant simulque indicabatur fœdus cum 12. tribubus ictum esse, in quo immobiliter omnes starent, quodque aduersus omnes impios, ac fœdistragos, constanter, fortiterque tutarentur. Misit deinde totidem iuuenes, primogenitos principum in quaque tribu, ad quos tunc ius sacrificandi, quasi naturalibus sacerdotibus competebar, vt ait Abul. b Et ratio exigebat vt in re honorifica ij eligerentur, qui iure gentium & naturæ, cæteris præstare censentur. Idem quoque probabiliter putat singulos vitulos à singulis in holocaustum oblatos, multo autem plures in pacificas victimas, sic populus vniuersus particeps lætitiæ factus est.

Dum autem victimæ pacificæ & holocausta iunguntur, nam sanguis quoque ex victima holocausti educebatur, tulit Moyses dimidiam partem sanguinis, & misit in crateras, partem autem residuam fudit super altare, quasi Deus quoque quem altare representabat, sanguine respergendus esset, & contractu cum populo, per effusum sanguinem confirmando, obligandus esset. Assume, sique volumen fœderis, legi audite populo, quæ fuit ipsa legis promulgatio, cui

CXLVI. Cur scripto mandata lex.

1. 2. 3. 4.

CXLVII. Ritus confirmati fœderis.

a Exo. 24. 4.

h 9. 8. & 9. in 24. Exo.

CXLVIII. Sanguinis aspersio. c Lev. 1. 7. 11.

populus

a Hebr. 9. 18. 19. Quædam ex Paulo suppletur.

CXLIX. Visio Domini ab Aarone & filiis eius, & senioribus.

b Exo. 24. 1.

c 4. 15.

CL. Ab ipso Mose. d 6. 33. 2.

e Exod. 25. 90.

f Exod. 33. 20.

CLI. Moses redit in montem cum Iosue.

populus iterato Deo spondit obedientiam Moyses vero sumptum è crateribus sanguinem resperfit in populum, per tribus familiaeque distinctum, siue singulas ipse obeundo, circumfrens sanguinem, siue quod manuit Testat. ipse populus per turmas propius ad altare accedebat, ibique aspersus abibat, locumque dabat alteri. Addit autem Paulus a, in hac quam vocat primi testamenti, siue legis Mosæicæ dedicationem, hircorum quoque sanguinem, aquam, lanam coccineam, & hyssopum ex Maiorum traditione; vt sanguis immista aqua facilius flueret, & reliqua instar peniculi lustralis essent, addidit & libri asperionem; valet autem sanguis ad confirmationem pacti, quod mors, quæ sanguine representatur, ad firmitatem testamenti.

His mane paratis Moyses ex Dei mandato cum fratre & filiis eius, & 70. de senioribus redit in montem, eos enim volebat Dominus aliquatenus spectatores fieri gloriæ suæ, vt populus, qui multum ex eorum autoritate pendebat, magis magisque de Dei maiestate eruditus, eum vnum honore supremo, timorèque prosequeretur. Ascenderunt autem vsque ad medium circiter montis, vt ait Hugo à S. Viçt. & adorauerunt procul b, vt Dominus Moyse ante mandauerat. Viderunt autem vt nonnulli putant illustrem aliquam & radiantem nubem, per quam Dominus præsentiam suam testaretur. Alij autem, & quidem probabilius, putant Deum humana forma, nimirum specie magnifici cuiusdam principis apparuisse: cum Moyses, licet speciem qua visus est Dominus non expresserit, pedum tamen eius, & pavimenti, quasi strati lateribus sapphirinis, meminerit: vt humana naturam innuere videretur. Nam quod in Deuterone c dicitur Israëlitas non vidisse aliquam similitudinem in Horeb, id de conferta multitudine, & visione publica, non priuata sapientum intelligendum est; quos ætas, & sapientia ab idololatria reddebat tutiores.

Augustiore autem forma apparuisse Moyse existimat Caiet. ex eo quod in Deuterone d scriptum est Deum apparuisse in hisce desertis locis cum sanctorum millibus, id est infinito sanctorum Angelorum apparatu. Putat etiam Prædus apparuisse magnifico in curru, quem Cherubini quatuor quadruplici specie insignes ducebant, eo modo quem vidit ac descripsit Ezechiel initio vaticinij sui. Certe Moyses plurima sibi fuisse demonstrata, quæ ad arcam & Cherubinos, totumque tabernaculum pertinebant, non obscure significat, cum ait sibi à Deo fuisse dictum e. Inspice, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Non enim deinceps scriptum apparet quando illi, illa omnia monstrata fuerint. Subdit autem, nihil ex hac visione spectatoriibus incommodi creatum esse, sed eos ad solita vitæ munera rediisse, propter illud f, non videbit me homo & viuet. Absoluta porro visione, redierunt omnes in castra, ibique dixit Moyses senioribus, vt ibi expectarent, id est præstolarentur absentia suæ diurniori, donec cum Iosue, quem assumebat sibi socium, reuerteretur ad eos. Interea si quid natum esset quaestioni, ad Aaronem & Hur referretur.

Rebus ita constitutis, ascendit Moyses cum Iosue ministro suo in montem Dei, quem statim nubes operuit ac circumfudit, & ab aspectu po-

puli secreuit vtrumque. In montis autem cacumine erat caligo, in qua latebat Dominus: prodebat tamen se per speciem ignis ardentis, inde erumpentis in altum, vt à populo cerneretur ex castris. Et erat locus aliquis, vt apparet ex 19. Exodi a, in quo manebat Moyses, donec à Domino in montis verticem euocaretur. Illis totis sex diebus substitit, purificans animam suam à terrenis cogitationibus, & præparans ad secretionem cum Deo communicationem. Vtrum autem impactus atque impotus, dubitatio est. Qui enim putant præter hos sex dies Moysen 40. diebus, totidemque noctibus ibi perdurasse, etiam concedunt eum, sociumque eius his sex diebus manna victitasse, & aqua de Horeb defluente bibisse: quia constat Moysen tantum diebus 40. ieiunasse. Verum his repugnat solennis Hebræorum, atque vniuersalis traditio, omniæque eorum eorum calendaria, quæ tradunt decimo septimo mensis quarti, Moysen descendisse de monte, & acceptas à Deo tabulas confregisse: ex quo fit vt octauo die tertij mensis illuc ascenderit, cum Scriptura 40. tantum dies isti Moysi ieiunio tribuat & eundem numerum frequenter b inculcet, & nusquam 46. qui numerus, saltem in exprobratione, non fuisset à Moyse prætermisus.

Quoniam vero populus hic, non erat perpetuo permanens in loco, in quo legem acceperat, sed per varias stationes ad terram Chanæorum, post multos denique annos peruenturus, voluit Dominus sibi à populo confici Sanctuarium; quo nomine Tabernaculum, Atrium, & Arca, omnisque supellex sacra continetur, quod instar esset Templi cuiusdam mobilis, in quo ipse habitaret, & quod vna cum toto populo Hebræo circumferri posset. Et vero necessarium erat vt Deum, cui sese Hebræi addixerant in populum, cui se inito fœdere consecrarent, à quo legem acceperant, cuius maiestatem, ad terrorem vsque, signis externis agnoscant, non interiore tantum cultu, sed externo etiam, qui homini corpore & animo constanti conuenit, religiosè colerent, supplicesque venerarent. Externus autem cultus præclarum aliquem, & tamen religiosum requirit apparatus, qualem cernimus hic diuinitus imperatum. Quæ enim diuino cultui consecrata sunt, magni fieri, atque honorari debent, ideoque à vulgari & communi vsu secreta esse oportet, ne veniant in contemptum, & profana fiant, quod isti populo rudi, & toto externis rebus addicto; necessarium in primis fuit.

Vt igitur de Sanctuario, pro instituta breuitate, præcipua quæque libemus, ad eius constructionem iubet Dominus peti à populo, vt de multa pretiosa supellectile, quæ ab Ægyptiis, in egressu ex Ægypto, & in eorum funere, atque exitio corraserant, & nuper in Amalecitanâ victoria acquisuerant, diuersa donaria quasi primitias Deo spore offerret, ad Sanctuarium construendum. Noluit autem Dominus imponi præceptum largitionis huius, eos sciam optima ac liberalissima voluntatis, quæ ipsemet instillabat, & sese re ipsa prodidit, cū facta promulgatione, rã effusè populus largitus est omnia, vt præconis voce debuere prohiberi. c Nimirum intelligebant honorari se à quibus Deus ipse, ad cultum suum, aliquid accipere dignaretur: & æquum

a v. 19. & 20.

Vbi 40. diebus ieiunus menta.

b Deut. 9. 9. & 1. 11.

CLII. Dominus iubet sibi confici sanctuarium.

Et quam obrem.

CLIII. Populo contribuente ex triplici præda.

c cap. 36. Exod.

esse aliquid illi sponte offerre, a quo vniversa liberaliter accepissent, & longe plura deinceps essent accepturi; quoniam nostra ipse liberalitate neque vinci vult, neque potest.

CLIV. Arca fœderis, eiusque vltus.

Orditur autem à prima ipsa ac nobilissima parte Sanctuarij Arca fœderis, quæ quasi thronus Dei futura erat, & locus vnde oracula funderentur, ad quam honorandam, cætera quæ quoquo modo Sanctuario deseruiebant, referbantur omnia: quæ denique apud Iudæos, non solum tempore peregrinationis huius, sed plurimis postea seculis, vsque ad templi & vrbis cladem, Dei vices gerebat in terris. Hanc arcam compingi iussit ex lignis Serim, quam Cedri speciem esse volunt, maxime duram atque compactam, & pene corruptionis expertem. Eius longitudinem esse voluit duos cubitos & semis, tres videlicet pedes, totidemque quadrantes: latitudinem cubitum & dimidium, siue pedes duos cum quadrante: altitudinem autem latitudiniparem. Recte porro, vt arbitror, existimat Caiet. integram plane fuisse arcam quatuor lateribus, fundo, & operculo constantem. Cui enim Dominus arcam exigit, profecto exigit integram: ideoque non magis de operculo, quam de fundo dubitandum est. Certe ex lege habetur, vas quod non habuerit operculum immundum esse, quod. fordibus contrahendis esset obnoxium; quidni id in arca valeat, quam ab omni immunditia longissime abesse oportuit? Nam Propitiatorium pars arcæ non erat, neque enim eadē materia constabat, neque adhærebat arcæ, sed eminebat aliquantum super eam, elatum manibus Cherubinorum, & eorum alis ex vtroque latere rectum, sic vt esset quasi sedes Domini, arca vero scabellum pedum eius. Paral. 28. 2. 2.

CLV. Arca propitiij materia, & vltus.

Quoniam vero arcam aperiri oportuit, vt in eam inferrentur, & offerrentur, quæ Deus iussisset, oportuit operculum cum reliquo arcæ corpore coniungi, sed nexibus opinor aureis, aureæque seræ, ne minor his esset honos, quam circulis, quibus circumferebatur. Ita sentit Iosephus, Toftatus, Caiet. Villalpandus, Emanuël Sà. Circuli autem ad Arcæ latera breuiora affixi erant, in quos vectes aureis obuoluti bracteis immittebantur: ad latera inquam breuiora, idque valebat ad dignitatem vt pars latior occurrentibus appareret: & ad gestandi commoditatem, quaternis hominibus vestibus humeros subiicientibus. Propitiatorium porro, quod dixi, à Deo iubetur fieri ex auro solido, atque mundissimo, eiusdem cum arca longitudinis atque latitudinis, proptereaque arcæ operimentum dicitur. Id sustentabatur ex vtroque latere breuiore, sicut & arca, manibus Cherubinorum, qui & ipsi aurei erant, stabantque super basim aliquam, cui arca quoque insidebat, neque enim par est credere, eam humi deponi solitam. Manibus, inquam, Cherubinorum sustentabatur propitiatorium; probo quippe eam Cherubinorum formam, quam Hieron. Pradus in primum Ezech. eleganter expressit, Neque enim alæ ad id munus erant satis idoneæ; præsertim cum ad obumbrandum propitiatorium destinarentur, ne appareret Angelus, qui Dei loco in aëreo corpore loquebatur.

CLVI. Mensa panum propositionis.

Sequitur mensæ designatio, in qua proponendi erant panes coram Domino, ex quo dicebantur propositionis panes: quam iubet Do-

minus fieri de lignis setim, sicut & arcam, parique modo laminis aureis obtegi, & quidem intra supraque sicut arca intus & foris, sic vt nullam ligna apparerent, ne in pedibus quidem, imo neque in vectibus. Desinit Dominus longitudinem eius duobus cubitis; latitudinem vno, altitudinem cubito & semisse, vultque; in circuitu eius adiungi limbum aureum, siue oram artificiosè prominentem, cui corona altitudinis palmæ, siue quatuor digitorum imponatur, vt inclusos panes contineat, & à lapsu prohibeat: quod vt facilius fieret, altera etiam corona subtiliori isti imponebatur, quam Hieron. vocauit aureolam. Nitebatur hæc mensa quatuor pedibus in 4. eius angulis, in quorum suprema parte & breuioribus lateribus, erant affixi aurei circuli, in quos vectes immittebantur, ad eam cum res ferret, circumferendam. Huic autem mensæ cum vasa quædam, tum panes propositionis imponebantur, numero duodecim, singuli à singulis tribubus oblatis, duobus ordinibus distincti, altitudinis palmi vnus, ideoque in Hebræo & Chaldæo placenta vocantur. Iosephus vult fuisse azymos, à Leuitis per singulas hebdomadas præparatos, quos deinde sacerdotes Domino, non sine thure, offerebāt. Fuisse autem singulos admodum magnos pondus docet, decem, aut vt aliis placet 13. librarum cum dimidio.

Vide plura in Annalibus, vbi & operosiorum candelabri fabricam explicatam reperies, ex mente præcipue Villalpandi, qui eam appositè ad Scripturæ sententiam representauit, Sculptor tamen in lucernis eius ab authore discessit. Figuram enim lucernis dedit, qua omnem vndique locum ex æquo illuminant, cum Deus voluerit, vt lumen ad mensam propositionis obuertent, quasi lumen cœnanti Domino, vt ait Cornelius, præbituræ. Id Scriptura significat, cum ait ita ponendas lucernas super candelabrum, vt luceant ex aduerso, id est vt mensam aduersam, siue è regione positam illuminent; quod ipsum ex libro Numer. apertissimum est: vbi & habetur lucernas contra boream respexisse, nimirum quia ex parte aquilonari Tabernaculi erat Mensa, in Meridiana vero candelabrum, vt distinctius habetur in Exodo.

Esti autem properamus, vt vides, erudite lector, non tamen omittam planè quæstionem illam, perpetuo ne lucerent hæc lucernæ septem, an nocte tantum. Dicimus autem ex Scriptura satis constare, nocte tantum luxisse. Cum enim Exod. 27. iussisset Dominus accipi oleum ab Israëlitis, vt ardeat, inquit, lucerna semper, idque ambiguum esset, an de diebus ac noctibus accipiendum esset, an de omnibus tantum noctibus, subdit. Et collocabunt eam Aaron & filij eius, vt vsque mane luceat coram Domino. Verbum quidè luceat abest ab Hebræo, sed à S. Hieron. explicandi causa merito additum est, ad quid enim lucerna acceditur, vt habet Sept. nisi vt luceat? & cur definitur tempus, vsque ad quod lucere debeat, nisi vt intelligatur tunc extingui oportere? Sic in Leuit. vbi dicitur habendum oleum ad concinnandas lucernas, in Hebræo, Græco, & Chaldæo habetur, ad accendendas lucernas semper, siue indefinèter, & suis perpetuo repositibus. Hæc autè tempora habetur Exo. 30. vbi iubetur Aarq̄ adolere incensum super altare thymiamatis

mane.

Eiusque mensura.

Et annuli gestatorij.

CLVII. Candelabrum. a Num. 436. & sept. b 10m. 2. 14. c 18. & sept. c cap. 61. Eiusque laterum ad mensam obuertæ. d Exod. 25. 37. Eiusdem situs. c cap. 8. 2.

CLVIII. Lucernas noctu tantum luxisse. g v. 10. 21.

h c. 24. 2. 3. vers. 7.

CLIX. Ex scriptura probatur.

mane. Quando, inquit, componet lucernas incendet illud, & quando collocabit eas ad vesperum, vret thymiamata sempiternum coram Domino. In Hebræo, & apud Sept. in priore loco est aptare lucernas, in posteriore accendere, neque vsquam reperietur fuisse accensas mane, sed extinctas. Nam Samuel dicitur dormisse in templo, antequam lucerna extingueretur, cum vocatus est à Deo, quæ periphralis est noctis, in qua ardebant lucernæ, quæ nondum erant extinctæ, quod nondum aduenisset mane. Sic Rex Abia exprobrans exercitui teroboami defectionem à Domino, & cultum idolorum, Est, inquit, apud nos candelabrum aureum, & lucernæ eius, vt accendantur semper ad vesperam. Cur non dixit mane, & vespere, sicut de oblatione holocaustorum proxime dixerat? De accensione autem matutina nulla vsquam mentio, quia tunc extinguebantur, & aptabantur, vt sine mora vespere accenderentur. Vt autem nulla esset ratio, cur noctu potius, quam interdiu lucerent, præceptum Domini instar omnis rationis habebat. Clarum tamen est tabernaculum admisisse lumen, per velum anterius reflexum, & aliquo vsque eleuatum, quo penitus nocte carebat.

a 2. Paral. 13. 15.

CLX. Altare thymiamatis.

An haberet thuribulum.

CLXI. Eius constructio.

b Exod. 30. 6. & 49. 24.

mane. Quando, inquit, componet lucernas incendet illud, & quando collocabit eas ad vesperum, vret thymiamata sempiternum coram Domino. In Hebræo, & apud Sept. in priore loco est aptare lucernas, in posteriore accendere, neque vsquam reperietur fuisse accensas mane, sed extinctas. Nam Samuel dicitur dormisse in templo, antequam lucerna extingueretur, cum vocatus est à Deo, quæ periphralis est noctis, in qua ardebant lucernæ, quæ nondum erant extinctæ, quod nondum aduenisset mane. Sic Rex Abia exprobrans exercitui teroboami defectionem à Domino, & cultum idolorum, Est, inquit, apud nos candelabrum aureum, & lucernæ eius, vt accendantur semper ad vesperam. Cur non dixit mane, & vespere, sicut de oblatione holocaustorum proxime dixerat? De accensione autem matutina nulla vsquam mentio, quia tunc extinguebantur, & aptabantur, vt sine mora vespere accenderentur. Vt autem nulla esset ratio, cur noctu potius, quam interdiu lucerent, præceptum Domini instar omnis rationis habebat. Clarum tamen est tabernaculum admisisse lumen, per velum anterius reflexum, & aliquo vsque eleuatum, quo penitus nocte carebat.

Exposito candelabro transit Scriptura ad Tabernaculum, quod differre possumus, dum reliquam eius supellectilem expediamus. Sequitur igitur altare thymiamatis, quod medium erat candelabrum inter & mensam, in citiore parte tabernaculi, quod Dominus iubet fieri de lignis setim, habens cubitum, longitudinis & alterum latitudinis, id est quadrangulum, & duos cubitos in altitudine, cornua ex ipso procedent, quod significat huius altaris cornua non fuisse adiectitia; sed ex eodem ligno eminentia. Nimirum ad quatuor altaris angulos quatuor tigilla erecta erant, quæ in imo pedum officio fungebantur, in summo in cylindri formam acuebantur super altare, quæ dicuntur illius cornua: inter quæ erat focus siue craticula, in quam prunæ ardentes immittebantur, & super eas thymiamata. Quidam tamen ipsi craticulæ imponunt thuribulum æneum, in quo prunæ arderent, vnde si quid desiliret, in craticulam excavatam caderet, quod vereantur ne aurum igne liquefceret, erat enim aurea vel auro tecta; sed irritum, vt arbitror, timore; siue quia non ardebat perpetuo ignis in eo altari, sed bis quotidie tantum, & ad breue tempus; siue quia modicus ignis sufficiebat exurendo thymiamatis; siue denique quia aurum, non minus quam æs, resistit igni.

Quatuor porro illa tigilla, quibus altare sustentabatur, transuersis tigillis, quæ erectis perpendicularibus immitterentur, supra infraque connectebantur ad firmitatem. Inde totum opus asseribus primum setinis, deinde laminis aureis operiebatur: postremo aureola corona per gyrum totius altaris, quadrata forma circumducebatur. Vt autem circumferri posset, in duobus lateribus oppositis infixi sunt annuli aurei, sub medium altitudinis altaris, in quos immitterentur vectes auro tecti. Iam vero situs huius altaris satis perspicuus est apud Mosem, ait enim positum contra velum, quod pender ante arcam fœderis nimirum inter candelabrum & mensam panum, in ea parte tabernaculi, quæ dicitur Sancta. Obscurus autem est

situs eius apud Paulum, qui altare hoc, quod vocat thuribulum aureum, eodem in loco quo arcam fœderis, & propitiatorium, nimirum post secundum velum in sancto sanctorum collocat, sed popularis est ille loquendi modus Apostoli, in quo habenti vox diuersimode sumitur, propriè, cum de arca testamenti loquitur, minus propriè cum de altari thymiamatis, quod peculiariter summigando oraculo destinatum erat. Vlti porro fuit hoc altare bis quotidie. Incendebatur enim in eo mane sub auroram thymiamata, eodem tempore quo extinguebantur lucernæ, & aptabantur in vesperam; & rursum vespere, quando eadem lucernæ accendebantur, vt tota nocte lucerent.

Huic altari adiungamus alterum, quod erat holocaustorum. Materia illius prima erant ligna setim, sicut & reliquæ sanctuarij supellectiles; altera erat æs, quo vndique vestiebantur ligna, contra vim ignis, & aëris iniurias; erat enim perpetuo sub dio hoc altare. Tribus cubitis assurgebat è terra, vt sine difficultate sacerdotes in eo imponerent victimas, neque gradibus ad illud, contra Dei præceptum, opus foret. Extendebatur autem in longum ac latum per quinos cubitos, ita vt totus eius ambitus esset triginta pedum. Nec alia fuit ratio cornuum huius altaris quam præcedentis, sed proportione seruata magnitudinis, obelisci eius è tigillis in altum assurgentes, quæ vocantur altaris cornua, & crassiores esse debuerunt, & longiores. Iam craticula reticulata, quæ in medio altaris erat, sic intelligenda est, vt tota altaris moles per medium altitudinis secaretur, cuius pars superior altaris nomen retinebat, inferior craticula dicebatur, quia gestando reti æneo potissimum facta fuerat, cræque quasi basis altaris, supra quam ipsum altare insidebat, sed ita vt craticula ipsum altare indueret, vt in calamaria theca inferior pars induit superiorem, vide huius altaris imaginem in Annalibus.

Super summum huius craticulæ expansum erat æneum rete, pertingens ad mediam altaris altitudinem, vt esset quasi solum, super quod ignis & ligna, & victimæ imponerentur. In quatuor porro externis angulis huius craticulæ, paulò infra æneum rete, affixi erant quatuor annuli ænei, in quos vectes immittebantur, vt vna eademque opera, tam craticula, quam altare illi impostum circumferrentur; neque enim alios annulos habuit altare, per quos deferri posset, vt Hugo à Sancto Victore obseruauit. Quoniam vero in perpetuo incendio periculum erat ne æneæ laminæ concalescens colliquescerent, vel inclusas ligneas tabulas accenderent, atque consumerent, intra ipsa latera altaris, quidam parietes ab ima ad summum è terra argilliosa, vel ex lateribus, aut lapidibus impolitis extructi erant, vt essent quasi aliud altare terreum vel lapideum in altari æneo inclusum, vt illi præcepto eadem opera satisficeret, Altare de terra facietis mihi.

Erat itaque hoc altare instar exiguæ fornacis quadratæ, bipertitò per æneum rete diuisæ, cuius pars superior ignem intra suam cavitatem, ligna, victimasque exurendas acciperet: inferior

a Ad Hebr. 9. 3-4.

Eius circuli situs, & vltus.

CLXII. Altare holocaustorum, eiusque constructio. b Exod. 27. fuit, & 38. c. 35. 36. & c. 39. 39.

Quomo do craticula eius in medio.

c tom. 2. h. 227.

CLXIII. Cui vsui eius rete æneum.

d in c. 27. Exod.

Altare de terra.

e Exod. 20. 24.

Altare instar fornacis.

autem vique ad terram vacua fauillam exciperet, cineresque defluentes, quæ per ostiolum auferrentur, per quod aër subintrans igni fo-uendo seruiret.

CLXIV. Labrum æneum. a Exod. 30. 18. b cap. 38. 8.

Reliquum est in hac sacra supellectili, vt minora vasa mittamus, labrum æneum, quod Hebræi conchanr, Græci, lutherem vocant, quod factum fuisse dicitur de speculis mulierum qua excubabant in ostio tabernaculi. Erant hæc specula ænea, quibus olim vsæ mulieres, quæ vanitati remisso nuncio, cultui Dei sese addicebant, & instrumenta quibus mundo ser-nierant, Deo consecrabant. Quanta illius esset capacitas traditum non est: de vsu autem eius ita dissevit Dominus. *Facies & Labrum æneum cum basi sua ad lauandum.* Et mox, *missa aqua lauabunt in ea Aaron & filij eius manus suas ac pedes, quando ingressuri sunt tabernaculum testi-moni, & quando accessuri sunt ad altare, vt offerant in eo thymiama Domino, ne forte moriantur.* Pedes lauabant, quia nudis pedibus per taber-naculum ministrabant. Abulensis ait ibi quo-que abluisse intestina pecorum immolando-rum. Hæc ablutio vt commodè fieret, in concha siue labro debuerit esse emissaria fistula cum suis epistomiis, per quas educeretur aqua cum liberet in vsum diuerforum. Debit & ad basim conchæ esse peluis ingens, in qua plures per orbem simul abluï possent, vel abluere vic-timas, moxque aquam sordidam effundere. Eius locus erat atrium sub dio, vt possent abluï, priusquam ingrederentur in Tabernaculum. Sic enim legitur. *Ponesque illud inter tabernaculum testimoni, & altare, holocaustorum videlicet, quod in atrio quoque erat, sed vicinior populo, labrum autem propius oraculo.*

Eiusque vsus.

Et situs.

CLXV. Partes tabernaculi geminæ.

Absoluta supellectili Tabernaculi, de ipso breuiter dicamus, iuxta ea quæ habentur Exodi 26. Constabat ergo tabernaculum duabus par-tibus, vna molliore, ex cortinis seu velis, sag-is & pellibus, quæ propriè ipsum tabernacu-lum conficiebant, & tabernaculum in textu vo-cantur: altera solidiore, ex tabulis setinis ere-ctis per tria latera, & aptè inter se connexis, ipsique tabernaculo firmiter sustentando desti-natis. Vt autem res ipsa sit apertior; statuen-dum est quoddam quasi septum, tribus parieti-bus ligneis constans, duobus longioribus 30. cubitorum singulis, vno versus austrum, altero versus aquilonem, tertio breuiore decem cubitorum, qui ab occasu prædictos duos lon-giores claudat, parte orientali aperta remanente. Hoc septum quaternis quasi velis Dominus operiri iussit. Primo byssino pretiosiore, altero cilicino, tertio de pellibus arietinis, postremo de pellibus hianthinis taxorum, vt est in He-bræo.

Eiusque cõstructio.

CLXVI. Quatuor eiusdem vela, primi & eius alti-tudo.

Primum fuit ex linea tela contextum, cuius stamen byssus tenuissima, sed ad firmitatem retorta, cui vario subtegmine coloris hyacin-thini, purpurei & coccinei, opere phrygionico illufum erat, ad Cherubinos alatos repræ-sentandos: eius telæ latitudo quatuor cubito-rum erat, longitudo 28. sed decem telarum lati-tudines assutæ erant, vt fieret ingens quod-dam velum 40. cubitorum, qui respondebant toti longitudini huius septi, illi autem 28. lati-tudini eiusdem. Alterum velum fuit ex tela quæ dicitur cilicina, ex pilis caprarum texta,

quam quidam interpretantur *du camelot*, alij *de l'estamine*. Et hoc velum erat priore amplius, nam vndecim sagis, siue telis quaternos cubitos latis constabat, ideoque 44. cubiti longum erat, latum autem 30. Itaque cum primum velum à parte meridiana & aquilonari terram non attingeret, vno cubito quauis ex parte de-ficiente, hoc cilicinum terram vtrimque tange-bat. Sed longitudo eius attrahebarur duobus cubitis ad frontem tabernaculi, toridem etiam cubiti à parte occidentali humi iacebant. Cæ-tera duo tegmina ex pellibus coagmentata erant; prius ex pellibus arietinis rubricatis, quas vulgo dicimus *de marroquin*: posterius ex taxorum pellibus violacei coloris, quod quia postremum erat tabernaculi rotius operimen-tum aduersus omnes cœli iniurias, crassum fuisse videtur. Longitudines ac latitudines horum operimentorum Scriptura prætermittit: sed ratio postulat vt tabernaculum vndique operirent, quia vndique decuit ab aëris in-commodis protegi. Et cum superiora duo vela bipertito diuisa essent, hæc arbitror diuisione caruisse.

Alterum cilicinum.

Tertium & quartum ex pellibus.

Quod attinet ad tres illos parietes ligneos, quibus hæc vela sustentabantur, ij compositi erant ex asseribus setinis, longitudinis decem cubitorum, latitudinis vnus cubiti cum dimi-dio, crassitudinis vero 4. digitorum, vt ait Io-sephus. Duo parietes ad austrum & boream tñ-cenorum cubitorum erant, & 20. asseribus con-stabant. Tertius paries, qui contra occasum tendebatur denis cubitis in altum latumque extendebatur, quanta fuit latitudo totius spa-tij interiecti. Et senis quidem asseribus con-stabat hic paries, qui quoniam nouem tantum cubitis extendebatur, deerat cubitus vnus, qui bipertito diuidebatur in duas tabulas ar-ctiores, quæ vtrumque angulum aptè, firmi-terque connectebant. Nam in tabularum cras-sitie, præsertim angularium, duæ incastraturæ fiebant ex vna parte, quæ sunt cauitates in li-gno, ex altera totidem cardines, siue manus, vt ab Hebræis vocantur, quæ in huiusmodi caui-tates immitterentur: vulgo dicimus *tenons & mortaises*.

CLXVII. Tres eius ligni pa-rietes. a l. 3. Ant. c. 5.

Singulis tabulis subiectæ erant binæ bases argenteæ, quæ ex superiore parte erant exca-uatæ, vt in earum cauitates, tabularum inferni cardines sese induerent, ex inferiore vero planæ, vt humi commodè insiderent. Est autem verisimile hæc bases omnes ad maiorem orna-tum ac firmitatem, sese ad latera contigisse, vt quasi vna quædam esset basis triginta cubito-rum longitudinis, & vnus fortasse latitudinis, vt suis diuisæ sectionibus, vt facile ferri, & tra-ctari sine offensione possent. Ex quo illud etiam commodi existebat, nihil vt esset sub erectis ta-bulis vacuum, nulliusque aditus per foramina foricibus, lacertis, alijsve animalculis in taber-naculum pateret. Iussit quoque Dominus singulis parietibus vel tabulis affigi circulos aureos, in quos vectes immitterentur, non vt iis taber-naculum circumferretur, sed vt cum erectum esset, firmiter totum stabiliuque consisteret. Certa autem atque idonea erat distantia circu-lorum & vectium, vt verbi gratia annuli, circu-live duo in tabularum extremis, reliqui in æquali à medio extremoque distantia pone-

CLXVIII. Binæ tabu-larum bases earumque dispositio.

Circuli au-rei & vec-tes.

CLXIX. Tabernacu-lum intus tantum auro tectum. a l. 3. Ant. c. 5.

rentur. Vectes vero quatuor in quatuor ordini-bus circulorum, quintus in medias ipsas tabu-las sine circulis immitteretur, vt rectè Arias Montanus expressit, & ex Hebræo textu Emanuël & Mariana notarunt.

Dubium autem est an totum tabernaculum omnésque eius tabulæ, intus & foris auro tectæ fuerint. Respondeo, id Scripturam non expli-care; Iosephum autem affirmare tabernacu-lum laminis aureis intus & extra fuisse conue-stitum: cui Scriptura videtur fauere, quæ cir-culos aureos exigit, & vectes ipsos laminis au-reis obiectos fuisse tradit. Non minus autem honoris debitum videtur tabulis, quam vecti-bus & annulis. Nihilominus existimo Taber-naculum intus duntaxat fuisse aureum. Et sanè vereor vt tantum auri apud Hebræos in de-ferro inueniri potuerit, vt præter tot aurea vasa minora & coronas, & altare aureum, & arcam fœderis auream, & propitiatorium ex auro pur-issimo, & Cherubinos aureos duos, & can-delabrum centum & viginti quinque librarum auri, & mensam, & columnas nouem auro te-ctas, & aurea capitella totidem, tanta taberna-culi moles bis aureis laminis obtegeretur. De-inde cum exterior tabernaculi facies nusquam pateret, sed quatuor perpetuo velis tecta esset, videtur significare Scriptura internam tantum tabernaculi faciem aureis laminis coruscasse. Idque ex eo confirmari potest, quod in primo velo byssino, aurei annuli positi sunt, in secun-do autem ænei, quia illi videri poterant ab exi-stentibus in tabernaculo, isti autem infra supra-que tecti erant.

CLXX. Circuli & vectes in parte interiore collocari.

Quoniam ergo circuli tabularum iubentur ex auro fieri, & vectes omnes auro regi, con-sentaneum est rationi tam circulos quam vec-tes ex interiore parte tabernaculi fuisse tollo-catos, vbi auro omnia collucebant, non foris vbi inutilis esset ornatus eorum. Intus autem quaterno totius tabernaculi circumductu, or-natui tabularum seruirebant, & firmitari. Qua-terno inquam circumductu, quoniam quintus vectis per medias adactus tabulas circulis non indigebat, neque aureo integumento. Nam de hoc vecte medio, sic habetur in Hebræo *b. Et vectis medius in medio tabularum pertransiens à sine ad finem.* Et rursum alibi *c. Et fecit vectem medium ad penetrandum in medio tabularum ab extremo ad extremum.* Eodemque modo habe-tur apud Septuag. & Chaldæum paraphra-siem. Videtur autem hic vectis, sicut & cæ-teri ex multis partibus coagmentatus, vt in disjungendis incastraturis, cum emigrandum erat, ex suis etiam pyxidibus facile educe-rentur.

b Exod. 26. 28. c cap. 36. 33.

CLXXI. Velum & 4. columnæ ante Ora-culum.

Iussit quoque Dominus confici vela duo, prius quod sanctum à Sancto sanctorum diui-deret, huic decem cubitos accipiens, reliquis viginti Sancto relictis: posterius claudebat Ta-bernaculum, & ab atrio secludebat. Illud ex eadem materia constabat, quo primum velum byssinum, ex eoque pendebar laqueolis in au-reos illius annulos insertis. Expansum autem erat ante columnas quatuor setinas, quarum capitella erant aurea, ipsum corpus inauratum, & bases argenteæ; iisque velum hoc sustenta-batur, si forte ventus ab oriente effusus illud perflaret, & ventilatum, arcam fœderis & pro-

pitatorium cum Cherubinis nudaret. Susten-tabatur iisdem columnis pondus velorum, quæ totum tabernaculum tegebant, ideoque capi-tellis suis tabularum altitudinem æquabant. Ita porro dispositæ erant, vt per earum inter-uallum Pontifex cum ornatu suo oraculum adire posset. Posterius velum, alteri omnino simile atque par, quinque columnis inniteba-tur, in quorum capitellis erant vincini, quibus hoc velum appendebatur. Erant autem ita dis-positæ, vt duæ vtriusque adhererent in iis ta-bularum, reliquæ tres ita consistebant, vt qua-tuor aditus in Sancta Sacerdotibus præberent. Et de Tabernaculo hæcenus, transeamus ad Atrium.

Velum & 5. columnæ ante San-ctum.

Id centum cubitis patebat in longitudinem, in latitudinem quinquaginta. In eius medio stabat tabernaculum, quod distabat quidem, vt ait Philo, æquali spatio à tribus septi par-tibus, videlicet à lateribus, & à tergo, id spa-tium erat viginti cubitorum. Quod vero circa vestibulum erat reliquum, quo capacius esset sacrificiorum, amplius patebat per integros quinquaginta cubitos. Claudebatur autem totum hoc atrium velo byssino quod columnis 60. sustentabatur, quarum 20. australi lateri, totidem boreali deputantur, denæ autem ortui & occasui. Sed in iis digerendis plerique dece-psi sunt, vt in Annalibus demonstrauimus. Oportet autem, vt numerum & situm colum-narum, quem habet Scriptura retineamus, vt vnam & viginti columnas ad austrum, toti-demque ad aquilonem constituamus, tum no-uenas in ortu & occasu, & sic nulla bis numera-bitur, & 60. intercolumnia reperientur, & in occasu hinc & inde quindenii cubiti cum ternis columnis, & in medio introitu atrij viginti cu-biti, ingressui hominum, & victimarum des-tinati, cum 4. columnis, vt scriptura postulat, constituentur, provt in imagine depingi cura-uimus.

CLXXII. Atrij capa-citas & colu-mnæ 60. a Exod. 27. 9. & seqq. b l. 3. de vi-ta Mos.

Earum dis-positio.

c A. Mos. 81. n. 507. & seqq. Imago p. 231. repe-ritur in pri-ma editione.

Cingebatur igitur hoc atrium velis & colu-mnis: vela erant plurima, incertæ quidem longitudinis singula: omnia tamen in quatuor lateribus ad trecentos cubitos extendebantur, altitudo quinque cubitorum vbique fuit. Erant-que hæc cortinæ omnes byssinæ, ex bysso retor-ta & candida, excepto medio spatio lateris orientalis ad viginti cubitos. Hæc enim vela quatuor, quæ alij quinque credidere, è bysso quidem erant, sed variis coloribus, plurimò-que artificio opere phrygionico illusa, sicut & totum velum primum tabernaculi. Præscripta vero est hæc altitudo diuinitus, vt populus ex-tra atrium, tabernaculum, quod erat duplo alti-us, aliquo modo videre posset. Nec fuit corti-na hæc humilior, ne quisque omnia facile vi-dere posset, quæ toto in atrio gerebantur, sic-que necessaria rudi populo reuerentia minuere-tur. Erant porrò vela omnia immobilia, quam-diù in eadem mansione moras trahabant, ex-ceptis iis, quæ erant in introitu. Et sursum qui-dem columnarum capitellis, vel vincinis in eis affixis alligabantur, infra vero earumdem ba-sibus.

CLXXIII. Cinge-batur velis, eorumque altitudo.

d Exod. 26. 1. & 27. 16.

Columnas intra septum & vela omnes me-rito appingunt. Nam quæ in tabernaculo sunt eundem habent situm, vel vela à columnis, con-tra ventum irruentem, sustententur, & orna-

CLXXIV. Colum-na-rum situs, materia, or-namenta.

tum atrio praebeant, qui interiori potius domui, quam exteriori congruit. Materiam columnarum dubiam Scriptura reliquit. S. Hieron. ambiguitatem sustulit, easque aeneas fuisse dixit, sicut & Iosephus. Et quidem non ex solido, sed ex crassiore aere fuisse crediderim, ut gestationi consuleretur, & firmitari. At quid faciemus editioni Hieronymi, in qua habetur omnes columnas atrij per circuitum vestitas fuisse argenteis lamina, capitibus argenteis, & basibus aeneis? Respondeo nullam esse de basibus, aut capitellis controuersiam; de Scapis autem columnarum, ex Hebraeo, Graeco, & Chaldaeo intelligitur, eos cincturas habuisse argenteas, id est angustis argenti bracteis spirarum aut zonarum in morem cinctas fuisse, non totas argento tectas. Sed de his hoc loco satis.

Explicato porro tabernaculo, & circumfuso atrio, & omni prope eius supellectile breuiter descripta, ad eiusdem Sanctuarij mobilisve templi ministros conuertenda est cum Scriptura narratio; in qua primum occurrit Aaronis & filiorum eius uocatio ad Sacerdotium per haec uerba, *Applica ad te Aaron fratrem tuum, cum filiis suis, de medio filiorum Israel, ut Sacerdotio fungantur mihi.* Quo autem modo consecrandi essent, deinceps explicatur. Et quoniam induendi prius erant uestibus sacris, praesertim Pontifex, ab iis ducit initium. Et primum occurrit superhumerales, sic enim uertit Hieron. *επιουδια* Septuag. interpretum. Hebraei Ephod appellant quae uox pallium, atque extimam uestem reliquis superinductam significat. Et quia bipertitum erat, & pars una humeros, altera pectus tegebatur, ideo a Philone textum pectorale thoracis specie, a Iosepho pectoris indumentum appellatur. Iungebatur autem & pars anterior posteriori in summitate utriusque humeri, per vittas uarij coloris, quibus & gemmae duae illigabantur, quas Septuag. Smaragdos, Iosephus Sardonicas uocat, mira pulchritudine & magnitudine, ut in singulis sex nomina Patriarcharum insculpi possent.

Materiam huius Ephod sic Scriptura tradit. *Facient autem superhumerales de auro, & hyacintho, & purpura, coccoque his tincto, & bysso retorta, opere polymito.* Quae Hieronymus ad Fabiolam sic explicat. *aurei laminae, id est bractea mira tenuitate tenduntur, ex quibus secta fila torquentur, cum subtegmine trium colorum, hyacinthi, cocci, purpurae, & cum stamine byssino, & efficitur palliolum mira pulchritudinis, perstringens fulgore oculos: Sic ipse. Fila uidelicet aurea, cum sericis trium colorum artificiose in subtegmine variabantur, ut flores, aliaque figurae effingerentur. Non fuit amplum, neque laciniosum hoc uestimenti genus, sed arcum, unde Philo thoracis specie, Hieronymus pallioli, Iosephus tunicae specie fuisse dicit, eique manicas tribuit, quas caeteri partim sustulerunt, partim omiserunt; idem longitudini eius cubitum tribuit, alij ad umbilicum fere, demittunt utrimque, ut baltheo praegeretur. Limbum habuit latitudinis cuiusdam totam Epomidis orem ambientem, quem texturam uocat Hieronymus, in uulgata, quod non aliunde ei affuerit, ut uolent aurei uel serici limbi, sed*

simul cum ueste texeretur: cui & teniae quoque ad latera sub axillis apponebantur, ut anterior pars posteriori adstringeretur.

Huius superhumeralis duo praecipua erant ornamenta, Gemmae, & Rationale. De Gemmis haec habet Scriptura. *Sumes duos lapides onychinos, & sculps in eis nomina filiorum Israel, sex nomina in lapide uno, & sex reliqua in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorum. Opere sculpsoris, & calatura gemmarum, sculps eos nominibus filiorum Israel, inclusos auro, atque circumdantes.* In hoc duodenario numero Leui non est praetermissus, nec Ephraim & Manasse positi, sed eorum loco Ioseph pater eorum. Nam Leui non excludatur a numero, neque Ephraim & Manasse inferantur, nisi cum de sortibus & possessionibus agebatur, ut recte notauit Abulensis; nam Leui nullam habebat, & Ioseph habebat duas. At in re diuina naturalis ordo natiuitatis seruabatur, ad quem filij Ioseph non pertinebant.

In priore itaque lapide, qui scapulae dexterae insidebat, tres insculpti erant uersus, in quorum singulis duo nomina sculpta erant, in primo Ruben & Simeon, in altero Leui & Iudas, in tertio Dan & Nephthalim. In posteriore Sardoniche ad laeuam, in tribus item ordinibus erant Gad & Aser, Issachar & Zabulon, Ioseph & Benjamin. Qui ordo etiam in Rationale seruatus est, ad quod nos res ipsa deducit.

Alterum ergo Epomidis ornamentum, fuit quod Graeci Logion, Latini Rationale, Hebraei Hofen, siue Essen ut habet Iosephus, id est pectorale, additur iudicij, siue quod Pontifex iure dicundo eo uteretur, siue quod a Pontifice eo induto, de diuina uoluntate iudicium ferre poterat. Materia eius eadem quae Ephodi fuit, de forma, *Quadrangulum, ait Dominus, erit & duplex, mensuram palmi habebit, tam in longitudine, quam in latitudine.* Ergo quadratum erat & duplex, ne facile rumperetur, & facile sine ruga pondus inclusarum auro gemmarum ferret. Ex quo etiam minus probabilis fit lacuna Iosephi in superhumerali, quam in Annalibus refutauimus. Rationalis huius duo erant ornamenta praecipua, alterum ex duodecim pretiosis lapidibus, alterum, ex auro circumquaue apparatu. *Pones in eo, ait Scriptura, quatuor ordines lapidum. In primo uersu erit lapis Sardius, & Topazius, & Smaragdus, in quibus singulis singula erant nomina filiorum Iacob, nimirum Rubenis, Simeonis & Leui, iuxta ordinem paulo ante descriptum. In secundo uersu Carbuculus, Sapphirus & Iaspis, & in iis Iudas, Dan, & Nephthalim. In tertio Ligurius, Achates, & Amethystus, in quibus sculpti Gad, Aser, & Issachar. In quarto Chrysolitus, Onychinus, & Berillus; ibique Zabulon, Ioseph, & Benjamin.*

Aureus apparatus Rationalis positus erat in catenulis, annulis, uincinis, & palis, quibus singuli lapides inclusi erant, Catenae non simplices erant a Sardonyche humerali, usque ad Rationale, sed duplices, sic ut a summo humero ad pectus descenderent, ibique ad anulum Rationalis insertae, redirent ad locum unde descenderent, ubi uincinis, qui in palis Sardonycharum affixi erant, infererentur. Et si au-

EXIT. AB EGYPTI. a Exod. 38. 10. b 1.3. An. c.3. Exod. 27. 17. CLXXV. Vocatio Aaronis & filiorum ad Sacerdotium. c cap. 18. Exod. 1. Eorum uestibus. d ca. 29. Ephod. e εφοδια παρακοινης ε σδυμα τω σιρω. g Ex. 28.7. CLXXVI. Eius materia & forma. g c. 18.6. h t. 3. op. 128.

CLXXVII. Et gemmae humeris impositae. a Exod. 28. b 9. 10. in c. 18. In quibus insculpta nomina 12. filiorum Iacob. CLXXVIII. Rationale eiusque materia & forma. c Exod. 28. 16. d Nu. 17. & ornamenta, ex pretiosis lapidibus. c Exod. 28. 17.

CLXXIX. Et auro apparatu catenularum, annulorum, &c.

tem pendebant haec catenae ex sardoniarum palis: tribuuntur tamen rationali, quia ad illud sustentandum factae erant. Manebat ergo Rationale suspensum ante pectus Pontificis, ut in terram desuere non posset, sed prouidentum etiam fuit ne fluctuaret, dum Sacerdos sacris operando, se aliquam in partem inflecteret. Cui incommodum prouisum fuit, infixis duobus annulis in duobus angulis inferioribus Rationalis; & rursum totidem aliis, ad latera Ephod, ipsiusque Pontificis affixis, prope baltheum, qui, inserta in utrosque annulos uitta hyacinthina, connecterentur; sicque Rationale immobiliter tam supernè per catenulas, quam infernè per vittas superhumerali adhereret.

Superest huius Rationalis usus, ad quem pertinent decantata illa Vrim & Thummim, id est doctrina & ueritas, interpretare Hieron. uel ut alij, illuminationes & perfectiones. Et multi quidem insigni eruditione interpretes, censuerunt Vrim & Thummim nihil aliud fuisse quam praedictos lapides pretiosos, quos in Annalibus accuratè refutauimus, quod id non parum, ad rem obscuram illustrandam, ualeret. Existimamus autem haec ipsa uerba Vrim & Thummim, siue scripta, siue sculpta fuisse in Rationali, sicut in Tiara Pontificis scriptum fuit, *Sanctum Domino.* D. certe August. b in quaest. in Exod. ait. Difficile quidem esse inuenire in quali re uel metallo poneretur super Rationale, *demonstratio & ueritas*, posse tamen intelligi litteris imposita super *λογιον*. non dubitat August. scriptas fuisse has uoces in Rationali, sed de metallo aut materia dubitat, cui inscriptae fuerint. Hugo a S. Viçt. putat scriptas in textura ipsius Rationalis. Eandem fuisse Philonis sententiam, & aliorum Hebraeorum docemus in Annalibus. Quae est etiam Bellarmini, & Cornelij a Lapide opinio, atque adeo Ruperti, Cyrilli, & Comestoris.

Cum autem Rationale duplex esset, dubium est intus ne inclusae essent eae uoces, an propositae foris. Existimo foris fuisse descriptas, tum quia intus inclusae non haberent eum usum quem intendebat Dominus, moneudi Pontificem, sicut posita in conspectu: tum quia foris seruiebant etiam ad ornatum. Erant enim, ut ait Bellarminus, scriptae litteris aureis in medio Rationali. Et poterant utique in medio, & in lateribus, uariis exarari, ac depingi modis, cum satis spatij in palmi amplitudine suppeteret, quamuis singulae gemmae haberent instar auellanae maioris. Crediderim tamen in lateribus dextro potius & sinistro, quam superiore uel inferiore fuisse descriptas. Nam cum Rationale esset aequilaterum, ordo rectus minus occupabat spatij quam perpendicularis, quippe in illo terni erant lapides, in isto quaterni. In uno itaque latere ad perpendicularum scriptum fuit *Vrim*, in altero illi respondente *Thummim*: idque uel in tenui lamina utrimque extensa, uel sine lamina, in ipso textu Rationalis opere plumario.

Fuit & alius quidam usus Rationalis, ad futura diuinitus praenoscenda, uel ad iudicandum aut monendum, idque non per supernaturalem quendam lapidum fulgorem, quem a Iosepho fictum in Annalibus docuimus, eun-

demque tam interrogantibus, quem respondentibus profus inutilem. Sed Dominum quaerenti Pontifici praedixisse futura, aut ad rogata respondisse, dum Ephod & Rationale indutus, eum siue suo, siue alieno nomine consuleret: ita ut Ephod & Rationale essent non instrumentum, sed causa moralis, uel conditio, sine qua non fieret hoc reuelationis genus. Et tamen etiam eo adhibito non fiebat aliquando reuelatio, prout diuino numini collibitum fuisset. Nam in primo Regum dicitur Dominum non respondisse Sauli, *neque per Sacerdotes, neque per Prophetas.* Pro Sacerdotibus, legitur in Hebraeo *Vrim*. Si queras quomodo id fieret? Audiebatur, inquit Del-rio, a Sacerdote sic induto interna quaedam, uel externa quandoque locutio, uel oraculum, quod ipse postea interroganti manifestaret. Qui tamen reuelationis modus, alius erat ab eo, qui ex Propitiatorio fundebatur. Nec plura de Ephod & Rationali hoc loco, etsi re accuratior cognoscione digna; quia non plura requirere uideretur Epitome, ad commonendum potius, quam ad docendum destinata.

Sequitur Pontificia tunica hyacinthina: quam Hebraeus pallium, Chaldaeus interulam, Septuag. & Philo in uita Moysis *επιουδια*, siue subuculam uocant: quod scilicet sub Ephod, & super strictam tunicam gestaretur. Iosephus *εφοδια*, sicut & Philo lib. de Monarchia appellarunt; nec desunt qui praetextam nomen, & supparum. Materia erat hyacinthus, siue sericum hyacinthinum, ut ait Caier. aut lana uiolacei coloris, ut alij malunt, qui color caeruleus quoque dicitur, & aereus, & suauerubentis hyacinthi.

Quod ad formam illius attinet, omnes Iudaei Pontificis, quae circumferuntur imagines, hanc tunicam ad mediam fere tibiam producant, puto, ut alteram tunicam interiore, quam uocant ocellatam, oculis exhibeant. Etsi autem in textu Mosaico eius longitudo non definitur. Sapiens tamen, & Septuag. eoque secuti Philo, Iosephus, alique antiqui, & recentiores talarem fuisse asseruerunt. Certe in libro Sapientiae, ut caeteros omittam, *uestis poderis* Aaronis celebratur, *in qua totus erat orbis terrarum.* Septuag. quoque interpretes, *επιουδια ποδιων*, id est tunicam ad pedes usque promissam uocant. Lorinus tamen quasi utrosque concilians ait, quamuis talaris dicitur, non adeo tamen longam fuisse, ut aliam interiore tunicam aequaret, nisi prout comprehendebat tintinnabula, & malograuata. Dicit etiam potest talarem, id est oblongam, & ualde promissam, comparatione Ephod, quod tam breue erat, ut modicè ultra zonam descenderet. Sic Iosephi tunica talaris dicitur, & ab Aquila *επερυγχιον*, quam tamen aliquanto breuiorem, & uix non incommodam possumus accipere. Illa autem uestis poderis libri Sapientiae, ad utramque tunicam, tam byssinam, quam hyacinthinam pertinet, ut ibi notat Iansenius.

Haec tunica manicas utroque in latere habebat affixas, eadem ex materia & colore, ut tradit Hieron. b ab Fabiolam: in superiore autem parte *capitium*, id est scissuram, siue foramen, quo emittendum erat caput, collumque cingendum,

Ad retinendum Rationale. CXXC. Vrim in eo erat, & Thummim. a n. 535. & 537. Rationali adscriptae uoces. b 9. 117. CXXCI. Ad latera perpendicularia 12. lapidum. CXXCII. An eorum fulgor futuri praenuncijs. c A. Moysi b. 1. n. 544. 43 & seqq.

CXXCIII. Tunica pontificia: eius nomina. & forma. ac. 18. 24.

CXXCIV. Eiusdem manicae, & capitium. b. 3. ep. 129.

gendum, vt in Sacerdotalibus tunicis, quas vocamus *Albas*. Quibus respondet hæc tunica, sicut Ephod Casula, quæ est vestis extrema sacrificantis. Totam autem hanc scissuram, qua emittendum erat caput, limbus obibat, ad firmitatem, non assutus, sed *textilis per gyrum eius*, vt ait Scriptura: id est in texenda tunica textoris arte geminatus, vt aliquando fieri solet in *extremis vestium partibus*. Reliqua sunt in hac tunica extrema malogranatorum & tintinnabulorum ornamenta, quorum illa opere textili, aut confutilli confecta erant, & tribus variata coloribus hyacinthino, cocci-neo, atque purpureo. Tintinnabula vero erant aurea, alternatim posita, non dispari mole, sed pondere. Philo flores addidit, sed eos ex ipsismet malis punicis enatos, aut in limbo intextus. Numerum tintinnabulorum & malogranatorum Scriptura tacet. Hieronymus ex Hebraica traditione, vt apparet, 72. tintinnabula ponit, totidemque malogranata. Eum sequitur Isidorus. At Prosper quinquagena constituit; quem numerum Clemens Alexandrinus vehementer auxit.

Sequitur Tiara Pontificia, quæ Mitra quoque & Cidaris, & Galerus, & Pileus Sacerdotalis appellatur. Materia byssina fuit, siue linea, tam pilei Pontificis quam reliquorum Sacerdotum: imo & forma eadem præter laminam. Audi Hieronymum ad Fabiolam. *Rotundum pileolum, quasi sphaera media sit diuisa, & pars vna ponatur in capite*. Et mox, non habet acumen in summo, nec totum vsque ad extremam comam, caput regit, sed tertiam partem à fronte inopertam relinquit, atque ita in occipitio vitta constrictum est, vt non facile labatur ex capite. Est autem byssinum, & fabre operum linteolo, vt nulla vestigia acus extrinsecus appareant. Sic ipse ex Iosepho. Sed isti pileo imponebat Pontifex laminam auream, in qua sculptum erat opere cælatoris *Sanctum Domino*, eademque inferius vocatur lamina sacrae venerationis, in Hebræo vero & Chaldæo, corona sanctitatis. Coronam quoque vocat Ecclesiasticus, quod maiorem capitis partem ambiret, & ab aure per frontem ad alteram circumduceretur aurem, & ad ipsam alligaretur tiam. Literæ porro ipsæ videntur in auro fuisse excauata, quæ mox colore cocci-neo aut cæruleo replerentur, vt ipsa coloris diuersitate magis apparerent.

Sequitur tunica interior, quæ & stricta dicta est, ad differentiam superioris hyacinthinae, ex qua tintinnabula pendebant. Fuit autem byssina ex tela duplicata contexta, Pontifici ac Sacerdotibus communis. Formam refert Iosephus in hunc modum. *Id indumentum est tunica talaris corpori adstricta, habens manicas circa brachia, & ipsas strictas, qua accingitur circa pectus, paulo inferius axillis*. Et infra, *sed tunica nusquam sinuatur, habetque circa cervicem amplam aperturam, cuius ora vncinis à pectore, & attergo committuntur*. Sic ipse, & ex eo Hieron. Nec dubium hæc tunicas, præsertim Sacerdotales, fuisse candidas, vt si quando vel victimarum sanguine aspergerentur, vel alio modo sordescerent, ablui possent. Sed nec defuit ornatus aliquis, ab ipso textore inductus, qualem in mappis & mantilibus crebro cerni-

mus, & in sericis vestibus, quas vulgò dicimus Damascenas. Et hæc videtur mens eorum, qui hanc tunicam ocellatam vocauerunt.

Adstringebatur autem hæc tunica zona, quæ in Scriptura dicitur Balteus. *Accingitur*, ait Iosephus, *zona lata digitos quatuor, in vniuersa contexta, vt serpentis exuium videri possit. Floribus etiam punicis picturatur, purpureis, hyacinthinis & byssinis. Stamen vero è sola bysso constat, qua semel atque iterum circa pectus reuoluta, ad talos vsque defluit adornatum*. Quod in Pontifice non est necessarium, cum hæc tunica tota à superiore hyacinthina tegatur. Zona vero Pontificis propriè Balteus dicitur qui arte plumarij confici iubetur, eodem plane artificio, quo superhumeralis, nisi quod in Balteo nulla fit auri mentio, sed colorum duntaxat, forte ne auro fieret zona rigidior, quod tamen Iosephus addidit, à quo penitus recedunt, qui fibulatum volunt hunc Balteum, quem ille, sicut & Sacerdotalem zonam, ad pedes vsque demittit.

Restant feminalia, siue femoralia Pontifici ac Sacerdotibus communia, de quibus non dedignatur Dominus ista præcipere. *Facies & feminalia linea, vt operiant carnem turpitudinis sue, à renibus vsque ad femora*, quæ tota tegebantur vsque ad genua, vt ait Hieron. *Oratur eis Aaron & filij eius, quando ingredientur tabernaculum testimonij: vel quando appropinquant ad altare, vt ministrent in Sanctuario*, intelligit altare holocaustorum, quod erat in atrio, in quo frequentissimum erat Sacerdotum ministerium, ne iniquitatis rei moriantur. Vides paucis verbis præscriptam huius vestimenti materiam, finem, formam, vtendi tempus, & locum, & prænam præcepto impositam. Iosephus ex bysso retorta conficit hæc subligacula, tum ad firmitatem, tum vt melius tegantur, quæ pudor, & lex diuina tegi postulant. Addit Hieron. sub vmbilico vehementer adstringi, ne casu aliquo defluant. Neque tamen hinc sequitur Sacerdotes alibi non esse vsos feminalibus, sed linea ista sacro ministerio destinata erant. Tibialium cum nulla sit mentio, apparet nudis pedibus in atrio ministrare solitos; non tamen, vt plerisque placet, sine calceorum soleis, siue sandaliis, vt propterea necesse esset ad concham pedes abluere, ante ingressum tabernaculi.

Expeditis breuiter quæ ad Sanctuarium pertinent, vestesque sacras, consecratio sequitur Pontificis, atque Sacerdotum. Exodi enim 29. iubet Deus vt Moyses Aaronem, & filios eius consecret Sacerdotes, hoc ritu. Primo lauet eos aqua ad ostium tabernaculi, ad labrum scilicet quod est inter altare holocaustorum, & tabernaculum. Secundo induat Aaronem, & filios suis quemque vestibus. Tertio fundat oleum super caput Pontificis. Quarto consecrantur, vel, vt loquuntur Hebræi, implentur manus eorum, id est datur eis in manus quod offerant Deo, puta vitulus cum certis ceremoniis immolandus, itemque duo arietes, partim in holocaustum, partim in hostiam pacificam, & in ea oblatione maxime posita est Sacerdotalis consecratio. Quinto septem diebus offerunt vitulum expiationis, comeduntque azymos panes: cum carnibus

Exod. 28.

Malogranata & tintinnabula.

b l. 5. Strom. ad 360.

CXXCV. Tiara Pontificia.

c l. 3. c. 8.

Eiusque lamina.

pc. 45. 14.

CXXCVI. Tunica interior.

c l. 3. Ant. c. 8.

Ad Fabiolam.

CXXCVII. Zonaeus, & Balteus, a Ex. 28. 40.

CXXCVIII. Feminalia.

Ad Fabiolam.

loc. cit.

Tibialia.

CXXCIX. Consecratio Pontificis & Sacerdotum.

CXC. Hebræi Domino vestigales;

Alij fines pecuniarum colligendæ.

a id est. 13. fol. 3.

4. quia scilicet est. 27. fol. 1.

CXCI. Dominus acutis es orator sapientia. b Exod. 31. 1. c.

vacandum in Sabbato c Abul. in c. 31. q. 8. & 9.

d Ex. 31. ff. de Deu. c. 9. 11.

CXCII. Consecratio vituli auri, eiusque causa.

e q. 2. in 32. Exod.

hostiæ pacificæ. Subdit postremo ritum consecrandi altaris, per vnctionem & immolationem duorum agnorum septiduo, quæ immolatio deinceps perpetuo perseveret, in matutinam ac vespertinam oblationem commutata.

Voluit porro Dominus non solum certos homines in populo suo cultui suo consecrari, sed totum ipsum populum, cum ad certam peruenisset ætatem, sibi fieri vestigalem, vt sicut ceteri populi certi pensatione tributis, se principibus suis subditos profiterentur, eosque pro legitimis agnoscerent: Ita Hebræi certa pecunia persoluta, Deum quasi legitimum regem ac principem agnoscerent, & vitam suam quasi Deo debitam redimerent, pœna proposita nisi facerent. Cumque immanes quidam sumptus Sanctuario construendo, faciendi essent, neque suffectura viderentur, quæ sponte populus erat oblaturus; ostendit Dominus vnde sumptus accipiendi, ac supplendi essent. Voluit denique Dominus congregari pecunias in thesauros domus suæ, in ordinaria sacrificia, in victum vestitumque Leuitarum, & alios publicos legitimosque sumptus. Quoties porro exigendum esset id tributum non definiuit Dominus; sed id prudentiæ summi magistratus reliquit; definiuit autem pecuniam, dimidium sicii, & ætatem, ingressum in annum vigesimum.

Hic ita constitutis de artificibus prouidet, ad peragenda ingeniosa omnia, quæ præscripta fuerant, quos propterea impleuit intelligentia & scientia, ad excogitandum & exequendum omnia, in quibus principem locum tribuit Beseleeli, nepoti Hur de tribu Iuda: eique socium adiungit Ooliab de tribu Dan, sed & alios inferiores artifices instruxit sapientia. Ne autem existimarent Israëlita totum hoc opus Sanctuarij, cuius Deus ipse Ideam Moysi præmonstrasset, quodque Dei cultui esset omni ex parte consecratum, primo quoque tempore ita exequendum esse, vt dum penitus perfectum esset, nullo vnquam tempore cessandum esset, opportunè renouat memoriam obseruandi Sabbathi, vt intelligerent eo die ab hoc opere, quantumuis pio ac religioso, vacandum esse, ne occasione illius plerique seculibus sese operibus dederent. Ita ratiocinatur Abul. qui etiam existimat sermones hosce omnes, qui in monte Sina, Deum inter & Moysen habiti sunt, interruptis vicibus esse habitos; quia visum est Domino 40. dies in eos impendere; quibus completis, dedit Mosi tabulas lapideas, scriptas digito Dei.

Interim autem dum decurrunt isti 40. dies, Hebræi vitulum aureum conflatunt, atque adorauerunt. Id factum mense quarto iam à nobis definitum est, qui initium 40. dierum ab octauo Sivan, qui tertius est, aspiciati sumus, quo die Moses cum Iosue ascendit in montem isti autem dies decimo septimo quarti mensis; qui Tammuz dictus est, finiuntur. Verum hæc adoratio, quoniam non simul suscepta & perpetrata est, sed plures tenuit dies, vt mox intelligetur, & Moses nullum regressioni definiat diem, quoniam id ex vnus Dei notu, ac voluntate pendebat, dicamus cum Tostato existimasse populum Moysen duodecim, aut 15. dies abfuturum. Cum autem 20. aut 30. iam

dies abiissent, nullusque de eo nuncius deferretur in castra, nusquam ipse appareret, rari eum nunquam reuersurum: simulque à tam formidabili Domino, qualem paulò ante agnouerant, sibi male metuentes, & mitiorem aliquem, quales paulò ante coluerant in Ægypto affectantes, dixerunt Aaroni, *Surge fac nobis Deos, qui nos precedant. Moysi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Ægypti, ignoramus quid acciderit*.

Hic Aaron tam improviso, tamque inopinato ictus nuncio, & vim pene paratam animaduertens, Scriptura enim ait populum congregatum fuisse aduersus Aaronem; non increpauit populum, neque negauit facturum quod ille postulabat, sed suasit aliquot adhuc expectari dies, intra quos, si ille non reuertisset, voti compotes fierent, vt Ozias ille tempore Iudithæ & Holofernis: reputans si forte interea hic populi resideret furor. Sed ille mox impatiens moræ, frequens, quasi coniuratione facta, ad Aaronem redit, & armatas affert preces. Vnde S. August. *Aaron erranti populo ad idolum fabricandum non consensit inductus, siue persuasus, sed cessit obstrictus*, id est coactus. Is ergo rei disturbandæ, vt sperabat, nouam comminiscitur viam. Tollite, inquit, *inaures aureas de vxorum, filiorumque, & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me*. Rarus videlicet id nunquam impetratum iri, sicque se ab odiosissimo facinore liberum fore: Addunt Tertullianus, & Ambrosius postulat quocumque vitrum annulos. Sed vicit expectationem improbitas obstinata; negotium domi, seu facile, seu difficulter expediunt, expediunt tamen, & postulatas in aures ad Aaronem deferunt.

Hoc deiectus præsidio Sacerdos, aliud occupat in operis ipsius, atque artificum lentitudine positum, si quo modo interea Moses appareat, & nefarium consilium dissipet. Quaruntur artifices, præscribitur ac suspicitur opus, *periculosa plenum opus alce*, paratur fornax & typus ex argillosa terra, breuique vt ætate in media exsiccatur. Liquefit aurum, & in typum infunditur, postridieque refrigerato metallo, vitulus apparuit; quo celeriter ab artificibus exposito, vrgebat quippe homines malus dæmon, propriaque nequitia, & noui Dei auida populi multitudo, quæ foras productum, & in hominum oculis positum læta ac lubibunda suscipiens. *Hi sunt*, inquit, *Dij tui, qui te eduxerunt de terra Ægypti*. Gloriosissimum Dei beneficium metallo tribuentes, & mutantes gloriam suam in similitudinem vituli comedentis scenum. *Quod cum vidisset Aaron, edificauit*, aut edificari permisit altare coram eo, & præconis voce indici solemnitate in posterum diem, qui quadragesimus fuit à discessu Moysi, quique reducem ipsum cum Iosue reddidit suis.

Cuius priusquam zelum in hoc tollendo, atque expiando facinore explicemus, ægre me continco ab accusando incredibili Iudæorum in hoc scelere stupore, & multiplici improbitate. Ac ne Aaronem quidem, quamuis metu mortis consensum præbuisse fateamur popularibus suis, à graui peccato excusare possumus, aut debemus, qui gloriosam potius mor-

a Exod. 32. 1. 2. c.

CXCIII. Rogatus Aaron, conuocatur ac procrastinat.

b Iudith. 7. 23.

c l. 14. de Ciu. c. 11.

d l. 1. cont. Iudæos. e Epist. 56. ad Romanos.

CXCIV. Denique conuocatur.

CXCV. Aaron in eo grauius peccat. Vide in Ann. n. 588. & 599.

tem oppetere debuit, quam tanto facinori vllto modo seruire. Itaque mox à Mose grauitè reprehensus est: quin & Deus ipse in eum vehementer indignatus est. Audi enim Moysen a, *Aduersus Aaron quoque vehementer iratus Dominus, voluit eum contere, & pro illo similiter deprecatus sum.* Ergo qui eum à culpa liberant, eamque inuentionem sibi valde gratulantur, videant quomodo Mossem eum oburgantem, & Deum ipsum in eum valde iratum; imo & disperdere volentem excusent. Præsertim si sponte sua ædificarit altare coram idolo: & præconis vocè clamari iussit in diem sequentem Domini solemnitate, Dei scilicet recens facti, vt fert communis interpretatio, cui etiam nomen tetragrammaton attribuit.

CXCVI. Israëlita vitulum adorant, eique sacra faciunt.

Isti ergo idololatæ ad scelus alacres atque expediti, mane surgunt, & super nouum altare, Vitulo vitulos offerunt in holocaustum, pacificasque victimas, de quibus mox epularentur. Sederunt enim manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Choreas scilicet circa idolum vndique agitare, cum profanis cantilenis & vociferationibus, quæ mox à descendente Mose auditæ sunt, vidit deinde vitulum & choros, nimirum ducentium choreas circa idolum: quas etiam Philo agnoscit, & in potu ebrietatem, vino, vt apparet, ex vicina Madianitide accersito.

Dominus rem Mosi aperit. b Exo. 32. 7.

Hic erat populi status, hæc rerum confusio in castris, cum Dominus rem Mosi patefecit. *Vade, inquit, descende, peccauit populus tuus, quem eduxisti de Ægypto.* Indignus scilicet qui vocetur populus meus, quem perfidus & fœdifragus, per turpissimam idololatriam cito abiecit à se; cuius tu in percutiendo mecum fœdere, legatus atque interpres factus es. Admissam enim idololatriam declarat, per omnes illius gradus, mente, cum ait eos cito recessisse de via recta diuinorum mandatorum: opere, conflando sibi vitulum, deinde eum adorando externo corporis motu, accesserunt sacrificia, lingua denique in blasphemias voces erupit, singulare Dei in se beneficium, tuto vitulo ac sensus experti, impudentissimo mendacio tribuendo.

CXCVII. Moses veniam precatur.

Ingemuit videlicet mitissimus Moses, simulque ad implorandam misericordiam clementissimi Domini ac parentis totus incubuit; nec mediocri vsus sapientia, nihil ad accusandum facinus, nihil ad minuendum prætextit. At Dominus quasi nulla esset emendationis spes in populo peruicaci ac rebeli, & ad idololatriæ perfidiam prono, quemque præuideret identidem, ad tam immane facinus, tanquam suam ad volutabrum reuersurum. *Cerno, inquit, quod populus iste dura cervicis sit, dimitte me, iam enim Dominum intentius orare ceperat, & sese torrenti indignationis eius opponere, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam.* Id est, vt ipsemet alibi c interpretatur, constituam te super gentem, quæ hac maior sit & fortior. Nihilominus Moses perseuerat orans, neque diuinæ monitioni acquiescit: ostendit potius diuinam hæc gloriam maxime agi, quæ à blasphemis infidelium linguis vindicanda sit; agi & promissorum fidem, quando terra Cha-

naam, sine vlla conditione bonitatis posterorum, patribus promissa fuerit.

Placatusque est Dominus, ait Moses a, ne faceret malum, quod locutus fuerat aduersus populum suum, quodque facturus erat, nisi tantus patronus interuenisset. Neque tamen Moyses videtur tunc agnouisse Dominum placatum esse. Non enim mox ad Deum reuersus diceret, *Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti.* Exhibuerit ergo se Dominus Moysi quasi nutrantem & cunctabundum, & inter punitionis aut veniæ sententiam alternantem. Quoniam tamen Deus iusserat, vt descenderet ad populum, paruit, aliquam satisfactionem in populo, pro tam atroci scelere facturus; sicque iratum Dominum de sententia tam seueræ animaduersionis deducturus. Reuersus est ergo Moses de monte, portans duas tabulas testimonij in manu sua. Duæ enim fuerunt, vt in altera præcepta ponerentur, quæ ad Dei cultum pertinebant; in altera scortum quæ spectabant ad populum.

Dum autem tacitus, ac curarum plenus Moses de monte regreditur, Iosue, quem ex itinere socium resumpserat, audito populi vociferantis tumultu, de militia militaris homocogitans, memor etiam Amalecitarum Israëlitas nuper inuadentium. *Dixit ad Moysen, vultus pugna auditur in castris? Qui respondit, non est clamor adhortantium ad pugnam, neque vociferatio compellentium ad fugam, sed vocem cantantium ego audio, choreas scilicet cum cantu agitantium coram vitulo aureo.* Cumque appropinquasset ad castra, vidit vitulum & choros, iratusque valde proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis. Hæc prima est vitio sumpta de populo, vt cum diuino illo munere, ac monimento priuaret, indignos eo reputans homines idololatria, & comessatione contaminatos. Simul etiam confractio tabularum, sicut alias laceratione vestium fieri solebat, iniuriam in diuinam maiestatem, publicè, & quasi solenni ritu contestans.

Alter vitio sumpta de populo, est ipsius vituli dissipatio. *Peccatum autem vestrum, quod feceratis sic vitulum hunc appellat Moses, arripiens igne combussit, & in frusta comminens, omninoque in puluerem redigens proiecit in torrentem, qui de monte descendit.* Aureum combussit vitulum, liquefecit videlicet, vt totam eius figuram funditus deleret, mox in massam redactum contriuit vsque ad puluerem, quem sparsit in aquas, quæ ex petra Horeb iugi miraculo defluebant; cumque aliam aquam, quam biberent, non haberent, fecit vt suum ipsi vitulum vel inuiti biberent, intelligerentque sibi mox luendam tanto crimini debitam penam, & ebibendum calicem, quem miscuerant sibi. Notant enim Lyranus & Abulensis ex Rabbiniis, hoc ad examen, & manifestationem reorum pertinuisse, ne remerè mox à Leuitis innocij pro noxiis occiderentur: itaque aquas istas puluere aureo conspersas inflationem reis & languorem iutulisse, innocentibus autem fuisse innocias. Sicut in sacrificio zelotypiæ c, aquæ amarissimæ nihil innocentibus nocebant: aut cerre rei, vt ait Rupertus d aureis

a Exod. 32. 14. CXCVIII. Dominus placatus, & dimittit lat.

vers. 31.

CXCIX. Moses redit in castra.

Confregit tabulas.

CC. Vitulum dissipat. b Deut. 9. 17.

Rei potio.

Aben. Ezra & Salom.

c Num. 5. 12. d l. 4. in Exod. c. 27.

promine

CC I. Fueritne vitulus integer, an vituli caput.

prominebant labiis, quibus innotescabant percussoribus, & cædebantur.

Hic finis nefandi ac detestabilis vituli, quem sacrilega impietas excogitauit, timiditas ignaua procedit, temulentia diuinis honoribus affecit, zelus diuinæ gloriæ rededit in puluerem. Dubium autem est fuerit ne hic vitulus integer, an vituli duntaxat caput, vt videtur sensisse Tertullianus, Cyprianus, Lactantius, Hieronymus multis in locis, Ambrosius quoque & August. & non pauci recentiores. Existimo tamen integrum fuisse vitulum: sic enim perpetuo à Scriptura vocatur. Et Apis, quem imitati sunt Hebræi, teste Philone, S. Clemente, Tertulliano, atque Lactantio, integer erat iuuenus, non caput eius, neque enim apparuisset in eo alba à tergo macula. Itaque neque Hebræis satisfactum fuisset; si pro integro Api, illius nudum exhiberetur caput. Patres autem illi, præsertim Tertull. & Hieronymus, quos ceteri ferè sunt secuti, caput pro integro corpore sumperunt: sicut cum dicimus scelestum caput, pro homine scelesto, & tot capita censa esse, pro tot hominibus. Quin & illi ipsi Patres sapius vitulum, quam vituli caput appellauere.

CC II. Moyses Aaronem obiurgat.

Sed vt ad historiam redeamus, grauitè obiurgat Aaronem Moses, quod publico populi peccato seruierit, quod impedire etiam obeunda morte debuisset. Cui Aaron humiliter ex propria culpæ agnitione responderet, rem nudè ac breuiter exponens, imò ex parte prætermittens, quæ pro sua excusatione facere videbantur. *Ne indignetur, inquit, Dominus meus.* At frater erat, & natu minor, & incircuncis labiis: pergit. *Tu enim nosti populum istum, quo impulsore & aduersum me congregato peccauit, quod pronus sit ad malum, non solum idololatriæ, quæ nunc primùm erupit in deserto, sed ad omne scelus, vt scilicet sine Doctore aut hortatore peccatum sponte suscepisse intelligatur.* Haud ita nihilominus etiam ipse aquam aureo puluere inspersam, vt putat Abulensis: sed innoxius, ne qui summo Pontificatui destinatus erat, perpetuæ huius criminis infamiam subiaceret. Id ergo præcauens Dominus, voluit eum sola fratris obiurgatione, & priuato animi dolore castigari: non existimante populo illum esse noxium, qui inuitus impulsusque metu deliquisset.

Hausit aquam innoxius.

CC III. Spoliatione inaurium rei proditi.

Sequitur animaduersione in reos. Videns enim Moyses manifestum esse qui essent in populo rei. Id enim Aaron minime dubium reliquerat, spoliando eos inauribus ad fabricandum idolum: viri enim boni nihil ad id scelus contribuerant, sed illis potius restiterant, eosque auersari fuerant. Cum ergo in medio aduersariorum manifestè rei, conuictique tenerentur, *Stetit in porta castrorum Moyses, &c.* Hostes ergo hic vocat non Madianitas, vel Amalecitas, sed Hebræos innocentes, qui in reos tanquam hostes insurrecturi erant. At inquit, multi fortasse erant peccatores, multique item innocentes, qui nunquam in aures habuerant; At de iis dici potest, eos postea diuina animaduersione periisse. Nam mox sequitur, *Percussit Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron.* Deinde aliud etiam signum reatus pe-

tebatur ex aquis aureis, vt diximus; quod ab hac spoliatione confirmabatur, & iudicio perforatæ auris.

Itaque Moyses, *Si quis est, inquit, Domini, iungatur mihi:* quasi dicat. Qui verus Dei cultor est, & pro eius gloria zelo mouetur, accedat ad me, vt de peccatoribus vltio sumatur. Et accendit Dominus animos Leuitarum, quos sibi iam in Sacerdotium sacrumque famulatum destinarat, zelo diuini honoris, vt postea Phineem, & odio idololatriæ, & congregati sunt ad Moysen; quos ille iussit arripere gladium, & transire per medium castrorum, & obuios quosque peccatores occidere, nulla consanguinitatis aut affinitatis ratione habita. Quantum autem animi Leuitis Deo inspirante accessit, tantum peccatoribus decessit, nemo vt auerteret ad sui defensionem arma corripere, grauioris fortasse supplicij metu. Et cum Leuitæ conglobati essent, & armis instructi; illi sparsi, improvidi, semiebrij, atque vt in ludis & choreis, inermes, facilis erat & expedita victoria, casaque sunt ea die ad tria & viginti hominum millia. In Hebræo tamen & Græco, tria tantum castrorum millia censentur, omissa voce viginti. Qua de re vide Cornelij coniecturam hoc loco.

CC IV. A Leuitis cæduntur magno numero.

CC V. Qui & laudantur.

Quo facta à Mose audierunt Leuitæ, *consecratis manus vestras hodie Domino, sanguine scilicet initiati reorum, sicut Sacerdotes sanguine arietum consecrantur; & reorum cædem, quasi acceptabile sacrificium iustitiæ, Domino obtulistis.* Putauit Philo a Sacerdotium Leuitis, in præmium sumptæ de idololatriæ vltionis fuisse attributum, concinnitatem, quando secutus. Quem meminisse oportebat, electos diuinitus Leuitas, & nominatum Aaronem cum filiis ad Sacerdotium, priusquam patreretur hæc cedes, aut flagitium ipsum à populo admitteretur, vt ex 28. Exodi clarum est. *Quin etiam cum Dominus assumpsit Leuitas, ad suum in tabernaculo famulatum, nusquam huius eorum officij, aut meriti meminit, sed tantum quod eos sibi in locum primogenitorum vindicari. Atque ita abiit quadragesimus ille dies Mosaicæ commorationis in monte; dies infausti nunciij, & querelarum, dies gemituum & lacrymarum, dies indignationis & confractiois, dies gaudij & chorearum, dies ludorum & epularum, dies exprobrationis & funerum.*

a l. 3. de vita Mos.

nec ideo honorati Sacerdotio.

b Num. 3. 12. 13. 14. c.

Necdum tamen vacabat à metu populus, sed insuper vindicem Dei iram non sine causa formidabat. Itaque c *facto altero die locutus est Moyses ad populum. Peccastis peccatum maximum, ascendam ad Dominum si quo modo quivero eum deprecari pro scelere vestro, in Hebræo, si forte expiem orando pro peccato vestro.* Ex quo patet, quod supra diximus d, Moysi nondum plane constituisse Dominum fuisse placatum. Reuersus est ergo Moses ad Dominum, vt veniam, populo impetraret, ibique alios rursusum quadraginta dies orans ac ieiunus permansit, quod ipsemet apertè non semel professus est. Ipsi est enim illa oratio. e *Iacui coram Domino 40 diebus ac noctibus, quibus eum suppliciter deprecabar, ne deleter vos, vt fuerat comminatus, &c.* Et rursus hæc. f *Ego autem steti in monte sicut prius, quadraginta diebus ac noctibus,*

CC VI. Redit Moses in montem, ad placandum Dominum. c Ex. 31. 30.

d n. 198. Ad quadraginta dies.

e Deut. P. 25.

f Ibi. c. 10. 10.

X exandini

rem oppetere debuit, quam tanto facinori vllō modo seruire. Itaque mox à Mose grauitè reprehensus est : quin & Deus ipse in eum vehementer indignatus est. Audi enim Moysen^a, *Aduersus Aaron quoque vehementer iratus Dominus, voluit eum contere, & pro illo similiter deprecatus sum.* Ergo qui eum à culpa liberant, eamque inuentionem sibi valde gratulantur, videant quomodo Mosem eum obiurgantem, & Deum ipsū in eum valde iratum; imo & disperdere volentem excusent. Præsertim si sponte sua ædificarit altare coram idolo : & præconis vocē clamari iussit in diem sequentem Domini solennitatem, Dei scilicet recens facti, vt fert communis interpretatio, cui etiam nomen tetragrammaton attribuit.

Isti ergo idololatræ ad scelus alacres atque expediti, mane surgunt, & super nouum altare, Vitulo vitulos offerunt in holocaustum, pacificasque victimas, de quibus mox epularentur. Sederunt enim manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Choreas scilicet circa idolum vndique agitare, cum profanis cantilenis & vociferationibus, quæ mox à descendente Mose auditæ sunt, vidit deinde vitulum & choros, nimirum ducentium choreas circa idolum: quas etiam Philo agnoscit, & in potu ebrietatem, vino, vt apparet, ex vicina Madianitide accessit.

Hic erat populi status, hæc rerum confusio in castris, cum Dominus rem Mofi patefecit. *Vade*, inquit^b, *descende, peccauit populus tuus, quem eduxisti de Aegypto.* Indignus scilicet qui vocetur populus meus, quem perfidus & fœdifragus, per turpissimam idololatriam cito abiecit à se; cuius tu in percutiendo mecum fœdere, legatus atque interpres factus es. Admissam enim idololatriam declarat, per omnes illius gradus, mente, cum ait eos cito recessisse de via recta diuinorum mandatorum: opere, conflando sibi vitulum, deinde eum adorando externo corporis motu, accesserunt sacrificia, lingua denique in blasphemias voces erupit, singulare Dei in se beneficium, muto vitulo ac sensus experti, impudentissimo mendacio tribuendo.

Ingemuit videlicet mitissimus Moses, simulque ad implorandam misericordiam clementissimi Domini ac parentis totus incubuit; nec mediocri vsus sapientia, nihil ad accusandum facinus, nihil ad minuendum prætexit. At Dominus quasi nulla esset emendationis spes in populo perniciaci ac rebeli, & ad idololatriæ perfidiam prono, quemque præiudicaret identidem, ad tam immane facinus, tanquam suam ad voluntabrum reuerfurum. *Cerno*, inquit, *quod populus iste dura ceruicis sit, dimitte me*, iam enim Dominum intentius orare cœperat, & sese torrenti indignationis eius opponere, *vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam.* Id est, vt ipsemet alibi^c interpretatur, constituam te super gentem, quæ hac maior sit & fortior. Nihilominus Moses perseuerat orans, neque diuinæ monitioni acquiescit: ostendit potius diuinam hæc gloriam maxime agi, quæ à blasphemis infidelium linguis vindicanda sit; agi & promissorum fidem, quando terra Cha-

nam, sine vlla conditione bonitatis posterorum, patribus promissa fuerit.

Placuitque est Dominus, ait Moses^a, *ne faceret malum, quod locutus fuerat aduersus populum suum*, quodque facturus erat, nisi tantus patronus interuenisset. Neque tamen Moyses videtur tunc agnouisse Dominum placatum esse. Non enim mox ad Deum reuerfus diceret, *Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti.* Exhibuerit ergo se Dominus Moysi quasi narrantem & cunctabundum, & inter punitionis aut veniæ sententiam alternantem. Quoniam tamen Deus iusserat, vt descenderet ad populum, paruit, aliquam satisfactionem in populo, pro tam atroci scelere facturus; sicque iratum Dominum de sententia tam seueræ animaduersionis deducturus. Reuerfus est ergo Moses de monte, portans duas tabulas testimonij in manu sua. Duæ enim fuerunt, vtin altera præcepta ponerentur, quæ ad Dei cultum pertinebant; in altera scorum quæ spectabant ad populum.

Dum autem tacitus, ac curarum plenus Moses de monte regreditur, Iosue, quem ex itinere soctum refumpserat, audito populi vociferantis tumultu, de militia militaris homo cogitans, memor etiam Amalecitarum Israëlitas nuper inuadentium. *Dixit ad Moysen, vultus pugna auditur in castris? Qui respondit, non est clamor adhortantium ad pugnam, neque vociferatio compellentium ad fugam, sed vocem cantantium ego audio*, choreas scilicet cum cantu agitantium coram vitulo aureo. Cumque appropinquasset ad castra, vidit vitulum & choros, iratusque valde proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis. Hæc prima est vitio sumpta de populo, vt eum diuino illo munere, ac monimento priuaret, indignos eo reputans homines idololatria, & comestione contaminatos. Simul etiam confractio tabularum, sicut alias laceratione vestium fieri solebat, iniuriam in diuinam maiestatem, publicè, & quasi solenni ritu contestans,

Altera vitio sumpta de populo, est ipsius vituli dissipatio. *Peccatum autem vestrum, quod feceratis sic vitulum hunc appellat Moses, arripens igne combussit, & in frusta comminans, omninoque in puluerem redigens proiecit in torrentem, qui de monte descendit.* Aureum combussit vitulum, liquefecit videlicet, vt totam eius figuram funditus deleteret, mox in massam redactum contriuit vsque ad puluerem, quem sparsit in aquas, quæ ex petra Horeb iugi miraculo defluebant; cumque aliam aquam, quam biberent, non haberent, fecit vt suum ipsi vitulum vel inuici biberent, intelligerentque sibi mox luendam tanto crimini debitam poenam, & ebibendum calicem, quem miscuerant sibi. Notant enim Lyranus & Abulensis ex Rabbiniis, hoc ad examen, & manifestationem reorum pertinuisset, ne remerè mox à Leuitis innoxij pro noxiis occiderentur: itaque aquas istas puluere aureo conspersas inflationem rei & languorem iutulisse, innocentibus autem fuisse innoxias. Sicut in sacrificio zelotypiæ^e, aquæ amarissimæ nihil innocentibus nocebant: aut certe rei, vt ait Rupertus^d aureis

a Deut. 9. 20.

CXCVI. Israëlita vitulum adorant, eique facta faciunt.

Dominus rem Mofi aperit. b Exo. 32. 7.

CXCVII. Moses veniam precatur.

c Deut. 9. 14.

a Exod. 32. 14. CXCVIII. Dominus placatur, & diffinitur.

vers. 31.

CXCIX. Moses redit in castra.

Confregit tabulas.

CC. Vitulum dissipat. b Deut. 9. 21.

Rei potior.

Aben. Ezra & Salam.

c Num. 5. 12. & d. l. 4. in Exod. c. 27.

promine

CCI. Fuerit vitulus integer, an vituli caput.

CCII. Moyses Aaronem obiurgat.

Hausit aquam noxius.

CCIII. Spoliatio inaurium rei producti.

prominebant labiis, quibus innotescabant percussoribus, & cadebantur.

Hic finis nefandi ac detestabilis vituli, quem sacrilega impietas excogitauit, timiditas ignaua procedit, temerentia diuinis honoribus affecit, zelus diuinæ gloriæ redegit in puluerem. Dubium autem est fuerit ne hic vitulus integer, an vituli duntaxat caput, vt videtur sensisse Tertullianus, Cyprianus, Lactantius, Hieronymus multis in locis, Ambrosius quoque & August. & non pauci recentiores. Existimo tamen integrum fuisse vitulum: sic enim perpetuo à Scriptura vocatur. Et Apis, quem imitati sunt Hebræi, teste Philone, S. Clemente, Tertulliano, atque Lactantio, integer erat iuuenus, non caput eius, neque enim apparuisset in eo alba à tergo macula. Itaque neque Hebræis satisfactum fuisset; si pro integro Apis, illius iudum exhiberetur caput. Patres autem illi, præsertim Tertull. & Hieronymus, quos ceteri ferè sunt secuti, caput pro integro corpore sumperunt: sicut cum dicimus scelestum caput, pro homine scelesto, & tot capita censa esse, pro tot hominibus. Quin & illi ipsi Patres sapius vitulum, quam vituli caput appellauere.

Sed vt ad historiam redeamus, grauitè obiurgat Aaronem Moses, quod publico populi peccato seruiert, quod impedire etiam obeunda morte debuisset. Cui Aaron humiliter ex propria culpæ agnitione responderet, rem nudè ac breuiter exponens, imò ex parte prætermittens, quæ pro sua excusatione facere videbantur. *Ne indignetur*, inquit, *Dominus meus.* At frater erat, & natu minor, & incircuncis labiis: pergit. *Tu enim nosti populum istum*, quo impulsore & aduersum me congregato peccati, quod pronus sit ad malum, non solum idololatriæ, quæ nunc primum erupit in deserto, sed ad omne scelus, vt scilicet sine Doctore aut hortatore peccatum sponte suscepisse intelligatur. Hausit nihilominus etiam ipse aquam aureo puluere inspersam, vt putat Abulensis: sed innoxius, ne qui summo Pontificatui destinatus erat, perpetui huius criminis infamiæ subiaceret. Id ergo præcauens Dominus, voluit eum sola fratris obiurgatione, & priuato animi dolore castigari: non existimante populo illum esse noxium, qui inuitus impulsusque metu deliquisset.

Sequitur animaduersione in reos. Videns enim Moyses manifestum esse qui essent in populo rei. Id enim Aaron minime dubium reliquerat, spoliando eos inauribus ad fabricandum idolum: viri enim boni nihil ad id scelus contribuerant, sed illis potius restiterant, eosque auersari fuerant. Cum ergo in medio aduersariorum manifestè rei, conuictique tenerentur, *Stetit in porta castrorum Moyses, &c.* Hostes ergo hic vocat non Madianitas, vel Amalecitas, sed Hebræos innocentes, qui in reos tanquam hostes insurrecturi erant. At inquit, multi fortasse erant peccatores, multique item innocentes, qui nunquam in aures habuerant; At de iis dici potest, eos postea diuina animaduersione periisse. Nam mox sequitur, *Percussit Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron.* Deinde aliud etiam signum reatus pe-

tebatur ex aquis aureis, vt diximus; quod ab hac spoliatio confirmabatur, & iudicio perforatæ auris.

Itaque Moyses, *Si quis est, inquit, Domini, iungatur mihi*: quasi dicat. Qui verus Dei cultor est, & pro eius gloria zelo mouetur, accedat ad me, vt de peccatoribus vltio sumatur. Et accendit Dominus animos Leuitarum, quos sibi iam in Sacerdotium sacrumque famulatum destinaret, zelo diuini honoris, vt postea Phineem, & odio idololatriæ, & congregati sunt ad Moysen; quos ille iussit arripere gladium, & transire per medium castrorum, & obuios quosque peccatores occidere, nulla consanguinitatis aut affinitatis ratione habita. Quantum autem animi Leuitis Deo inspirante accessit, tantum peccatoribus decessit, nemo vt auerere ad sui defensionem arma corripere, grauioris fortasse supplicij metu. Et cum Leuita conglobati essent, & armis instructi; illi (parsi, improvidi, semicbrij, atque vt in ludis & choreis, inermes, facilis erat & expedita victoria, caesaque sunt ea die ad tria & viginti hominum millia. In Hebræo tamen & Græco, tria tantum castrorum millia censentur, omissa voce viginti. Qua de re vide Cornelij coniecturam hoc loco.

Quo factò à Mose audierunt Leuitæ, *consecratis manus vestras hodie Domino*, sanguine scilicet initiati reorum, sicut Sacerdotes sanguine arietum consecrantur; & reorum eadem, quasi acceptabile sacrificium iustitiæ, Domino obtulistis. Putauit Philo^a Sacerdotium Leuitis, in præmium sumptæ de idololatriæ vltionis fuisse attributum, concinnitatem, quando secutus. Quem meminisse oportebat, electos diuinitus Leuitas, & nominatum Aaronem cum filiis ad Sacerdotium, priusquam pareretur hæc cedes, aut flagitium ipsum à populo admitteretur, vt ex 28. Exodi clarum est. *Quin etiam cum Dominus assumpsit Leuitas*, ad suum in tabernaculo famulatum, nusquam huius eorum officij, aut meriti meminit, sed tantum quod eos sibi in locum primogenitorum vindicaret. Atque ita abiit quadragesimus ille dies Mosaicæ ammorationis in monte; dies infausti nunciij, & querelarum, dies gemituum & lacrymarum, dies indignationis & confractiois, dies gaudij & chorearum, dies ludorum & epularum, dies exprobrationis & funerum.

Necdum tamen vacabat à metu populus, sed insuper vindicem Dei iram non sine causa formidabat. Itaque^c factò altero die locutus est Moyses ad populum. *Peccastis peccatum maximum, ascendam ad Dominum si quo modo quivero eum deprecari pro scelere vestro*, in Hebræo, si forte expiem orando pro peccato vestro. Ex quo patet, quod supra diximus^d, Moysi nondum plane constitisse Dominum fuisse placatum. Reuerfus est ergo Moses ad Dominum, vt veniam, populo impetraret, ibique alios rursum quadraginta dies orans ac ieiunus permansit, quod ipsemet apertè non semel professus est. Ipsi est enim illa oratio. *Iacui coram Domino 40 diebus ac noctibus, quibus eum suppliciter deprecabar, ne deleteret vos, vt fuerat comminatus, &c.* Et rursum hæc. *Ego autem steti in monte sicut prius, quadraginta diebus ac noctibus,*

CCIV. A Leuitis caduntur magno numero.

CCV. Qui & laudantur.

a l. 3. de vita Mos.

nec ideo honorati Sacerdotio.

b Num. 3. 12. 13. 14. &c.

CCVI. Redit Moyses in montem, ad placandum Dominum. c Ex. 32. 30.

d n. 199. Ad quadraginta dies.

e Deut. P. 25.

f Ibi. c. 10. 10.

exaudiu'que me Dominus etiam hac vice, & te perdere noluit. Vbi vides & orandi caulam, & diuturnitatem orationis perspicue confirmari. Quibus Moyfi verbis, meo iudicio, vim afferunt, qui hos 40. dies positos in precibus putant ad obtinendas nouas tabulas; clariora enim verba sunt, quam vt alio torqueri possint: resque ipsa docet prius oportuisse veniam & vitam obtinere, quam tabulas: quæ ipsa posterus pari orandi studio, & ieiunandi diuturnitate obtentæ sunt, vt Exodi 34. perscriptum est.

CCV. Initium secundæ quæ dragenarij ieiunij Moysi. 27. 624. & 629.

Ex istamam igitur omnino Scripturæ consentaneam hanc secundam 40. dierum in monte moram, quæ initium ducit à decimo octauo quarti mensis, & vigesima octaua quinti terminatur, vt in Annalibus a per singulos expansionum mensium dies notauimus De initio perspicuum est Moysem postridie à confracto vitulo & cæsis ido olatris conuocasse populum, atque de admissio maximo peccato obiurgasse, moxque ad Dominum ad obtinendam populorum veniam ascendisse. Sic enim Scriptura loquitur. *Facto autem altero die, id est postridie, siue, vt est in Hebræo, Chaldæaque paraphrasi, die crastino, locutus est Moyses ad populum, Peccastis peccatum maximum. Et nunc ascendam ad Dominum, &c.* Aduerbum temporis est in Hebræo, Chaldæo, & Septuag. licet absit à vulgata. Et erat causa accelerandi. Periculum enim erat in mora ne inter ea Dominus nondum, vt putabatur, placatus, noua quæpiam plaga sauiret in populum. De fine autem huius secundæ quadragesimæ suo loco dicitur.

b Exod. 32. 30.

CCVIII. Vt se in monte apud Deum gessit.

Repetit ergo montem Moyses, populi sui causam acturus apud Dominum. Nec proditum est litteris solusne, an cum Iosue illuc ascenderit, & an Aaronem & Hur sicut prius vicarios suos reliquerit, à quibus populus in spem veniæ erigeretur, & in odium culpæ præcedentis. Proditum tamen est qua demissione animi, qua mentis corporisque contentione, qua longanimitate & perseverantia, qua flagrantî denique charitate Deo preces fuderit. Hinc illa quæ superius attingimus. *Et iacui coram Domino 40. diebus ac noctibus*, in Hebræo vis maior exprimitur. *Et prostravi me ad facies Domini 40. diebus, & 40. noctibus, quibus me ipsum prostravi.* Quod autem paulò post sterisse se ait in oratione, si placet ad corporis habitum referre, dicemus prophetam partim stantem, partim prostratum, aut genibus nixum, interdum etiam fortasse sedentem, tam diuturnum tempus in oratione posuisse. Nam vbi legitur; *& perseveravi in monte 40. diebus*, in Hebræo est, *& sedi in monte.* Et sicut toto eo tempore nihil manducavit aut bibit, vt ibidem scriptum est, Deo vim caloris naturalis cohibente, ne humorem natium consumeret: ita & credibile est nullo eum somno fuisse oppressum, qui magna ex parte ob cibi digestionem requiritur, Deo non permittere; corporis vigorem ac vires, iugi ac continenti mentis contentione dissipari.

n. 209.

c Deut. 9. 9.

CCIX. Orantis pro populo charitas.

Sed nihil est illa charitate diuini, à qua illa verba effusa sunt, quæ stuporem deinceps omnibus seculis attulerunt. *Aui dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti.* Dicimus autem quod alibi quoque locum significauimus, hyperbolicam esse locutio-

nem, indicem immensi desiderij: quæque rigide, & vt verba sonant, accipi non debeat, neque à dicente, neque ab audiente accipi soleat, vt cum David dicebat Ionathæ, *Si est iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad patrem tuum ne introducas me.* Ita Moyses vult deleri de libro vitæ, nisi Dominus populo ignoscat, quod tamen simpliciter non vult, sed iuxta S. Augusti ita ratiocinatur. Aut deleturus es me de libro tuo, aut populo isti parciturus. At non delebis me de libro tuo, ergo populo isti peccatum remittes. Hyperbolen autem illa inuunt, quæ subdit, *Animaduertendum est, inquit, quantum malum in illo peccato perspexit Moyses, quod tanta cade crediderit expiandum, qui eos sic diligebat, vt pro eis illa verba Deo funderet.*

Non caret hyperbole.

a 9. 147. in Exod.

CCX. Aliud Moysi argumentum ad placandam Dominum.

b Deut. 11. 6.

c Exod. 31. 11. 12.

Exod. 33.

CCXI. Domini responso.

Supponit autem eadem ratiocinatio, multoque magis illa Scripturæ verba, *Dele me de libro tuo quem scripsisti*, Moysen certam habuisse, atque exploratam diuina reuelatione prædestinationem suam, etsi ignoremus quando ea facta fuerit. Fuit autem hæc tam incensa prophetæ charitas telum potentissimum, quo diuinam clementiam expugnauit. Iterauit etiam illa veniæ incitamenta, quæ prius attulerat, cum Dominus ei primum populi idololatricam patefecit, quia expertus fuerat huiusmodi argumentis non parum labefactam vlticem Numinis seueritatem. Hanc scilicet vltionem damnum vlciscentis esse atque iacturam. Id enim esse perdere ac profligare hæreditatem suam irritos reddere labores suos gloriosaque victorias. Esse id obliuioni tradere fidelissimos amicos suos, eorumque apud se merita, & inimicis materiam ad insultandum ac blasphemandum præbere. Priori argumento respondet Dominus neminem nisi ex propria culpa de libro vitæ deletum iri. Posteriori autem videtur illis verbis fieri satis. *Tu autem vade, & duc populum istum, quò locutus sum tibi: Angelus meus præcedet te, quæ vberius proximo statim capite referuntur.*

Quibus verbis Dominus non tam dimittit à se Moysen, quam tacite spondebat se non deleturum funditus populum, sed effecturum, vt terram patribus eorum promissam consequerentur, sed alio à se ductore. Cum autem ait, *ascende de loco isto tu & populus tuus*, non autem populus meus, præ se fert irarum reliquias, multoque magis cum paulò ante minatus est, se in die vltionis visiturum hoc seculus populi eius. Denique cum negauit se ascensurum cum populo, *Ne forte*, inquit, *disperdam te in via, quia populus duræ cervicis es.* Sic enim populum quasi præsentem alloquitur. Quasi dicat, Tuâ omnino interest ne focium me habeas peregrinationis tuæ: quippe qui sis populus cernicofus, rebellis, obtrektor, & pronus ad malum. Itaque pro inolita consuetudine tua ea perpetrabis, quæ ego coram me fieri non sustinens repentina te vltione conficiam. Hæc ad popularem captum dicta sunt, vt pote rudi populo enuncianda per Moysen. Contra tamen nititur Moyses, quia intelligebat istis verbis negari singularem quandam Dei in hunc populum prouidentiam; eumque communi, quam per Angelos exequitur, contentum fore.

negat se ascensurum cum populo isto, &c.

Deinceps

Digressio in textu Scripturæ.

a 27. 628. & 629. vide infra n. 238.

b 9. 153. in Exod.

CCXIII. Quomodo Moyses ex nomine.

c n. 643. & 649.

CCXIV. Moyses non petit videre diuinam essentiam.

Deinceps autem à versu quarto vsque ad duodecimum, vbi dicitur Iosue non recessisse de tabernaculo, inferuntur per quandam digressionem, quæ contigerunt in castris, cum hæc Dei iussu nunciata sunt populo, post reditum Moysi, vna cum secundis tabulis, vt accuratius in Annalibus explicatam est, quæ propterea ad suum locum, tempusque referuabuntur. Cum ergo Moyses seueriorem hanc Domini orationem, ac denunciationem audiuisset, ad blandas conuersus preces. *Præcipis vt educam populum istum, & non indicas mihi quem misurus es mecum*, qui scilicet possit ac velit facere mirabilia sicut tu, quod erat petere ductorem ipsum Deum sicut prius, sed obscure & vniuersè, relicta applicatione ipsi Domino, vt explicat Abulen. pergit, *Præsertim cum dixeris, noui te ex nomine, & inuenisti gratiam coram me.* Non est in Scriptura, vbi aut quando hæc Moysi à Domino dicta fuerint, vt notauit August. Constat autem nosse ex nomine aliquem, esse familiariter nosse: quomodo principes subditos suos vniuersè cognoscunt, plerisque de facie, nominatim autem, non nisi familiares & amicos.

Sæpius autem Deus Moysen nominatim compellat, ex quo ipsum ex ardenti rubo vocauerat, eique sese familiarem exhibuerat: præsertim in continentia illa quadraginta dierum consuetudine, vbi etiam videtur ipsi dixisse, multum illum valere gratia apud ipsum Deum: quod Moyses nunc experientia ipsa probari cupit, petens ostendi sibi faciem eius, id est, vt exponit Toftatus, Deum se ipsi lætum exhibere, sicut ante adorationem vituli. In Hebræo est, *fac me nunc scire viam tuam*, &c. in hanc sententiam. In eo cognoscam valere me gratia apud te, si docueris me viam tuam, præcedendo videlicet nos per te ipsum, & faciem, siue præsentiam tuam demonstrando per mirabilia opera tua. Nihil autem ipsum sibi singulariter petere, sed populo suo duntaxat, illa verba quæ statim subduntur ostendunt, *respice populum tuum gentem hanc*, quasi dicat, agnosce quæso Israëlitas vt populum tuum, & vt talem eum rege. Hic autem intelligi potest, neque Moysen petisse, neque Deum ipsi concessisse visionem diuinæ essentia, quam difficultatem studiosus lector reperiet diligentius in Annalibus explicatam.

Hic illud tantum dicam, Si Moyses petit videre ipsam Dei faciem, quid est quod Dominus acquiescens voluntati eius non dixit faciem meam ostendam tibi, *facies mea præcedet te*, quod ad deductionem per desertum pertinet, non ad diuinæ essentia contemplationem. Quod si hic petit istiusmodi visionem, cum audierit mox, *verbum istud quod locutus es faciam*, quid est quod iam voti compos rursus petit ostendi sibi gloriam Dei, & audit, *Faciem meam videre non poteris?* Facies ergo quæ hic negatur gloria est, quæ illic promittitur, præsentia, & societas viæ est. Quam cum petit, non minus propterea optauit Angelum Domini de more in columna nubis & ignis viæ ducem perseuerare; idque satis illi erat, dummodo Deus nihil de sua in populum beneuolentia ac protectione minueret; idque nomine præcedendi populum, & ambu-

landi cum eo intellexit. Cum ergo Moyses petiisset à Domino ostendi sibi faciem eius, præeuntem, scilicet proregentem, ac mirabilia in gratiam populi sui patrantem, responderet Dominus, *facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi.* Fit ergo Moyses voti compos, Domino voluntati eius acquiescente, & insuper promittente fore, vt medios inter hostes tutus futurus sit, & requiem in terra promissa, illis edomitis obtenturus. Quæ verba quia Dominum populo suo reconciliatum ostendebant, adeoque paratum ad eadem erga populum beneficia, miracula, prouidentiam denique vniuersam: eadem sibi Moyses confirmari desiderans, iterat petitionem suam, ne forte nomine faciei aliud quidpiam in Domini promissione intelligatur. *Si non tu ipse præcedas, inquit, ne educas nos de loco isto.* Satius enim esset in hac horribili solitudine ætatem agere, tua protectione munitos, quam ea destitutos, in terra lacte & melle manante, obrui barbarorum telis. Sed quia Dominus solius Moysi, omisso populo, mentionem fecerat, bonus pastor eius nominatim mentionem inducit. *In quo enim*, inquit, *scire poterimus ego & populus tuus, inuenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscum, vt glorificemur ab omnibus populis, qui habitant super terram?* Et Dominus assentiens, *Et verbum istud quod locutus es faciam*, idque in gratiam tui, *inuenisti enim gratiam coram me, & te ipsum noui ex nomine.*

CCXV. Sed solitam Dei prouidentiam.

idque incalcat.

a Exo. 33. 15. 16.

& Dominus ei assentitur.

CCXVI. Moyses petit videre gloriam Angeli secum loquentis.

b 9. 17. in 33. Exod.

camque corpoream

CCXVII. Quomodo ea dicatur omne bonum.

c 9. 154. in Exod.

Hic Moyses rebus ex animi sententia fluentibus factus alacrior, atque ad petendum animosior. *Ostende*, inquit, *mibi gloriam tuam.* Quam petitionem non de diuinæ essentia visione, vt plerique putauerunt, sed de aspectabili quodam Domini conspectu intelligendam cum grauissimis theologis arbitramur. Is enim Angelus, qui cum Moysè loquebatur, & Domini personam sustinebat, nube tectus, & amictus caligine loquebatur. Oprauit ergo Moyses amoto hoc velamento, monstrati sibi faciem illam illustrem, & gloriam quam in assumpto corpore habebat. Idque ex euentis patet. Faretur enim Toftatus vidisse Moysen, nec tamen plenè ac perfectè, sed ex parte tantum quasi humanum quoddam corpus ex aère conformatum tanto coruscans fulgore, quantum humanus oculus, aut corporis humani temperies ferre non posset. Corpus, inquam, non spiritalem aliquam substantiam. Ad corpus enim pertinent facies & tergum, manus dextera vel sinistra, transitus & protectio, siue obtectio, quæ in hac visione memorantur. Itaque corpoream totam hanc visionem fuisse, cum doctissimis quibusque arbitramur.

Sed his obstare videtur illa Domini oratio, *Ego ostendam omne bonum tibi*, quod videtur soli diuinitati conuenire. Verum si Hebræum textum, Græcumque consulamus, Chaldæamque paraphrasim, hic de diuinitate non agitur. Habent enim magno consensu mentionem transitus, qui rerum corporearum est, non diuinitatis, quæ vbiq; est. *Ego transire faciam*, inquit Hebræus, *omne bonum meum super faciem tuam*: eodemque modo Onchelus. Septuag. vero apud August. *Ego transibo ante te in gloria mea.* Quod consentaneum est ei quod sequitur, *cum transibit gloria mea ponam te in foramine petrae*, &c.

Sententia itaque huius loci est. Ego quidem totus coram te transibo, cum tota gloria, quam habet hoc corpus, quod assumpti: totum tamen non ostendam, quia vibrantem ex facie fulgorem, citra mortis discrimen ferre non posses: vt ex sequentibus magis intelligetur. Quæ est expositio Abulensis, Valquesij, Cornelij. At Hieronymus in vulgata transitum in ostensionem vertit, quia Dominus transeundo ostendit sese: simul etiam operam dedit vt locum haberet interpretatio de visione diuinitatis, quam communem sciebat plurimorum patrum.

CCXVIII. Signa visionis huius transeuntis. Eiusque modus.

Quoniam ergo Dominus promisit visionem sui in transitu, eius signa Moysi dat, per verba transeuntis & modum transeundi. Cum enim ait, *Et vocabo in nomine Domini coram te*, &c. Idem est ac si diceret, cum transibo coram te in speluncam ingresso, in clamabo nomen Domini, vt scias me transire, atque respicias. In clamabo autem diuina nomina, quæ sunt dominator Dominus, clemens, misericors & similia: quæ vsurpauit cum hanc promissionem impleuit, vt habetur capite seq. Deinde explicat quomodo dorsum Angeli transeuntis visurus sit, non visa facie quam mortalis oculus ferre non possit, in hunc ferè modum. Est hic in monte hoc rupes excavata in quam intrabis, dumque ego transibo cum gloria & fulgore meo, dextera mea obtegam ingressum speluncæ, ne tu faciem transeuntis contempleris. Vbi autem modicè os speluncæ pratergressus fuero, amouebo manum meam, & præbebo me tibi à posteriore parte contuendum. Nomine autem manus Abul. densam quandam nubem intelligit, quæ ad nutum Angeli obstrueret os speluncæ, ab eaque recederet. Nam proprie dicta manus minor erat, quam vt ianuam illam claudere possit. Et cum proportionem reliqui corporis esset illustris, illuminaret speluncam, & antequam illi applicaretur, radij faciei in speluncam infusi vultum quoque Moysi illustrarent.

a Exod. 34.

b Abul. 9 18. & 19. in cap. 33.

CCXIX. Dominus dimittit Moysen ad nouas tabulas. c Exod. 34. 1. & Deut. 10. 1.

In arcu reponendas.

d Deut. 10. 2.

CCXX. Moyses populum in metu retinet. e Ex. 32. 35.

Iamque agebatur quadragesimus dies secundi leuij quadragesimj Moysi, qui dies incidit in vigesimum octauum quinti mensis qui ab Hebræis dicebatur Ab; cum iam Dominus populo placatus mandat Moysi vt descendat de monte, & parat tabulas lapideas instar priorum. Sicut enim Domino populum à se abdicante, atque abiiciente frustra erant leges, & ideò contractæ fuerant. Ita Domino populo suo reconciliato, leges ab eo populus recipere debuit, quæ illum Domini populum esse, & ab eo regi testarentur. Iussit quoque fieri arcam ligneam, in quam nouas tabulas inferret, & quam primum cum eis ad se redire in montem Sinai, ibi diutius cum Domino mansurum. Quin & verat ipsum quemquam sibi socium assumere, ne Iosue quidem, vt videtur, quia Moysi in gloriosa specie, vt promiserat; sine vllis arbitris apparere voluit. Et ad maiorem excitandam reuerentiam, verat pecora pasci in solo, quod iacebat castra inter & montem.

Accepto comiteatu descendit Moyses de monte, inuenitque populum exterritum iis, quæ postiores 40. dies acciderant, & insuper plaga, qua Dominus reliquas idololatriarum

Moyses absente sustulerat, sese in officio continuasse. Nec tamen prudens populi rector, qui intelligebat eum in timore, quem proxima tragedia excitaret, retinendum esse, statim à descensu reconciliationem populo perfecit; Sed prima cura fuit dare curam idoneis hominibus lapideas tabulas præparandi, & arcam quæ eas aptè contineret. Altera cura fuit conuocare populum duplici de causa, prior renouandæ prohibitionis ascendendi in montem, posterior vt populum magna expectatio suspensum doceret, quo loco res suæ apud Deum essent: pereundum ne omnibus quam primum foret, an venia impetrata esset. Moyses autem, vt eos & à desperatione reuocaret, & iusto in timore contineret, renunciauit populo statuisse Dominum, iterumque confirmasse daturum se ipsis terram illam lacte & melle manantem, iam pridem patribus eorum promissam, sed vt populum poenitentia & luctu ad nouas tabulas præpararet, addidit dixisse Dominum non ascensurum se cum eo, quod populus duræ ceruicis esset, & periculum esset, ne disperderet eos in via: iussitque eos deponere ornatum suum, siue lugubri veste indui, vt sciam, inquit, quod faciam tibi.

Audiens autem populus sermonem hunc pessimum, quo videbatur Dominus peculiarem populi sui prouidentiam deponere, luxit, & nullus ex more induit cultu suo, idque vt appareret vsque ad reditum Moysi de monte cum nouis tabulis, quod indicium erat delicti peccati, & redire gratæ gratæ Deum inter & populum suum. Videtur autem hoc ipso die contigisse, quod subdit Moyses de traslato tabernaculo extra castra. Nam id ad castigationem populi vehementer pertinebat, vt ille quasi interdictus sacris maneret, & communione priuatus. Nec tamen statim à reditu cum nouis tabulis relatum est id tabernaculum intra castra, vt ex Scriptura ipsa aperte colligitur, donec nouum illud ac nobile tabernaculum excitatum est. Hoc autem quod non recens factum, sed traslatum dicitur, fuit vel priuatis Moysi precibus, vel publicis ac communibus destinatum. Cum enim multa esset Moysi cum Domino familiaritas, certum est huiusmodi colloquia solitudinem amare atque silentium. Ideoque Iuditha b, in superioribus domus suæ, secretum sibi cubiculum præparauerat.

Magis tamen placet fuisse locum communibus populi precibus destinatum. Nam vbi legimus in vulgata, *Et omnis populus, qui habebat aliquam questionem, egrediebatur ad tabernaculum fœderis extra castra*. In Hebræo, Græco, Chaldæoque legitur, omnes qui querere aut consulere vellent Dominum, eò se contulisse, pro consuetudine videlicet iam ab egressu ex Aegypto vsurpata. Accedit & ipsa denominatio, dictum enim Tabernaculum fœderis, siue conuentus, quod eo populus, quasi in Ecclesiam conflueret. Sacer itaque fuit non profanus hic locus, in quo Aaron manna reseruauit coram Domino. In quo Iethro obrulit holocausta, & cum cognato suo comedit coram Domino. In quo Moyses Dei iussa populo declarabat, vbi populi petitiones referebat ad Deum, & Dei ad populum responsa, reddebat senioribus, quæ illi ad populum referebant. Vbi

CCXXI. Et lugens ornatum deponit. a Exo. 33. 4.

Et tabernaculum abducit à castris.

b ca. 8. 5.

CCXXII. Cuiusmodi illud fuerit.

Eo populi orationis causa conuenire solent.

denique

denique Dominus cum Moysæ facie ad faciem loquebatur, quemque Iosue minister Moysi, quasi ædituus seruabat. Hoc ergo tabernaculum orationi destinatum Dominus, aut ex illius afflatu Moyses, procul extra castra abduxit, vt se à populo etiam tum abalienatum atque abstractum ostenderet. Abductum autem bis mille cubitis à castris Rabini prodiderunt.

a Ex. 34. 4. CCXXIII. Moyses ascendit ad montem in tertiam mansionem quadragenariam.

Renouat petitionem pro populo suo. b Ex. 34. 8.

CCXXIV. Deusque renouat promissionem.

Datque diuersa præcepta.

c Exod. 34. 27.

CCXXV. Annus Sabbaticus quando instituitur.

His ita peractis, paratisque cum arcu tabulis, Moyses nocte, id est summo mane consurgens, ascendit in montem Sinai, & ecce nubes gloriæ Domini, quæ aliquanto spatio supra verticem montis eleuata manebat demisit se ad verticem montis, vt ibi Dominus, aut Angelus potius, qui eius vices gerebat, Moysi se conspiciendum præberet, vt nuper ei promiserat. Vt ergo Moyses peruenit ad montis verticem, Deo inspirante, & per nubem descendente in speluncam ingressus est, statimque illius aditu nube obscurato, & transeunte gloria Domini, exauditus est clamor, eius vtique qui promiserat se vocaturum in nomine Domini, & simul cum signo transitus sui edocurum, quo modo inuocandus esset Dominus, quibusque titulis afficiendus. Auditus ergo hisce Dei titulis, & simul cum verbis Domino transeunte, & nubes ex aditu speluncæ, vt ante conuenerat amouente, exiit Moyses, & vidit à tergo Angelum eximio fulgore radiantem, festinusque Moyses curuatus in terram pronus & adorans petit sibi confirmari petitionem de gradiendo cum populo suo.

Rursumque Dominus acquiescens petitioni, spondet se populi ducem ac protectorem fore, idque ingentibus miraculis probaturum. *Signa faciam, inquit, quæ nunquam visa sunt super terram, nec in vllis gentibus, vt cernat populus iste in cuius es medio, opus Domini terribile quod facturum sum: Quod ad tempora Iosue referendum est. Subdit enim, Obserua cuncta quæ hodie mando tibi, quasi renouatè fœdere, quod populus nuper in vitulo fœdè peruerat. Quasi dicat, hæc vna cura tua sit, vt obserues legem meam. Ego autem ipse eiiciam, ante faciem tuam Amorrhæum, & Chananaam, & cæteros populos. Cum his autem iam nunc verat iniri amicitias, fœderatæ nuptiarum, imo eorum aras destrui, statuasque confringi, quod maxime valet ad disjungendos animos, quos communio religionis deuincit. Deinde inculcat præcepta quædam superius tradita de obseruanda solemnitate Paschali cum ritibus suis, de primogenitis, de Sabbatho, de triplici solemnitate, quibus apparere debeant Israëlita coram Domino, in loco, quem elegerit. De aliis quoque nonnullis monet, quæ postea Moyses populo diuersis vicibus enuntiauit, & in scripta reulit, vt iustus fuerat, ad memoriam posteritatis, vsurque perpetuum.*

In his porro nihil æque nobis cognoscendum videtur, atque annorum Sabbaticorum & Iubilæorum institutio, & ratio, quæ habetur Leuitici 25. vbi dicitur Dominum locutum esse Moysi, in monte Sinai, quæ de iis præscribuntur. Et vt ab anno Sabbatico dicamus initium; illius enim institutio paulò videtur antiquior, ad eumque ipsam diem pertinet, quo lex pro-

mulgata est: non tamen visum est, quæ natura coniuncta sunt, tractatione distrahere. De anno ergo septimo ita lex habet in Exodo. *Sex annis seminabis terram tuam, & congregabis fruges eius. Anno autem septimo dimittes eam, & requiescere facies, vt comedant pauperes populi tui, & quidquid residuum fuerit, edant bestia agri. Ita facies in vinea, & oliueto tuo: quæ plenius in Leuitico b repetuntur. Quæ lex nihil est aliud quam eximia demonstratio diuinæ bonitatis, quæ cum omnium rerum sit procreatrix, eas etiam conseruatas cupit. Ergo quoniam quiete animantium corpora reficiuntur, ostendit Dominus sibi esse curæ; etiam ipsius terræ quietem, vt Iudæi intelligerent, tanto magis sibi seruorum & ancillarum suarum quieti humaniter consulendum esse, cum Deus ipse non duxerit indignum prouidentia sua, diem quietis bruis animantibus, & terræ ipsi annum requietionis assignare.*

Sed illud in primis hoc loco expendendum est, ad annos ne sacros, qui inchoantur à Nisan, an ad vulgares qui à Tisri initium ducunt, id est Vere vel Autumno, anni Sabbatici, atque Iubilæi inciperentur. Communissima autem est, ac verissima pro Autumno, ac mense Tisri sententia. Cum enim primarium hoc huiusce legis caput, ad quietem terræ pertineat, per annum vnum, tunc anni initium sumi oportuit, cum agricolæ incipiunt rationem de integro habere cum terra, illam proscindendo ac seminando, quod septimo mense conuenire nemo ignorat. Accedit quod si hi anni mense primo inchoarentur, & contingeret annum Iubilæum biennio ante, vel post Sabbaticum celebrari, Iudæi quinque annorum messe caruissent; quod incommodum, posito initio horum annorum in Autumno, nullum erat, vt clarè in Annalibus demonstratum est. Quamuis autem dies ipse septimi mensis in controuersia sit, quibusdam primum, qui fuit clangoris apud Iudæos, aliis decimum, qui fuit expiationis eligentibus, prior sum ad existimandum, ipso primo die mensis, cum clangore tubarum tam Sabbatico, quam Iubilæo anno initium datum fuisse, nec vnum mensem ab Hebræis in duos annos fuisse distractum. Præsertim cum ex calendario Hebræico certum sit, primum diem Tisri, qui erat tubarum, anni communis initium fuisse, proptereaque Ros Hassana, id est caput anni dictum fuisse.

Quæ autem in hac terræ quiete cessare iuberentur, ex ipsa Scriptura d colligitur. Prima est ipsa terræ proscissio, atque satio; nam in Leuitico aperte habetur, *agrum non seres*. Itaque nec messis expectanda erat, quod si quid sponte ferebat humus, ex deciduis granis, nominatim cautum erat ne meteretur à Dominis, sed pauperibus dimitteretur. Altera est putatio vinearum, quæ terræ proscissioni respondet, parique ratione de messe & vindemia iudicandum est. Vincis aggregantur oliueta in Exodo, vt pariter illo anno ingulsa dimittantur. Eademque ratio valere videtur in pomariis, ac viridariis: arborum quoque plantationem Iosueus interdictam scribit

a c. 23. 10. Requies terræ in eo iubetur.

b c. 25. 2.

Dei bonitatis signum.

CCXXX. Inchoabatur in Autumno, & quare.

c n. 681. & seq. Et primo die septimi mensis, qui dictus caput anni:

CCXXXVII. Capita legis anni Sabbatici. 1. terra nec seminanda, nec colligendæ fruges. d c. 25. 4.

Eadem ratio vinearum oliuetorum, pomariorum. l. 13. Ant. c. 10.

De hortis non videtur idem esse dicendum, sed suos ab vnoquoque coli potuisse, qui intra ciuitates domosque clausi erant; Quod lex de agris & arboribus loquitur, quarum fructus in propatulo positi, omnibus hominibus atque brutis expositi sunt. Nisi forte muros eorum, aut sepes, aut ostia diruere cogebantur, vt à brutis omnia pessum darentur. Quæcumque autem leguminum, aut frugum genera, in campis feri, metique solent, ea interdicta fuisse intelliguntur.

Sequitur alterum legis huius caput, quod pertinet ad personas: earum scilicet libertatem, æs alienum, & lectionem legis. De libertate ita loquitur Dominus in Exodo a. Si emeris seruum Hebræum, sex annis seruiet tibi, in septimo egredietur liber. Sed hic annus septimus ab emptione serui non numerabatur, sed constans erat atque immutabilis. Itaque si anno primo à Sabbatico emebatur, seruebat sex annis, si secundo quinque, si tertio, quatuor, & ita de cæteris. Idque intelligendum est quæcumque ex causa Hebræus ille libertatem amisisset. Alia erat ratio alienigenarum, quibus septimus annus non afferebat libertatem, sed hæreditario iure transmittebantur ad posteros, aut venundabantur. Quod si mansuri erant apud Hebræos, ad ritus Iudaicos, facti profelyti, conuertebantur, masculi per circumcisionem, fœminæ per applicationem ad Iudaicos ritus, vt pluribus docet Abulensis b in Leuiticum.

Iam quod ad æs alienum attinet, ius erat Hebræis nouarum tabularum ex diuina lege. Septimo, inquit, c anno facies remissionem, que hoc ordine celebrabitur. Cui debetur aliquid ab amico vel proximo ac fratre suo, repetere non poterit, quia annus remissionis est Domini. A peregrino & aduena exiges, ciuem & propinquum repetendi non habebis potestatem. Quod de commodatis rebus, aut furto sublatis, aut depositis, quæ Dominum eundem seruant, intelligendum non est, sunt enim perpetuo restitutioni obnoxia. Monet autem legislator ditiores ne tardiores sint in dando mutuo tenuioribus, appropinquante anno remissionis, quo perituum erat mutuo danti. Ne clamet, inquit, contra te ad Dominum, & fiat tibi in peccatum. Sed conarentur potius eos remittendis debitis subleuare, & ad pinguiorem reuocare fortunam. Superest legis lectio in annum septimum indicta, vt accuratè in Deuter. d præceptum est, in solennitate Tabernaculorum, fiebatque à summo Pontifice, vt Ioseph e placet: valebatque hæc lectio tum ad alia, tum ad illud maxime, vt cum iura septimi anni memoria repeterentur audiendo, ad praxim facilius deducerentur, neque per potentiorum auaritiam neglecta, paulatim obliterarentur. Hæc de anno Sabbatico, nunc de Iubilæo pauca dicamus. Quot scilicet constaret annis, quæ illius propria essent, & quomodo tam septimus, quam quinquagesimus annus à Iudæis obseruaretur.

Quod igitur ad numerum annorum Iubilæi, ipsi sacri codices Latini, Græci, Hebræici, qui annum quinquagesimum Iubilæo tribuunt, summa qua pollent autoritate, summoque consensu, iure nos si quid sapimus, meritoque

frangant; cui nonnulli, & quidem ferè sectarij, studio nouitatis, & nescio quam numerorum concinnitatem secuti, quadragesimum nonum antetulerunt; vt quia septimus dies hominum quieti diuina lege destinatus fuit, septimus annus agrorum quieti, septies septimus possessionum alienatarum restitutioni attributus dicendus sit. At Scriptura minime ambigua est, Numerabis, inquit, a tibi septem hebdomadas annorum, id est septies septem, que simul faciunt annos quadragesima nonem: & subdit, Sanctificabisque annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ tuæ: ipse est enim Iubilæus. Et rursus ibidem, Reuertetur homo ad possessionem suam, & vnusquisque rediet ad familiam pristinam, quia Iubilæus est, & quinquagesimus annus. Hæc clariora sunt; quam vt studio contradicendi obscurari possint. De industria enim exactissimè hoc loco, maximeque proprie Scriptura locuta est, ne populum ancipitem relinqueret vtrum duorum annorum Dominus elegeret in Iubilæum, quadragesimum nonum, an quinquagesimum.

Accedit communissimus Synagoga & Ecclesiæ sensus, atque consensus; pro illa testimoniū dicunt Iosephus & Philo Iudæi, quos retulimus in Annalibus, alijque Rabini apud Lyrantum atque Serarium, quos Eusebius se profiteretur b sequi, & quem vicissim quamplurimi sequuntur. Pro qua etiam sententia stare computum Æthiopicum fatetur Sciliger præcipuus contrariæ opinionis propugnator, itemque Africanum atque Epiphanium. Quibus adde Sanctos Cyprianum atque Cyrillum, Ambrosium, & Augustinum, Gregorium magnum, atque Hieronymum Adde & Origenem, Bedam, Cassiodorum, Isidorum & Marianum Scotum; quibus subscribant inferioris æui scriptores innumera- biles, quorum plerosque ibidem retulimus c. Accedat illa quoque ratio. Si enim Iubilæus annus est quadragesimus nonus perpetuo in annum Sabbaticum incurret. Quo posito frustra Scriptura veraret feri aut meti in anno Iubilæi: satis enim erat id de anno septimo præcepisse.

Quod attinet ad Iubilæi præuilegia, primum fuit vt Hebræis omnibus liber esset accessus, & reditus ad possessiones suas. Itaque si quis vrgente penuria venderat agellum suum, poterat eum quocumque tempore redimere, pretio emptori restituto, computatis fructibus ex eo tempore, quo venditus fuerat: quod si non posset redimere, emptor manebat Dominus agri vsque ad annum Iubilæi d, in quo sine vlllo pretio agellus redibat ad pauperem, ipsius olim Dominum. Idque licet multæ intermediæ venditiones interuenissent e: sicque pauperes facilius ad pinguiorem fortunam redibant, quæ erat vna causa legis huius, quæ condita erat in fauorem pauperum. Altera erat ne tribus & familiæ, quibus à principio possessiones sorte distributæ fuerant, confunderentur. Circa venditionem donorum aliud ius erat. Nam qui vendiderit domum, ait Legislator, intra vrbis muros, habebit licentiam redimendi, donec vnus impleatur annus. Si non redemerit

CCXXVIII. Alterum caput de personis, & earum libertate. a Ex. 21. 2.

Quæ ratio alienigenarum.

c cap. 25. 9. 26. & 27.

CCXXIX. Quæ debitorum remissio. c Deu. 15. 1.

Et quorum

lectio legis anni septimi. d ca. 31. 10. e l. 4. Ant. c. vlt.

CCXXX. Iubilæum 50. annorum non 49. fuisse ex Scriptura.

a Leuit. 25. 8. 9. 10.

CCXXXI. Multiplique scriptoribus probatur.

b in Chron. an. 51. Ab.

c an Mos. 8. 1. 2. 66.

CCXXXII. Iubilæi prærogatiuæ prædiorum recuperatio.

d Leuit. 25. 29. & 30.

e Abul. ibid.

quid de donibus iuris.

& anni circulus fuerit euolutus, emptor possidebit eum & posteris eius in perpetuum, & redimi non poterit etiam in Iubilæo, quæ autem erant in agris, agrorum iure censebantur.

CCXXIII. Libertatis acquisitio.

a Leuit. 25. 40. & Exo. 21. 6.

Proclamatio Iubilæi. b Leuit. 23. 24. c supra n. 226.

Die primo & decimo Tisri.

d psal. 80. 4.

e Leuit. 25. 9.

CCXXIV. Vt obseruati fuerint hi anni à Iudæis.

f Leuit. 26. 32. Dispensamq; &c.

Cur denique antiquati.

CCXXXV. Redit Moses in castra.

quando campumque deducamus. His ergo multisque aliis Deum inter & Moysen, intra dies 40. transactis, propheta rediturus ad suos ita concludit. Fuit ergo ibi cum Domino quadraginta dies & quadraginta noctes, panem non comedit & aquam non bibit, id est ab omni plane cibo potuque abstinit, nec deteriori fuit habitudine corporis post primum, quam post quadragesimum diem. Quam valetudinis constantiam comparat Abulensis a cum ea quam nunc retinent Elias, & Enoch, qui iam tot seculis sine cibo & potu perseverant, & sine senectute veterascunt, æque viuidi ac vegeti, ac cum primum illuc translati sunt. Quod autem subdit b, Et scripsit in tabulis verba fœderis decem, dubium facit huius scriptoris authorem S. Cyprianus c, & S. August. d Moysen scriptorem agnoscunt, propter ea verba, quæ paulò ante leguntur e, Scribe tibi verba hæc, &c. At initio capituli huius Dominus promiserat se scripturam legem, sicut priorem in nouis tabulis. Et in Deuter. f de Deo loquens, scripsit, ait Moyses, in tabulis, iuxta id quod prius scripserat, verba decem, &c. At minime dubia est prior scriptio, ergo neque posterior. Cæterum multiplex fœdus in his libris continetur, quorum præcipuum habetur in decalogo quem Deus angelico ministerio scripsit: cætera Moysen scriptorem habuerunt, vt placet Abulensi g.

Descendit ergo Moyses postremum de monte Sinai nono die septimi mensis, qui fuit vltimus tertij ieiunij quadragenarij, vt in expansionibus huius anni mensibus Annales nostri ostendunt h, cum duabus nouis tabulis, facie rutilante, expiato peccato vituli adorati; ex quo factus est dies hic Kippur, id est Expiationis i. Contigit autem reditus Moysi sub vesperam diei noni, quando festi dies inchoabantur, & factus est dies decimus expiationis, vt ex Leuitico liquet k. Ergo populus vestimenta luctus ad eam diem gestata deposuit, lætusque Moysi diu expectato occurrit. Nec obstat hunc diem à Deo afflictioni, & luctui fuisse destinatum, nondum enim ea lex fuerat promulgata. Nec tamen relatum est in castra tabernaculum, quod alterum iam iamque conficiendum erat; nec graue populo erat, extra castra non magno interuallo, se orationis causa conferre.

Quod si latus Moysi reditus ad populi consolationem valuit, non defuit quod admirationem moueret, imò & concitaret timorem l. Nam Moyses ex consortio sermonis Domini, inscius faciem retulerat fulgurantem: & intentiones lucis radios, quasi cornua ex utroque frontis angulo emittentem. Itaque ad tam nouum spectaculum Israëlitarum, atque adeo ipse Aaron cum principibus synagoga, timuerunt prope accedere, atque adeo retrocesserunt. At quomodo id dicitur ex consortio sermonis Domini contigisse. Nam iam sæpe cum Domino collocutus fuerat, atque adeo bis quadragenis diebus, nulla vultum luce afflatus. Itaque putat Abulensis, eum non tam ex consortio diuinæ colloctionis, quam visionis illius illustrissimæ, quam illi angelus in monte exhibuit, fulgoris illius participem esse factum: cum prius ignem tantum, nubem, & caliginem vidisset in angelo colloquente. Eo porro pertinebat hæc gloria, vt intelligeret populus, quantum

a in 34. Exod. post. 9. 23.

b Ex. 34. 28. c 9. 165. in Exod.

d Serm. de Spir. sancto. e Exod. 14. 27. v. 1.

f c. 10. 2. 4.

g post. 9. 23. & 24.

h n. 707. & 708.

i Leuit. 16. 29.

k Leuit. 23. 12. Cum publica licticia acceptus.

l Exod. 34. 29.

Quæ eius causa.

Moses gratia valeret apud Deum; maioriq[ue] cum veneratione proferebatur: nec vltra contemptum diceret ^a, *Moyfi huic viro, qui nos eduxit de terra Egypti, ignoramus quid acciderit.*

a Exo. 32. 1.

CCXXXVIII. Fuisse deinceps perceptum.

b Exo. 34. f.

Fuisse autem hunc non vnius aut paucorum dierum fulgorem ex eo patet, quod Scriptura deinceps de eo, tanquam de re ordinaria loquitur. Moysen enim ait ^b solitum vultui suo velamen obtendere cum loqueretur ad populum, & illud deponere cum ad Dei colloquium in tabernaculum rediret. Quin etiam tota deinceps vita huiusmodi radios perseverasse apparet, quod cum ij signum essent diuinæ in legatum suum benevolentia, non erat rationi consentaneum id signum tolli perseverante benevolentia, quam ponimus vsque ad finem vitæ perdurasse. Quod si eam gloriam Dominus ei post tempus aiquod sustulisset, existimasset rudis populus eum non vltra gratum atque acceptum Deo; itaque vt erat ceruicofus & contumax, non vltra se illi reddidisset obsequentem. Est autem hoc tempus, quod supra alieno loco quasi per parenthesis ^c insertum fuerat, de Mose aduente tabernaculum extra castra, & populo ei assurgente, & tergum aspiciente, donec ingrederetur tentorium: vbi Dominus aliud edebat indicium suæ cum Mose amicitia, quod vidente populo *columna nubis*, quæ altius in aëre pendere solebat, *descendebat, & stabat ad ostium, loquebaturque cum Moyse, cernentibus vniuersis, quod columna nubis staret ad ostium tabernaculi. Stabantque ipsi, & adorabant per fores tabernaculorum suorum*, diuinam præsentiam ex descensu nubis agnoscentes. *Loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum.*

Et quare.

c Exod. 23. 4. vsque ad 12. vide supra, n. 212.

Restitutis ergo rebus in integrum, quas vitulus aureus turbauerat, atque disiecerat congregauit populum Moses, vt illi enunciaret, quæ iam ante primis illis quadraginta diebus à Deo acceperat in mandatis. Id videtur vndecimo die septimi mensis contigisse. Ad vesperam enim diei noni, quo explebantur postremi 40. dies, venit Moses in castra, & à paucis, præter domesticos visus est. Postridie honoris causa venerunt ad eum tam Aaron, quam principes synagogæ, perque eos admonitus est vniuersus populus, vt postridie certum in locum conuenirent, ad audienda quæ Dominus præscriperat.

CCXXXIX. Moses congregat populum.

d Exo. 35. 1. Etique nunciatur constructio Sanctuarij.

Liberalitas populi.

e Exo. 36. 4.

Igitur congregata omni turba filiorum Israël, enunciauit quæ Dominus fieri iusserat ad constructionem Sanctuarij, omnemque eius apparatus, qui supra à vigesimo quinto capite præscriptus, deinceps compendio traditur. Quæ dum à Mose declarantur, incaluit vniuersæ multitudinis animus ad largiendum omnia, quæ operi sacrosancto necessaria erant vsque ad armillas, & inanes, & annulos & dextralia. Denique omne vas aureum in donaria Domini separatim est. Nimirum ne liberaliores erga Dæmonem pro vitulo aureo, quam erga Deum pro eius Sanctuario fuisse viderentur. Imo maculam illam proculsus delere voluisse visi sunt, quando artifices compulsi sunt venire ad Moysen, & ille populo per præconem denunciare, vt nihil vltra offerret.

CCXL. Qui artifices.

Artifices autem prius nominatim à Deo appellatos, & eruditos omni arte atque industria ad huiusmodi opus, populo denunciare, & operibus

præficit quibus etiam alij egregij artifices adiuncti sunt, seque vltro obtulerunt ad faciendum opus, quod Scriptura ^a, ad caput vsque quadragesimum persequitur, & iam superius per partes suas explicatum est satis. Non omitam tamen auri summam à populo collatam cum Mose referre. *Omne aurum, inquit, quod expensum est in opere Sanctuarij, & quod oblatum est in donariis viginti nouem talentorum fuit, & septingentorum triginta siclorum, quæ summa redacta ad pecuniæ gallicæ æstimationem ascendit ad trecenta sexaginta quinque millia quingentos & quadraginta vnum aureos, & solidos 40. vt in Annalibus explicatum est, vbi argenti quoque & æris æstimationem reperies. Huic autem liberalitati seruiebat, quod nihil isti populo ad victum vestitumque expendendum erat, vt septimum iam mensem experti fuerant, & deinde ad quadragesimum vsque annum eorum filij probauerunt. Accessit his plurima lana, linea, lignæque materies, plurimus pellium, gemmarum, & pretiosorum lapidum apparatus: in quibus dum artifices non pauci magno studio elaborant, quinque circiter menses abierunt, vt postea intelligetur.*

a Exod. 38. 24.

Quanta vis auri conturbata.

CCXLI. Moses dirigit populum controuersias.

Tempus aduentus Iethro.

b n. 710. 11. 21. 22.

c Exod. 18. 16.

Interea porro Moses boni principis & pastoris munus in regendo populo, eiusque controuersis componendis exequitur. Nam in tam diuturna eius absentia, multa quotidie in tanta populi multitudine exorta sunt dubia, quæ ad reditum Moysi ab ordinariis iudicibus reiecta fuerant. Dum ergo in his multus est Legislatores, venit ad ipsum Iethro cognatus eius. Est enim prius res à Mose narrata est, ad hoc tamen tempus certum se pertinere aduentum sceleri Moysi. Nam temporis angustia non patiuntur vt ante legem datam venerit, vt in ^b Annalibus accuratè docuimus; post legem autem nullum tempus hoc conuenientius occurrit. Quin etiam si satis attendimus, Moyses ipse testis est ^c socerum post acceptas à Deo leges aduenisse, vt qui illi dicat, se populum toris diebus ex Dei præceptis, legibusque iudicare, eumque illa docere; quod à Philone libro de temulentia & nominum mutatione notatum est. Adde quod Scriptura testatur Iethro obtulisse holocausta & hostias: vtique pacificas, de quibus mox epulati sunt, quæ sacrificiorum distinctio non erat ante datam legem. Denique Tribuni & Centuriones, qui hortatore Iethro instituti sunt, ante discessum ex monte Sina sunt instituti, sub huius anni finem, vel sequentis initium, vt suo loco dicitur.

CCXLII. Qui eius comites.

Confirmatur in fide vera.

Cum ergo audisset Iethro, Sacerdos Madian, id est vir in Madianitide primarius, vt supra explicatum est, & Moyfi socer omnia quæ fecerat Deus Moyfi, & Israëli populo suo, tulit Sephoram, quam Moyses in Egyptum proficiscens remiserat, & duos eius filios Gersam & Elizer, & venit ad generum in desertum ad Montem Dei Horeb. Duxit quoque secum Hobab filium suum, qui patre domum redeunte cum Mose remansit, eius precibus acquiescens. Noluit autem Iethro, vt prudentem virum decebat, generum improviso aduentu opprimere, sed principis populi honori consulens eum de aduentu suo præmonuit, vt ab eo fierent, ac pararentur, quæ vtrumque decebant. Quo egresso in occursum cognati, mutuis ambo honoris ac

beneuo

ambo honoris ac benevolentia, officijs decertarunt. Cumque Moyses sermonem instituisset de mirabilibus Dei operibus, in liberando populo suo, quibus illum pridem ad veri Dei fidem traductum confirmare cupiebat, valde admirans ^a in vocem laudis ac confessionis erupit: qua se verum Dei cultorem ostendit.

a c. 18. 10.

CCXLIII. Nec fit profelytus.

b Gal. 5. 3.

c Exo. 18. f.

Sacrificia eius, & epulæ.

d Ex. 33. 11.

CCXLIV. Iethro Moysen de inutili labore monet.

e Ex. 18. 15.

CCXLV. Conditio nec iudicij eligendorum.

f Eccl. 7. 6.

g Sap. 6. 4.

h Esa. 1. 23.

CCXLVI.

Nec tamen, vt docet Abulensis, alique eum secuti, factus est profelytus Iudæorum, neque circuncisus, ideoque neque ad Mosaicæ legis obseruationem ^b, obligabatur: & poterat sine ea, in fide veri Dei, & venturi Messia saluus esse. Accedit quod apud Madianitas obseruari non potuissent, quæ pertinebant ad ceremonias Mosaicæ legis. Nec Israëlita hominem circuncisum, & debitorem vniuersæ legis, permisisset redire ad suos, apud quos eam obseruare non posset, & periculum adiret recidendi in patrias & auitas superstitiones. Cum ergo redierit ad suos ^c, vt in fine capituli habetur, intelligitur eum liberum à Iudaicis obseruationibus remansisse. Quod autem Hebraico ritu sacrificauit, se veri Dei cultorem ostendit: quod autem sacrificauit, licet ad Leuiticam tribum non pertinuerit, ostendit se iura naturæ in Deo colendo retinere velle, quæ sacrificia certis personis non alligauit. A sacrificijs autem ad epulas ventum est. *Venerunt enim Aaron, & omnes seniores Israël, vt comederent panem cum eo coram Deo.* Id est iuxta tabernaculum, in quo sacrificatum fuerat Deo, quod tunc erat extra castra, cuius custodiam agebat Iosue ^d, vt alibi dictum est.

Postridie aduentus Iethro ^e, *sedit Moyses vt iudicaret populum, qui assidebat Moyfi à mane vsque ad vesperam*, mirabili Legislatores populi que patientia. Quod videns Iethro monuit generum, ne se minime necessario labore conficeret; quin illum potius cum primariis de populo vitis partiretur: rem futuram & iis qui eligerentur minime grauem, sed gratam potius & honorificam, & populo, ipsique valde fructuosam, cum illius negotia citius expedirentur, & ipse plus temporis ad vacandum Deo, grauioribusque negotijs habiturus esset. Circa præpositos autem præfides duo monet, alterum de virtutum ornamentis, quibus insignes esse debebant, vt rectè iudicario munere fungerentur; alterum de idonea inter ipsos alternaque subiectione.

Vult itaque eos esse viros potentes, siue viros virtutis, vt est in Hebræo, id est fortes, strenuos atque magnanimos, iuxta illud Sapientis ^f, *Noli querere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumperè iniquitates*, 2. timentes Deum, Septuag. *Georhās*, id est religiosos ac pios: qui scilicet, intelligant se obnoxios reddendæ Deo rationi, & quidem perquam seueræ. Tertia iudicij virtus est veritas, cuius vt amatores esse debent; ita omnem hypocrisim, fraudem, simulationem vitare, fictos ac duplices corde auerfari. Denique eligi vult qui oderint auaritiam quæ ius fasque omne perempit, *Principes tui* ^g, ait Dominus, *in si deles, socij suum, omnes diligunt munera, sequantur retributiones.* Vt mirum non sit si pauperi & pupillo non iudicent, & causa viduæ, quæ explere nequit eorum auaritiam, non ingediatur ad illos.

Ad vitandum autem confusionem, vtque

tota gubernatio ad vnum reuocetur caput, suadet vt iudicium, ac magistratum maiores alios, alios minores constituat, sibi que inuicem subiectos ac subalternos ^a, *Constituere, inquit, ex eis Tribunos*, siue millenarios iuxta Hebræum & Sept. ex quo intelligitur hos alios esse à principibus Tribuum, in quibus multa millia continebantur: pergit, & *Centuriones & Quinquagenarios, & Decanos, qui iudicent populum omni tempore.* Et quidem ita, vt à minoribus ad maiores certis in causis ius appellationis esset, vt pluribus disputat Abulensis ^b. Quo audito, probatoque consilio, Moyses populum conuocauit, retulitque, vt haberet initio Deuteronom. ^c se vniuerso populo gubernando parem esse non posse, propter immensam eius multitudinem, ideoque petere vt viros de tribubus suis darent sapientes, & gnaros, & probatæ conseruationis, qui constituerentur populi iudices. Cumque populus respondisset, id sibi placere, *Tuli, ait Moyses de tribubus vestris viros sapientes, & nobiles, & constitui eos principes siue præpositos, tribunos, &c.*

Eorum subordinatio.

a vers. 21.

b q. 11. in c. 18. Exod.

c c. 1. 10. Id Moyses ad populum refert.

CCXLVII. Electi à populo & à Moise.

d Deut. 1. 13.

e An. Moysi 81 n. 328. 719 & seq. in 17. Ex. 9. 7. & seq.

CCXLVIII. Hi magistratus alij à synedrio.

g Deut. 16. 18.

h c. 17. Et qui disferrent.

Dubium relinquit Moyses à quo facta fuerit horum iudicij electio, à populo, an à Moise. Et apparet ab vtroque factam; à populo primum, propter illud, *Date ex vobis viros, &c.* alioqui dicturus videbatur, *Eligam, vel accipiam ex vobis.* Deinde à Moise, eo quod ait se tulisse, siue elegisse de tribubus viros, &c. sed ita vt populus eligeret binos vel ternos ad singula officia, ex quibus Moyses vnum acciperet, quem magis probaret. Et certe conueniebat populum, in hac electione per communia suffragia, honorari, & ab eo potestatem iudicij super negotia sua tribui, vt de priuatis personis publica fierent, earumque iudiciis acquiescere cogentur, qui suam in eos potestatem transfuissent. Cumque optimi quique eligendi essent, & probatæ in populo conseruationis, vt ait ipsemet Legislatores ^d, conueniebat populum, qui eos, ex communis vitæ consuetudine cognitos habebat, ipsos eligere. Quomodo autem facta videatur isthæc electio, quæ fuerit singulorum iurisdicctio, quæ Moysi propria, quando, quamque diu hæc officia singuli exercerent, & an transmitterent ad filios suos, breuiter & diligenter explicatum reperies in Annalibus ^e, fusissimè autem apud Abulensem ^f.

Illud tamen non omitam, esse qui hoc tempore magnum illud Hebræorum concilium institutum putent, quod Synedrium posterioribus temporibus dictum est. Verum id concilium Hierosolymitanum fuit, vnius & Septuag. viros, vt tradunt Thalmudistæ apud Galatium. Quod illi potius concilio successit, quod Dei iussa electum est à Moysen seniorum Septuaginta, quibus Dominus de spiritu Moysi communicauit. Nam istis tribunis & centurionibus successerunt Iudices singularum ciuitatum, de quibus præcepit Dominus ^g, *Iudices & magistratos constituas in omnibus partibus tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi, per singulas tribus tuas, vt iudicent populum in isto iudicio, nec in alteram partem declinent.* Capite autem sequenti ^h præcipitur vt si iudicium, in ciuitatibus expediti non possit, ad summum pontificem eiusque concilium recurratur. Et multiplex fuit in-

ter

ter utrosque discrimen. Nam isti authore aut
suasore Iethro instituti sunt, illi iubente Deo
electi, etsi vtrique ad leuandum grauiore one-
re Moysem. Isti anno primo creati sunt, in
mansione duodecima in Sina, illi anno secun-
do in mansione 13. in sepulchris concupiscen-
tia. Istorum nec certus praescribitur numerus,
nec aetas, illorum autem maxime. Iubet enim
Dominus congregari 70. viros de senioribus.
Isti de omni plebe, singulisque tribubus eli-
guntur, quod de illis praescriptum non est, vt
qui aliquando futuri erant omnes de tribu Iu-
da, & Ierosolymita, & magna ex parte de fa-
milia Dauid, quos propterea Herodes inter-
fecit.

CCXLIX.
Iethro qua-
do recessit.

Sed redeamus ad Iethro, virum de Hebrao-
rum Republica, optime, vel hac institutione,
meritum: cuius dimissionis Scriptura nullam
adhibet temporis notam, mihi admodum proba-
bile videtur Iethro cum omni suo comitatu
apud Mosem mansisse quandiu in Sina substite-
runt. Cum autem Deo iubente, & nube progred-
iente vasa coeptra sunt conclamari, tum demum
Raguelem reditum ad suos vrgere apud genum
instituisse, vt domum suam senior, ex longo
iam interuallo prospiceret: nec iustam petiti-
onem a Mose repudiatam esse, qui eum iam men-
ses aliquot de rebus diuinis satis erudierat. Fi-
lius tamen eius Hobab, rogante Mose, cum
ipso, & sorore, & nepotibus suis discedente pa-
tre remansit, vt suo loco dicemus.

CCL.
Iobi obitus
& aetas.

Supereft nobis hoc anno foelix sanctissimi
Iobi ad Deum transitus, cuius aetatem ex He-
brao textu Latinoque consentiente consignatam
Septuaginta dubiam reddiderunt, errato
fortasse in numeros illapso: communis autem
sententia cum B. Iobo 140. annos vitae attri-
buat, post exantlatas septennij calamitates,
iique anni duplices ad priores annos fuerint,
consequens est, vt statim a Septuagesimo anno
in arenam contra daemoneum certamenque des-
cenderit, in eoque septem annis, vt suo loco
docuimus, summa animi corporisque conten-
tione collocatis, ad 217. annum, quem nunc
agimus viuendo peruenerit. *Vixit ergo Iob
posthac, ait Scriptura, 140. annis, & vidit filios
filiorum suorum vsque ad quartam generationem,*
etiam ipso Iobo, si placet, non numerato. Cuius
eximiam sanctitatem & innocentiam Deus ipse
in Scriptura praedicat, cum elogio mirabili. Ne-
gat enim illi similem in terram repertum, eo
ipso tempore, quo Ioseph, caterique Patriar-
cha, atque adeo Iacob ipse vivebat.

CCLI.
Mira eius
innocentia,
multiplex-
que.
b Iob 27.
5.6.

Quin etiam ipsemet, audiente atque appro-
bante Domino, dicere non dubitauit, *donec
deficiam non recedam ab innocentia mea; iustifi-
cationem meam, quam coepi tenere, non deseram,*
*neque enim reprehendit me cor meum in omni vita
mea. Vbi Origen. Mirifica iusti fiducia, qua non
modo eius vita superior, sed arumnosi etiam tem-
poris conditio nitebatur, vt dicere non dubitauerit,
quod deinde Paulus usurpauit, nihil mihi conscius
sum. Nunquam videlicet eum conscientia, quasi
grauioris culpa reum carperat. Nec opinor est
vlla virtus, quam beatissimo isti viro vindicare
non possimus, certissimisque ex eius libris testi-
monijs comprobare. Neque sane mirum. Cum
enim a Deo in Principem, Patriarcham, &
Prophetam electus fuerit, in Martyrem, Do-*

ctorem, atque Sacerdotem, oportet illum tot
tantarumque dignitatum ornamenta propria
diuinitus accepisse: regiam animi magnitudi-
nem aduersus potentes, humanitatem & man-
suetudinem aduersus tenuiores, iustitiam & sa-
pientiam aduersus omnes. Patriarcha fuit, po-
puli Deum extra Israelitas colentis, siue genus
illius spectes, siue viuendi rationem, qua multi-
plex figura fuit Christi Domini.

Rex fuit.

Patriarcha.

CCLII.
Propheta.

Martyr.
a Hom. 1. in
2. ad Cor.

Apostolus
& doctor
genium.
b 2. 7. 6. c.
17.

Sacerdos.

Prophetam plerique sanctorum Patrum ce-
lebrant; sed vt omnes facerent, illud tamen
oraculum, quod de resurrectione corporum ad-
mirabili claritate profudit, illum meritiuissimò
Prophetis aggregat. Martyrem illum ita cele-
brat Chrysostomus, vt sexcentis martyribus
aequet. Neque tamen ex sola suppliciorum
acerbitate, sed etiam ex eorum causa martyrij
coronam promeruit. Neque solum martyri-
bus, sed ipsis etiam Apostolis parem, aut supe-
riorem etiam arbitrari videtur, quae in Annali-
bus non negligenter disputata reperies, quae
hic missa facere cogimur, memores instituta
breuitatis. Fuisse tamen quasi quendam gen-
tium Apostolum ac magistrum, non solum vita
sanctissima, qua mundo illuxit, sed doctrina de
incarnatione Domini, de peccato originis, de
resurrectione mortuorum aperte patefecit. De-
nique sacerdotem, ipsam sacrificandi munus,
crebrius pro filiis amicisque iteratum satis
ostendit. Nihil ergo mirum Iobum, tot titulis
illustre caput, eius etiam praecelsissimum ty-
pum extitisse, in quem omnes omnium tituli
dignitatum cadunt. Sed eam quoque comparati-
onem breuitatis causa hic omittamus.

ANNVS MVNDI 2545.

AARONIS 85. Pontificatus. 1.

MOSIS 82.

ASCATADIS 10. Imperij Assyr. 614.

ANTE CHRISTVM 1508.

EXPEDITIS aliquando rebus ad pri-
mum annum egressionis pertinentibus, &
amplissima negotiorum sylua peragrata, ad
alterum eiusdem peregrinationis annum, propi-
tio, vt speramus, numine, aggredimur. Annum
religionis & sanctitatis, annum obreclationum
& querelarum, annum animaduersionum &
vindictarum diuinarum. Nam erigitur in eo,
atque dedicatur Sanctuarium cum omni appa-
ratu suo: Aaron cum filiis suis, totaque Leui-
tica tribus addicitur Deo: varij festi dies par-
tim instituti confirmantur, partim recens in-
stituuntur, numeratur populus, castrorum,
tribuumque singularum stationes, per circui-
tum Sanctuarij constituuntur, Maria murmu-
rat, mittuntur exploratores, & in eorum reditu
populus vniuersus grauissima seditione turba-
tur: quae suis quaeque locis, quanta fas erit bre-
uitate decurrunt.

I.
Transitus
ad alterum
annum.

II.
Quantum
perfectum
fuerit San-
ctuarium.

Quoniam vero nihil habemus hoc anno
prius ipsa perfectione Tabernaculi, quod su-
periore anno sub medium septimi mensis in-
choatum

choatum primum anni Iuliani mensem, & bo-
nam secundi tenuit, ab ipso Sanctuario ducam-
us initium. Perfectum est itaque totum opus
Sanctuarij versus finem mensis Adar, qui est
Hebraeorum duodecimus & Februario nostro
respondet, Aliquot enim dies, a perfecto iam
opere, requirit illa Domini iussio, *Mo-se primo
prima die mensis eriges Tabernaculum;* quae si fa-
cta fuisset vltimo, aut penultimo die Adar, di-
xisset Dominus, Cras aut perendie eriges Ta-
bernaculum. Duodecimo igitur mense ad finem
vergente artifices obtulerunt Tabernaculum,
vel, vt est in Hebraeo, attulerunt ad Mosem,
non quidem re ipsa, non enim necessaria erat
transportatio, donec erigi deberet, sed verbo
significauerunt perfecta ac parata esse omnia. Ita-
que apparet Mossem eo fuisse profectum, quo
omnia asseruabantur, vt quaeque fuerant abso-
luta. *Qua postquam Moyses cuncta vidit com-
pleta, benedixit ei: bene precatus est illis a
Domino, vel, vt alij interpretantur, collaudauit
eos, de opere sancto, studiosè, accurateque
perfecto. Addit Iosephus c praemia illi a Mo-
se, pro cuiusque meritis esse distributa, in pri-
miisque Beseleeli, qui fabrilis artis palmam tu-
lerat.*

a Exod. 40.
2.
Et Mosi ab
artificibus
oblatum.

b Exod. 39.
11.

c l. 3. Ant.
c. 9.

III.
Erigitur, &
suo quidq;
loco con-
stituitur.
Exod. 40.
15. 16. Hebr.
erigit fecit.

IV.
Qua: fue-
runt in San-
cto.

Interea aduenit primus ille primi mensis
dies, diuinitus erigendo tabernaculo destina-
tus, in quo Moses diuinorum mandatorum ob-
seruantissimus, *erexit illud artificum vtrique ma-
nu, & posuit tabulas ac bases & vestes,* quibus
sustentabatur ac connectebantur tres taberna-
culi parietes, meridiana, aequilonaris, & occi-
dens, *stansque columnas* quatuor, quibus diuide-
batur oraculum ab aede reliqua & quinque co-
lumnas in aditu Sancti, *& expandit teetum super
totum tabernaculum, impositio de super operimento
quadruplici, quod toti tabernaculo instar teeti
fuit. Posuit & testimonium in arca,* duas scilicet
tabulas lapideas, in testimonium initi cum po-
pulo foederis, *& oraculum de super,* propitiato-
rium scilicet, cum Cherubinis, illud hinc & in-
de gestantibus, & illud expansis alis obum-
brantibus, *Cumque intulisset arcam in tabernacu-
lum* extremum, versus occasum, quae pars totius
aedis sanctissima, deinceps Sancta sanctorum
dicta est; *appendit ante illam velum* illud pictu-
ratum, quod ex teeto penderat, & columnis
quatuor sustentabatur, ita vt eas obregeret, ex-
ceptis capitellis. Nam è superiore parte va-
cuum erat interuallum, per quod fumus ex al-
tari thymiamatis transmittabatur in Sanctum
sanctorum.

In altera vero aedis parte quae dicta est San-
cta, *posuit mensam ad plagam Septentrionalem
extra velum oraculi, ordinatis coram propositio-
nis panibus* in duos scilicet ordines digestis, quo-
rum vterque senos habebat congestos panes,
cum reliquo apparatu. E regione autem men-
sae, in parte australi posuit candelabrum, loca-
tis *per ordinem lucernis, & accensis, vt est in He-
braeo. In medio vero vtriusque contra velum
& propius ad velum posuit altare aureum, sed
extra penitus illud sacrarium quo claudabatur
arca; & aduenit super eo incensum aromaticum. Po-
suit & tentorium in introitu tabernaculi testimo-
nij. velum videlicet vario artificio picturatum,
ad quinque columnas, quae erant in aditu taber-
naculi. Inde aliquando longius in atrio confi-*

tuit altare holocaustorum, in quo holocaustum
obtulit, & sacrificia. Inter autem, hoc altare
& ipsum tabernaculum constituit labrum siue
concham, quam impleuit aqua. Ibi deinceps
Moyse & Aaron & filij eius, cum ingre-
derentur in tabernaculum, manus lauabant ac
pedes.

*Exerxit, denique atrium per gyrum taberna-
culi & altaris;* columnas scilicet sexaginta cum
basibus suis, & capitellis, & velis ad centum
cubitos longitudinis, & 50. latitudinis, vt supra
descriptimus, *ducto in introitu eius tentorio.*
Intelligit autem illud 20. cubitorum, opere
plumario elaboratum, quod tribus medijs co-
lumnis suis sustentabatur, & per quod aditus
erat in atrium. Erectionem totius sanctuarij sub-
secuta est vnctio, siue sanctificatio eius. Nam
ab artificibus erigi oportebat; non enim exigui
operis id fuit, ac inunctum profanis hominibus
non licebat attingere. Itaque Dominus prius
Sanctuarium erigi iussit, deinde oleo inungi,
cum vasis suis. Vnctio autem proprie sumen-
da est, vt sacro illo vnguento, quod praescrip-
serat Dominus, res non leuiter aspergerentur,
sed perfunderentur; quod valde suadet ingens
illius vnguenti copia, cuius aridae materiae pon-
dus mille & quingentorum siclorum fuit. Men-
suram autem Hin, quae fuit olei, 160. vnciis
aestimauit Cornelius.

V.
Et quae in
atrio.
a An. 1.
Exitus
num. 172.
& 173.

Omnia vn-
ctioe con-
secrantur.
b c. 40. 2. &
9. vide &
Nu 7. 1.

c Exod. 30.
23. & c.

Subdit hic Moyses diuinam vniuersi operis
approbationem, per singularem demonstra-
tionem praesentiae suae in nube lucida. Hoc
enim approbantis indicium est, sicut auersio &
discessus improbantis. Subdit & Aaronis &
filiorum eius, simulque altaris holocaustorum
consecrationem, quae hoc mensis initio inchoa-
ta, tenuit per septem dies, quibus, poena mor-
tis proposita, in atrio Sanctuarij excitato ta-
bernaculo, quod quinque personis sufficeret,
dies noctesque perstiterunt, cibo ibi ac potu &
somno sumpto. Hosce autem omnes ritus con-
secrationis, non est necesse pluribus persequi,
festinantes, cum ea ex Annalibus a studiosis
peti possint; & sacrae potius historiae a nobis,
quam antiquatae Hebraeorum caeremoniae expe-
ctentur. Nec tamen ab his licet penitus ab-
stinere, cum his saepe historiae sacrae coniun-
ctae sint.

VI.
Diuina
operis ap-
probatio,
consecra-
tio Aaronis
& filiorum.

d n. 14. &
199.

Nam cum iam abiissent septem consecra-
tionis dies, octauo die huius mensis primi, quo
Aaron coepit fungi ministerio pontificatus sui,
certa quaedam sacrificia praeparauit, quae mox
caelestis ignis absumpsit tum ad honorandum
Aaronem, tum primum pontificio munere
fungentem, tum etiam ad approbanda coram
toto populo sacrificia, quae ab eo deinceps cre-
bro volebat offerri; tum denique ad concilian-
dam diuino cultui, ipsique Deo in primis lau-
dem & venerationem. Sicut autem in hoc Sy-
nagogae ortu Deus voluit miraculi firmare ve-
ritatem, ac sanctitatem legis & caeremoniarum
quarum ipsemet author erat, neque deinceps
idem miraculum iteratum est. Ita in ortu legis
euangelicae, & praxi eius, descendebat Spiritus
Sanctus sub specie ignis, aut columbae in
eos qui baptizabantur, quod miraculum stabi-
lita fide desit.

VII.
Aaron in-
cipit agere
pontificem.

Eius sacri-
ficia igne
diuino con-
sumuntur.

Sed hunc diem toti populo laetum, Aaroni
autem familiae gloriosum, tristissimus exitus
funestauit.

VIII. Cades videlicet illata diuinitus... Cades filiorum Aaronis quando contigerit. In Chron. & Calend. Causa eius. a Leuit. c. 10. l. 16. 1. Ni. m. c. 3. 4. c. 26. 61. 1. Par. 24. 2. An ebrietas. b Deut. 29. 6. c Leu. 10. 1.

IX. Eiusdem causa ex parte Dei. d 7. 13. in c. 10. Leuit. An damnati sunt.

X. Quae hic mens Mo- sis. c Leu. 10. 3. At quae mens Mo- sis, qui sensus fuit in tam tristi carissimorum sibi capitum funere? certe hominis, qui Dei gloriam omnibus humanis affectibus fortiter anteferebat. Nam ad Aaronem tanta percussam clade conuersus. Hoc est, inquit, quod locutus est Dominus, Sanctificabor in eis, qui appropinquauit mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor. Quasi dicat, Sanctum me ostendam, & sanctitatis amantem, dum puniam eos qui sanctitatem violant, & contra eos qui sacrum ministerium profanant, coram om-

nibus gloriosus ac terribilis apparebo. Vbi autem Dominus id dixerit, nusquam legitur. Nam alia quoque Dominus priuatim Moyse reuelauit, quae ipse in scripta non retulit. Sed neque illud de igne profano prohibito, aut sacro imperato facile reperies. Quid autem Aaron? his auditis tacuit, quantauis moestitia, vel luctu saucius, partim diuinam acquiescens voluntati, partim quia in sacro amictu lugere non licebat. Internum tamen animi luctum extremo hoc capite a aperte confitetur; quod abest ab Hebraeo, & paraphrastice additum est in versione Hieronymi: neque is verabatur, sed externus tantum, qui nudatione capitis sese, vel vestium laceratione prodebat.

Sequitur funus, de quo tria breuiter tangit Legilator, a quibus sepulti fuerint, vbi, & quomodo. Quod ad primum, vocatit ad se Moyses cognatos suos, Misaellem & Elisapham filios Ozielis patris sui, quos iussit auferre corpora mortuorum de conspectu Sanctuarij. Deceret enim Leuitas Leuitis iusta praestare, & quidem proximis potius quam remotis? Quoniam autem non licuit Aaroni, reliquisue filiis eius id obire munus, cognati proximi assumpti sunt, qui iussu Moysis Sanctuarium ingredi potuerunt. Iussi sunt autem cadauera efferre extra castra. Intra castra enim mortuos sepelire non licebat, nedum in Tabernaculo vbi iacebant, aut atria Sanctuarij; in quod ne ingredi quidem licebat ei, qui cadauer contigisset. Intra castra vero sepelire non licuit, quia loca sepulchris dicata religiosa censebantur, neque in iis opera vilia & sordida, sicut in priuatis habitationibus licebat exercere: qui mos in consuetudine potius, quam in lege fuit: & nunc quoque apud infelices Iudaeos perseverat. Sepultos autem cum vestibus, in quibus ministrabant in Sanctuario, Abulensis c existimat. Eo quod scriptum est, Tulerunt eos sicut iacebant vestitos lincis tunicis. Et sane crediderim eos cum illis vestibus elatos foras. Sed iis mox nudatos, & sindone inuolutos, terrae mandatos fuisse, vt fieri solet in funeribus sacerdotum.

Sub hos ergo primi mensis dies sepultura illa filiorum Aaron celebrata est, eaque posttridie mortis facta videtur, cum honorifica fuerit, vt Iosephus ait d, & vniuersi populi luctu decorata, vt iusserat Moyses. Sub eisdem etiam dies mandata est a Domino c celebratio secundi paschatis eodem ipso die, quo primum fuerat in Aegypto celebratum, & cum iisdem ritibus; Itaque factum est decimoquarto die, vniuerso populo anniuersarium libertatis suae diem cum gaudio celebrante. Cum autem contigisset quosdam immundos esse propter contactum cadaueris, propterea que non possent cum ceteris celebrare pascha, consultus Dominus, iussit illos, aliosque deinceps legitimo impedimento occupatos, eam celebritatem in sequentem mensem, diemque eius decimum quartum differre. Apparet autem hosce immundos super anima hominis, siue hominum, fuisse Misaellem & Elisapham, quorum immunditia ex funere cognatorum ad decimum sextum primi mensis extendebatur. Res certe ipsa, & tempus coniecturam iuuant. Et erant isti viri primarij, qui per se Moysen adire possent, & confidentius cum ipso agere. Nec ob-

At Aaron. a Leuit. 10. 19. b Leu. 10. 4. I X. A quibus sepulti. An cum sacris vestibus. c 9. 11. in c. 10. Leuit. XII. Secundum Pascha Hebraeorum. d 1. 3. Am. c. 9. Leu. 10. 6. e Num. 9. 1. Eiusdem dilatio in mensum alterum. Quae dilationis occasio.

stat quod de vnico funere agatur: facile enim intelligitur enallage numeri, cum ad immunditiam eadem esset ratio vnus & plurium mortuorum.

XIII. Sacrificium & celebritas expiationis. Proxime post mortem filiorum Aaronis, & occasione cladis illius instituit Dominus sacrificium & celebritatem expiationis, quae tamen non hoc tempore, sed die decimo septimi mensis celebrabatur: quo die ius erat summo Pontifici intrare in Sanctum Sanctorum, idque cum multo caeremoniarum apparatu, sacrificiorum, vestiumque delectu, quae perspicue Leuitici decimo sexto praescribuntur. Fuit autem haec solemnitas expiationis, non peculiaris alicuius peccati, sed omnium populi totius. Sic enim in lege scriptum est a. Et expiet Sanctuarium ab immunditijs filiorum Israel, & a prauaricationibus eorum, cunctisque peccatis. Idque ibidem aliquoties iteratur. Dicitur autem contaminari Sanctuarium in altimatione humana, quando aliquid contra eius honorem, ac reuerentiam committitur: neque Deo, qui singulari modo illi adest, ibique colitur debita veneratio exhibetur. Id quia tripliciter fieri poterat, vel per contractam sine culpa legalem immunditiam, vel per culpam malitiosa voluntate commissam, vel denique per peccatum aliquod ex ignorantia, humanae imbecillitate admissum: ideo dicitur Sanctuarium expiari ab immunditijs filiorum Israel, & a prauaricationibus eorum, cunctisque peccatis.

XIV. Blasphemia crimen. Alia plerumque sub hoc ipsum primi mensis tempus, in quo adhuc versamur acciderunt Moyse dicta & mandata diuinitus, quae libro Leuitici continentur, quae quia parum ad institutum nostrum pertinent Scripturae interpretibus relinquimus. Ea dum populo a Moysse promulgantur, contigit nefarium hominem Dominum blasphemare, vt in 24. Leuitici b, perscriptum est. Id enim scelus ad hunc mensum pertinere ex eo colligitur, quod liber hic librum Num. antecedit, qui a secundo huius anni mense ducit initium. Scriptura genus eius refert ex Aegypto & Israelitico mixtum: tribum ex matre Danitica; crimen maledictum in Deum, occasionem iurgiorum in castris cum viro Israelita, eoque, vt ait Philo, Sacerdote, ex quo significatur illum per iram in blasphemias prorupisse voces. Iurgij autem materiam Rabbinum non vnam comminiscuntur, quas apud Abulensem leges c. Quid multa? rapitur ad iudicium in vincula conicitur, consulitur Dominus, quia etsi constabat satis crimen morte expiandum, nodum tamen in specie traditum erat, quae poena tanto tamque inopinato crimini deberetur. Iussit Dominus blasphemum educi extra castra, ne illius impuro sanguine contaminarentur, & omnes qui audierant vocem execrandam manus suas capiti fontis imponere, & mox vniuersum populum illum faxis obruere. Quam poenam in posterum legitimum esse sancit.

XV. Censu: populi, eiusque causa. Haec de Leuitico, sequitur Numerorum liber. Antequam autem populus sceddissima vituli adoratione contaminaretur, iam dixerat Dominus d Moyse, futurum vt populus suo iussu numeraretur, cum nunc statim initio secundi mensis censi iussit e. Cum enim paulo post ex monte Sina, loco duodecim mansionis, emi-

grandum esset, multisque annis per vastissimam solitudinem oberrandum, oportuit populum numerari, & in sua quemque familia, tribuque censi, singulisque tribubus, pro sua amplitudine, locum circa tabernaculum assignari. Est autem haec tertia populi numeratio, cui successit & quarta. Prima fuit in ipso exitu de Aegypto, in qua reperta sunt sexcenta fere millia pedum bellatorum, absque paruulis & mulieribus & multitudine promiscua innumerabili, quae ascendit cum eis. Altera facta est post descensum Moysis de monte Sina, antequam Sanctuarium construeretur, quae iussa reperitur Exodi 30. a perfecta 38. b in qua reperta sunt sexcenta & tria millia 550. qui vigesimum annum egerant. Tertia hoc loco praescribitur, post sextum scilicet mensum a praecedente c; in eaque eadem omnino virorum summa collecta reperitur; totidem omnino ad vigesimum annum progressis, quot decesserant, qui eum annum erant praetergressi. Quarta sub finem peregrinationis 40. annorum instituta est post mortem illorum omnium qui in tertia censo fuerant. Ea 26. Numerorum describitur, in eaque censo sunt capita bellatorum sexcenta millia, & insuper mille septingenta & triginta.

Haec autem tertia numeratio in qua versamur, necessaria fuit, non solum vt numerus personarum haberetur, sed vt sciretur etiam quot viri ad quamque tribum pertinerent; ideoque per domos, & familias, & cognationes cuiusque tribus, Dei iussu numerati sunt. Censui autem ex eiusdem Domini electione praesuerunt Moyses primum & Aaron, tum duodecim tribuum principes, qui nobilissimi dicuntur, quia ceteris omnibus eiusdem tribus principibus praerant, & quia in aliqua insuper domo & familia primi erant. Itaque vnus & idem, puta Naasson erat princeps in domo Aminadab, & in familia Phares, & in tribu Iuda. Leuitica porro tribus, quae decima tertia est, in hoc censu praetermissa d est, quia, vt alibi ex Abul. notauimus, in rebus merè temporalibus, qualis est distributio possessionum, militiae onera, & similia, tribus Leuitarum a tribubus eximitur. Itaque veniunt Dominus eos cum ceteris militiae destinatis numerari, quia statuerat eos suo cultui mancipare, bellicorum onerum immunes. Accedit quod Leuita alio quodam modo numerandi erant, ab vno scilicet mense, vt infra dicitur, non vt ceteri ab anno vigesimo.

Officium porro Leuitarum breuiter perstringit Dominus cum ait e, Constitue eos super tabernaculum testimonij, & cuncta vasa eius, & quidquid ad caeremonias pertinet, quibus verbis etiam sacerdotes comprehenduntur, tria vero quae subdit officia, simplices Leuitas attingunt. Ipsi portabunt tabernaculum, & omnia utensilia eius, & erunt in ministerio ac per gyrum tabernaculi metabuntur. Cum proficiscendum fuerit deponent Leuita tabernaculum cum castrametandam, erigent. Quisquis externorum, id est non Leuitarum, accesserit, occidetur. Etsi autem constituti iam erant sacerdotes super tabernaculum, hoc ipso quod erant consecrati, non frustra tamen dicitur constitue eos. Id est constituti sunt. Nam infra cap. 3. dicitur, Aaron & filios eius constitues super cultum sacerdotij, qui tamen iam superiori mense constituti fuerant.

Primus census. a v. 12. b v. 25. Secundus. Tertius. c Num. 2. 33. Quartus. XVI. Quae causa tertij census. Tribus Leuitica cur in censu omiffa. d n. 1. 49. XVII. Officia Leuitarum obiter. e v. 50. & 51.

XVIII. Peracto Israelitarum censu, constituit Dominus quo quaque tribus loco castra metatur esset, ne qua in tanta multitudine confusio nasceretur, neve contentio in loco eligendo existeret, ambitione stimulante. Ergo ad singulas mundi plagas tres tribus constituit, quarum vna primaria erat, & medium tenebat locum, alia duae latera eius clauderant, & simul cum ea vna castra constuebant. Tres itaque tribus ad partes orientales Sanctuarii castra fixerunt; Tribus scilicet Iuda, Issachar, & Zabulon: inter quas primatus datus est Iudae, ideoque haec tribus vocatae sunt *Castra Iudae*. Et hi primi egrediebantur, & ducebant agmen cum proficiscendum erat. Nam orientem versus iter habebant. Totidem tribus meridiana plagam occupabant, & Sanctuarii latus meridiana clauderant, Ruben scilicet, Simeon & Gad, quae vocatae sunt *Castra Ruben*, propter principatum eius super socias tribus: & hi secundo loco dabant se in viam. Ad occidentem positae sunt tribus Ephraim, Benjamin & Manasse, quorum princeps erat Ephraim, iuxta Iacobi praerogatiuam. Quartum latus ex parte Aquilonari stipabant Dan, Aser, & Nephtalim, quorum Dan principatum gerebat, ut quae omnium esset post Iudam numero maxima.

XIX. Locus autem Leuitis assignatus est in medio duodecim tribuum, sic ut proximi essent Sanctuario. Mosi & Aaroni pars orientalis, qua aditus erat ad Sanctuarium, attributa est. Ad meridiem autem inter castra Ruben & Sanctuarium, Caathitae locati sunt. Ad occidentem Gersonitae a tergo tabernaculi. Ad septentrionem denique Meraritae. Rebus ita constitutis, iubet Dominus congregari Leuitas, & sibi coram Aarone, ut ministrarent ei, in iis quae ad Sanctuarium pertinent, prout suum quisque officium ab eo acceperint. Et ne quid iniuncti ab eo muneris reculare possint, vult eos ad Aaronem, eiusque filios sacerdotes pertinere, tanquam rem propriam & suam, iure legitimae donationis. Ait enim, *Dabisque dono Leuitas Aaron & filiis eius* nomine videlicet meo. Sed nec poterant ullam a Sacerdotibus exigere mercedem, aut de certo ad seruiendum tempore contendere cum eis, quia res tota a diuina institutione pendebat, qui illos sibi praeter ceteris loco primogenitorum vindicabat, ut mox dicitur. Dicuntur nihilominus tradi ab Israelitis, quia ad Deum pertinebant, ut pars populi sui. Ad Israelitas vero, ut pars ad totum: Totum autem de parte pro communi bono statuit arbitrato suo.

XX. Quoniam vero peculiaribus quibusdam caeremoniis ac ritibus coli se Dominus, sibi que serui cupiebat, neque omnes ei ministerio necessarii erant, aut idonei, nec conueniebat omnes sacra tractare, ne communitate ipsa vilescerent, quosdam a toto populo elegit, quos illi muneri destinaret, quique totius populi vires supplerent. Et quia libertas populi, morte in primis primogenitorum Aegypti parata fuerat, voluit Dominus eius auctor beneficij, in eius rei memoriam, & quasi mercedem, peculiari titulo suos fieri primogenitos populi sui, quibus pepercerat, dum primogenitos Aegy-

priorum perderet, quod ipsemet cerebro testatur. Sed quia Domino visum non est conuenire, omnes domos familiasque Israelitarum suis spoliare primogenitis, eorum loco integram tribum Leuiticam elegit, quam cultui suo addiceret. Vitandae autem confusio gratia prouidit Dominus, ut sicut in ceteris tribubus, iure natiuitatis suae erant principes familiarum, domorum, ac tribuum; ita in hac electione diuina vnus esset princeps Aaron summus sacerdos, & in ceteris quoque Leuitarum familiis diuina electio obseruaretur, non ordo naturae.

Sed quid causae fuit, inquit, cur non primogenitos ipsos retinuerit, & si tribum maluit, cur non Rubeniticam potius elegit, cum Ruben esset primogenitus, quam Leuiticam? Respondetur causam fuisse multitudinem, qua nutrienda populus grauari poterat. Nam primogeniti reliquarum tribuum totam tribum Leuiticam superarunt 273, etiam non numeratis Leuitarum primogenitis. Tribus autem Ruben triplo aut quadruplo Leuiticam superabat, in qua ab vno mense & supra reperta sunt tantum 22. millia & 300. in Rubenitica vero a vigesimo anno inuenta sunt 46. millia quingenti. Quantus ergo existeret numerus, si ab vno mense numerarentur? Quod si Leuitae ab anno vigesimo numerati fuissent vix ad sex septemque millia ascendissent, ut merito putat Abulepsis. An voluit Dominus iam tum significare, carnalem multiplicationem in personis sibi dicatis, minus gratiam sibi, quam spiritualem, etsi tunc non aliter Leuitae, ipsique Sacerdotes, quam vulgari generatione propagarentur, cum ceteris omnibus tanto excessu supra Leuitas benedixisset. Nempe iam tum cogitabat Leuitas, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nascerentur.

Numerati sunt ergo ab vno mense Leuitae, eo quippe tempore offerri Deo ac redimi solebant primogeniti, quorum ipsi locum subibant. Diuisique sunt Leuitae tripartito, pro numero filiorum Leui. Primus fuit Gerson, cuius familiae duae conficiunt summam septem millium & quingentorum. Alter erat Caath, auus Mosi & Aaronis, qui in quatuor familiis habuit octo millia & sexcentos. Tertius Merari in duabus familiis habuit sex millia ducentos. Quae summae non efficiunt viginti duo millia duntaxat, ut habetur Numer. tertio capite vers. trigesimo nono. Sed praeterea trecentos. Respondetur ex communi interpretum sententia, trecentos illos Leuitas, qui in eo numero subtrahuntur, fuisse primogenitos: qui cum eo nomine Deo iam debiti essent, non debebant numerari, ut supplerent locum aliorum primogenitorum. Non enim aequum est debitum solui de bonis creditoris. Illi autem 273. primogeniti, quibus tribus Leuitica superabatur, quinque siclis in singula capita redempti sunt.

Duo de Leuitis dicenda supersunt, quod eorum officium, & quae consecratio. Officium circa Sanctuarium duplex fuit, alterum cum illud in mansione aliqua subsisteret; alterum vero cum columna monitu, ductu-

a n. 3. 13. 6. 8. 17. In capite alij alius praeparati.

XXI. Cur non retinuerit sibi Deus primogenitos.

Auribus Ruben.

2. an. 1. 13.

XII. Leuitae ab vno mense numerantur. b Num. 16. 18. 7500. 8600. 6200. 22300.

Quot omnino fuerint.

XXIII. Officium Leuitarum in mansionibus.

a Num. 1. 13. & 18. 3.

XXIV. An excubarent cantando in Sanctuario b in cap. 3. Num. post 9. 7.

c Psal. 133. 1. 2.

d n. 8. 19. Custodia Leuitica Tabernaculi. e num. 3. 8.

XXV. Leuitae tripartito diuisi numerantur.

f num. 4. 4.

Et certis officiis deputantur.

g n. 4. 24.

que aliud transferendum erat, in statione igitur Sacerdotes ministrabant. Sanctuario, sacrificando in altari holocaustorum, accendendo, extinguendo, componendo lucernas mane & vespere, offerendo incensum in altari thymiamatis, & panes propositionis in mensa. Leuitae autem seruebant ministerio, cum omnia sacerdotum iussu praepararent, hostias, panes, oleum, thymiamata, aliaque id genus. Idque valde conueniebat, siue ad maiorem Sacerdotum venerationem, quibus Leuitae quasi aditui ministrabant, siue ad eorum paucitatem subleuandam, & Leuitas occupandos. Alterum Leuitarum ministerium erat, excubare in custodia tabernaculi testimonij, tanquam custodes personae, vel domus regiae: ideo enim proxime Sanctuarium castra metabantur; ut ex vicinitate loci essent expeditores ad accipienda, & exequenda sacerdotum mandata.

Cum autem excubare, ad vigilias noctis plerumque pertineat, dubitat Abulensis an Leuitae noctem in quatuor vigilias partirentur, ad custodiam adis sacrae: itaque factum fuisse videtur, quia & decorum per se id fuit, & in tanta Leuitarum multitudine, minime onerosum. Nec desunt qui nocturnas Deo preces cantasse putent, eundemque vsu ad Salomonis templum esse deriuatum. Eoque pertinet ille psalmus, qui ad Sacerdotes Leuitasque dirigitur. *Qui stetit, inquit, in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri, in noctibus extollite manus vestras in Sancta, & benedicite Dominum.* Itaque credibile est excubatores Leuitas in atrio Sanctuarii, aut sub d'o, aut sub aliquibus tabernaculis in eum finem excitatis, Deo laudes cecinisse, & orasse pro vniuerso populo: simulque obseruasse ne quis non Leuita adiret atrium Sanctuarii, ne dum ipsum Tabernaculum. Huic enim excubandi officio coniuncta fuit custodia tabernaculi, vasorumque eius, ne quod scilicet periret, vel corrumpere, ne quid a vento, ab igne, a pluuia male acciperetur: ne quid ab hominibus, vel pecoribus, quae ducebantur ad sacrificium, per imprudentiam, aut violentiam frangeretur, macularetur, laceraretur, &c.

Iam quod attinet ad officia Leuitarum, dum aliud migrandum erat, ea cap. quarto perscribuntur, vbi Dominus Leuitas in tres familias distributos iubet numerari a trigesimo anno ad quinquagesimum. Quod ea aetas & valida sit ad ferenda onera, & prudens ad caute ac reuerenter sacrarium Domini tractandum. Officium ergo Caathitarum fuit Arcam foederis triplici velamento a Sacerdotibus obuolutam gestare humeris; mensam item & candelabrum cum suis vtrumque vasis; altare quoque holocaustorum, cum omni eius instrumento: idemque de labro aeneo, licet non ponatur nominatim, in generali locutione comprehensum est. His autem praefectus erat Eleazar filius Aaronis, qui sua cuique onera diuidebat. Familiae vero Gersonitarum officium fuit portare cortinas & vela omnia, tam tabernaculi quam atrij; idque sub cura & directione Ithamaris, a quo singuli sciebant cui deberent oneri mancipari. Sub eiusdem cura erant & Meraritae, quibus cura colum-

narum & tabularum, tam atrij quam tabernaculi, cum basibus suis & capitellis, demandata fuit.

Secuta est deinceps Leuitarum consecratio, iuxta ordinem a Mose obseruatum. Et primo iussit Dominus purificari Leuitas, aspersione aquae lustrationis siue expiationis, non ad immunditiam aliquam legalem purgandam: sic enim non fuisset illis integrum adire Sanctuarium; sed in omnem euentum, si qua forte immunditia ignoranter contracta esset. Accessit & pilorum abrasio, & ablutio vestium, quam apparet antecessisse, quod ea sit operosior, & sicari debuerint. Inde facta est oblatio duorum bouum quibus Leuitae imposuerunt manus, & sacerdotibus immolandos praebuerunt, quorum vnus cessit in holocaustum, alter in expiationem peccati. Deinde applicati sunt Leuitae coram tabernaculo foederis, & quidem propter multitudinem per turmas aliquot, quibus populus imponebat manus, id est principes tribuum, domorum, & familiarum, qui populum vniuersum representabant. Quae manuum impositio signum erat populum eos a proprio Domino abdicatos, ad Dei dominium transferre, sicut in animalibus, quae offeruntur Deo fieri solebat, & Leuitae ipsi paulo ante fecerant. Aaron autem mediator Deum inter & homines, eos a populo acceptos offerebat Deo, eiusque ministerio adicebat; ipsique vicissim in hostiam viuentem seipsum offerebant Deo.

Transfeamus ad oblationes principum, quas arbitramur octauo die secundi mensis inchoatas, absolutis dinumerationibus, & dispositionibus tribuum singularum, censu item ac consecratione Leuitarum, cum assignatione officiorum in singulas eorum familias. Nam Scriptura tradit eos qui obtulerunt fuisse praefectos eorum, qui numerati fuerant. Antecessit ergo hanc oblationem numeratio, siue census populi, quem constat initum primo die secundi mensis. Deinde obtulerunt hi duces plausra illa & boues, qui vsui essent Leuitis in transfectione Sanctuarii, eisque iussu Domini distributi sunt, iuxta officiorum necessitatem; ergo distributio officiorum Leuitarum has oblationes antecessit. Quid quod in offerendo seruatus est ordo, non natiuitatis singularum, aut dignitatis, sed vexillorum, prout ea Dominus aliquando ante digesserat?

Denique nostrae sententiae ratio temporis fauet. Videtur enim expectandum fuisse tempus aliquod, quo artifices, qui vix paucos ante dies immensam tabernaculi fabricam expleuerant, resumpto spiritu tot donaria aurea & argentea duodecim ducibus necessaria fabricarentur, quae facile mensum vnum requirere fatebitur, qui rem ipsam prudenter expenderit. Adde importunum videri offerri solenni ritu sacrificia, a nouo pontifice, nouisque sacerdotibus immolanda, priusquam aut ipsorum, aut altaris expleta esset consecratio. Recte autem conuenit ab octauo die mensis secundi datum oblationibus initium, ut iis deci-

XXVI. Leuitarum consecratio, eiusque ritus, a Num. 8.

XXVII. Ratio temporis oblationis oblationis principum.

b c. 7. v. 2.

c num. 1. c. & 18.

XXVIII. Confirmatur dies octauus secundi mensis.

a c. 7. init. Responde- tur obic- tioni.

b Exod. 40.

1.

c Exod. 20.

11.

XXXIX.

Prior obla- tio 12. prin- cipum.

d 2. Reg. 6. 7. 8.

XXX.

Posterior in 12. dies di- stributa va- sa singulo- rum.

εὐαγγέλιον.

mo nono mensis eiusdem absolutis, postredie ex deserto Sina; & mansione duodecima migraretur. At enim, aiunt, cum Scriptura pugnamus, quæ ait factas oblationes in die qua Moses erexit tabernaculum, & vixit, &c. quod in primum diem primi mensis cadit. Respondemus inchoatas oblationes eodem die, non numero, sed specie, vt cum iubentur Iudæi celebrare sabbatum, in die qua requieuit Dominus ab omni opere suo; & celebrare Phasæ in deserto, in die qua exierunt de Ægypto. Et nos dominicam diem, in die, qua resurrexit Dominus, quotannis, & quot hebdomadis celebramus. Sic ergo ea die qua erectum est consecratumque tabernaculum oblata sunt hæc munera; quia sicut octaua die primi mensis illa tota caremonia peracta est, ita octaua die secundi mensis ista est inchoata.

Obtulerunt ergo principes tribuum, nomine totius populi, sex plaustra cum duodecim bobus, ad deuehendam magnam partem eorum, quæ ad Sanctuarium pertinebant, quoties Deus ex vna statione migrationem imperasset: quæ recta erant, vt quæ plaustris imponerentur ab ætris iniuriis munita essent. Quæ cum Moses iussu Dei suscepisset, Gersonitis duo plaustra & quatuor boves dedit, quod vniuersum eorum onus leuius esset. At Meraritis vix 4. plaustra sufficiebant, propter multitudinem & pondus tot columnarum, quæ totum cingebant atrium, præter nouem, quæ erant in ipso tabernaculo, cum suis basibus & capitellis; & pondus tot tabularum quibus ipsum constabat tabernaculum: vt dicendum profecto videatur bonam horum onerum partem humeris Meraritarum fuisse circumlatam. Nec placet eos pleraque imposuisse iumentis. Nisi par fuit ratio Caathitarum, quos Deus iusserat humeris comportare onus, quod eis Sacerdotibus impositum fuerat. Quam legem cum Oza Dauidis tempore violasset, eam culpam repentina morte luit.

Hanc obligationem excepit altera, & tempore diuturnior, & dignitate præstantior. Hoc ipso ergo die octauo secundi mensis obtulerunt vniuersi principes donaria sua: sed Dominus iussit singulos singulis diebus offerre, vt quo diuturnior esset celebritas, eo esset & magnificentior: Primo ergo die Nahasson princeps tribus Iudæ obtulit acetabulum argenteum pondo 130. siclorum. Vox Hebræa, vt plerique interpretes notarunt, significat scutellam magnam & latam, Septuaginta verterunt discum. Nec dubium est eximiam peluim 130. siclis argenteis, id est 65. vnciis, confici potuisse. Accessit Phiala argentea 70. siclorum, siue 35. vnciarum argenti. Fuit autem oblatas tam discus ille, quam phiala hæc plena similia conspersa oleo in sacrificium. Tertium vas fuit mortarium aureum pondo siclorum decem, plenum incenso. Vox Hebræa significat vas paruum & concauum, in modum coclearis fabricatum, ideoque eam vocem quidam verterunt coclear: mirum tamen videtur coclear vnum decem siclos, siue quinque vncias pependisse.

Præter hæc vasa quæ futura erant vni Sanctuario, obtulit Nahasson bouem, arietem, & agnum agniculum in holocaustum, hircumque pro peccato, hostiam expiationis: & in sacrificia pacifica boues duos, arietes quinque, hircos & agnos anniculos totidem. Deinceps autem cæteri principes tribuum ordine vexillorum seruato, donaria sua paria omnino, singulis quique diebus obtulerunt. Et apparet rem ex composito esse factam ad æmulationem vitandam; & secutos esse tam in ordine offerendi, diuinam de ordine progrediendi in peragrandia solitudinæ dispositionem, quam in rebus ipsis quæ offerrentur, Dei institutum, qui nulla ratione habita diuitum vel pauperum, voluit omnes primogenitos quinque siclis redimi, & omnes qui transfissent in numerum, dimidio siclo censeri. Et fortassis ista donaria non tam principum quam totius tribus erant, quæ per manus principis offerbantur Deo. In singulis autem tribubus plerique pauperes erant, & nonnulli diuites.

Sub hoc tempus cum vicina esset migratio ex mansione duodecima, iuxta seriem Mosaicæ narrationis, iussit Dominus fieri cubas argenteas. *Fac tibi*, inquit, *duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare possis multitudinem, quando mouenda sunt castra.* In Hebræo inserta est coniunctio, vt hic iam non vnica, sed geminus tubarum vsus ponatur, ad conuocandum multitudinem cum opus esset, & ad monendum de migratione. Hunc geminum vsum consequenter explicat, posito discrimine soni ad cogendam promiscuam multitudinem, & solos principes populi, vt ad populum conuocandum vtraque tuba, ad monendos præfides vnica resonaret. Quod enim in vulgata legimus, *si semel clangens*, in Hebræo, Græco, Chaldæoque legitur, *si vna tuba*. Sonus autem hic planus erat & vniformis. Alter vsus erat ad mouenda castra: tunc autem concisus erat clangor, cum multiplici depressione & elevatione sonorum, & diuturnior. Eoque primo clangore tubarum monebatur tribus Iuda, cum duabus sociis tribubus ad mouenda castra. Qui cum iam se in viam darent præuia columna nubis, repetebatur tubarum sonus eodem modo, monebatur Ruben cum suis qui erant ad meridiem, vt emigrarent. Eodemque modo Ephraimitæ, & postmodum Danitæ migrare iuebantur.

Tubicines autem erant Sacerdotes, subdit enim Dominus, *filij autem Aaron sacerdotes clangent tubis; eritque hoc legitimum sempiternum in generationibus vestris.* Ergo & in deserto, & deinceps in bellis, vt in Ierichuntino Sacerdotes hoc officio functi sunt. Cum enim tubæ sacræ essent, non poterant à profanis hominibus tractari. Iubet autem Dominus hunc ritum esse perpetuum, non quidem quod ad geminum illum vsum, qui dictus est, qui in deserto duntaxat est vsurpatus, sed ad alios, de quibus subditur. *Si exieritis ad bellum de terra vestra, contra hostes, qui dimicant aduersum vos, clangentis ululantibus tubis, & erit recordatio vestri coram Domino Deo vestro, vt eruamini de*

XXXI. Et hostie omnino paria.

XXXII. Tubæ argenteæ & corum vsus prior. a Num. 10. 11.

Posterior.

XXXIII. Sacerdotes erant tubicines. vers. 8.

Alij tubarum vsus in bello. vers. 6.

Et pace.

vers. 30.

XXXIV. Migratio ex deserto Sinai. a Num. 10. 11.

b vide supra an. præced. n. 132.

XXXV. Prima acies trium tribuum.

Quæ simul progressa.

XXXVI. Eas secuti Gersonitæ & Meraritæ.

manibus inimicorum vestrorum. Accommodat se Dominus ad humanum morem. Homines enim talibus signis admoniti, solent memoria repetere, quæ agenda sunt: militum quoque turmæ certis signis huc illucque exercitui aliqua in parte laboranti. Est & alius vsus pacificus. *Si quando*, inquit, *habebitis epulum, & dies festos & calendæ, canetis super holocaustis & pacificis victimis, vt sint vobis in recordationem Dei vestri*, qui præcepit huic ritum, nequid in eis præter decorum, & reuerentiam Domino Deo debitam, tanquam eius obliui, admittatis.

Sed iam tempus est vt à monte ac deserto Sinai, clangentibus tubis, arca & columna nubis præcedentibus, viamque aperientibus digrediamur. *Anno secundo*, inquit *Moses, mense secundo, vigesima die mensis eleuata est nubes de tabernaculo fœderis.* Hoc primum professionis signum, & initium emigrandi ex mansione duodecima, in qua per annum vnum lunarem demptis 14. diebus, Israëlita substiterunt. Cum enim quarto die mensis tertij in Sina peruenissent, vertente anno vigesimo secundi abierunt. Eleuata est autem nubes, mouente eam Angelo qui erat in propitiatorio, versus solitudinem Pharan, vt propterea posset Aaron cum filiis suis intrare in Sancta Sanctorum; & obuoluere arcam & propitiatorium, cæteramque supellectilem Tabernaculi, vt superuenientes, Caathitæ eam inuolutam gestarent; reliqui autem Leuitæ sua plaustra onerabant. Interea tubæ argenteæ migrationem concisione sono denunciabant, populisque vniuersus colligere sarcinas, plaustra iumentæue onerare, & se ad iter accingere.

Perseuerante autem tubarum sono, filij Iuda primi castra mouerunt per turmas suas. Moxque eodem modo tribus Issachar & Zabulon, quas simul progressas esse oportet idoneo spatio interposito, vt in tanta multitudine tempore consuleretur. Idque Dominus cap. 2. 9. significat, vbi post recensitas tres tribus, ait, *& hi per turmas suas primi egredientur.* Eodemque modo de Rubenitis, cæterisque vexillis, ait secundo loco, tertio & quarto egredi oportere, seruatis nihilominus familiarum ordinibus in quaque tribu. Denique non aliter magnæ copię progrediuntur, quæ sicut in variis oppidis sub diuersis ducibus commorantur, ita signo migrationis ab Imperatore dato, diuersis & propriis omnes viis ad conditum locum tendunt. Sic ergo prima castra progressa sunt, vnaquæque tribu suis impedimentis seorsim in medium coniectis, cum turba imbellium personarum.

Quod ad Leuitas attinet, non simul omnes, vt putat Abuensis, sed bipertito diuisos processisse arbitramur, familias quidem duas Gersonitarum & Meraritarum post castra Iudæ, Caathitas vero post tribum Ruben eiusque socias. Primum quia ipsos in hunc modum Scriptura separauit, quæ hos omnes ordines accuratè distinguit. Accedit ratio commoditatis. Ex eo enim quod illi antecesserant, fiebat vt quamprimum substiteret nubes, signumque nouæ stationis dedisset,

ad erigendum tabernaculum essent ex propinquitate promptiores, dum Caathitæ paulatim cum suis oneribus aduentarent, & in erectam iam sacram ædem, ipsi sacram supellectilem immitterent. Gersonitæ itaque & Meraritæ statim post primam aciem profecti sunt cum oneribus & plaustris suis, tribum Iudæ proximè sequentes non alias duas, quia iter populosissimæ tribus erat satis amplum: Nec conueniebat iam separatos à Caathitis, à se inuicem seiungi, cum alteri sine alteris Sanctuarium erigere non possent, sine Caathitis autem possent.

Itaque hæc Leuitarum familiæ erant in itinere, cum tubicines renouato clangore, secundam aciem migrationis admonent. Ea Rubenitarum, fuit penes quos vexillum secundum erat, eosque Simeonitæ & Gaditæ comitabantur. Etsi enim quæ vicini erant primæ aciei Danitæ ac Rubenitæ, & æque vtrique Sanctuarij latera clauderant, Rubenitæ tamen ratione primogenituræ antecesserunt, & cum sociis triplici via progressi sunt, in primæ aciei vestigiis pedes ponentes. Caathitæ autem tribum Ruben pone sequebantur, sacram supellectilem inuolutam humeris portantes, suam vero domesticam supellectilem, in plaustris iumentisque, sicut cæteri, deducebant.

Etsi autem Moyse & Aaron cum filiis suis ad Caathitas pertinebant, non eundem tamen cum iis, saltem hoc primo triduo, locum occuparunt. Subdit enim Moyse paulò post. *Profecti sunt ergo de monte Domini viam trium dierum: arcaque fœderis Domini præcedebat eos, per dies tres providens castrorum locum.* Si ergo arca fœderis Domini antecesserat exercitum, par est existimare Moysem cum duobus filiis Caathitis, & Aaronem pontificem cum duobus filiis sacerdotibus ab illa minime abfuisse, & munus illius gestandæ depoposcisse à parentibus, atque impetrasse. Antecesserunt autem & alij Caathitæ non pauci, qui per vias hunc laborem subirent, simulque duos totius populi principes Legislatorem atque Pontificem officij causa comitarentur.

Videtur autem arca non solum hoc triduo, sed deinceps perpetuo exercitum antecessisse. Nam Scriptura tanquam de re ordinaria & consueta loquens, *Nubes quoque Domini*, inquit, *super eos erat per diem cum incederent.* Et subdit continenter, cumque eleuaretur arca dicebat Moyse, *Surge Domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant, qui oderunt à facie tuâ. Cum autem deponeretur aiebat. Reuertere Domine ad multitudinem exercitus Israel.* Quæ verba aperte docent arcam cum nube, in qua erat Angelus Domini, antecessere solitam exercitum Israëlitarum; & mox in mansionibus, orante Moyse, reuerti solitam ad destinatum in media populi multitudine locum, cui frustra diceretur reuerrere, si è media multitudine mota non fuisset. Rectius igitur columna nubis antecessens imminebat arcæ, quam Moyse & Aaron comitabantur; & subsistente nube, Moyse ad Angelum in illa latentem conuersus

XXXVII. Secunda acies Rubenitarum, &c.

Eam secuti Caathitæ.

Moyse & Aaron cum arca præcesserunt. a c. 10. 33.

XXXVIII. Deinceps perpetuo columna cum Angelo & arca, antecesserat exercitum. b v. 34.

aiebat, *Reuertere Domine*, & *humil* subfistente
vniuerso exercitu, *non* & *nubes* in medium
exercitum reuertebatur, *ibique* in Sanctuario
manebant, *hinc* *ignis* migrationis daret
etiam *nubes*, atque *progre*diens; quando &
me *excitatus* *est* *Moyfes*, *Surge Domine*, &
diffipentur *inimici* *no*strum.

XXXIX.

Terra
Ephraim
Simeon
&
Gaditarum
admittunt
inhabitantes.

*Progre*ditis *Ca*mbites excipiebat tertius tu-
barum *cl*anger *aque* *vl*ulatus, quo exciti
Ephraimitæ *cum* *locis* in viam se dabant,
Rubenitarum, Simeonitarum, & Gaditarum
admittunt *in* *habitantes*. Et postremo Danitæ eo-
dem modo ad quartum tubatum sonum, iter
eum *locis* carpere cœperunt. Et apparebat
Ephraimitas, qui ad occidentem castra fixe-
rant, & à primis castris remotissimi erant, vlti-
mos etiam profecturos: verum id honori Iose-
phi tributum videri poterat, quem Ephraim re-
præsentabat.

XL.

Hobab cō
meatum
petit, &
retinetur.
a Num. 10.
29.

Sub hunc Moysem cum vniuerso populo dif-
cessum de solitudine Sinai. Hobab filius Ra-
guelis Madianitæ, qui & Iethro cognatus
Moyfi, ei quasi rediturus ad suos valedicit, ne
se fortasse comitem viæ intrudere videretur:
sed à Moyse rogatus vt ne ipsos desereret, ac-
quieuit eadem cum Israëlitis sorte ac spe viue-
re. Mirum est autem Moysem, qui in columna
nubis Angelum habebat ducem, cognatum re-
quirere ductorem viæ, quam ipse ad 40. annos
lustrauerat. Existimari sane hæc à Mose non
sine Ironia & politica vrbantate dici, dum se
ad eius captum & mores accommodat; qua
mens est magni Gregorij in tertia parte curæ
pastoralis, vbi supponit illum ad veri Dei fidem
nondum fuisse conuersum; quod parum proba-
bile videtur, posita conuersione Raguelis
partis eius, & tam diuturna cum Mose consue-
tudine vitæ. Denique Moses non simpliciter
eum ductorem populi futurum intelligit, sed
instar ductoris, vt si aliunde non esset via
Moyfi explorata, aut definita diuinitus, ipse
populo ducendo sufficeret.

XLI.

Tridui pro-
fatio, &
ex labore
murmur.
Quintum
murmur
Israëlitarū.

Profecti sunt itaque Israëlita de monte Do-
mini, arca Domini triduo præeunte totum
exercitum. Neque tamen existimandum est
totis tribus diebus, nullam ad cibum aut som-
num captam fuisse quietem, sed per triduum
non fuisse explicatum tabernaculum, aut ten-
toria & sarcinas, quasi ad diuturniorem mo-
ram; quod plerisque ignauos in querulo popu-
lo, compulsi ad querelas: fortasse quod lon-
giora essent singulorum dierum itinera, aut
quod non fuisset datus intermedius aliquis ad
quietem dies. Ergo antequam ad stationem
decimam tertiam peruentum esset, *exortum*
est murmur populi, quasi dolentium, pro labore con-
tra Dominum, qui scilicet populi ductor erat in
nube, & progrediendo, iter longius produce-
bat, quam plerique de populo desiderassent.
Quod cum audisset Dominus, qui populi vires, &
iniustam querelam agnoscebat, *iratus est*, ei que
intolerabilis visa est ignauia, post vnus anni
veterosam quietem; quæ pronior esset ad mur-
murandum contra Dominum, quam ad peten-
das ab eo vires, qui est *in labore requies*, *in astu*
semperis, *in fletu solatiū*.

XLII.

Ex mur-
mure in-
cendium:
c. 9. 4. in c.
12. Num.

Ergo *accensus in eos ignis Domini*, à Domino
scilicet vel *calitus emissus*, vt aiunt Hebræi,
vel è terra excitatus, vt maualt Abul. *c. qui de-*

uorauit extremam partem castrorum, eos scilicet
qui *tradio* itineris è singulis tribubus subfiste-
bant. Grassante incendio, clamauit populus ad
Moysem, qui paterna in populum commiserat
ratione incitatus, *orauit ad Dominum, & absorptus*
est ignis, vel extinctus, vel aliquo terræ hiatus
deuoratus. *Vocauitque* Moyfes, ab hoc euentu,
loci nomen incensionem, eo quod *incensus fuisset*
contra eos ignis Domini. Et hæc quidem defla-
gratio videtur in ipso itinere contisse, & ignauos
cessatores corripuisse. Deinde vero siue occa-
sione huius incendij, siue absoluto iam triduo
à Deo primùm destinato, substitit columna nubis,
& ex fronte castrorum in medium agmen
cum arca regressa, signum vniuerso populo ca-
stra merandi dedit, in loco, qui ab euentu
postea *Sepulchra concupiscentia* dictus est.

XLIII.
Mansio 13.
in Sepul-
chris con-
cupiscenti-
æ.

Quidam visum est vnum atque eundem
esse locum Incensionis & Sepulchorum. Ve-
rum probabilius videtur diuersas historias, di-
uersis locis contigisse, & diuersa obiecta dua-
bus distinctis querelis occasionem dedisse.
Vnum fuit desiderium carniū. Quod autem
videtur vtramque historiam conlunxisse Hie-
ronymus, cum ait *vulgu quippe promiscuum*, &c.
illud *quippe* non reddit rationem sed connectit,
pro quo Chaldaus habet *Porro*. Nulla quoque
est in Hebræo ætiologia, nulla in Septuag.
Interp. Neque obstat quod nulla reperitur
mentio Incensionis huius in catalogo Mansio-
num. Neque enim nos dicimus illum locum
in mansionum numero esse, sed tantum esse in
hoc triduo itinere, Israëlitarum querela, &
incendio nobilitatum, dum ad decimam ter-
tiam stationem iretur.

a Num. 10.
33. 200.

XLIV.
Ibique ob-
rectatio
desiderio
carnium.
Setum mur-
mur.

Vix ergo castra posita fuerant, vix flamma
proximæ castigationis extincta, cum populus
turbulentus, ad consueta obrectationum ar-
ma, contra Deum & Moysem conuersus est.
Querelæ initium à promiscuo *Ægyptiorum*
vulgo, quod cum Israëlitis de *Ægypto* ascen-
derat, sumptum est, quod flagrauit desiderio
carnium. Sed *malum* illico serpere latius cœ-
pit in populum, seruilēque plebem; quæ solo
ferè manna victitabat, neque pecoribus sicut
potentiores abundabat. Itaque animis vocabus-
que, atque adeo lacrymis coniunctis, dicere cœ-
perunt. *Quis dabit nobis ad vescendum carnes?*
Hoc solum est fundamentum querelæ. Sequi-
tur eius amplificatio, per exprobrationem lon-
ge absurdissimam pisium, & cucumerum,
& peponum, quæ se comedisse aiunt *id Ægy-*
pto gratis, quæ miseri durissima seruitute, &
flagellis seruilē in modum cæsi redimebant.
Qualis obsecro est hic non male affecti corpo-
ris, sed peruersi, atque impotentis animi mor-
bus, hortenses illas allium & porrorum quis-
quillas, pani candidissimo ac suauissimo ante-
ferre? Hic autem animi morbus, non verbis
tantum, sed, puerilem etiam in modum, fle-
tu sese, eiulatūque prodebat. Non enim con-
tenti erant in corde suo, aut cum domesticis ra-
citi gemere, sed ægritudinem animi sui pro-
ferebant foras, & notam vicinis suis ac tran-
seuntibus esse cupiebant, vt res in seditionem
verteretur.

Cum ex-
probatio-
ne.
ves. 5.

XLV.
R Num. 11.
10.

Iratusque est furor Domini valde, vt mox ex
magnitudine vltionis intellectum est. *Sed &*
Moyfi intoleranda res visa est: intolerandos esse
videlicet

Ita Domi-
ni, & Moyfi
gemitus ad
cum.

videlicet tam peruersi populi mores. Itaque ad
conferam in huiusmodi tempestatibus an-
choram confugiens, ait ad Dominum. *Cur af-*
fixisti seruum tuum? quare non inuenio gratiam
coram te? & cur imposuisti pondus vniuersi po-
puli huius super me? Gemit Moses sub pondere,
& quod inuitus suscepit, libens optat depō-
nere, idque loco eximie gratiæ se accepturum
profiteretur. Sed vide diuinam in talem populum
humanitatem. *Nunquid ego concepi omnem hanc*
multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi, Por-
ta eos in sinu tuo, sicut solet portare nutrix infan-
tulum, & deser in terram, pro qua iurasti patri-
bus eorum. Hæc enim oratio malitiam populi
huius ostendit, qui in Deum & Moysem, tam
suauiter, tamque paternè in eum agentes, tam
superbè insoluerent, & animam non seueri
principis, sed mitissimi parentis affligerent.
Quoniam vero satis intelligebat Moses, Deum
posse vniuersam populi huius curam in alium
transferre, quandam oneris leuationem petit,
vt eo in plures diuiso, leuius fiat. *Non possum*,
inquit, *solum sustinere omnem hunc populum,*
quia grauis est mihi.

Petit leua-
tionē oneris
sui.
a Num. 11.
14.

XLVI.
An Moyse
adiutores
iam habe-
ret.

Sed, inquit, solus ne ferebat, qui iam So-
ceri consilio onus in multos tribunos, centurio-
nes, aliosque minores iudices diuiserat? Nec
deerat præter ea principes tribuum & familia-
rum. Quin etiam iam 70. Seniores, de quibus
Exodi 24. videntur partem aliquam curæ pa-
storalis sustinuisse, ideoque in montem ad vi-
dendum Deum, cum Aarone ipso, & filiis eius
adiisse. At isti videntur fuisse tantum consilia-
rij Moyfi, qui vt ei aliquod consilij lumen af-
ferrent negotiorum tamen molem ac multitu-
dinem non minuebant. Et successoribus potius
Moyfi vsui futuri erant, quam ipsi, propter sin-
gularem eius cum Deo communicationem. Illi
autem centuriones & tribuni minuebant vti-
que Mosaicum onus, dum de minoribus causis
sine Moyfi cognitione, ferebant sententiam.
Sed præterquam quod hæc ipsæ controuersie
poterant ad ipsum appellatione deuolui; supe-
rerant grauiores cuiuscumque generis essent,
quæ ad ipsum pertinebant, & insuper spirita-
les omnes, quæ ad Deum vel legem spectabant.
Accedebant etiam quæ prophetici iuris erant,
qualia erant consulere Dominum, & responsa
referre ad populum. Denique tanquam spirita-
lis omnium pater, curam gerebat animarum
omnium, in tanta præsertim Sacerdotum pau-
citate.

XLVII.
Dominus
Moysem
subleuat.

Additis so-
ciis nec
imminuto
spirita Mo-
fi.
b Num. 11.
17.

Ergo Dominus onus Mosaicum subleuatu-
rus, iubet eum congregare Septuaginta viros
ætate & prudentia seniores, ipsi populoque
probatos, qui mox diuino spiritu orati, po-
puli onus cum ipso sustentent, & causas, quæ
ad vnum Moysem referebantur, ipsi pro gratia
suffragiis electos: sic enim intelligi poterat
qui essent populo probati. Ab electione ducti
sunt ad ostium tabernaculi, vti iusserat Domi-
nus, ibique singuli spiritum prophetiæ acce-
perunt, & prophetauerunt, nec eo dono deinceps
priuati sunt, quin cum vellent & opus
esset, eo vti possent. Cæterum nulla spiritus di-
minutio in Mose facta est, sed eiusdem spiri-
tus communicatio. Itaque illud *b Auferam*
de spiritu tuo, idem est quod accipiam de Spiri-

tu sancto meo quem dedi tibi, non ex titulo
tuo, sed ex fonte suo: Spiritum propheticum
dedi tibi, dabo & cis, vt eadem instructi gratia
plures portetis, quod tu portabas vnus. Et hoc
modo hanc acceptionem, siue communicatio-
nem intellexit S. Cyprianus in serm. de Spiri-
tu sancto. Spiritum autem diuinum appellat
spiritum Moyfi, vt intelligat adiutores eius
præstantiore aliquo spiritu minimè donatum
iri, sed eiusdem rationis; quod dubium esset,
si dixisset, dabo ei de spiritu meo, vt notauit
Abul. ^a Vtrum autem isti essent Moyfi sub-
ordinati, & deinceps eorum successores suc-
cessoribus Moyfi ^b, in Annalibus explica-
tum est.

a 9. 43. post
med.
b An Moy.
82 n. 151.
c 152.

Alterum Mosaicæ querelæ caput erat, quod
populo carnes importunè flagitanti satisfacere
non posset. Promittit ergo Dominus ^c, se po-
stridie daturum populo carnes, non in vnum
alterumve diem, sed in mensem integrum; &
eorum voluntatem, in propriam ipsorum suc-
cipientem, impleturum, *Donec*, inquit, *excet per*
naves vestras, ex ingurgitatione, & *vertatur in*
nauseam. Quibus ea respondit Moyfes, quæ du-
bitationem aliquam de diuina promissione sa-
perent. Dicit potest, vt alias responsiones omit-
tamus, Moysem aliquo modo peccasse, id enim
haud dubie ostendunt illa Domini verba, *Nun-*
quid manus Domini inualida est? minus tamen
quam verba ipsa ^d præ se ferunt; propter ingen-
tem animi perturbationem, ex multitudine cur-
rarum, & tradio iniustissimæ populi querelæ,
qua factum est, vt minus attenderet verbis suis,
& multa cum cordis amaritudine loqueretur.
Vt propterea Dominus in eum indulgentior
fuisse videatur.

XLVIII.
Dominus
promittit
carnes.
c Num. 11.
18.

Ibique Mo-
ses peccat.

d Num. 12.
23.

Veni igitur Moyse, & *narravit populo ver-*
ba Domini, congregans Septuaginta viros circa
tabernaculum, nempe in atrio, & quidem redu-
ctis in eius aditu velis, vt populus spectator esset
eorum quæ fiebant, & viros diuino spiritu
afflatos maiore deinceps honore prosequeretur.
Descenditque Dominus per nubem, col-
umnam scilicet nubis, quæ ad perpendicularum
pendebat in aëre supra tabernaculum, ex eâ-
que locutus est Dominus ad Moysem, vti que
ipsis audientibus, & vt apparet de eorum of-
ficio, vel se eos constituere populi iudices &
Moyfi coadiutores: simulque afflati sunt pro-
phético spiritu, quali præditus erat Moyfes,
coque in eis requiescente, prophetare cœpe-
runt, Deo laudes & cantica dicendo, aut oc-
cultæ & ab hominum cognitione remota enun-
ciando. Vnde vulgò intellectum est, eos diui-
nitus ad hoc officium esse delectos. Quod au-
tem in Vulgata legimus eos *non ultra cessasse*,
scilicet prophetare, in Hebræo vero *non ultra*
addidisse, id est non ultra prophetasse, concilia-
re possumus, cum Abulensi, posito duplici
prophetiæ vsu. Aliquando enim prophetare
est futura prædicere, incerta & occulta diuinæ
sapientiæ patefacere, sicque vno tantum die
prophetarunt, vt volunt Hebræi & Septuag.
Alias prophetare nihil aliud requirit, nisi vt
Deus loquatur homini, vel inspiret aliquo eo-
rum modorum, qui duodecimo Numer. po-
nuntur, idque populo consulenti enunciet,
quod deinceps in Septuag. vitis perpetuari
fuit.

XLIX.
Septuagin-
ta spiritus
Domini
repleuntur.
e vers. 24.

An & qua-
renus ces-
sarint pro-
phetare.

L. Eldad & Medad abfentes prophetaur. a vers. 26.

Remanserant autem in castris duo viri, quorum unus vocabatur Eldad, & alter Medad, non ex contumacia Moyfi resistendo, sic enim diuino spiritu indigni facti essent, sed ex humilitate potius, se regiminis oneri & honori subduendo; aut fortasse quod casu aliquo non fuissent admoniti cum ceteris. Ergo cum adhuc essent in tentoriis suis, quo tempore ceteri spiritu prophetie afflati sunt, super eos quoque spiritus requieuit, & prophetauerunt sicut ceteri. Quo animaduerso cucurrit puer: quem Hebraei putant fuisse Gersonem filium Moyfi, & nunciauit Moyfi, quid in castris contigisset. Quae cum audisset Iosue, & insuper tantam prophetarum turbam Moyfi circumfusam videret, humano erga magistrum zelo incitatus, eum monet, vt eos prohibeat prophetare. At ille contra admonitus est a Moyse, ab huiusmodi aemulatione, quae in viros quoque iustos cadit, cum decipiuntur specie recti, desistere, & magistrum potius imitari, qui vera charitate, quae non quaerit quae sua sunt, in Deum proximumque feruens, eam gratiam toti populo desiderauit, sciens spiritualia bona communicatione non minui, sed augeri. Ex qua Moyfi admonitione perspicuum est Iosue, quamuis electum & bonum, non caruisse culpa.

Zelus Iosue a Moyse reprimi-tur.

L I. Dominus dat populo coturnices. b Num. 11. 31.

Reliqua est altera pars diuinæ promissionis de largiendis affatim populo carnibus. De qua ita Moyse, b *Veni autem egrediens a Domino arreptas trans mare coturnices detulit, & demisit in castra, itinere quantum vno die confici potest, ex omni parte castrorum per circuitum, volabantque in aere duobus cubitis altitudine super terram.* Vides paratum diuinitus aucupium, delicosum, facile, copiosum. Vfus est Dominus ministerio venti, quem in eum finem suscitauit vt saepe alia. Ergo impulsore vento, *Vespere ascendit coturnix, & operuit castra.* Fuit hic ventus Africus Dauide teste c, *Transiitque, inquit, austrum de caelo, & induxit in virtute sua Africum,* quem constat ex occidente flare, austrum inter & zephyrum, ac proinde recta coturnices in Arabiae deserta detulisse. In plerisque codicibus Hebraeis Graecisque significatur coturnices eductas esse, vel euolasse à mari, vt olim omnia ex aquis volatilia, cui expositioni fauet immensa, ac pene incredibilis harum auicularum copia, quantam nunquam alias fortasse totus terrarum orbis eodem tempore habuit.

c Psal. 77. 26.

L II. Immensa copia, & ad mensuram vnum.

Hoc enim loco Moyse ait coturnices non solum demissas in castra, fatigatas scilicet, & à vento derelictas, ne longius auferrentur, sed vndeque in circuitu castrorum itinere vnus diei diffusas, adeo vt quacumque ex parte castrorum quis vellit iter facere, spatio diei vnus conferta coturnicum agmina reperiret. Immensam quoque multitudinem expressit Dauid, cum has auiculas pluuiæ guttis, & pulueri terræ, & arenæ maris comparauit d. Nec minus est illud copiae argumentum, quod populus toto die illo, & nocte, ac die altero congregauit coturnicum, qui parum decem coros, quod licet non de singulis personis, sed familiaribus intelligatur, (non enim singulis seorsim vivebant, aut sibi victum parabant) ad incredibilem ascendit multitudinem, vt in Annalibus

d Psal. 77. 29. Et pluit, super eos, &c.

docuimus a. Non dedit oues aut boues, quod suspicabatur Moyse, quos potentiores sibi contentiosè raperent, & fraudatis tenuioribus gregem abigerent, sed aues quas sibi quisque facili aucupio venaretur, & aues pingues, delictis idoneas, iucundissimique saporis. Et cum petitioni populi huius satisfacere posset dando coturnices ad vnum diem, aut ad vnicam cenam, vt in deserto Sin d. Voluit nihilominus Dominus obstruere ora loquentium iniqua, & dare auiculas per mensem integrum tanto populo, donec venterentur in nauisam, & ab ingurgitatis per ora narefque eructarentur: boni autem iis affatim delectarentur.

a an. Moys. 82. 9. 166.

b Exod. 16. 33.

Non enim solos improbos, qui seditiosè flagitauerant carnes coturnicibus abundasse, & epulatos esse, sed omnem omnino populum, ex eo colligitur, quod non solum marmuratoribus, sed populo vniuerso promiserit carnes. Neque enim æquum erat improbos lucrum ex peccato accipere, bonos eo priuatos ad inuidiam, & querelas incitari. Adde quod cum mali bonis permixti essent difficilis fuisset aliorum ab aliis separatio. Quid quod boni non ignorabant se hac Domini indulgentia, sine peccato frui posse, licet male ab hominibus desiderata fuissent carnes, atque postulatæ, seque cibo cum malis, non etiam culpæ communicaturos. Hæc pluribus Abulensis: qui etiam addit ne malos quidem comedendo peccasse, licet desiderando petendoque peccauissent. Quia cum Deus istos cibos toti populo dedisset, vt manducaret, si peccatum esset manducare, obligarentur ad non manducandum, sicut ad non peccandum: Absurdum autem est, Deum dare cibos, quos nulla interueniente prohibitione, nemo possit attingere. Nam & manna quod murmurando impetratum fuerat, sine peccato quotidie sumebatur.

L III. An peccatum sit à bonis, malisve comedendo coturnices.

Neque vero consequens est eos peccasse comedendo, quia scriptum est c, *adhuc carnes erant in dentibus eorum, & furor Domini concitatus est in populum.* Non enim praesens culpa, sed praeterita puniebatur; idque significatur cum dicitur populum sepultum in sepulchris concupiscentiæ, non qui carnes comederat, sed qui desiderauerat. Qua autem poena ea culpa castigata fuerit, non explicat Moyse, neque Dauid, vterque tamen suspicionem dedit, eos ex crapula periisse, vt hic quoque illud valeret d, *per qua peccat quis, per hac & torquetur.* sicut toties supra in Aegyptiorum poenis obseruatum est: & recens Nabab & Abiu, qui in igne peccarant, incendio periere: vt & mox apparebit in seditione Core, in qua ignis egressus à Domino interfecit 250. viros, qui incensum illegitime offerebant. Hanc sententiam confirmant illa Scripturæ verba, *donec exeat per naves ipsorum, videtur enim praedici punitionis modus, sicut & sepulchrorum denominatio: dicta enim sunt concupiscentiæ, siue gulosorum, quod scilicet eorum gula punita fuerit, congrua debitaque poena. Neque otiosè dictum est, adhuc carnes erant in dentibus eorum, sed cum emphasi, ad significandum illas ipsas carnes eis interitum atulisse, qui manducauerunt, & saturati sunt nimis.*

L IV. Qua poena castigati an ex culpa petierint. c Num. 11. 33.

d Sap. 11. 17.

Dum carniori Iudæi coturnicibus saginantur ac puniuntur, & Septuaginta e seniores sua

L V. c Num. 11. 33. & 19. 10.

In concupiscentiæ sepulchris extremo mense sepe liuntur.

Hazeroth mansio 13.

L V I. Iurgium Mariæ & Sephoræ. a Num. 12. 1. 2. &c.

inceptant officia, pene ad finem tertij mensis ventum est, impleta Domini promissione, qui se istis obtrectatoribus in mensem integrum carnes daturum sponderat. Postremi tamen dies positi videntur in sepeliendis mortuis, *percussit enim Dominus populum plaga magna nimis* Neque de numero constat, etsi Seuerus Sulpicius 23. millia periisse tradat, quod translatum videtur ex historia de punitis vituli adoratoribus. In initio itaque quarti mensis columna nubis eleuatur supra tabernaculum, argenteæ tubæ vasa conclamant, & Israël purificatus gulosorum & obtrectatorum cæde, quasi retro & morbo sanguine leuatus, alacrior iter Chanaanitidem versus arripuit, & quarto die in Hazeroth peruenit, ibique mansit donec soror Moyfi Maria à lepra curata est. Post populi enim obtrectationes aduersus Moysem, Maria quoque in fratrem, occasione Sephoræ Æthiopiæ, siue Madianitidis, oblocuta est, vt patientia & mansuetudo innocentissimi hominis, domi forisque tentata, magis magisque claresceret, & Dei in eum beneuolentia omnibus illustrius innotesceret.

Iurgium domesticum Mariam inter & Sephoram contractum a fuisse facile omnes concedunt, satis apparet, vt Rabinorum fabulas omittamus, Sephoram mariti causa, quem prophetarum maximum vere praedicabat, sese Mariæ sorori eius praerulisse, vtique Moyse absente; quod cum Maria, quæ Sephoram praese contemnebat, iniquo animo ferret, Moyse prophetiam eleuare cepit, & habuit causæ suæ aduocatam Aaronem Itaque ambo cum Sephora rixantes, *num per solum Moysem, inquit, locutus est Dominus? nonne & nobis similiter est locutus?* Maiore autem in culpa fuisse Mariam, eaque Aaronem vix leuiter aspersum, non solum ex poena, qua sola Maria afficta est, intelligitur, cum Aaron leui tantum fuerit reprehensione perstrictus, sed etiam quod, in commemoranda oblocutione, prima nominatur Maria, quæ alioqui postponi debuisset fratri, summi praesertim pontificatus dignitate fulgenti. Augeret etiam huius magnitudo culpæ ex conditione personæ quæ offenditur, quæ praeterquam quod erat totius populi princeps, omnes mansuetudine superabat.

L VII. Dominus in Mariam & Aaronem irascitur.

Duo modi prophetiæ.

Ergo Moyse domesticum iurgium ex animi lenitate dissimulante, Dominus causam eius suscipit, & eum cum fratre ac sorore alloquens, *Egredimini,* ait, *vos tantum tres ad tabernaculum foederis* Erant fortasse in tabernaculo Moyse, & iubentur soli adire tabernaculum foederis, ne Aaroni palam facta obiurgatio eius imminueret auctoritatem, eaque vulgo visceret. Imo ne Moysem quidem praesentem esse voluit reprehensioni, quæ erat cum eximia laude coniuncta. Nam cum descendisset Dominus in columna nubis, stetitque in introitu tabernaculi, seorsim à Moyse Aaronem & Mariam euocauit, vbi volens factum eorum comprimere, ostendit quanto eos intervallo Moyse prophetiæ dono antecederet. *Si quis, inquit, fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad eum.* Duos tangit prophetiæ modos, prior est cum Dominus per Angelum suum apparet ali-

cui, sub aliqua forma visibili, eique aliquid diuinitus reuelat; posterius cum species quæ sunt in hominis phantasia per somnum ita disponit, vt det cognitionem rei, quam vult à Propheta intelligi. Prior ille modus visio dicitur, posterior auditio, quod audire sibi videatur, quæ in phantasia repræsentantur, quæ tamen reuera non audit, alioqui non dormiret.

At non talis, inquit, seruum meum Moyse, qui in omni domo mea, populo scilicet meo, cuius eum quasi patrem-familias constitui, fidelissimus est, nec gloriam meam arrogat sibi. Et quia principes solent talibus familiariter vti addit, *Ore enim ad os loquor ei, & patrem, & non per aigmata, & figuras Dominum videt.* Clarius nimirum ac manifestius, quam ceteri omnes. Neque enim negat se prioribus illis modis cum eo agere, sed intra eandem communicationis formam multo illustrius, vt Aaron & Maria intelligant se illi æquari non posse. *Quare ergo, inquit, non timuisti detrahere Moyse seruo meo, qui ceteros prophetas vsque adeo antecedit? quare nihil veriti estis me ipsum offendere, in persona mihi amantissimi ac fidelissimi capitis? simulque iratorum in morem, nullo expectato responso abiit, nube quæ descenderat rursus ascendente. Nec ira ostensa est, quod attinet ad Aaronem, nisi in subito & inexpectato post obiurgationem discessu. Nam de Maria sequitur.*

L VIII. Moyse praeter ceteris excellentia.

Et ecce Maria apparuit candens lepra, quasi nix. Cumque respexisset eam Aaron, & in eius poena eximiam Dei erga se clementiam agnosceret, qui factorum principem immundum reddere noluisse; aut etiam ex proprii timore periculi poenitens, humiliter Moysem pro ea rogat, & pro vtroque veniam petit. *Obsecro, inquit, Domine mihi, ne imponas nobis hoc peccatum, quod stultè commisimus.* Fratrem orat ne consentiat in vindictam offensæ in se commissæ, & poenam quam Dominus insingere cõperat. Pergit autem, *ne fiat hac quasi mortua, quales videlicet sunt leprosi ab hominum conuersatione secreti, & vt abortiuum quod proicitur de vulua matris suæ, tanquam scilicet foeda res & execrata, qualis etiam est leprosus. Ex quo intelligitur admodum horribilem fuisse hanc lepram, praesertim cum subditur: Ecce iam medium carnis eius deuoratum est à lepra, per totum scilicet corpus celeriter serpente. In Hebræo tamen hoc dimidium consumptæ carnis, non ad Mariam, sed ad abortiuum refertur, quod Hieronymus explicando Mariæ, pro qua similitudo afferebatur, accommodauit.*

L IX. Maria lepra percucitur.

vers. 11.

Orat Aaron pro ea.

Mitissimus autem Moyse, quem de industria Dominus adesse voluerat, vt ad eum frater statim confugeret supplex, facile exoratus clamauit ad Dominum dicens, *Deus obsecro sana eam.* Didicerat enim in seipso in monte Sinai, quam id ei in promptu esset; & sperabat se, cuius in gratiam hæc poena inflicta fuerat, iniuriam remittente, Iudicem quamprimum à supplicio temperatum. Nec irrita fuit supplicatio, cum poena, quæ totius vitæ futura erat, vt postea regis Ozia, septidui duntaxat fuit. Significat porro Dominus non conuenire, vt statim, & ante egressum è Sanctuario, quod optabat Moyse, illa sanaretur, nec eius morbus efferretur in vulgus: quod oporteret

L X. Et Moyse ipse.

mulieris

mulieris vanitatem deprimi, & confusione emendari. Confert autem Dominus se Patri-familias, Mariam filia, sputum leprae. Sicut enim computatio non totam perfundit faciem, sed sparsim variis eam in locis inquinat, sic & lepra non vniuersam opplebat faciem, sed plurimis vndique pustulis eam foedam ac tumentem reddebat.

LXI. Eius lepra septiduo perseverat.

Quoniam vero Dominus dixit, *Separetur septem diebus extra castra, & postea reuocabitur*, nec dixit, postea mundabitur, quidam existimant eam statim ad Moyse preces fuisse sanam; communior tamen probabiliorque sententia est, Mariam non ante septimum diem fuisse sanam; id enim eius intererat, & populi vniuersi. Nam illius fastus deinceps in perpetuum comprimebatur, cum ea labe nulla posset tergiuersatione celari, utpote omnium oculis obiecta septiduo: Et populus ipse facilius in officio erga Moysem suo continebatur, dum cerneret culpam in eum admissam, etiam in sorore, turpissima septidui lepra castigatam. Ipse autem Moyse suae consolationi, & priuatae sororis, & publicae totius populi utilitatem libenter antetulit. In illa autem reuocatione intelligitur antecedens: non enim non sanata reuocaretur. Post septimum itaque diem & sanata, & reuocata est ad communem habitationem, moxque populus de mansione Hazeroth profectus est.

LXII. Mansio 15. in Rethma luctuosa.

Sequitur itaque decima quinta mansio, vna inter alias memorabilis, in qua vniuersa Hebraeorum gens non solum in summum est adducta discrimen, populo impiis obtreccationibus Deo patientiam propemodum extorquente, sed re ipsa sexcenta & tria hominum millia, & insuper quingenti, & quinquaginta immatura morte damnati sunt, & luctuoso praeterea quadraginta annorum exilio multati. Et ut a loco mansionis ducamus initium, non nihil in eo dubitationis existit, quod initio 13. Numer. habetur populum profectum de Hazeroth, fixisse tentoria in deserto Pharan. At in catalogo mansionum dicitur populus de Hazeroth venisse in Rethma. Respondet Hieron. Rethma, sicut & pleraque loca sequentium mansionum, esse partes immensae solitudinis Pharan, quam aiunt ad vndecim dierum iter longè lateque fufam. Ad quid est quod missi dicuntur exploratores ex Cadesbarne, quos constat ex hac mansione missos? An quia Rethma obscurior erat locus, quam Cadesbarne ciuitas Moabitarum, eique vicinus. Itaque in catalogo mansionum vbi loca accuratè percensentur, nulla statio, aut mansio in Cadesbarne ponitur.

LXIII. In quod tempus cadat. c. sup. n. 55.

Quod ad tempus attinet, iuxta stabilitam superius Chronologiam, Israëlita in neomenia quarti mensis, relicti sepulchris concupiscentiae, venerunt versus Hazeroth, quò die quarto peruenerunt. Quinto ponamus licet Mariam murmurasse, & leprosam factam esse: ea res populum ad septiduum in eadem statione detinuit, duodecimum scilicet diem. Decimo tertio vasa conclamata sunt, & itum versus Cadesbarne in Rethma, ad quem vsque locum iter quadridui fuit. Ergo eo peruentum est decimo sexto die ad vesperam. Decimo septimo captum est consilium de exploranda

Chananitide, & post triduum aut quadriduum, vt Hebraeis placet, in paranda profectioe positum, vigesimo die quarti mensis profecti sunt, & quadragesimo denique reuenterun, qui in sexti mensis initium cadit, quod potest ad Augustum pertinere.

Iam vero quod ad explorandae terrae consilium attinet, varia Scripturae loca rem debiam faciunt. Nam 130. Numer. videtur Dominus eius consilij author extitisse. At ex Deuteron. a apparet Populum consilij huius authorem fuisse. Volebat enim Dominus vt Angelo suo ductore, in Chananitidem inuaderet, neque de victoria dubitaret. *Vide terram, aiebat Moyse, quam Dominus Deus tuus dat tibi, ascende & posside eam. Noli timere, nec quicquam paueas.* Et rursus inferius, *Ascendite, inquit, & possidete terram, quam dedi vobis.* Non ait explorate, sed adite, occupate, possidete auspicijs meis. Hæc erat Domini voluntas. Vide nunc quæ populi mens fuerit. *Accessistis ad me omnes, ait Moses, atque dixistis, Mittamus viros qui considerent terram, & renuncient per quod iter debeamus ascendere.* Id autem erat diffidere de diuina promissione & auxilio, ideoque subdit Moses, *contempsistis imperium Domini Dei vestri, & non credidistis ei, neque vocem eum audire voluistis.*

Hic Moses Dominum de more consulit, qui in pœnam importunæ prudentiæ, diffidentiae, atque inobedienciæ, permisit peregrinationem istam, quam prouidebat in magnam populi cladem cessuram, dicens. *Mitte viros qui considerent terram Chanaan, &c.* Quo audito Moses, ignorato, vt probabile est, infelici exitu istius profectiois, consensit populi voluntati. Itaque illud *mitte* non imperantis est Dei, sed permittentis. Sic Elifæus acquiescens voluntati eorum, qui ad Eliam querendum mittere volebant 50. viros, dixit *mittite*, cum tamen reuera nollet vt mitterent. In huius permissionis signum in Hebræo, Græco & Chaldæo legitur, *Mitte tibi viros*, id est ex iudicio & arbitrio tuo, vt ait Caietanus, non ex imperio meo. Recta quoque ratio cum hac missione pugnabat. Vtilis est enim periclitatio, & perquisitio, si quando res in deliberationem cadat; at hic nullus erat deliberationis locus, accipienda enim erat illius terræ possessio, quæcunque tandem esset, & quantumcunque laboriosa futura esset illius occupatio, nec alterutra de re disceptandum, aut dubitandum fuit. Quandoquidem ex vna parte Dominus sæpe affirmauerat, terram se eis daturum lacte & melle manantem, ex altera se pugnaturum pro ipsis.

Electi sunt autem non ipsi tribuni, aut primi principes tribuum, qui supra tam primo, quam septimo capite numerati, sed alij in suis quique tribubus viri primarij, iidemque fortes atque industrij: in quibus fuerunt clarissimi duo, Iosue minister Moyse de tribu Ephraim, & Caleb de tribu Iuda. De tribu autem Leui electus est nemo; quia illi non competebar hæreditas à reliquis tribubus separata. Dat porro Moyse exploratoribus duo in mandatis, vt considerent qualis sit terra, quæ eis promissa est, quasi Deus falli posset aut fallere, qui eam toties commendasset, & qualis populus habitator

LXIV. Consilium explorandae terrae non dicitur profectum.

b ca. 9. 23.

c ca. 1. 21. Deut.

cc. 29. 3.

LXV. Nisi permittente, sed à populo.

f. 4. Reg. 2. 17.

Ratio eius rei.

g Exo. 23. 29.

LXVI. Qui fuerint hic exploratores.

a Num. 13. 22.

Terram lustrant Gigantes Hebronitæ.

LXVII. Fructus terræ Chanaan.

b v. 24.

LXVIII. Reditus exploratorum in Rethma.

c v. 26. 27. 28.

d Num. 62.

Detrahunt de terra.

LXIX. Murmur excitatur.

eius: quæ duo mandata Philo partitur in triplicem considerationem, populorum, urbium, & agrorum. His instructi mandatis, explorauerunt terram a deserto Sin, vsque Robob intransitibus Emat. Quæ est totius regionis longitudo à meridie ad Septentrionem. *Ascenderuntque ad meridiem, & venerunt in Hebron*, quæ erat in montanis Iudææ, in qua Dauid septem annis regnavit. Ibi autem tum habitabant *Achimam, & Sisai, & Tholmai filij Enac*, id est gigantes de stirpe gigantæa, ad quos postmodum exploratores alludent. Et putantur aliqui, ex hac Enacinarum gente, quæ in plures fuit diuisa familias, ex Hebrone in Ægyptum profecti, urbem Tanim, quam Zoan Hebræi vocant, vel condidisse, vel incoluisse, vbi eorum posteritibus istis coeui à plerisque Israëlitarum videri potuerunt.

Memores porro exploratores accepti mandati, de terræ fructibus afferendis, *pergentes vsque ad torrentem Botri, absciderunt palmitem cum vna sua, quam portauerunt in veste duo viri.* Ficus quoque & malogranata inde tulerunt, quæ credibile est vna proportionem respondisse, in euidens fertilissimæ regionis argumentum. Ratio autem postulat vt hi fructus non nisi in reditu collecti fuerint, vt recentes populo monstrarentur, nec eos oporteret toto itinere circumferre. Reuertuntur itaque, sed diuersis affecti modis. In itinere enim, vt ait Philo, inter eos conuenire non poterat, quid de communi sententia populo renunciarent, ne seditio exoriretur: sed minus etiam post reditum, magno ipsorum, & totius populi malo, conuenit, vt mox patebit.

Reuersi ergo sunt exploratores terra, post 40. dies omni regione circumta. Non videtur tam traiecitisse Iordanem, quod ea regio ad Chananitidem propriè non pertineret. Reuersi inquam, *venerunt ad Moysem & Aaron, & ad omnem cœtum filiorum Israël in desertum Pharan*, id est Cades, priuatum magni deserti loco. Sumitur autem hic Cades pro Cadesbarne; nam hæc ad decimam quintam mansionem pertinet, Cades vero ad trigessimam tertiam. Cadesbarne autem pro Rethma, ei vicino, vt diximus, sed ignotiore loco sumitur. *Pergit Moses, locuti que eis, & omni multitudini ostenderunt fructus terræ, & narrauerunt dicentes, Venimus ad terram ad quam misisti nos, quæ reuera fuit lacte & melle, vt ex his fructibus cognosci potest.* Et hæc est responsio ad prius mandatum, quæ quo vehementius populum allicere potuit, hoc eum magis potiundi difficultas absteruit, atque contristauit. De altero enim mandato ita respondent. *Sed cultores fortissimos habet, & vrbes grandes, atque muratas.* Illos autem cultores, siue propugnatores fortissimos ita explicant, *Stirpem Enac vidimus ibi*, quales scilicet in Ægypto, in ciuitate Tanim iam viderant: alioqui enim non intelligeret populus quales homines describerentur. *Pergunt, Amalec habitabat in meridie, Hebraeus & Iebusæus & Amortheus in montanis, Chanaanæus vero moratur iuxta mare, & circa fluenta Iordanis*, id est possidet regionem campestram, itaque acerrimis hostibus plena sunt omnia.

Inter hæc Caleb compeccat murmur populi, qui oriebatur contra Moysem. Primus se of-

fert ad compescendam seditionem Caleb, & animo & ætate florens, quadragesimum enim tunc agebat annum, vt ipsemet, Iosue 14. testatur, sed & dignitas nobilissimæ omnium tribus, ad quam pertinebat, ei faciebat animos, vt diceret, *Ascendamus, & possideamus terram, quoniam poterimus obtinere eam.* Neque tamen dubitandum est eo ipso tempore Iosue ministrum Moyse in hac seditione, quæ in magistrum suum concitabatur, præclare se gessisse, vt deinceps intelligatur. Primam tamen laudem Scriptura Calebo tribuit. Alij vero qui fuerant cum ipsis, & omnia humano iudicio timore deprauato meriebantur, dicebant, *nequaquam ad hunc populum valeamus ascendere, nisi volumus ab eo male mulctari; quia fortior nobis est.* Quin etiam detraxerunt terræ, quam in pexerant apud filios Israël, dicentes, *Terra quam lustrauimus deuorat habitatores suos*, id est, laboriosissimè exercetur, & colitur. Quoniam enim negare non poterant utilissimè coli, ad asylum ignauorum confugiunt. Sic enim natura comparatum est, vt qui se vilipendat, quæ obtinere non potest, vt in sua se iactura consoletur. Quò pertinet illud Davidis, *Et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.*

Et quia difficile erat de terra illa probabiliter mentiri, redeunt ad propugnaculum querelæ suæ. *Populus quem aspeximus proceras staturas est. Ibi vidimus monstram quadam filiorum Enac de genere gigantæo, quibus comparati, quasi locusta videbamur.* Omnia malignè in maius attolunt, vt populum auertant à voluntate ad eundem regionem, ad quam Deus eos deducebat. Huic porro sementi respondit seges. Nam primus ille iræ impetus solutus est in lacrymas socias querelarum, & lamenta in spem irritam & labores iam tot mensibus frustra exantlatos. Nec tacitus fuit ille fletus, sed publicus & sonorus. *Omnis quippe turba, ex animi impotentia, & amaritudine cordis vociferans fletu nocte illa, vtique deteriore fletu, quam cum nuper carnum desiderio luctones euilarent.* Rursum autem cum prima luce ardescens ira fletus absterfit, & quæ prius in solum Moysem intumuerat, in eius quoque fratrem inflammatur, sic vt ipsi, metu lapidationis, ne hircere quidem auderent, sed sese in terram coram omni multitudine prostrauerint, vel ad eos sedandos, vel ad Numen ipsis infimis precibus placandum.

At illi ita irritantur in benefactorem Deum vt nullam vitæ conditionem sua duriorē putent; adeo vt mortem in durissima Ægypti seruitute, & fornace ferrea, aut in vasta solitudine anteferant atque appetant, persuasi sibi alioqui violenta morte pereundum; filiis autem suis atque vxoribus in turpi ac miserabili seruitute consensendum. Sed addunt consilium dignum hominibus in Deum impijs atque rebellibus. Nam vt stomachum moueat ei, qui inde ipsos eduxerat, ita inter se deliberant, *Nonne melius est reuerti in Ægyptum? Constituamus nobis ducem, Moise scilicet vel deserto, vel interfecto & reuertamur in Ægyptum:* abiecta per apostasiam Domini lege, omnique aduersus Deum pietate proculcata. Nec vident insani, sibi integrum non esse reuerti in Ægyptum, seque à Deo vicissim desertos, & ab

ca. Cal. b restitit.

a Num. 13. 13. &c.

b Psal. 105. 24.

LXIX. Habitatorum fortitudine terrentur.

Plorant. Irritantur in Moysem & Aaron.

LXXI. Et in Deum ipsum de presenti conditione sua.

Nam. 14. 3. Vt in mortui, &c.

Quam infipienter reditum in Ægyptum moliantur.

omni commeatu imparatos, dira fame in reditu perituros, aut etiam Deo, & hominibus iniustos, ignitis pestilentiae iaculis, quae Dominus postmodum intentat, aut gladiis Amalecitarum, vel Madianitarum, vel ceterorum Arabum trucidatum iri.

Denique Iosue & Calebo legationis socii bene monentibus, cum ingenti vlulatu non solum obstrepant, sed illos ipsos, quos sua virtus, & praecedentia in Reipub. merita, quos dignitas generis, & quod caput est, pietas in Deum reddebat honore dignissimos, lapidibus obruere aggrediuntur: & apparet facturos, nisi derepente apparens gloria Domini, nefarium atque immane consilium disiecisset.

Apparuit enim gloria Domini super tectum fedoris cunctis filiis Israel. Eam gloriam interpretatur Abulensis, insolitum in columna nubis fulgorem, & vibrantes ex illa radios ad populi terrorem, aut alia quazpiam formidolosa signa. Species ergo flammantis praeter solitum nubis, stupefactos cohibet, & iniustissimam iracundiam, in iustissimum timorem convertit, vt qui facile poterant Sepulchra concupiscentiae, & ignem extrema castrorum deorantem meminisse. Dixit ergo Dominus ad Moysen, & quidem audiente, vt apparet, plurima multitudine, cuius intererat perterrefieri, & suum aliis communicare terrorem.

Vsq; quo, inquit Dominus, detrahent mihi populus iste? quousque non credet mihi, in omnibus signis, quae feci coram eis? feriam igitur eos pestilentia, atque consumam. At Moses expertus efficacitatem orationis illius, qua representabat Domino, in sumenda vltione de populo suo, etiam eius gloriam apud infideles in discrimen adduci, eodem nunc quasi clypeo vtitur, ad protegendum populum suum. Quamdiu autem in orando perseverauerit, non satis constat. Apparet tamen perseverasse quousque audiuit, Dimisi iuxta verbum tuum, id est, non delebo vniuersos pestilentia, vt fueram comminatus, idque do precibus tuis; neque permittam gloriam meam imminui apud Aegyptios, aut Chananæos, quod tu suspicaris, imo vniuersam terram gloria mea implebo, dum vbique audientur, quae ego postea in gratiam populi mei perpetraturus sum. Nihilominus non impunè feret hic populus violatam maiestatem meam. In eos enim in praesens animaduertam, qui grauiore culpa tenentur obstricti, vt pote, qui viderunt maiestatem meam in monte Sina, & signa quae feci in Aegypto, & solitudine, & tentauerunt me iam per decem vices, nec obediunt voci meae: non videbunt terram pro qua iuravi patribus eorum. Addit autem iurandum, vt decreti immutabilitas intelligatur, tam circa ea quae gloriose facturus est in Chananitide, quam in exclusione obrectatorum, infra annum vigesimum.

Quod autem Dominus ait, se decies ab hoc populo tentatum, recte plerique pro multoties positum esse crediderunt, alij tamen non male decem huius populi querelas, siue obmurmurationes numerant, quas in Annalibus habes. Laudat deinde Dominus nominatim Calebum, eique mercedem pietatis, ac fidelitatis promittit: vniuersum autem populum reuerti ibet in solitudinem. Quoniam, inquit, Amalecites &

Chananeus habitant in vallibus, cras mouete castra, & reuertimini in solitudinem per viam maris rubri, Priora verba exponi recte possunt, quasi dicta per exprobrationem ironicam, alludendo ad verba illa exploiatorum, Amalec habitat in meridie, &c. Et quia consilium capiebatis reuertendi in Aegyptum, agite, insilite viam Aegypti, neque tamen eo peruenietis, sed moriemini in solitudine. Fuit porro necessarium moneri populum de itinere, licet columinam nubis haberent ducem, ne forte rebelles eam regredientem ad meridiem sequi nollent.

Iterat porro Dominus praedictam condemnationem de non adenda Chananitide, contrahendo eam ad annum vigesimum. Nam prius dixerat nullum eorum, qui detraxerant Domino, visurum promissam terram. Nunc autem, Omnes, inquit, qui numerati estis a viginti annis & supra, & mururastis contra me, non intrabitis terram. At fieri potuit vt de iunioribus plurimi cum parentibus mururassent; sed eorum poena in diuturnam peregrinationem fuit commutata. Ad priorem tamen sententiam pertinent, quicumque Leuitarum, aut mulierum, aut promiscui vulgi, rei fuerant murmurationis, & numerati non fuerant, quorum haud dubie plurima fuit multitudo, quorum cadauera, cum numeratis illis, in solitudine iacuerunt. De iunioribus autem Israelitis ita decernit. Paruos autem vestros, de quibus dixistis, quod prae hostibus forent, introducite, vt videant, & possideant terram qua vobis displicuit. Ita tamen vt vagi sint in deserto annis quadraginta, quibus portabunt fornicationem vestram, apostasiam, siue defectionem a Deo vestro, donec consumantur cadauera patrum in deserto, iuxta numerum quadraginta dierum, quibus considerastis terram, annus pro die imputabitur, & 40. annis recipietis iniquitates vestras, intra 40. annos luetis poenam debitam iniquitatis vestrae. Ille tamen numerus duobus fere annis, ex indulgentia Iudicis, imminutus est, id est, a quo discessum est ex Aegypto ad praesentem diem. Et haec quidem de vniuersi populi poena.

Voluit interim Dominus in eos, qui huius omnis tragediae authores atque actores extiterant, erantque eam ob causam omnium nocentissimi, ad aliorum etiam terrorem atque exemplum, accelerata vltione animaduertere. Igitur, ait Moses, omnes viri, quos miserat Moyses ad contemplandam terram, & qui reuersi murmurare fecerant contra eum omnem multitudinem, detrahentes terra, quod esset mala, mortui sunt, atque percussi in conspectu Domini. Subitam haec verba mortem significant, dum scilicet adhuc apparet vindex gloria Domini super tabernaculum foederis: vel proximè post latam sententiam, vt solent latrones in agris, a Praefectis rerum capitalium condemnari. Genus mortis Moyses tacuit, Philo ait decem exploratores absumptos esse pestilentia, cum populo, qui eorum ignauiae adhæsit. Rabbi Salomon ait linguas eorum fluxisse veneno, inflatisque subitam mortem attulisse. Caietanus suspicatur diuino igne coram tabernaculo Domini fuisse combustos, & fusos videlicet in eos coram omnibus, & columna nubis incendio.

LXXXII. Iosue & Calebo la pides intentant.

Apparente Dei gloria terrentur.

Num. 14.1

LXXXIII. Moses orat pro populo.

& exorat cum seuerio decreto in obrectatoribus.

LXXXIV. Iubetur reuerti in solitudinem.

Num. 14.25

LXXXV. Sententia geminis denominationibus explicatur.

2uer. 31.31

LXXXVI. Decem exploratorum poena.

b vers. 36.

Idque

Idque magis valuit ad terrorem populi, quam pestilentia.

LXXXVIII. Plerique inuito Domino pugnae incunt.

Supereft vltimus tragediae huius actus, quo bona pars populi huius, pauld ante malè timida, nunc praepostera audacia praiceps, debitam sibi mortem videtur accelerare voluisse: siue existimauerunt diuinam in ipsos sententiam, non decretum immutabile, sed comminationem esse duntaxat, siue contenebrari animis arbitrati sunt se, siue propitio, siue non propitio Domino, victores euadere posse, & in Chananitidem violenter irrumpere; ad bellum infeliciter progressi, ex eo infelicius regressi sunt. Audita ergo Domini sententia, visoque in subita Exploratorum morte vlticis irae principio, Luxit populus nimis. Et mane primo venerunt ad Moysen dicentes, Parati sumus ascendere ad locum de quo Dominus locutus est, quia peccauimus: & nunc armis animisque instructi, peccatum admissum emendare volumus, fortique obsequio ignauiam rebellionem corrigere. Sic stultis dum vitant vitia, in contraria currunt.

LXXXVIII. Et Moyses repugnante a vers. 41.

Quibus Moyses, Cur a transgredimini verbum Domini, quod vobis non cedit in prosperum? Nolite ascendere, non enim est Dominus vobiscum, ne corruatis coram inimicis vestris. Nec periculum tantum, sed certam denunciat cladem. Amalecites & Chananeus ante vos sunt, quorum gladio corruetis, eo quod nolueritis acquiescere Domino, iubenti nunc reuerti in solitudinem, non ascendere, & pugnare. At illi nihilominus contenebrati ascenderunt in verticem montis, malitia quippe eorum, & superbia, qua tumebant, excæcarat eos, ne bene monenti obtemperarent, & placida postmodum morte interirent, & non cum nouo inobedentiae peccato gladio infidelium perirent. Ascenderunt autem, Arca testamenti Domini, & Moyses non recedente de castris, neque cæteris de populo Deum timentibus. Quis porro temerarie pugnae exitus? Descendit Amalecites & Chananeus, qui habitabat in monte, qui Amorithæus in Deuteronomio vocatur, & percutiens eos atque concidens, persecutus est eos vsque Horma. Quae vrbs postea duce Iosue in potestatem Israelitarum venit, rege eius interfecto. Et in huius cladis vltionem, ad illum vsque locum Iosue d persecutus est quinque regulos Amorithæorum, & ipsos cum suis copiis internecone deleuit. Reuersi a pugna, plorauerunt coram Domino, nec audiuit eos, nec voci eorum voluit acquiescere, vt in Deuter. scriptum est.

b vers. 44.

Et victi conciduntur.

c cap. 1.44.

d Iosue 10. 5. 17. 26.

cap. 1.45.

ANNVS MVNDI 2546.

AARONIS 2. MOSIS 83.

ASCATADIS II.

Imperij Assyriorum 615.

ANTE CHRISTVM 1505.

I. Egressio e Rethma luctuosa.

E Gredimur e Rethma mansione decima quinta, dum ingenti totius populi luctu, ad Arabicas arenas, & inhospita saxa, quasi ad metalla in totam vitam damnati, desperata maximæ parti possessione Chananitidis, tot

tatisque laboribus quaesita, tot laudibus ab ipso Deo celebrata, tot promissis antiquis retro patribus confirmata, & sub ipsum in eam ingressum, quasi facto in portu naufragio, infeliciter amissa. Accedebat & gemina clades recens accepta; altera diuinitus in decem exploratoribus repentina morte sublatis, aliiisque, vt ait Philo, cum eis: altera cum ab hostibus fusi fugatique, & vsque ad Horma concisi fuerunt. Inde ergo cum praeruarica tore populo ad mansionem decimam sextam transimus: in qua etiam nouum inchoamus annum. Dubia tamen est ratio temporis, cum in lib. Numer. a scriptum sit, Cras mouete castra, & reuertimini in solitudinem. In Deuteronomio autem legitur Israelitas post exploratorum cladem, mansisse in Cadesbarne multo tempore. Rethma vero, vt diximus, fuit iuxta Cadesbarne.

a. 14. 25. b. 1. 46.

I. Non tam cito facta.

c. 22. 13.

III. Rethma differt a Cadesbarne.

d cap. 2. iuit.

Ordo reru gestarum hoc tempore.

Scripturæ loco narratur, quod aliò referri oportere non conset, ratio postulat vt inde non transferatur; quod de cap. 13. Numer. dixerim, in quo, post aliqua præcepta cæremonialia, narratur animaduersionem in violatorem Sabbati, quam in Remmophares mansione decima sexta contigisse putamus, vt series narrationis Moisaicæ postulat.

a. c. 1. 32.
Mansio 16.
Remmophares.

IV.
Historia lignatoris in Sabbato.

Historiam Moyses in hunc modum recenser; *Factum est, inquit, cum filij Israël essent in solitudine Pharan, & inuenissent hominem colligentem ligna in die Sabbati, obtulerunt eum Moysi & Aaron, & vniuersæ multitudini conferti populi, qui tabernaculo erat circumfusis. Qui recluserunt eum in carcere, vincula scilicet ei iniecerunt, nescientes quid super eo facere deberent.* Non ignorabant quidem dictum à Domino, *Custodite Sabbatum meum, sanctum est enim vobis: qui polluerit illud morte morietur; qui fecerit opus in eo, peribit anima illius de medio populi sui.* Res tamen ad Dominum relata est, vel quia dubitabant de genere mortis, vt aiunt Philo & Abulensis, vel potius quia modica videtur esse culpa pauperuli hominis pauca lignorum fragmenta ad accendendum ignem in Sabbato colligentis, & durum videretur lenem noxam supplicio capitis expiare. *Dixit nihilominus ad Moysen Dominus, morte moriatur homo iste, obruat eum lapidibus omnis turba extra castra.* Quod & factum est, sicque se uero exemplo sancita est observatio Sabbati, sicut & cultus Sanctuarij morte filiorum Aaronis.

b. Exod. 31.
14. 15.

Dei iussu lapidibus obruitur.

V.
Iudæi fimbriati.

Exposita porro cæde huius in tempestiui lignatoris, subdit Moyses præceptum Iudaico populo datum, de faciendis fimbriis per angulos palliorum suorum, siue, vt quidam explicant, per oram & limbum superiorum vestium, quibus assuerentur vittæ hyacinthinæ, siue cærulei coloris, vt essent memoriale diuinæ legis obseruandæ. Cuius vt se custodes egregios ostentarent Scribæ & Pharisei; *Dilatabant phylacteria sua, & magnificabant fimbrias.* Eum nihilominus ritum Christum ipsum retinuisse, sicut & reliquum populum liquet ex variis Euangelij locis. Erat etiam hæc fimbriarum appositio ad distinctionem, vt Iudæi non solum intus in corpore per notam circuncisionis, sed etiam foris per palliorum fimbrias à cæteris gentibus distinguerentur: & ipsimet habitu se Iudæos, id est veri Dei cultores profiterentur. Verum hoc præceptum, ante ingressum in Chananitidem, in vsu non fuit, vt docet Abulensis, nimirum soli erant in solitudine, nec aderant populi alienigenæ, à quibus Israëlita distinguerentur. Cæterum tres mansiones, aut etiam plures facile capit tertius hic annus. Remmophares, Lebna, & Resa.

c. Matt. 23.
5.

d. 2. 50. &
54.
Tres mansiones anni huius.

ANNVS MVNDI 1547.

AARONIS 3. MOSIS 84.

ASCATADIS 12. Imperij Assyriorum 616.

ANTE CRISTVM 1506.

I.
a. Num. 16.
200.

D' hunc quartum annum exitus ab Egypto, seditionem Core, & sociorum eius

referendam putamus. Suadet ordo ipse seruatus à Moysè, qui sine certa ratione mutari non debet, neque ad illud transferri tempus, quo primùm Aaron ad montem Sinai constitutus est Pontifex, cui ambitiosus Core inuideret. Apparet enim tantam seditionem diu compositam fuisse atque meditatam, non subito quodam motu exortam. Cuius rei non leue argumentum suggerunt 250. thuribula, quibus vsi sunt seditioni, quæ illi sibi confici curarunt: non enim erant Sanctuarij, sed ipsorum propria, vt ex textu liquet, & quidem ænea, cum illa essent aurea. Nec Moyses aut Aaron consecrata Deo thuribula seditionis hominibus vtenda præbuisse. Dilatam etiam ad hoc tempus seditionem ex eo fit credibile, quod à constituto Pontifice Aarone, alia ex aliis continenter admilla crimina Deum vltorem ita senserunt, vt populo perterrefacto, ipsi seditioni meditari facinas differre cogentur, ne non in Aaronem aut Moysen, sed in ipsosmet, qui Dei exacuebant iracundiam, & vindictam accersebant, ira populi verteretur. Denique Iosephus, non de paucis diebus, aut mensibus, sed de longiori vtique tempore inducit dicentem Moysen, hæctenus Aaronem Pontificatu legitime functum esse, quæ laus in breui tempore nulla est. Sed iam ad rem ipsam aggrediamur, ab eius authoribus, & causis exorti.

Seditio Core quando contigitur.

a. 1. 4. Ant.
6. 2.

II.
Primarij eius auctores.

Primarij seditionis huius auctores hoc loco memorantur Core, Dathan, & Abiron, quorum primus ad tribum Leviticam, alij ad Rubenitas pertinebant: à quibus ducenti illi ac quinquaginta viri, in eiusdem criminis societatem allekti sunt. Prima tamen origo mali in vnus Core caput refunditur, qui primus ab ipso Moysè, inter fontes passim memorantur, & à cæteris scriptoribus, quasi signifer coniurationis agnoscitur. Hic ergo seipsum primò à Moysè & Aarone distinxit; tum ad partes suas tres primarios viros de tribu Ruben, Dathan & Abiron fratres, & Hon filium Phelct allexit, à quibus cæteri in eandem perniciem tracti sunt, quos arbitror ad tribum Leui & Rubenis pertinuisse, quoniam res eorum agebantur, & sequebantur tribuum suarum duces, fueruntque eiusdem pœnæ participes.

III.
Quod seditionum consilium.

Fuit Core filius Isaar fratris Amram; ideoque fratruelis Moyses & Aaronis, quorum dignati ambitione stimulante inuidens, res nouas moliri cœpit, vt Aarone de summa dignitate deiecto, Pontificatum inuaderet. Id quia difficile omnino fore videbatur, Moysè fratre ipsius rerum potente, de illo quoque de principatu deturbando statuendam fuit, & spe illius obtinendi, alij ad consilium societatem trahendi. Ad id in primis idonei visi sunt Rubenitæ, qui illud sibi, iure paternæ primogenituræ, meritò vindicare posse videbantur. Ergo consilium cum prædictis principibus de tribu Ruben communicat, ostendens ipsis, vt filiis primogeniti Israëlitis, in populo principatum deberi, non Moysi, cui, cum sit de tribu Levitica, Sacerdotium sufficere possit. Quin & indignum pontificatu Aarone videri, qui in adoratione vituli maxime idololatria pollutus fuerit, & nuper pene cum Maria lepra contaminatus.

Si mutuas sibi operas præstare velint, vtrosque voti compotes fieri posse, cum immortalis suæ, & familiarum suarum gloria in omnem posteritatem. His consentanea sunt quæ Iosephus & Philo, & Moyses ipse de hac seditione scripserunt.

IV.
Aliæ seditionis causæ, & inuitamenta.
a. Num. 3. 30.

b. Num. 16. 2.

V.
Core cum suis insurgit in Moysen.
c. Ibid.

d. 2. Per. 2.
10.
c. Iuda. 8.

f. v. 5. &c.

VI.
Ratio dirimendæ contouersie.

Coritæ à Moysè obruantur.

Visit etiam Core vehementius inuidia in Elisapham, vt notauit Abulensis. Facilius enim erat tolerare Moysen & Aaronem sibi prælatos, cum essent filij Amram primogeniti Caath, quam Elisaphan filium Ozici quarto generi Caath, qui tamen reliquis omnibus Caathitis, secundum Eleazarum prælatum erat: id enim nullo modo ferendum videbatur. Accedebat & dicendi facultas, & opes, vt Iosepho placet. Sed & aliæ causæ, & inuitamenta interuenire potuerunt, quæ ægrum ambitione animum facile exulcerarunt; quibus diu fumans seditio, in apertum denique prorupit incendium. Nam præter quatuor illos primarios quos, dixi, coniurationis antesignanos, Surrexerunt contra Moysen ducenti quinquaginta viri proceres Synagoga, & qui tempore concily per nomina vocabantur, id est conciliarij & Senatores ex diuersis collecti tribubus, qui ex officio statis temporibus, in locum consultationibus destinatum cogebantur: nec dubium est singulos magnam secum turbam clientum traxisse, qui mox sensisopitam seditionem, magno suo malo redintegrarunt.

Hi ergo variis motibus, in populo expectatione suspensio, concitatis, cum steterint aduersus Moysen & Aaron dixerunt, *sufficiat vobis, quia omnis multitudo Sanctorum est, & in ipsis est Dominus, cur eleuamini super populum Domini? Nolunt videlicet vllum agnoscere superiorem, præter Deum, omnes sub eo æquales esse volunt, antiqui Anabaptistarum Duces, cumque dominationem spernant, vt his similibus exprobrant Petrus, & Iudas Apostoli, omni tamen ope principatum ambiunt, & quod ore statuunt, actione refellunt. Quod cum audisset Moyses, sine vllò responso, cecidit pronus in faciem suam. Videbat enim responsum omnem in deteriore partem acceptum iri, statimque ad solita orationis præsidia confugit; & ibi edoctus à Deo quomodo sese in hisce turbis gerere deberet, Locutus est ad Core, & ad omnem ei suffragantem multitudinem, de Sacerdotio quod istum videbat ambire. Mane, inquit, notum faciet Dominus, qui ad se pertinent, & sanctos applicabit sibi, & quos elegerit, appropinquabunt ei. Negat Moyses, quod seditioni dixerant, omnes scilicet æquè Sanctos & electos à Deo, idque ait Deo ipso Iudice postredie patefactum iri.*

Hoc igitur facite, inquit, Tollat vnusquisque, vtraque scilicet pars, Aaronica & Coretica thuribula sua, & hæsto cras igne, de altari videbitur holocaustorum, ponite desuper thymiana coram Domino, & quemcumque elegerit, ipse erit sanctus. Hunc proposuit Moyses dirimendæ contouersie modum, quem apparet ex sequentibus fuisse à Core approbatum. Interim Moyses ad paternam delinquentium admonitionem conuersus, ipsamet eorum criminationem in eos retorquet, ad gratitudinem de accepto à Deo beneficio inuitat, & ab ambitione retrahit. *Multum, inquit, erigimini filij Leui. Nam parū vobis est quod separauit vos Deus Israël*

ab omni populo, & iunxit sibi, vt seruiretis ei cultu tabernaculi, & staretis coram frequentia populi, & ministraretis ei? Idcirco fecit accedere te, & omnes fratres tuos filios Leui, vt vobis etiam Sacerdotium vendicetis, & omnis globus tuus stet contra Dominum. Cuius scilicet imperio Sacerdotium attributum est Aaroni. Sedato nonnihil imperu Coritarum ex conuentione, vt in diem sequentem expectaretur diuinæ electionis iudicium; de Rubenicis quoque sanandis consilium iniit, eodemque die misit qui eos euocarent; à quibus etiam contumeliosa responsa retulerunt, nedum amicè vocati à principe populi acqueuerunt. Itaque iratus Moyses ait ad Dominum, *ne respicias sacrificia eorum.* Et purgans se apud eundem, *Tu scis quod ne asellum quidem vnquam acceperim ab eis, neque afflixerim quempiam eorum.*

Rubenitæ euocati contumeliosè respondent.

VII.
Augetur coniuratio Core.
a. Apud. Lyran.

Venitur ad Tabernaculum.

Apparet gloria Domini.

b. Num. 16. 21

Num. 16. 13.

VIII.
Iubet Dominus separari populū à ducibus seditionis.

His ea die transactis, proxima nocte, vt ait Rab. Salomon. Core cum suis coniuratis per castra discurrerunt, satagentes populum, sub specie boni communis, in suas partes trahere quod & fecerunt, vt significat Moyses cum ait eos coaceruasse omnem multitudinē ad ostium tabernaculi. Mane igitur facto, venit Moyses & Aaron cum filiis suis ed introitum tabernaculi, vbi erat altare holocaustorum, venit & Core, non solum cum 250 Leuitis sed etiam cum magna populi parte infensa Moysi, & Aaroni; dicitur enim congregati aduersus eos: cum ecce apparuit cunctis gloria Domini. Cœpit nimirū nubes tabernaculi, insolito, & minaci fulgore rutilare, ad animos, seditionum infringendos, & simul intonuit cum splendore sonora vox ad Moysen & Aaronem. *Separamini de medio congregationis huius, vt eos repente disperdam.* At illi misericordia moti erga populum à Core seductum, quamuis aduersus eos conglobati essent, ad veniam tamen illis impetrandam ceciderunt proni in faciem, orantes ne vnus culpa pœnam in populum vniuersum accerferet. Core enim cum suis, etsi multi erant, ad totam tantem populi multitudinem, vnus instat erant. Eorum precibus Dominus acquiescens, *præcipe, inquit, vniuerso populo vt separetur à tabernaculis Core, & Dathan, & Abiron; quoniam non in præsentem tantum vltio scuitura erat coram tabernaculo, sed in ipsis etiam castris. Surrexit Moyses & abiit ad Dathan & Abiron, quoniam pridie vocati venire noluerunt, multis cum sequentibus qui ab ista coniuratione alieni erant, quibus præsentibus præcipit populo, qui circa ipsos tabernacula fixerat, vt separaret ac semoueret se, suaque omnia ab ipsis: deinde vt principes istos ad Sanctuarium adduceret, vbi testes diuinæ electionis futuri erant, & participes vltionis. Ad tentorium verò Core non legitur iuisse, sed moniti tantum fuerunt, qui iuxta ipsos tentoria locata habebant, nec erant huic culpæ affines, vt secederent à tabernaculis impiorum, ne in peccatis eorum inuoluerentur. Credit Moysi populus & quamuis in operoso negotio, stimulante metu protinus obtemperauit, sentiebat enim non inanes fore minas neque modicam rem agi. *Cumque recessissent à tentorijs eorum per circuitum, Dathan & Abiron, ne formidolosi, aut parum fortes crederentur, egressi stabant in introitu papilionum suorum, cum vxoribus, & liberis, ceteraque familia.**

IX. Qui cu suis terra discedente abforbentur. a vers. 31.

Etiā Core, nec perit incendio.

b n. 26. 10.

c An. Mes. 84. n. 21. 22. & segg.

X. Sicut Leuitae eius locij.

XI. Qui funditus incendio consumpti sūt. d. l. 4. Ant. c. 3. fm.

c Leuit. 10. 4. 5.

Hic Moyses conuersus ad populum, qui secesserat à seditionis, & ad eos qui sequebantur, denunciat illos discedente terra perituros, in confirmationem electionis suæ. Quod Dominus ratum habuit, Confestim enim ut cessauit loqui, dirupta est terra sub pedibus eorum, & aperiens os suum deuorauit eos cum tabernaculis suis, & uniuersa substantia eorum, descenderuntque uiui in infernum aperti humo, id est uiui sepulti sunt, & perierunt de medio multitudinis. At uero omnis Israël; qui stabat per gyrum, fugit ad clamorem pereunium, dicens, ne forte & nos terra deglutiat. Ipsum quoque Core abiisse in præceptis Scriptura docet, licet aliqui minus attendentes, eum cum cæteris thuriferariis incendio periisse putauerint. At hoc Scriptura non dicit, illud autem dicit b, Et aperiens terra es suum deuorauit Core, morientibus plurimis, quando combussit ignis 250. viros. Eademque est in Hebræo, Græco, Chaldæoque sententia. Idque confirmatur, ex eo quod Scriptura subdit, grandi miraculo factum esse, vt Core pereunte filij eius non perirent; sed vt interpretantur Hebræi, steterint in aëre dum iterum terra coalesceret. Cui interpretationi vt derogetur fides, certe Scripturæ derogari non potest. Vt de SS. Augustino & Cypriano, Seneca Sulpitio, Abulensi, aliisque multis idem sentientibus taceamus. Vide si placet totum hunc locum in Annal. c

Iam quod ad pœnam incendij, Sed & ignis, inquit Moyses, egressus à Domino interfecit 250. viros, qui offerrebant incensum. Leuitæ hi erant, alij à supradictis eiusdem numeri seditionis, qui ad diuersas tribus pertinebant. Non offerrebant autem adhuc, sed oblaturi erant, vt interpretatur Abulensis. Cum enim ignem ex altari holocaustorum de more acciperent, & in sua thuribula inferrent, vt mox ad altare incensum suffitum facerent, erupit vndique ignis ex altari, & irruens circumquaque in profanos sacrificulos, subita eos morte consumpsit. Nec ingressi sunt in Sanctuarium, vt altari thymiamatis sui thuribula cum odoramentis imponerent, sed ibi in atrio, circa altare holocaustorum conflagravit: vel vt pœna esset toti populo manifestior, vel ne tabernaculum à profanis hominibus adiretur, & eorum cadaveribus contaminaretur, vel etiam ne quid ipsum tabernaculum, ab incendio ex tot flammis coalescente pateretur. Id enim probabiliter euenisset, nisi Deus nouo miraculo ignem prohibere voluisset, vt factum est in morte filiorum Aaron, quorum sacræ vestes incendio non sunt afflatæ.

Funditus autem incendio fuisse consumptos, vt ne cadaverum quidem reliquiæ comparerent, quæ sepulchris inferri possent, Iosephus d & Philo testantur. Abulensis rem in dubio relinquit, & tamen in eam propendet partem, vt neque corpora, neque eorum cineres reliqui fuerint, solis thuribulis ad memoriam remanentibus: alioqui aut de corporibus, aut de cineribus offerendis aliquid à Scripturâ dictum esset, sicut in simili pœna superius e de Nadab & Abiud factum est. Nihil ergo his sepultura opus fuit, sicut nec prioribus illis, quos terra dehiscens hausit, humoque operuit, sed ita, vt uiui sepelirentur in terræ visceribus: ibique

obruiti terra exstinguentur. Neque enim viui in damnatorum loca peruenerunt, vt iam ibi corporibus animisque crucientur. Oportuisset enim eos reddi immortales, vt inferno igne multo flagrantiore non statim conficerentur, & eximi ab illa lege a. Statutum est hominibus semel mori, & ab altera de resurrectione, nemo enim resurgere potest, nisi prius morte ceciderit. De animabus autem nulla videtur esse dubitatio, quin ad loca damnatorum descenderint; quoniam in flagranti, vt aiunt, delicto deprehensi, prius morte affecti sunt, quam seipsi respicere, & de peccato penitere possent.

Sumpta diuinitus vitio de ambitiosis, tam Sacerdotij, quam principatus candidatis, voluit Dominus eius facti memoriam ad exemplum in posteritatem propagari; ideoque iubet à Sacerdote Eleazaro tolli thuribula, quæ in atrio iacebant, & hac illucque dispergi prona: neque ad altare deferri sacrilegum ignem; thuribula autem ipsa ab eodem produci in laminas, & altari affigi, in monumentum filiorum Israël. Hoc autem negotium Sacerdoti committitur, quod nolit Dominus attingi à profanis thuribula in mortibus peccatorum sanctificata. Non quod mox peccatorum pessima vim aliquam habeat sanctitatis, sed quod fuerint instrumenta diuinæ ultionis aduersus peccatores: sicut benedictum est lignum per quod fit iniustitia, vt ait Sapiens b. Sed nunc euenta proximæ seditionis, quasi c regulum de radice colubr: egressum, & multa mortalium millia absorbentem consideremus. Neque enim è dira vomica totum adhuc pus effusum fuerat, & plurimi, iam à seditione Exploratorum, morti erant destinati.

Murmurauit d enim omnis multitudo filiorum Israël sequenti die contra Moysen & Aaron, dicens, vos interfecistis populum Domini. Arbitrabatur enim, vt ait Iosephus e, Deum in gratiam Moysi ista facere; itaque illi ascribebant omnia, tanquam non peccatorum odio Deus sentiret, sed à Moysi sollicitatum. Prodigiola prorsus hominum Deo inuisorum, & morti addictorum cæcitate, non solum quod de diuina bonitate & iustitia tam stultè sentirent, sed quod ad iustissimum timorem concipiendum præ stupore non mouerentur. Nihil enim potuit, aut ad terrorem formidabilius, aut ad memoriam recentius, aut ad pœnam horribilius contingere inaudita illa discessione terræ, aut subita deflagratione flammarum, quæ ante vnum duntaxat diem, infelicem illum populum depasta erat. Et tamen rursus in suam vltro armati perniciem, murmurantes contra Moysen & Aaronem in seditionem vertuntur: rati fortasse si eos de medio sustulissent, & interfectorum funera se vlturos, & deinceps Deum omnibus ipsorum sceleribus conuenientem habituros.

Cum ergo oriretur seditio f, & tumultus increpesceret, Moyses & Aaron, vitæ suæ consulentes fugerunt ad tabernaculum fœderis. Quod postquam ingressi sunt, opernit nubes, & apparuit gloria Domini, nubes scilicet igne rutilans ac minax, sicut præcedenti die, ad protegendum Moysen & Aaronem, inimicos eorum puniendos. Et ecce terrificæ de nube vox, Recedite de medio huius multitudinis, etiam nunc delebo eos. Apparet sediosos istos ingressos in atrium

Quæ loca coru, qui terra abforbentur.

a Ad Heb. 9. 27.

XII. Leuitæ thuribula altari affiguntur.

b Sap. 14. c. 14. 19.

XIII. Redimegrat seditio. d Num. 10. 41. e l. 4. Ant. c. 4.

XIV. Apparet gloria Domini. f Num. 16. 42. 43.

sequendo

Aaron accurret ad incendium.

a c. 18. 24.

XV. Cæcorum numerus.

Populi gemitus.

b c. 17. 12.

XVI. Virgarum prodigium eiusque finis.

c Num. 17. 2.

Quo nomine inscripserat.

sequendo fugientes. Nam de atrio interpretandus videtur Seuer. Sulpitius, cum ait seditionis in tabernaculum irrupisse, vbi Moyses cum fratre in terra iacebant orantes, si quo modo flagrantem Dei furorem restinguerent. Ibi Moyses diuinitus cognouit, eo ipso tempore populum Deo vlciscente perire; iussitque illico fratrem fumere thuribulum, cum igne & thure, & adire populum quem populabatur ignis à Domino, & orare pro eo. Adiit ille festinus, & assumpsit nihilominus vestes Pontificias, vt constat ex libro Sapientie a, & ducurrit ad mediam multitudinem, quam iam vastabat incendium, obuiis thymiamata, & stans inter mortuos ac viuentes, pro populo deprecatus est, & plaga cessauit.

Erat enim, ait Sapiens, sola tentatio ira sufficiens. Id est sufficiebat accepta iam clades ad accipiendum diuinæ iræ experimentum. Et merito quidem. Fierunt enim qui percussi sunt quatuordecim millia hominum & septingenti, absque iis qui perierant in seditione Core; pridie scilicet, qui forte non fuere pauciores. Reuersusque est Aaron ad Moysen ad ostium tabernaculi fœderis, in quo haud dubie perseuerabat orans, postquam quiescit interitus. Populus autem, etsi magno suo malo, in multos annos didicit non insurgere in superiores suos, huc tamen pertinere videtur illa querela, quæ habetur in fine capituli sequentis. Nam miraculum quod capite 17. exponitur non dedit occasionem populo his verbis vtendi, præcedens autem vltio maxime.


Dixerunt b igitur filij Israël ad Moysen, ecce consumpti sumus, omnes periuimus. Quicunque accedit ad tabernaculum Domini morietur. Num vsque ad interuentionem cuncti delendi sumus? Quod verbum desolationis potius quam murmurationis fuit; ideoque Dominus in multa patientia tolerauit hanc eorum, siue lamentationem, siue querelam. Et sane ad interuentionem vsque delendi erant, qui criminis Exploratorum participes fuerant; sed iam addicta morti capita, nouis identidem culpis, in promptiorem interitum præcipitabant.

Sequitur alius effectus, ex præsentis quoque seditionis occasione natus: nouo enim miraculo Dominus suam Aaronis electionem confirmare vult vt in eo, sine vlla perturbatione timoris, diuinam electionem inspiciant, & sequantur, nec querelis vltà infeliciter indulgeant. Quod ad tempus atinet, res ipsa loquitur hoc virgarum prodigium cum præcedentibus rebus gestis esse connexum; adeo vt Iosephus & Philo duas narrationes in vnam permisceant atque confundant. Res ipsa sic à Mose traditur c, Loquere, ait Dominus, ad filios Israël, & accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas à cunctis principibus tribuum virgas duodecim, & uniuscuiusque nomen supercribes virga sue, nomen autem Aaronis erit in tribu Leui, & vna virga cunctas seorsum familias continebit. Ponesque eas in tabernaculo fœderis, vbi loquar ad te. Quem ex his elegero germinabit virga eius. Hæc ibi. Vbi primum dubitatur an in singulis virgis fuerit scriptum nomen tribus, excepta Leuitica, quæ habuit nomen Aaronis, an potius principis qui eam offerebat, qui primogenitus erat in prima familia, & cui Sacerdotium eo nomine deberi videbatur. Sic enim res statim confecta erat, nec ad fortiores per domos & familias deue-

niendum fuit. Nomen autem Aaronis scriptum est, etsi non descendebat à primogenito Leui, quia ex diuina electione erat in possessione Sacerdotij.

Dubius est quoque virgarum numerus. Nam Scriptura duodecim nominat, & Philo Aaronicam duodecimam vocat: quam tamen certius est fuisse decimam tertiam: cum enim eam positam fuisse constet pro Leuitica, quid est causæ cur vna cæterarum prætermissa fuerit? Neque Hebræica lectio, aut aliæ, numero quem exhibet editio vulgata repugnant. Non enim aiunt virgam Aaronis fuisse vnam de duodecim, vt putauit Philo, sed fuisse in medio earum, ita vt sex virgæ essent ex vna parte eius, & totidem ex altera, vt ait Lyranus. Locus etiam, in quo reponendæ erant virgæ, dubitatione non caret, in Sancto-ne, an in Sancto sanctorum repositæ fuerint: vtroque enim loco erant coram Domino, & in tabernaculo fœderis. Certe Philo ait Moysen eas intulisse adytis, Abulensis quoque, Caietanus, Cornelius, & si qui alij de Sancto sanctorum pronunciant, quod nobis quoque in re tanti momenti factum videtur. Nam ibi primum positæ fuerunt virgæ, quod postmodum virga Aaronis relata est a, Refer, ait Dominus, virgam Aaron in tabernaculum testimonij. Atqui illa posita est intra velum, in Sancto sanctorum, vt ex Apost. Paulo constat b.

His ita præparatis, adhibitæque Sanctuario diligentiore custodia, ne qua fraus admitti posset, sequenti die regressus Moyses inuenit gemmasse virgam Aaronis, & iurgentibus gemmis erupisse flores, qui folijs dilatatis, in amygdalas deformati sunt, & quidem maturas, vt ex Hebræo liquet, & Iosepho: quæ omnia puncto temporis diuina virtute contigerunt. Protulit ergo Moyses omnes, virgas de conspectu Domini, ad cunctos filios Israël, videruntque diuinam electionem Aaronis, miraculo confirmatam, cui acquiescentes receperunt singuli virgas suas. Relata est autem virga Aaronis iussu Domini in oraculum, vbi perpetuo virens, & ornata fronde, flore fructuque permansit, si quid credimus Abulensi, vt esset perpetua probatio, diuinæ electionis familiaræ Aaronis in Sacerdotium, neque vnquam à posteris in dubium reuocari posset. Idque ex aliis confirmat, quæ in Oraculo seruabantur, qualia à Deo prodissent, puta tabulæ legis digito Dei exaratæ; manna quale ab Angelis, non à natura factum fuerat. Est porro hic anthus quinquagesimus & vltimus regni Cæcropis, primi Atheniensium regis: de cuius initio actum est anno Moysi 35.



ANNVS MVNDI 2548.
MOSIS 85. AARONIS 4.
ASCATADIS 13. Imperij Assyrior. 617.
ANTE CHRISTVM 1505.

Duturno deinceps silentio, quinque & triginta circiter annorum, vtitur Legislator Hebræus, vsque ad postremum vitæ suæ annum: tamen vix credibile est, nihil in tanto populo, tanto tempore dignum memoria

XVII. Earum numerus.

Vbi repositæ.

a Num. 17. 10.

b Heb. 9. 4.

XVIII. Aaronis virga frondet, floret, fructum edidit.

Atque ita perseuerat.

Cæcropis mors.

I. Moysi silentium.

contigisse. Sed cum is non tam Historicum ageret, quam Prophetam, quæ Deus sine interno motu ad scribendum incitabat, sine etiam verbo præcipiebat, ea mandabat litteris, cætera missa faciebat: ratus ea sufficere ad populi institutionem, quæ scripta erant hæcenus, & postremo vitæ anno per quandam ἀναλεξαλιώνων scripturus erat. Aut certe improbi rebellisque populi, & ad mortem destinati memoriam, arenis deserti, sicut & cadauera obruendam putavit. Itaque paucula, quæ interim occurrunt in prophana historia breuiter attingemus.

Et primum reges duos illustrium populorum Atheniensium & Argiuorum profert hoc anno Eusebius, illum Cranaum ordine secundum, istum octauum nomine Crotopum Agenoris filium apud Pausaniam l. 2. Ille nouem regnavit annis, & filiam habuit Attidem, ex qua Artica, quæ prius Acte dicebatur, nomen accepit. Ille autem vno & viginti rexit Argiuos, & successit Triopæ, ut ille Cecropi.

ANNVS MVNDI 2563.
AARONIS 19. MOSIS 100.
ASCATADIS 28. Imperij Assyrii 632.
ANTE CHRISTVM 1490.

Adest centesimus quartæ Ætatis annus, idemque Moyfi secularis, & ab explorata infeliciter Chananitide decimus nonus, in quem Hebræi pugnam cum Chananæis male gestam, malè coniiciunt, ut suo loco ex aperto Moyfi textu demonstratum est. Huc potius pertinet illa Philonis oratio; qui cum verè ac sincere turbas ab exploratoribus excitatas recensuisset, & pœnam illis diuinitus irrogatam; hæc causa fuit, inquit, serius deductæ coloniæ. Cum enim potuisset secundo postquam ex Ægypto demigrarant, agros Syriæ diuidere, defectentes à viâ compendiarie vagantur per secessus longinquos & deuios, alios quærendo post alios, animum frustra cum corpore defatigantes, ut meritis impietatis pœnas persoluerent; quippe qui præter tempus iam elapsum per triginta octo annos, ætatem hominis, suffragantur, & aberrantes per inuia, vix quadragesimo anno, ad eosdem quos antea terminos perueniunt. Sic Philo; ex quo etiam perspicuum est errare Rabbinos illos, qui pugnam contra Chananæos à secundo ab Exitu anno a, ad decimum nonum transfulerunt.

Quod autem vagi oberrantesque dicuntur hos & superiores annos in deserto consumpsisse, non ita accipiendum est quasi pro cuiusque arbitrio, huc illucque familiæ dispergerentur, aut quod de Nomadibus & Tartaris & Agarenis dicitur, pro ratione pascuorum tentoria commutarent, ut aliqui opinati sunt; neque enim viuendi commoditas Israëlitas ad vagandum hortabatur, sed à vagando reuocabat, cum nulla inopia, durante semper manna aut homines premeret, aut iumenta. Sedium potius, siue castrorum mutationes, ob sepulchrorum frequentium, & fordium, in tanta vulgi colluuiæ graueolentiam factam esse putauerim. Siue

autem coloni, siue viatores peregrinati sunt, constat eos semper habuisse ductricem columnam nubis per diem, & columnam ignis per noctem rutilantem, & vniuersa castra illuminantem, ut ante dictum est. Quin etiam mansionum nomina, eos semper congregatos misisse, & vnum quasi corpus confecisse docent, non autem palabundos hinc inde fuisse dispersos. Sic enim & aqua, quæ castra sequebatur, & manna, quod per castrorum circuitum depluebat, caruissent, qui à communi cœtu abfuisent, & à vicinis populis facile opprimi potuissent, ac deleri per partes. Denique cum 38. annis montem Seir circuisse dicantur a, facile est intelligere, eos longius ad omnem cœli plagam oberrasse, sed recta propemodum via versus mare rubrum, ut iussi fuerant b, iter habuisse.

ANNVS MVNDI 2575.
AARONIS 31. MOSIS 112.
ASCATADIS 40. & vltimus. Imperij Assyriorum 644.
ANTE CHRISTVM 1478.

EXit è vita hoc anno Ascatades, Imperij sui quadragesimo, ante obitum Moysis annis octo, cum Remesses triennio ante in Ægypto, pulso fratre Danao, regnare cœpisset: qui cum Ægyptus quoque diceretur, nouum regioni nomen dedit, & pro Aëria Ægyptus appellari cœpit, ut scribit Eusebius a, & alij b. Ergo Ægypti nomen, ad hoc vsque tempus à Scriptura per occupationem vsurpatum est. Semper tamen ab Hebræis Misraim dicta est, à filio Cham secundo genito c. Et si autem Africanus Ascatadi duodequadraginta annos regni duntaxat attribuat, Eusebius autem 40. nullum ex ea dissentione vitium in totam Chronologiæ summam redundat; Quos enim annos duos huic regi adiunxit Eusebius, eos Spareto, qui ante Ascatadem regnauerat, sustulerat.

Proximè sequenti anno Amyntas apud Assyrios regni gubernacula suscepit decimus octauus à Belo, tenuitque annis 45. ad vigesimum enim Othonielis annum peruenit, ut suo loco dicitur.

In primum Regis huius refert Eusebius Dardanium, quæ postea Troja dicta est, à Dardano conditam; Nam Troia Dardanus auctor: & rursus, Dardanus Iliacæ primus pater urbis & auctor.

Is in Phrygiam traiecit dicitur, & à rege Teucro, qui tum regnabat in Troade, obtinuit terræ portionem, in qua urbem condidit, quam à se Dardanium appellauit. Duxit uxorem eiusdem Teucro filiam Bateam, ex qua filium Erichthonium regni successorem suscepit, ex quo natus est Tros, qui maluit à se urbem Trojam, quam ab auro Dardanium appellari. Trois filius Ilius Ilio nomen dedit, genuitque Laomedontem Priami patrem, sub quo Troja euerfa est, post annos ab ea condita, iuxta rationes Eusebij 298.

Duce columna.

a Deut. 1. 14.

b Num. 14. 25.

I. Obitus Ascatadis.

a In Chron. b Diodor. l. 1. c. 66. c Gen. 10. 6. vide Anab. a. m. 1631. n. 61.

II. Amyntæ Assyrij regnum.

Dardanus & Dardania.

Troja; Ilium.

II. Reges Athen. & Argiuorū.

I. Israëlitz peregrinantur.

a vide sup. n. 77.

II. Non tamen vagi.

ANNVS MVNDI 2583.
AARONIS 38. & vlt.
ELEAZARI 1. MOSIS 120. & vlt.
AMYNTÆ 8. Imperij Assyrii 652.
ANTE CHRISTVM 1470.

Peruenimus ad postremum vitæ, magni Israëlitarum Legislatoris annum, prioribus non solum ærumnis parem ac geminum, sed etiam priuatis publicisque damnis acerbiorum. Ecce enim statim ab initio Maria soror, eademque prophetissa moritur; feminarum Hebræarum moderatrix & caput, & secundum Moysem mediatrix apud Deum, vnde maius in Moysem gubernationis pondus incubuit. Hunc luctum Aquæ contradictionis excipiunt, vbi supra modum & supra virtutem afflictus, ponderationis ad tempus, incredibili cum mœnore succubuit, & in ipso portu luctuosum naufragium fecit, ne per sexcentas ærumnas quæsitam ipsis 40. annis terram attingeret. Hanc duplicem procellam, tertia mox & quarta, nihilo inferiores secutæ sunt: Aaron Pontifex omnium peregrinationum comes, omnium particeps curarum, cuius in sinu cordis sui gemitus familiariter deponerat, fato defungitur. Vix huius funeris siccatae erant lactymæ, cum priuatum luctum publicus excepit, murmuraciones, querelæ, fastidium mannae, peregrinationis tædium, igniti serpentes, interitus plurimorum.

Secuti sunt aliquot euentus prosperi, Victoria de Rege Amorrhæorum & Rege Basan, timor Moabitarum, irriti conatus maledici Balaam in populum Dei. Sed læta hæc & dulcia mox amarissimo felle diluta sunt, quando Moabitides mulierculæ Israëlitas turpi fornicatione labefactos, in barathrum idololatriæ præcipitarunt: vnde principes suspendi iubentur in patibulis, & viginti quatuor hominum milia de populo, Deo vitore, trucidantur. Inde numerato iterum populo, mors sua Moyfi denunciatur, interdicta terra demonstratur, Iosue in principatu substituitur, delentur Madianitæ, terra eorum parti populi in possessionem assignatur; denique reperita ad iunioris populi institutionem lege, & rebus in deserto per annos 40. gestis, Dei timore ac cultu diligentissimè commendato, paterna etiam benedictione toti populo impertita, vita sanctissimè functus est. Sed hanc amplissimam rerum syluam per partes suas iuxta ordinem temporis breuiter persequamur.

Et vt à Mariæ obitu ducamus initium, rem totam Moyses breuissimè perstrinxit a. Venerunt inquit, filij Israël, & omnis multitudo in desertum Sin mense primo, & mansit populus in Cades, mortuaque est ibi Maria, & sepulta in eodem loco. Mensem primum, omnes passim intelligunt mensem Nisan, anni quadragesimi ab exitu, quod disertè Iosephus affirmat. Certè Aaron, qui in mansione proxima, initio quinti mensis obiit b, anno ab exitu quadragesimo Moyse teste obiit. Desertum autem Sin, ad quod Israël-

litæ venerunt ex Afiongaber, longe diuersam est ab eo, ad quod sub initium peregrinationis suæ ex mari rubro venerunt, quæ loca etiam scriptione differunt apud Hebræos, nam quod Ægypto propius est, scribitur per samech, alterum propinquius Chananitidi per thade. Cades autem plurimum à Cadesbarne differre iam supra dictum est a. Obiit porro Maria centesimo vigesimo septimo vitæ suæ anno, vt ex anno ortus eius liquet. Elatam autem magnificè, publicoque sumptu Iosephus affirmat, & sepultam in monte quodam, quem vocat Sein.

Mortis huius Zacharias ænigmaticè meminit b, cum ait Dominus se succidisse tres pastores in mense vno. Nobis, inquit Hieron. tres pastores qui in vno mense succisi sunt, Moyses videtur & Aaron & Maria, quorum Maria in mense primo, qui vocatur Nisan mortua est in deserto Tsin: Et in eodem loco propter aquam contradictionis, eodemque mense Moyses & Aaron condemnati sunt, ne terram repromissionis intrarent. Atque ira factum est, vt è tribus pastoribus alia præsentis morte succideretur, alij sententia mortis futuræ. Hæc Hieron. ex quibus intelligitur proximè scriptam à Moyse historiam de aqua contradictionis, suo tempore collocatam esse, vt quæ eodem mense quo Maria mortua est, Hieronymo teste contigerit.

Etsi autem non pauca eius cohonestando funeri dici possunt, illud tamen videtur eminere, quod eodè cum beatissima virgine nomine decorata, eiusdem egregius typus fuit. Vtraque infantie Legislatoris ac principis populi sui curatrix fuit, atque administra, vtraque peregrinationum socia, curarum particeps, onerum subleuatric, & gemituum consolatrix fuit. Missa est Maria ante faciem populi Dei ex Ægypto proficiscens, vt sine matre in deserto non esset, qui Moysem instar parentis habebat: in typum eiusdem sanctissimæ Deiparæ, quæ se parentem mitissimam exhibet iis, qui ex Ægypti vanitate conuersi, Christum Dominum per religiosæ vitæ deserta sequentes, ad promissam viuendum terram, magnis itineribus contendunt.

Sed iam ad tristes contradictionis aquas, & ipsis aquis Mara longe amariore, inuitam propemodum conuertamus orationem, vbi Samsonem nostrum, sub tentationis onere fatiscentem, deprehendemus, quando defecit anima eius, & ab morte vsque lassata est. Rem gestam ita narrat Moyses c. Cum indigeret aqua populus. Ex quo intelligitur Aquam de petra Horeb, quæ populam in Raphidim & Sinai potavit, reliquasque mansiones eundem secuta est, vt ex Hebræis alibi diximus, defecisse, & quidem, vt apparet, non multo ante, neque enim diu à querela abstinuerunt. In siti ergo sua conuenerunt aduersus Moysem & Aaron, & versi in seditionem dixerunt. Vtinam prorsus inter fratres nostros coram Domino, siue in seditione exploratorum, siue cum Core, Dathan & Abiron; putant enim se siti perituros, quam mortem interitu fratrum suorum sibi acerbiorum putant. Pergunt, Cur eduxistis Ecclesiam Domini in solitudinem, vt & nos & nostra iumenta moriamur? Deinde memores fructuum

a vide. x.

a An. Mos. 82. n. 62.

IV. Celebratur à Zacharia b c. 11. v. 8.

V. Fuit typus B. Virginis.

VI. Aqua contradictionis.

c Num. 20. Populi murmur in siti.

quos. Exploratores iam pridem ostentant, Quare, inquit, ascendere nos fecistis de Aegypto, & adduxistis in locum istum pessimum, qui seri non potest, qui nec ficum gignit, nec vineas, nec malogranata. Insuper, & aquam non habet ad bibendum.

VII. Audita querela, ingressus est Moyses & Aaron, dimissa multitudinis tabernaculum fœderis, corrueruntque prout in terram, clamaueruntque ad Dominum, atque dixerunt, Domine Deus audis clamorem huius populi, & aperi eis thesaurum tuum, fontem aqua viva, ut satiati cum fuerint, cesset murmuratio eorum. Non habetur hæc oratio in Hebræo vel Græco textu, & creditur sumpta ex antiqua aliqua paraphrasi Chaldæa, vel ab Hieron. paraphrasticè suppleta, habet tamen eandem cum cæteris auctoritatem. Timuerunt hi populi patres, ne contra populum murmuratam ira diuina defœuaret, ideo que gestu & affectu primum iram Dei placare, deinde beneficium impetrare studuerunt. Nec frustra, nam apparuit gloria Domini super eos, in illustri scilicet & coruscante nube, ad terrorem in populo concitandum, ut iam aliquoties conrigerat, in seditione maxime Core, & Exploratorum.

VIII. Locutusque est Dominus ad Moysen dicens. Tolle virgam & congrega populum, tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas. Cumque eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo, & iumenta eius. Cum Dominus dicat, loquimini ad petram, & non percutite petram, significat, ut ait Caiet. se voluisse ut Moyses iuberet, rupem ad solum imperium suum, inuocato nomine Domini, aquas sine percussione profundere. Neq. mandatum de accipienda virga signum erat rupem esse percussendam, ut patet ex diuersis Exodi locis; tamen si Dominus petram Horeb virga percuti iusserit ad dandum aquas. Quod fortasse Moyses ex perturbatione animi non attendens, virga bis silicem percussit, cum hac increpatione populi, Audite rebelles & increduli, num de petra habetis aquam poterimus eicere? & nihilominus egressa sunt aqua largissime, ita ut populus biberet, & iumenta.

IX. Apparet geminum hic à Mose admissum esse peccatum, inobediencie & diffidentie. Nam non alloquitur petram quod Dominus iusserat, & percutit petram, quod Dominus non iusserat: & dubitat an rupes datura sit aquas illis rebellibus & incredulis: neque enim de diuina potentia dubitabat, cum populum incredulitatis argueret, sed de eius erga talem populum voluntate. Imo ex vi verborum negat, quod tamen Dominus certo futurum promiserat. Neque propterea Dominus negauit aquas, licet parum sibi obedientibus parumque credentibus, præsentem miseratus necessitatem. Si enim non dedisset, modicam etiam fidem, quam adhuc retinebant, perdidissent. Moyses tamen & Aaronis incredulitatem grauius reprehendit, & ultus est. Nec enim est cur eius verba excusare, & in mitiorem sensum trahere conemur. Cum inspector cordium Deus vtrumque diffidentie & incredulitatis arguat, eisque grauem admodum constituat pœnam, ut ait S. August.

X. Dixit enim ad Moysen & Aaron, Quia non credidistis mihi, ut sanctificaretis me, coram filiis

Israël, non introducatis hos populos in terram, quam dabo eis. Id in Aarone accuratè impletum est, qui post tertium mensem mortuus est in deserto. In Moyse nonnulla indulgentia vsus est Dominus, ut qui ei concesserit terras trans Iordanem occupare, populo diuidere, & reliquas ex præalto monte contemplari. Cæterum non crediderunt ipsi Deum ad humanæ vocis imperium aquam de rupe educturum, neque seruiuerunt diuinæ gloriæ, quæ in eo posita erat, ut populus agnosceret Deum educere posse aquas de petra, ad imperium serui sui. Ex quo intelligimus quàm necessarius sit Dei concursus actualis, & cooperans ad omne opus bonum, quo deficiente illico deficiamus, conturbatur cor nostrum, & derelinquit nos virtus nostra. Triste sane ac luctuosum in talibus tantisque vitis spectaculum, post tam multa, tamque singularia diuinæ in ipsos beneuolentiæ argumenta, post tot prodigia in cælo, in terra, in aquis, in igne, in inferis; in Aegypto, in mari, in deserto, in omnibus locis & elementis, tam constanter, tamque gloriosè perpetrata. Puduuit vehementer huius culpæ Hebræos Moyses laudatores, Philonem, Iosephum, & Chronicorum scriptores Rabbinos, adeo ut eam silentio dissimularint.

Cæterum quoniam non ignorabat Moyses postremum esse hunc annum Israëliticæ peregrinationis, simul etiam intellexit vltimum se vitæ annum decurrere. Afflixit porro vehementer hæc pœna Moysen, ut patet ex multis Deuteronomij locis, vbi coram populo non sine gemitu refert, se populi causa iram diuinam incurrisse, & spe ingrediendi terram promissionis excidisse. Cumque viueret nihilominus in eius pectore ipsius desiderium, sæpe Dominum precibus sollicitauit, eique quodammodo blanditus est, hanc ut veniam impetraret, nec tamen exauditus est, sed audiuit potius, Sufficit tibi, nequaquam ultra loquaris de hac re ad me, Vnde intellexit Moyses ratum esse, & immutabile decretum contra se, & contra fratrem suum, de exclusionem suam à terra illa: ideoque id decretum iusjurandum vocat. Intrauit enim, inquit, Dominus contra me propter sermones vestros, quibus ad diffidentiam adductus sum, & iurauit ut non transirem Iordanem, nec ingrederer terram optimam, quam daturus est vobis. Ecce morior in hac humo, non transibo Iordanem, vos transibitis, & possidebitis terram egregiam.

Post tam triste nuncium, non cessauit propterea Moyses publica negotia pari studio promouere, ac si ipse populum introducturus esset in Chananitidem. Misit enim in terram nuncios Moyses de Cades ad regem Edom, Prius tamen consuluit Dominum, quid facto opus esset, quæ via & modo in terram promissam intrandum; vel Dominus ipse præmonuit vltro Moysen, ut legatos mitteret ad Idumæos, ut per terram suam permitterent innoxium atque amicum transitum, ut decebat fratres; aut eo non impetrato, ad terminos regionis ipsorum, versus Moabitæ iter circumflecterent. Illa Dei monitio est in Deuteron. cap. 2. vbi iubentur circumire regionem Idumæorum Aquilonem versus, nam terra Chanana est septentrionalis Idumæis. Itaque Israëliticæ orientalem eorum

Moyses culpa & pœna in Cælo.

XI. Er immutabili decreto firmata.

a Deut. 26.

b Deut. 41.

XII. Legatio ad Idumæos à Deo præcipitur.

c. 1. v. 2. 3. &c.

oram lustrarunt. Transibitis, ait Dominus, per terminos fratrum vestrorum filiorum Esau, qui habitant in Seir, & timebunt vos, quos sciunt cum sexcentis millibus bellatorum progredi, videte ergo diligenter ne moueamini contra eos, ne scilicet vi transitum vobis aperire conemini, aut eorum terram occupare velitis. Neque enim dabo vobis de terra eorum, quantum potest vnus pedis calcare vestigium: quia in possessionem Esau dedi montem Seir. Cibas ab eis emetis pecunia, & comedetis; aquam emptam haurietis, & bibetis.

XIII. A Mose mittitur. a Gen. 36. 34. Num. 20. 16. 17. His Moyses mandatis instructus legationem ad regem Idumæorum mittit, quem apparet fuisse Husan de terra Themanorum, qui Iobo successit, ut in Genesi scriptum est, Nunciata vero eaductione sua ex Aegypto, Ecce, inquit, in urbe Cades, que est in extremis finibus tuis, postea, obsecramus ut nobis transire liceat per terram tuam. Non ibimus per agros, nec per vineas, non bibemus aquas de puteis tuis, sed gradiemur via publica, nec ad dextram, nec ad sinistram declinantes, donec transeamus terminos tuos. Vide petentis modestiam, qui superbè non flagitat, neque armatas affert preces, paratus toram potius Idumæorum terram laboriosè circumlustrare, quam contra Dei voluntatem, in durissimi oris homines pugnare, qui fratribus innoxium breuiemque transitum negent, qui iure sperare poterant ab ipsis auxilium ad cæteras gentes debellandas.

XIV. Ab Idumæo eiicitur. At Rex Idumæus veritus ne illi specie transitus occiperent regionem suam, parum humaniter, non transibitis, inquit, per me, alioqui armatus occurram tibi. Dura omnino responsio, & illi nationi conueniens quæ fero & agresti patre nata, & inter duros silices educata, ferinum quiddam semper & agreste retinuit. Cumq; Israëliticæ perseuerarent virgere transitum, eum iste negauit oblatiuus. Quin etiam statim egressus est obuius cum infinita multitudine, & manu forti. Nec voluit acquiescere deprecanti, ut concederet transitum per fines suos, id est intra fines sue per mediam regionem suam, id enim perebant, quam ob rem diuertit ab eo Israel, obeundo fines eius, è Cades veniendo in montem Hor, qui & ipse est in finibus Idumæorum, ut est in catalogo mansionum. Est autem hæc ordine trigesima quarta, in qua duo quadam memorabilia contigerunt, mors Aaronis, & res gesta cum Arado rege Chanæorum, prius habetur vigesimo Numerorum extremo, posterius initio vigesimi primi.

XV. Locus & tempus mortis Aaronis. c Num. 35. 38. 39. d v. 24. & 25. Tempus simul & locus mortis Aaronis ita describitur. Ascenditque Aaron sacerdos in montem Hor iubente Domino, & ibi mortuus est anno quadragesimo egressionis filiorum Israël ex Aegypto, mense quinto, prima die mensis, cum esset annorum centum viginti trium. Hæc ibi. Iussio autem illa domini habetur vigesimo Num. Per gat, inquit, Aaron ad populos suos, non enim intrabit terram quam dedi, id est promissi daturum, filiis Israël, eo quod incredulus fuerit ori meo ad Aquas contradiotionis. Quæ verba triste nuncium vtrique fratri attulerunt, quoniam eadem vtriusque causa fuit, & tam antiquam vitæ consuetudinem distrahebant. Non defuit tamen solida consolationis materia: quod is non exterminabatur de populo suo, sed aggregabatur ad Sanctorum populos, quorum in se virtutes ex-

presserat, in quorum fide moriebatur. Aderat illa quoque consolatio, quod sciebat vterque hanc animorum separationem non diuturnam fore. Nam intra menses octo Moyfi abeundum etiam fuit, & ad eundem sanctorum in sinu Abrahæ chorum veniendum.

Modus autem mortis Aaronis, & Eleazari in locum ipsius successi, sic à Domino Moyfi præscribitur. Tolle Aaron, & filium eius cum eo, primogenitum videlicet, & duces eos in montem Hor. Cumque nudaueris parrem veste sua, nimirum potifficia, indues ea Eleazarum filium eius. Aaron colligatur ad populum Sanctorum scilicet quomodo inferus. Moyfi dicitur, & sic colligeris ad populum tuum. Quæ vox repræsentat Deum quasi demissas morte spicas colligentem, & deferentem in horreum suum, iuxta parabolam illam euangelicam. Fecit Moyses ut præceperat Dominus, & ascenderunt in montem Hor, coram omni multitudine, postremum illi valedicente, Pontifice vicissim illis benedicente, cum eo vtriusque sensu quem facile est cogitare. Cutnque Aaron spoliasset vestibus suis, induit eis Eleazarum filium eius. Ex quo intelligi potest Aaronem è Sanctuario & callis egressum, cum omnibus pontificiis ornamentis, quibus Eleazarus erat induendus, & eo modo, ex peculiari Dei ordinatione, initiandus. Fuit hæc quoque non leuis Aaronis consolatio, quod vestibus suis & dignitate ornatum filium suum quasi de morte triumphans pro se relinquit, quod parentum votum vel maximum esse solet, qui se quasi viuentes & florentes in filiis apprehendant. Vixit in Pontificatu annos 38. menses tres, dies 22.

Illo morituo & videlicet sepulto quoque in montis supercilio, descendit Moyses cum Eleazaro nouo Pontifice. Omnis autem multitudo videns occubuisse Aaron, fleuit super eo 30. diebus, percunctas familias suas. Et merito sane lugent populi in bonorum morte prælatorum, in quorum funere permagnam ipsi iacturam faciunt. Laudat eum Ecclesiasticus, & pro magna laude similem Moyfi facit, potuit & pro maiore, Christo Domino aliquatenus comparare. Laudat & euectum in apicem sacerdotij Pontificatum, qui nunquam ab eius progenie, dum lex illa popululque duraret, auferendus esset: cuius habuisset Deum non solum munificum largitorem, sed constantem etiam contra ambitiosos propugnatores: quique consentaneis illi dignitati virtutum ornamentis eum egregiè locupletaret; quæ ex Annalibus nostris huc transferenda, breuitatis causa non duximus: id modo dicere contenti. Abiisse Aaronem ad patres suos in senectute bona, annis tribus & 80. in durissima barbari populi, atque inhumana seruitute consumptis, quadraginta vero in duriore etiam libertate. Nisi potius intolerabilis fuit seruitus, tam numerosum, tam incredulum, tam seditiosum populum, per medias tot solitudinum ærumnas, tanto tempore gubernare.

Dum exequiarum Aaronis celebritas in trigesimo protenditur diem, & nouus Pontifex Eleazarus summum init, administratque sacerdotium, Rex Aradorum (qui & ipsi Chanæi erant, ut ex Genesi constat & habitabat ad meridiem), propterea que vicinior erat

XVI. Eiusque modus. Num. 20. 25.

a Num. 31. 2.

b Matth. 13. 30.

XVII. Aaron Hector, & commendatur. c Ecl. 45. 7. 8. &c.

d Ad Mos. 120 n. 33. 34. & 35.

XVIII. Eleazarus Pontifex. e 10. 15. 16. &c.

Israëlitis

Rex Aradiorum pugnat contra Hebræos, & vincitur.

Israëlitis peregrinantibus in meridiana solitudine) cum audisset venisse Israël per exploratorum viam. Suorumne an Israëlitarum? suorum putavit Philo, ceteri Israëlitarum. Viam autem intelligit redeuntium, nam iter per montana inchoatum, per campestria finierant. Neque enim memoria exciderat illa exploratorum peregrinatio, & gentis ex Ægypto profectæ, quæ novus quæreret sedes, à qua sibi singuli populi malè metuebant, ignari quam se in partem illa gens esset effutura. Itaque Rex Aradiorum commodam aliquam nactus occasione, pugnavit contra Israëlitas, & victor existens duxit ex eo pradam. Nec impunè. Nam Israël voto se Domino obligans, ait: Si tradideris populum istum in manu mea, delebo vrbes eius. Non fuerunt vota irrita, vt ait Philo, Numine robur Hebræis addente ad extorquendam regi victoriam. Itaque pugnavit est egregiè, supplicatumque post victoriam, præda tota consecrata auctori tanta felicitatis. Oppida cum viris, & auro argenteoque Deo dicari placuit, unde totum id regnum Anathemà nominatum est. Sic ille. Hebræum nomen Horma vastationem significat, quæ in animalibus sacrificandis Holocausto responderet.

a Num. 21. 1.2.

XIX.

Hebræi circumcunt Idumæos. b Num. 21. 4.

Duæ mansiones,

c Num. 33. 41.42.

Tædium Hebræorum.

XX. Et murmuratio.

d Num. 216. Serpentum moribus castigata.

Hoc prospero rerum successu læti, beneque animati Israëlita vterius progrediuntur, terram Idumæorum circumcunt. Profecti sunt enim de monte Hor, per viam que ducit ad mare rubrum, non quidem descendendo per eam meridiem versus, quod nonnullos deduxit in fraudem, sed versus aquilonem & ortum progrediendo, relicta terra Edom ad sinistram & occasum, Moabitaram autem regnum ad dextram & ortum habendo. In obeunda porro Idumæa duæ mansiones contigerunt, 35. in Salmona, & 36. in Phunon, quas in 21. Num. omisit Moyses, vt notavit Hieron. reddidit autem in Catalogo c. In alterutra igitur radere cepit populum itineris & laboris. Acerbum enim eis erat terram per annos 40. quæ sitam habere ante oculos, & ipsa propè manu contingere, nec tamen ingressum permitti, sed quasi de industria populum longissima circuitione vexari. Non solum enim Idumæam, à parte ipsius meridionali & orientali, sed totam etiam maris mortui longitudinem emensi sunt circumcundo, antequam ad Iordanem peruenirent. Nimirum volebat Dominus ex itinere debellari duos Amorrhæorum reges: & eorum regionem parti populi distribui.

At illi, qui debellato Aradiorum regulo, cuperent mediam peruadere Idumæam per quam rex eius transitum negabat cum eos Deus armis cogi non pateretur, contra Deum & Moysen obloquuntur, & solitam de cibo & potu querelam, quasi cantilenam redintegrant. Et permittebat Dominus ista inepta fastidia, & obmurmurationes, in pœnam priorum culparum, quoniam reliquias generationis morti addictæ, in deserto perire oportebat. Quamobrem misit Dominus in populum ignitos serpentes, ad quorum plagas, moris que plurimorum venerunt ad Moysen, atque dixerunt, Peccauimus, quia locuti sumus contra Dominum & te: ora vt tollat à nobis serpentes. Sic serpentum moribus cogi oportebat ad pœnitentiam genimina viperarum. Ignitos porro serpentes interpretari licet, vel de externa specie rutila in modum

ignis: vel de sensu doloris quem inferebant; vt eorum moribus corpora inflammarentur, carbunculis, & febris ardente concepta. Hic Dominus à Moysè exoratus, iubet fieri serpentem æneum, & in signum eleuari, vt eo conspecto ægri à serpentibus sanarentur. Circa quæ Sapiens philosophando a aludit ad dominicam crucem, in qua non verus, sed ad eternam tantum speciem peccato: pendebat; sicut serpens ille ad perticam fixus, speciem serpentis habebat, naturæ veritatem non habebat.

Profectique filij Israël b, de Phunon, vt est in catalogo mansionum c, castrametati sunt in Oboth, indeque secuta sunt mansiones aliquot rebus inanes; donec ventum est ad torrentem Arnon, qui est terminus Moab, diuidens Moabias & Amorrhæos d cis torrentem autem est mansio quadragesima, dicta Helmon Deblatim. Ibi cum populus substitisset, dixi ei Dominus e, Surgite, & transite torrentem Arno. Ecce tradidi in manu tua Schon regem Hesebon Amorrhæum, & terram eius: incipe possidere, & committite aduersus eum prælium. Hæc incipiam mittere terrorem, atque formidinem tuam in populos, qui habitant sub omni cælo, vt audito nomine tuo paueant, & in morem parturientium contremiscant, & dolore teneantur. Ita Dominus. Moyses nihilominus pro innata mansuetudine, rem amicè tentandam ratus est, licet sciret cum regem nihil precibus effecturum, Deo ita disponente, ne cõqueri posset se iniuste bello peti ab iis, & malent vi, quam amicè agere. f Misit ergo nuncios ad Schon regem, qui transitum pacificum postularent, quem ille non minus superbe negauit, quam rex Edom g, sed non pari euentu, quod Dominus Idumæis paritum veller, non Amorrhæis. Nam quod filij Esau dicuntur dedisse transitum, sicut & Moabitæ, intellige per fines suos dedisse, non per mediam regionem, quod Moyses ab hoc rege petebat, & obtinuit non solum transitum, sed possessionem regni eius.

Egressusque est, ait Moyses h, Schon obuiam nobis cum omni populo suo ad prælium in Iasa, Et tradidit eum Dominus Deus noster nobis, percussimusque eum cum filiis suis, & omni populo suo, ipsum autem Schon in prælio cecidisse auctor est Iosephus. Cæsis autem propugnatoribus facile fuit oppida omnia in potestatem redigere, ideo sequitur. Cunctasque vrbes in tempore illo cepimus, interfecitque habitatores earum, etiam inermibus, imo viris ac mulieribus & paruulis. Non reliquimus in eis quidquam viuum, absque iumentis, que in partem venere prædantium, & spoliis urbium quas cepimus. Non enim voluerant regnum Schonis esse Anathema, sicut regnum Aradiorum. Quantum autem terrarum hac victoria ab Israëlitis acquisitum fuerit, ab Arcer, inquit, qua est super ripam torrentis Arnon, oppido, quod in valle situm est, vsque Galaad, vel vsque Ieboc, vt est in Num. i Denique non fuit vicus & ciuitas que nostras effugeret manus: omnes tradidit Dominus Deus noster nobis. Huius porro occasione victoriæ, recenset Moyses quomodo rex Amorrhæorum occupauerat olium, & abstulerat Moabitæ, quæ hodie pugnant contra Israëlitas perdiderat, quæ deinde tempore Ierphie k, post trecentos circiter annos, rursus controuerfa fuerunt.

a Eccl. 16. 5.

X XI. Aliquot mansiones.

b Num. 21. 10.

c Num. 33. 43.46.

d Num. 21. 13.

e Deut. 1. 14.

f Schon Rex Hesebon.

g c. 10. 17. 18. Num.

Ad eum legatio.

h Deut. 1. 16. 19.

i Num. 21. 16. 19.

k Iud. 11. 12.

X XII. Pugna cum ipso, atque victoria.

h Deut. 1. 36.

i Num. 21. 26.

k Iud. 11. 12.

Sequitur

XXIII. Pugna cum Og & victoria.

a Num. 21. 33.

b Deut. 3. 1.

Sequitur pugna & victoria de Og rege Basan, qui reliquam regionem septentrionalem trans Iordanem possidebat à torrente Iaboc, vsque ad montem Hermon. Verteruntque se inquit Moyses a, & ascenderunt per viam Basan, rectè verterunt, similiter in Deuter. b conuersi ascendimus per iter Basan. Nam cum institutum haberent transire Iordanem, qui eis erat ad Occidentem, verterunt iter ad Septentrionem, vt pugnant contra regem Basan. Qui cum venisset in auxilium Schonis amici & socij regis, eosdem habuit hostes Israëlitas, Quibus occurrit cum omni populo suo, pugnaturus in Edrai, vrbe primaria regni Basan. Dixitque Dominus ad Moysen, Ne timeas eum. Et erat sane cur timeretur vir fortissimus, & animo & corpore gigantæo, sed res ei futura erat contra victorem populum, & quod caput est, contra propugnatorem eius Deum. Pergit Dominus, in manu tua tradidi illum, & omnem populum & terram eius: faciesque illi sicut fecisti Schon regi Amorrhæorum, habitatori Hesebon.

XXIV. Victoria regisque magnitudo.

c Num. 2. 1. 5.

d c. 3. 4. 5.

Og res Basan.

Promissa in rem deducta sunt. Percusserunt enim & hunc cum filiis suis c, vniuersumque populum eius, vsque ad internecionem, & possederunt terram illius. Explicatur habetur in Deuter. d quanta fuerit ista victoria. Non fuit oppidum, inquit, quod nos effugeret, sexaginta vrbes, omnem regimen Argob regni Og in Basan. Cuncta vrbes erant munita muris altissimis, portisque & veltibus, absque oppidis innumeris, que non habebant muros. Apparet & magnitudo victoriæ ex ipso principe, qui in ea pugna cæsus est, cum filiis, vtique parente dignis. Solus quippe Og rex Basan resisterat de stirpe gigantum; præbet & specimen magnitudinis eius: cum ait monstrari lectum eius ferreum, qui est in Rabbath filiorum Ammon, nouem cubitos habentem longitudinis, & quatuor latitudinis, ad mensuram cubiti virilis manus, id est vulgaris siue communis: huiusmodi autem cubitus habet pedem cum dimidio. Ex quo intelligi potest eum 12. pedes longitudinis excessisse. Ad hos tamen non videntur respexisse exploratores cum dicerent. Ibi vidimus monstra quadam filiorum Enac de genere gigantæo. Quoniam isti Enacida erant in Hebron cis Iordanem: illi autem Amorrhæi trans Iordanem, quem exploratores non transmiserant. Itaque solus Og trans Iordanem resisterat de stirpe gigantum.

XXV. Mansio 41. in montibus Abarim.

e Num. 33.

Nebo.

Phasga.

Postquam autem Israëlita, duo prædicta regna in potestatem redegerunt, omnibus circumcirca populis terrore concussis, præsidis quidem munitissimis loca tenuerunt, dum distributio regionis acquisitæ, Dei voluntate, & Moysè distributore fieret nouis colonis; ad solita tamen castra redierunt eaque ad montes Abarim mansione quadragesima prima fixerunt. Egressi e enim de Helmon Deblathain, uenerunt ad montes Abarim contra Nebo, id est è regione vrbis Nebo, quam filij Ruben instaurarunt; cecit enim in sortem eorum, in qua fuit olim vt ait Hieron. idolum Chamos, quod alio nomine Beelphegor appellatur. Est etiam Nebo mons vnus de montibus Abarim omnium maximè sublimis, cuius vertex dictus est Phasga. In cuius montis spelunca, puteo, vel cisterna terebias in clade Hierosolymorum, ignem perpe-

tuum recondidisse cum altari incensi, aliqui tradidere, qua de re suo loco dicitur.

Subiecta his montibus regio, quæ ab oriente habet eosdem montes, ab occidente vero Iordanem dicuntur Campestria Moab, in quibus quadragesima secunda & vltima Israëlitarum mansio ponitur: ad quam ferè pertinent reliqua omnia, quæ de Moysè à Scriptura memorantur. Primum autem quod occurrit est res gesta a cum Moabitæ. Balac enim rex Moabitarum a, videns omnia qua fecerat Israël Amorrhæo vtrique tam Schon quam Og vicinis suis, & quod permississent eum Moabitæ, & imperium eius, si vim afferre vellet, ferre non possent, Inuit consilium cum maioribus natu regni sui, & terræ Madian, quæ fuit prouincia in Moabide; vt ex b Genesi constat, & mox ad tribum Ruben pertinuit, longèque distat à Madianitide vicina monti Sinai, in qua Moses habitauerat, & vxorem duxerat Sephoram filiam Iethro. Ad hos ergo conuocatos egit de communi periculo, quod ab Israëlitis imminèbat. Ita, inquit, delebit hic populus omnes, qui in nostris sinibus commorantur, quo modo solet bos herbas ad radices carpere. Nesciebat enim vt notauit Iosephus, Deum vetuisse ne Israëlita Moabitæ quidquam negotij facerent.

Cum ergo robustos Moab obtineret tremor, misit Balac rex eorum legationem ad Balaam, quem plerique magum, alij prophetam vocant in regionibus illis tum celebrem. Scribit autem Origenes c, Balac inaudisse Israëlitas orationis vi magis, quam armis hostes superare. Orante Mose Pharaonem sexcentis afflictum plagis, postremo quiescentibus Hebræis, fluctibus obrutum: rursusque Amalecitas eodem orante profligatos. Itaque ratus magicis illos carminibus vincere, magum etiam carminibus potentem in auxilium vocat, si forte eius opera incruentam obtineat victoriam, aut hostes suos longe à se facessere cogat. Quin & eodem alluisse regem putat, vsurpata similitudine bouis, ore ac lingua herbam carpentis, quasi populus hic non gladiis, sed ore, ac lingua pugnaret. Huius porro Balaami si genus quætas, passim filius Beor dicitur, si patriam, ex Mesopotamia oriundus fuit, iuxta illud Moysi, Conduxerunt contra te Balaam filium Beor de Mesopotamia Syria d, vel vt in Hebræo, de Aran duorum flumiuorum, nimirum Tygris & Euphratis, qui cingunt Mesopotamiam. Syria vero Hebræis est Aran, siue Aramæa, & ipsemet ait venisse se de Aran ex montibus orientis. Et quidem ex vrbe Pethora, quæ Euphrati imposita est, vt ex Hebræo ac Chaldæo liquet, quam vocem Hieronymus in ariolum vertit.

Quod ad eius officium, refert idem e ex Hebræis, fuisse eum primum virum sanctum, & Prophetam Dei; postea per inobedientiam & desiderium munerum, dum Israël maledicere cupit, diuini id est arioli vocabulo nuncupari. Mariana verisimile putat eum non fuisse ariolum, sed de numero prophetarum, qui erant inter gentes, vt Sybillæ, quando Deus illi apparet. Et certe nusquam apparet illius cum demonibus communicatio, neque ea de re à Scriptura arguitur, sed de aliis tantum peccatis, quæ in homines alioqui fideles cadunt, vt ino-

XXVI. Mansio 42. & vlt. in campestribus Moab.

a Num. 22. 2.

Metus Balaci ab Israël.

b c. 33. 35. Madianitis duplex.

XXVII. Init consilium contra eos, & euocatur Balaam.

c Hom. 13. Num.

Quis ille fuerit.

d Deut. 23.

XXVIII. Prophetæ an magus. e In trad. in gen. Eius peccata.

bedientia

bedientia & auaritia, ex qua inductus est ad volendum maledicere innocenti populo, & peccata scandali, vt mox dicitur & Petrus eum prophetam, quamuis insipientem vocat. Et vox Arioli, vt dixi, ambigua est in Hebraeo. Nam quod mox de diuinationis pretio dicitur id commune videtur etiam bonis prophetis, quibus nomine gratitudinis populus, qui eos consulebat, aliquid solebat offerre, vt de Samuele, quem Saul consulebat scriptum est. Mittit ergo Rex viros primarios tam Moabitas quam Madianitas, qui euocent Balaam ad maledicendum Hebraeis; vt eos vel delere possit, vel procul a se repellere; addit adulationem ad persuadendum aduentum. Noui enim quod benedictus sit, prospera videlicet fortuna vtatur, cui benedixeris, & maledictus in quem maledicta coniecristis.

XXIX. Regis ad cum legatio. Icerata. Veniunt legati, regis mandata referunt, sed & munera offerunt, quibus illectus Balaam, non statim dimisit a se homines iniqua postulantes, sed iussit expectare diuinum responsum. Deus autem illi per visum apparuit, & Noli, inquit, ire cum eis, nec maledicas populo, quia benedictus est. Qui mane consurgens dixit ad principes, ire ad terram vestram, quia prohibuit me Dominus ire vobiscum. Reuersi legati, dixerunt Regi Balaam noluisse venire, tacita Domini prohibitione. At ille ratus has execrationes, & diras pretio atque apparatu maiore emendas esse, multo splendidiorem legationem remisit, in hanc sententiam. Ne cunctis venire ad me paratus sum honorare te, muneribus scilicet, quæ & honoraria dicuntur, vnde sequitur, & quidquid volueris dabo tibi, veni & maledic populo isti. Cui Balaam. Si dederit mihi Balas plenam domum suam argenti & auri, non potero immutare verbum Domini Dei mei, vt plus vel minus loquar. Obsecro vt hic maneatis etiam hac nocte, vt scire queam quid mihi rursum respondeat.

XXX. Abit cum legatis Deo permittente. c. 9. 48. in Num. d. 9. 41. in Num. c. 2. Petr. 2. 15. 16. Cui occurrit Angelus. Ei hoc, inquit August. non est sine graui peccato. Iam enim constans esse debuit, semel audito quod ei dixerat Dominus. Et mox. Sed sibi se videlicet cupiditate monstrauit, vbi loqui sibi Dominum hac de re iterum voluit. Proinde Dominus videns eius cupiditatem captiam deuictamque muneribus, permisit eum ire, vt per iumentum, quo vehebatur eius auaritiam coerceret. Sic Augustin. Quæ est Theodoræ quoque sententia. Atque adeo Petri Apostoli qui de quibusdam Hæreticis loquens, cor, inquit, exercituum auaritia habentes, maledictionis filij, derelinquentes rectam viam errauerunt, secuti viam Balaam ex Besor, qui mercedem iniquitatis amavit, correptionem vero habuit sua vesania: subiugale murum animal, hominis voce loquens prohibuit propheta insipientiam. Cum ergo abiret Balaam eum legatis, non tam studio obsequendi Domino, quam lucri cupiditate, iratus est Deus isti peruersitati; misitque angelum, qui diceret peruersam esse viam eius, quæ scilicet fiebat intentione peruersa morem gerendi regi, mutata, vt plerique censent voluntate.

XXXI. Et corree Asnam. f. Num. 22. 22. Sed prius stetit Angelus in via contra Balaam, qui insidebat asina, & duos pueros, famulos scilicet habebat secum. At asina cernens Angelum euaginato gladio iter obsidentem, semel iterumque declinat a via, & verberibus in viam

a propheta reducit, donec concidit sub pedibus sedentis; qui iratus vehementius cædebat fuste latera eius. Aperuitque Dominus os asinae & locuta est, angelo in eius ore verba formante, & defectum organorum supplente, cum tamen non intelligeret illa quæ dicebat, sicut neque serpens, quæ per os ipsius Dæmon Eua olim locutus est. Cæterum vt prodigiosa sit illa locutio. Nihil tamen hic mirabilius videtur, ait Augustinus, quam quod loquente asina Balaam terrum non est, sed insuper ei, velut talibus monstris assuetus, ita perseneranter respondit. Sic ipse, quæ copiosius apud Nyssenum leges. Itaque mirabili Dei iudicio asina videt, quod homo, atque adeo propheta non videt. Asina declinat periculum, in quod iste se vltro coniecit, Asina periculo dominum eripit vel inuitum, iste contra beneficientem sæuit. Asina loquitur, & hominem redarguit, homo non expauscit, comparatus iumentis insipientibus, & insipientior factus est illis. Et vt illa locuta est, quæ non intelligebat, ita iste dicturus erat, quæ neque ipse caperet, neque vellet. Et sicut illa mox vt locuta est, siue succumbens oneri & plagis, siue id agente Angelo mortua est, iuxta illud. Ego te occidissim, & illa viueret: sic & iste mox post prophetiam gladiis Israëlitarum occubuit.

Proinus ait Moyses aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit Angelum stantem in via euaginato gladio; prius enim tenebantur oculi eius aorsisa, ne eum videret in assumpto corpore, quem tamen asina videbat, & ab eo declinabat, tanquam à terrifico spectaculo. Intelligit illico Balaam, si malediceret Hebraeis, se Deum angelum eius bello aggressurum, quod est gigantum more bellare cum superis, vt notauit Cyrillus. Itaque adorauit eum pronus in terram. Cui Angelus, cur, inquit, terro verberis asinam tuam? Ego veni vt aduersarer tibi, quia peruersa est via tua, mihi que contraria, & nisi asina declinasset de via dans locum resistenti, te occidissim, & illa viueret. Aiunt Hebraei, illam continuo fuisse mortuam, ne maneret asina in dedecus humani generis, quæ hominem ratione conuicerat. Ex Hebraeo tamen non satis probatur eam tunc fuisse mortuam. In eo enim legitur, ego te occidissim & illam viuificassim; quod exponi potest, permisissim viuere, vt cum de Dauide dicitur virum ac mulierem non viuificabat David, id est non relinquebat in viuis.

Dixit Balaam, Peccauit, nesciens quod tu stares contra me: & nunc si displicet tibi vt vadam, reuertar. At Angelus, vade cum istis, & caue ne aliud quam pracepero tibi loquaris. Renouat igitur Angelus permissionem itineris, sed inculcat conditionem, quam ille missam facere cupiebat, nisi isto spectaculo territus fuisset. In quo egregium argumentum Angelicæ erga probos prouidentia obseruandum est. Nesciebant Israëlita quid Balaam contra ipsos cogitaret, cum pro ipsis Dominus angelicum præsidium præparabat. Ille in via erat ad maledicendum paratus, angelus in via ad resistendum paratus occurrit. Ille execrationes & diras coniecere contra innocentes meditatur, iste benedictiones ex ore prophano elicit, & futura mysteria vaticinatur. Cæterum fuisse hunc

Quæ verberata loquitur.

a. 9. 48. in Num.

b in Anni quos videt toto hoc loco.

Balaami stupor.

XXXII. Et colloquium cum Angelo. vers. 15.

c. 16. de Adorat.

d. Apud Abul. 9. 11. in 22. Num. Asina antunc motua.

e. 1. Reg. 17. 11.

XXXIII. Balaam pergit ad regem Balac. f. Num. 22. 34. 35.

Angelica prouidentia.

Angelum Iudaici populi protectorem, atque adeo Michaëlem ipsum Archangelum, præsidem ac protectorem Ecclesiæ Catholicae, quæ tunc erat apud Israëlitas, par est credere: idque nonnulli iam olim apud Theodoretum asseruerunt. Agebatur enim de totius populi interuentione, si ille magicis carminibus dementatus hostium furori exponeretur.

XXXIV. Balac occurrit propheta. b. 2. 3. 4. Balaam sacrificat, populoque benedicat. Iuit igitur Balaam permissu Angeli cum legatis, a quibus præmonitus rex Balac venit in occursum eius in finibus ipsis regni sui. Et post diei illius colloctionem atque epulas, mane factus rex ducit prophetam in montem excelsum, in quo colebatur Baal, vnde ostendit ei extremam populi partem. Ibique excitatis septem aris, in singulis vitulum & arietem Domino in holocaustum obrulit. Idemque mox in vertice montis Phasga: & rursum tertio in vertice montis Phogor. In quibus omnibus præsentem rege & optimatibus, populum Israëliticum Domino suggerente benedixit, faustaque precatus est, quantumuis ægrè ferente rege. Addidit etiam prædictiones de eorum victoriis, magnæque potentia, de futuro etiam Christi regno, per ortum nouæ stellæ gentibus enunciando: quæ ipse in Magis posteris suis visurus sit, post annos 1470. Sed hæc vaticinia vt minus ad institutum nostrum pertinentia, omittamus. Improbum tamen eius consilium, quod ad historiam filum pertinet, non videtur omitendum.

XXXV. Improbum eius consilium. c. 6. 1. 14. d. n. 31. 7. 8. Populus fornicatur eum: Moab & Madian. c. 2. 5. 1. 2. Et videtur sane Dominus euertisse primo consilium eius, & alia omnia in os eius immisisse, vt patet ex cap. 24. vers. 14. & seqq. postea tamen, per abstrusa prouidentia, id permisisse, sicut eidem primo negatam profecionem, postea permisit. Id consilium quale fuerit, ex cap. 25 ab effectis ipsis intelligitur, sed id clarè habetur in Apocalypsi. Habes, inquit, tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israël, edere & fornicari. Nec omisit Moyses, qui Israëlitas de victoria reuertentes, profligatis Madianitis, sic alloquitur. Cur fœminas reseruastis? nonne ista sunt quæ deceperunt filios Israël, ad suggestionem Balaam, & preuaricari vos fecerunt in Domino, super peccato Phogor. Id scelus breuiter Moyses in hæc verba describit, Morabatur eo tempore Israël in Settim, & fornicatus est populus cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua. At illi conederunt, & adorauerunt Deos earum, iniuriisque est Israël Beelphegor, & iratus Dominus, &c.

XXXVI. Locus & modus peccati. f. n. 33. 49. Quatuor eius gradus. Primo designatur locus in Settim, qui est idem cum Abelsatim, de quo in catalogo mansionum, ad quem vsque locum castra vltimæ mansionis protendebantur. Ad extrema igitur castra Madianitides, & Moabitides venerunt, forma & blanditiis perniciem animabus potius, quam interitum corporibus afferentes. Nam & corporibus interitum, vlciscente iniuriam suam Numine, intulerunt: & quo minus formidolosa visæ sunt, hoc maiorem Israëlitis peperere cladem. Quatuor porro Moyses hoc loco peccandi gradus expressit; fornicationis, quo primum scelere capti, vocati sunt ad eorum sacrificia, de quibus & epulati sunt cum eis, idolothorum participes effecti, ex certa scientia, deliberata voluntate. Tertius gradus

fuit aperta idololatriæ, quæ in epulis tectior fuerat. Duplici enim iam scelere, quasi gemino deuincti beneficio, noluerunt contristare delicias suas. Quoniam vero non satis erat Satanæ Israëlitas semel insanisse, idololatria sese contaminando, voluit etiam initiari & consecrari idolo, quæ erat quasi solennis defectio à Deo ad idola. Quo facto non iam victimam, sed seipsum Idolo, & actiones suas consecrabant, quod fuit maximum ac supremum imperatis genus. Et si autem Ioseph pluribus diis eos sacrificasse tradat, vnus tamen Beelphegor meminisse Moyses, quem Priapum Hieron. interpretatur.

Non est autem credibile, tantam multitudinem, quanta mox propter hoc scelus occisa est, fuisse turpissimo idolo initiatam, sed improbissimum quemque illos fortasse, qui iubentur suspendi contra solem, Tolle, inquit Dominus ad Mosem, cunctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis, vt auertatur furor meus ab Israël. Pletique, nec malè, vt arbitror, ea verba Suspende eos referunt non ad principes, sed ad idololatrias, quos Moyses mandat principibus, siue iudicibus in crucem agere, vt eos non ad proximum, sed ad remotius antecedens referatur. Itaque Chaldæus Onkelos, Tolle; id est congrega omnes principes populi, & iudica, atque occide eum qui reus est, vt occidatur coram Domino contra solem, id est publicè, & coram populo; cui planè consentit Hierosolymitanus paraphrastes, & Pagnini versio, quod notauit quoque Nobilius & Abulensis in primis. Dixitque Moyses ad Iudices Israël, quos ad exercendum iudicium, Dei iussu congregat, Occidat vnusquisque proximos suos, quacumque affinitate coniunctos, aut dignitate præstantes, qui iniurati sunt Beelphegor.

Ordo autem & modus in hac animaduersione seruatus hic fuisse videtur. Acceperat mandatum à Deo Moyses, & à Moysse Iudices, crucis supplicio afficiendi reos: sed in eo ordinem iuris aliquem seruari oportuit. Conuocatis ergo iudicibus, sceleris à Mose magnitudo monstratur, & pœna à Deo decreta declaratur. Apparet autem interuenisse aliquam in iudicibus lenitatem in exequendis mandatis, siue propter reorum multitudinem, siue propter quorundam potentiam, vel coniunctionem cum iudicibus ipsis. Ergo Dominus Iudicum negligentiam supplere, & peste in populum sæuire cepit, vt habet Chaldæus paraphrastes. Inter ea Zambri, non contentus cum huiusmodi mulierculis extra castra versari, vnam earum in omnium oculis deducebat ad tabernaculum quodpiam, quod instar erat lupanaris; neque Dei tabernaculum, neque Moyssem reueritus, neque plerosque viros probos, qui coram Deo flebant, tam peccata populi, quam pœnam illi imminentem. Quo viso Phinees (nam Moyses ad fores tabernaculi, Dei contra peccatores iram placare conabatur) ingreditur cum pugio in locum illum, & fornicatores confodit. Quo facto plaga, quæ grassabatur in populo, cessauit, Deo ob zelum Phineis placato. Neque tamen tam cito placatus est, quin mors viginti quatuor millium placationem anteuertit.

Non solum autem placatus est Dominus zelo

XXXVII. Punitur populus Dei iussu. a. num. 25. 4.

XXXVIII. Ordo & modus animaduersionis huius.

Zambri crimen & pœna.

XXXIX.

Deus zelum Phineis muneratur.

Phineis, sed eundem zelum sacerdotio sempiterno muneratus est. At iniquus, quales est hoc munus, cum iam illi Pontificatus, vt filios Eleazari, deberetur, nec perpetuum in eius posteris fuerit, sed per Heli, alioque Ithamari filios interruptum; denique funditus antiquatum Respondetur nouo titulo nunc debitum fuisse Phinei sacerdotium; quo etiam carere poterat si mortuus fuisset ante patrem. Nec promissit Dominus non fore interruptum, & subintelligi potuit conditio, nisi per eos steterit. Denique in æterno Christi sacerdotio, transfusum Phineis sacerdotium, perpetuum factum est: quod præclare non solum de Sacerdotio, sed de regno quoque Hebræorum docet S. Augustinus. Dominus porro contentus castigale populum suum, de Madianitis vindictam ab Hebræis sumi iubet. Hofes, inquit, vos sentiant Madianitas, & percute eos, & quidem propter hanc ipsam culpam. De Moabitibus tacer, quia iam ab eis abstinere iusserat Israëlitas, sicut & ab Ammonitis, in gratiam Loti progenitoris eorum. Nec tamen id bellum statim initum est. Nam cum alia quædam, tum enumeratio noui populi antecessit.

XL. Populi nouus census.

Ea indicta est à Domino postquam noxiorum Israëlitarum, sanguis effusus est, & quali spuma quadam inutili eiecta, bonorum congregatio defæcata remansit, quorum numerus, absque Leuitis, ascendit ad sexcenta millia, & mille septingentos triginta. Quibus si adicias viginti tria millia Leuitarum erunt omnino sexcenta viginti quatuor millia, septingenti triginta, Sed Leuitæ ab vno mense, cæteri à vigesimo anno numerati sunt. Conditus est hic census in campestribus Moabitarum, iuxta Iordanem è regione Iericho, cui Moyse & Eleazar sacerdos iussu Domini præfuerunt. In illo autem numero nullus fuit eorum, qui ante numerati sunt à Moyse & Aaron in deserto Sinai, præter Caleb & Iosue. Huius census causam affert Dominus, vt diuisio terræ prudenter fiat, & maior terræ portio populosiori tribui assignetur: & nihilominus fors terram tribubus diuidebat. Deo enim sortes dirigente, amplior locus maiori tribui contingebat.

Successio hæreditaria.

Inde secuta est dubitatio de successione hæreditaria occasione filiarum Salphaad, constitutumque diuinitus, vt defectu filiorum, succedant filiarum hæreditati paternæ, & vtrotumque defectu, defuncti fratres, qui si defuerint: succedent qui mutuo proximi fuerint.

XLI. Prædicatur Moyse sua mors.

Sub hoc tempore prænuiciat Dominus Moyse mortem suam, quam in monte Abarim obiturus erat, terra prius à longe oculis perlustrata; non tamen præsentia corporis adita, propter culpam ad Aquas contradictionis admissam. At Moses, nesciens an hæc denunciatio decretum immutabile contineret, ante migrationem ex hac vita, breuem peregrinationem, & quasi excursionem in Chananitidem, ore dominico toties commendatam, ambiebat, vt supra diximus, sed ea spe depulsus de populi gubernatione sollicitus Provideat, inquit Dominus Deus spirituum omnis carnis hominem, qui sit super multitudinem hanc. In qua oratione Philo Mosi virtutem merito deprædicat, qui filiorum, nepotum, amicorum omnium oblitus, publicique boni amans, magistratum suum diu-

Hoc anno n. 10. & 11. Perit successorem. f. l. de charitate.

no permittit arbitrio. Cui Dominus, Tolle, inquit, Iosue filium Nun, virum in quo est spiritus, & pone manum tuam super eum. Qui stabit coram Eleazaro sacerdote, & omni multitudine, & dabis ei præcepta cunctis videntibus, & partem gloriae tuae, vt audiat eum omnis synagoga filiorum Israël. pro hoc, si quid agendum erit Eleazar sacerdos consulat Dominum. Ad verbum eius egredietur, & ingredietur, & omnes filij Israël cum eo, & cætera multitudo.

Ecce iudicium Dei in supremi magistratus populi suis electione, & inauguratione. Primo non eligit alium de filiis Moyse, ne putarent Hebræi principatum hunc esse hæreditarium, quem ipse volebat hoc tempore ex sua electione pendere. Non eligit ætate florentem, tertium enim ac nonagesimum agebat annum, vt minus bellis, quæ imminabant, idoneus videri posset: quæ nihilominus sapienter gessit ac fortiter, vt tanto magis Dominus res per ipsum gerere intelligeretur. Tertio eligitur vir spiritu Dei plenus, qui scilicet Deum spiraret, & ex eius spiritu omnia moderari, vellet. Quarto Iosue hactenus minister & quasi vicarius Moyse, eiusque passim socius & comes, ne ad hoc officium plane nouus, & insolens rerum gerendarum accederet. Quinto vir eligitur magnæ in populo existimationis, vt qui in bello contra Amalecitas dux creatus, illud egregiè, Deo opitulante, confecerat, & rectè munus Exploratoris Deo ipso approbante obierat. Denique electus est Iosue, qui & nomine & gestis Iesum Christum referret, qui solum populum Dei in terram viuientium potuit introducere.

In eius porro inauguratione iubet Dominus nonnulla obseruari. Principio requirit impositionem manuum, qua iurisdictio, & populi regendi potestas, per legitimam auctoritatem ei collata intelligeretur. Id munus recto Mosi conueniebat, tanquam principi populi, suam in illum auctoritatem transferenti, tanquam sacerdoti ac Prophetæ, quibus id munus sæpe commissum est. Sed rectum etiam fuit magistrum ac parentem, discipulum filiumque charissimum, quam faustissima precatone benedicere. Deinde vult cum statui coram Eleazaro sacerdote, vt ab eo consecratur & benedicatur: sicque tam ab Ecclesiastico, quam à politico magistratu, Dei locum in Repub. & Ecclesia tenentibus inauguretur. Tertio requirit præsentiam populi, tacitumque consensum, vt ab omnibus quantum fieri potest probetur, qui omnibus præesse debet. Quarto vult Moysem illi dare præcepta, vtique diuina, secundum quæ populum Dei regat, eique exemplis profit & imperiis. Quinto partem Mosaicæ gloriae illi vult communicari, id est externa quædam insignia magistratus, quæ ad eius gloriam coram populo, dignitatemque facerent: (quemadmodum data sunt vestes Aaron, in gloriam & decorem) vt facilius ei populus, tanquam legitimum principi obtemperet.

Sexto vetat ne ille sibi vsurpet sacerdoti officium, sed per eum Dominum consulat, eumque ei Dei interpretem & ministrum veneretur, & tanquam parentem amet & colat. Denique Pontifici vniuersè obtemperet, non

XLII. Consilio pietatis piamissimo.

- 1. 2. 3. 4. 5. 6.

XLIII. Initio Iosue, & quæ in illa continentur.

- 1. 2. 3. 4. 5.

XLIV. Alia eius conditiones, tunc moni-

6. & 7.

solam in iis quæ sunt ad Deum. Nam vniuersè dicitur, Ad verbum eius egredietur, & ingredietur, ipse, & omnes filij Israël cum eo. Quod cum non obseruasset Saul erga Samuelem, & regno, & vita priuatus est. Et hæc quidem nunc in hunc modum à Deo constituta sunt, quorum executio non ita multo post subsecuta est. Et licet viuo Moyse non gessit principatum Iosue, illi tamen deinceps non quasi minister assistit, sed quasi dignitate proximus, & ad successionem diuinitus electus affuit. De qua electione Moyse non distulit monere Iosue, & iuxta præceptum Domini, eum exhortari & roborare. Ipsa tamen inauguratio Iosue obiter & per occupationem extremo cap. 27. Num. ponitur. Inferuntur deinceps aliqua cæremonialia, vsque ad caput 31. quibus omissis, de bello contra Madianitas dicendum est.

a Deut. 41.

b Deut. 1. 38. & 32. 28.

XLV. Causæ belli contra Madianitas suscepti. c. n. 25. fin.

Id iussu Domini susceptum est, duplici de causa. Altera ex iure gentium, quo hostiliter tractantur, qui hostiliter se gerunt, nam nulla iniuria violari ab Heb. eos diris deuouere voluerunt, & dæmonum infestationibus malè vexatos, disperdere. Altera iure diuino. Pro summis enim hostibus habendi sunt, qui ad peccandum nos pertrahunt. Summis enim malis nos afficiunt, dum animas nostras occidunt, Deum nobis auferunt, beatitudinis ius nobis eripiunt, dæmonis mancipia constituunt, & suppliciorum æternorum reos. Nunc ergo locutus est Dominus ad Moysem dicens, vlciscere primos filios Israël de Madianitis, & sic colligeris ad populum tuum. Hæc enim fuit vltima expeditio Israëlitarum viuo Moyse; ad quam iussit milles nos tantum de quaque tribu eligi. Sic enim fieri voluit, vt facilius intelligeretur à Deo esse victoriam, quod sæpius deinceps obseruari potest. Voluit etiam Dominus viuo Moyse confici hoc bellum, ad quandam sancti viri consolationem, quam Madianitæ turbauerant, populum ad peccandum prouocando, & peccatum magnæ cladis occasionem præbendo.

d n. 31. 1.

Viuo Moyse.

XLVI. Exercitus 12. milliū.

Hæc duodecim virorum millia misit Moyse cum Phinee filio Eleazari sacerdotis, non vt Imperatoris officio fungeretur, vt plerique crediderunt, sed vt vasa sancta, & arcam in primis, quæ deferretur ad bellum, custodiret, & sacerdotibus tubis clangentibus præfesset. Leuitica enim tribus à militia immunis fuit, vt Iosephus ac Philo testantur, ideoque non 13. sed 12. tantum millia missa sunt ad hanc expeditionem. Nec vlla ratio apparet, cur Iosue, qui & iam ante Imperatorem egerat, & proxime à Deo electus erat in principem populi, dux in hoc exercitu non fuerit, cui in primis tribuenda est victoriam pietas in Deum, & munificentia, qua opima spolia Deo consecrarunt. Quoniam vero religiosa Cinæorum familia, ad quam Iethro, & Hobal, aliique cognati Mosi pertinebant, in Madianitide morabatur, credibile est eos inde à Moyse euocatos, antequam illuc exercitum mitteret. Sicut & postea Saul oppressurus Amalecitas, Cinæos, qui apud eos habitabant, incolumes abire iussit.

Duce non Phinee, sed Iosua.

c. n. 31. Cinæi liberantur.

f. 1. Reg. 15. 6.

XLVII. Pugna & victoria. g. Num. 31. 8. & 25. 15.

Pugnam ipsam Moyse paucis perstringit. Cumque pugnasent contra Madianitas atque vicissim, omnes mares occiderunt, & reges eorum, Eui, & Recen & Sur, patrem scilicet Chosbi, & quam sua impudentia, morsque turpissima

medio in flagitio, memorabilem fecit, & Hur & Rebe, quinque principes gentis. Quæ repetuntur in libro Iosue, dicuntur fuisse duces. Schon, qui hoc loco reges & principes dicuntur, forte quod eius stipendiarij aliquando fuissent, aut ei auxilio fuissent aduersus Israëlitas, & fuga lapsi ad suos Madianitas euasissent. Tam feliciter autem pugnatum est ab Hebræis vt ne vnus quidem ex ipsis desideratus fuerit, vt in reditu apud Mosem professi sunt duces, & ex Mose Philo.

a c. 13. 21.

b c. 31. 48.

XLVIII. Balaami cædes.

Cum illis autem optimatibus Balaam quoque gladio Israëlitarum occubuisse testatur Moyse, quamuis eum ad suos in Mesopotamiam reuertisse constet. Plurimi enim inde ad hanc pugnam abiere dies. Et forte distulit Dominus pœnas de Madianitis famere, donec ille adesset, qui omnium erat nocentissimus. Ille autem reuersus est, siue vt nouo quopiam artificio Hebræos affligeret, siue vt inde lucrum aliquot, quasi è nundinis reportaret. Verum miser alieno intentus malo, perniciem sibi imminentem non prius vidit quam illam communi implicitis cladi expertus est. Credibilis quippe duxerim eum maleficiis quibusdam intentum, quam in acie pugnantem cæsum esse. Id enim genus hominum ignauissimum esset solet, mortisque timidissimum, Cuius etiam illud non leue argumentum est, quod inde vsque à Mesopotamia in Moabitidem, sine gladio, quo animam suam interficeret, venit. Ergo homo improbissimus, planeque Augustino, imo Deo iudice reprobus, multis sceleribus degrauatum caput, in male agendi pertinacia, præcipitavit in Tartarum.

Ex patria reuersi.

c. l. 2. ad Simpt. sub med. & in Num. 9. 47. 48. 54.

XLIX. Cædes & captiuitas hominum.

Ad effecta victoriæ huius tria pertinent. personarum captiuitas aut cædes, locorum vastitas, præda bonorum. De primo ait Moyse captiuas mulieres, paruuloque sexus vtriusque fuisse abductos. Nam mox iratus Moyse reprehendit duces, quod mulieres, quæ Israëlitis fuissent scandalo, conseruassent, & addit, Ergo cunctos interficite, quidquid est generis masculini, etiam in paruulis: & mulieres, quæ nouerunt viros, iugulare: puellas autem, & omnes fœminas virgines reseruate vobis, in ancillas venales, aut etiam inferioris notæ coniuges. At quomodo mares omnes internecone delecti sunt, cum Gedeon post centum & 85. annos contra infinitam Madianitarum multitudinem pugnarit. Dicendum videtur Mosi mentem esse, mares omnes, qui capti sunt, interfectos fuisse, quod non impedit quo minus plurimi, vel ante prælium, vel in ipso prælio fuga sibi consuluerint, à quibus postea, intra id tempus iustauratus sit populus. Nisi placet interneconem hanc de Madianitis, qui erant accolæ Moabitarum, accipere, non de Madianitis incolis Arabiæ, prope montem Sinai habitantibus; iuxta ea quæ supra hoc ipso anno dicta sunt.

d c. 31. 15. 16.

Quomodo intelligenda.

c. Num. 26.

Quod attinet ad loca Moses affirmat tam vrbes, quam viculos & castella flammis fuisse consumpta: non enim erat illa prouincia Israëlitarum habitationi destinata; eoque facto voluit Dominus ostendere quantam pœnam illius incolæ suis sceleribus committerent, sicut factum est in Sodomis, ad to-

L Vastitas regionis.

Præde vis magna.

tius posteritatis exemplum. Iam vero præda longe maxima fuit, eaque populus vniuersus ditatus est. Nam præter supellectilem vniuersam quæ partim igne, partim aquis expiata est, capta sunt ouium sexcenta septuaginta quinque millia, bouum 72. millia, asinorum sexaginta millia, & mille, puellarum triginta duo millia, quæ sunt omnino capita 840000. octoginta & quadraginta millia.

L I. Prædæ autem distributio in hunc modum Dei iussu facta est; vt præda tam de hominibus quam de pecoribus bipertito diuideretur, eiusque pars dimidia duodecim millibus, qui pugnant daretur; altera ad relinquam omnem multitudinem pertineret. Deinde vtriusque partis præda subdivisa est. Nam de parte bellatorum quingentesimum quodque caput datum est Eleazaro pontifici, quasi primitiæ Domini: de parte vero multitudinis reliquæ subtractum est quinquagesimum quodque caput, quod datum est Leuitis. Deinde facta est particularis distributio in singulas familias, reliqua præda distributa non est, sed quod quisque in bello rapuit, hoc rapuit sibi. Nisi quod milites aurum omne Domino sponte obtulerunt, in gratiarum actionem, quod omnes incolumes ex bello rediissent, quod in diuersis speciebus fuit pondo sexdecim millium septingentorum & quinquaginta siclorum, id est quinque talentorum auri cum tribus ferè talenti partibus, id est aureorum gallicorum, 71875.

L II. Sub hoc tempore, cum iam nihil reliquum esse trans Iordanem, quam transitum in Chananitidem moraretur, deuictis Amorrhæis & Madianitis, Moabitibus autem & Ammonitis in lucro ponentibus, quod relinquerentur intacti, tribus Ruben & Gad, quæ pecoribus abundabant, videntes regionem acquisitam vrberem pascuis, petierunt à Moysè & Eleazaro, vt eam ipsis in possessionem daret, renunciantes omni regioni, quæ trans Iordanem acquirenda erat. Cumque viderentur nolle transire Iordanem, ad pugnandum cum fratribus contra Chananæos, à Moysè obiurgati sunt; qui tamen mox placatos est eis, cum intellexisset eos paratos ad bellum pro fratribus suis depositis in tuto familiis, ac gregibus suis, & concessit eis terram debellatorum regum Og & Sehon. Quia tamen ei diuinitus illustrato visum est terram hanc maiorem esse proportionem ea, quæ reliquis decem tribubus seruabatur, partem ex ea secreuit, quæ terra Galaad dicta est, quam dimidiæ tribui Manassis assignauit. Nulla porro fit mentio terræ Madianitiæ, aut regis Arad, quia regione diuinitus promissa non continebantur.

L III. Sequitur deinceps Catalogus duarum & quadraginta Mansionum, iuxta castrorum loca, quæ Angelo duce, annis quadraginta mutauerunt; de quibus quantum licuit dictum est suis locis. Terminatur autem iste catalogus seuera iussione delendi Chananæos, qui trans Iordanem habitabant, & omnia vestigia idololatriæ exterminandi; grauitè interminatus, ni facerent, illos eis fore quasi clauos in oculis, & lanceas in lateribus, & quidquid, inquit, illis cogitaueram facere, vobis faciam. Inde describuntur terræ promissæ termini trans Iordanem, destinatae nouem reliquis tribubus cum dimi-

dia, vt scilicet à meridie habeat desertum Sin & Idumæam, ab occidente mare mediterraneum; à Septentrione denique montem Libanum. Qui autem illi diuisioni præfuturi essent à Domino nominatim vocantur, Eleazar & Iosue, & alij decem tribuum principes, prætermisissis principibus Ruben & Gad, quibus sua iam portio fuerat assignata cis Iordanem.

Omittuntur & Leuitæ, quod nulla terræ promissæ pars eis tota conueniret. Idque singulari Dei providentia factum est, quia diuino cultui mancipati terram colere non potuissent. Deinde cum iura Sanctuarij & sacrificiorum Leuitis assignata essent, omnium item fructuum decimæ ac primitiæ, & redemptiones primogenitorum, & vota, & alia id genus, ex quibus tantum emolumentum percipiebatur, vt fructus duarum sortium vix eis par esse posset annis singulis, vt fusè docet Abulenſis, satis hinc eorum necessitatibus & commodis consultum erat, quamuis agris, vineisque carerent. Accedit quod Leuitæ per omnes tribus sparsi esse debebant, siue vt præstò essent ad ministrandum, quocumque tabernaculum transferri contingeret: siue vt toti reliquo populo monita, atque exempla salutis præberent. Gratum quippe Deo est, & populis necessarium, variis in locis apertis sapientiæ scholas, & religiosorum hominum, quales erant Leuitæ collegia vigere.

Neque tamen voluit Deus ipsos inter fratres suos habitare precario, sed certas habere vrbes ad habitandum, & suburbana earum per circuitum, ad milliare vnum, ad vsum pecorum ipsorum. Quod autem dicitur habuisse vrbes ad habitandum, significatur eas vrbes non omni iure ad eos, quasi ad veros dominos pertinuisse; sed ad illos in quorum tribu illæ erant. Nam exempli causa Hebron vrbs erat Leuitica, quæ tamen ad Caleb, quod ad dominium pertinebat. Et quamuis in istis vrribus dignitates, vt ceteri obtinerent, ad eos tamen reditus quæstuosi Reipub. non pertinebant, quales sunt qui ex portoriis, molendinis, metalli fodinis, furnis publicis colliguntur, qui ad ipsas communitates, aut vrbiu dominos pertinebant. Denique vt intelligeretur eos non esse vrbiu dominos, non dixit Scriptura de Leuiticis vrribus, quod de Leuiticis domibus. Nâ hæ dicuntur illis esse pro possessionibus, non autem illæ. Videntur ergo dictæ vrbes Leuiticæ, non quod soli Leuitæ in illis habitarent, sed quod in illis, non in aliis habitarent, & synagogis præessent, populumque de lege docerent. Iuxta illud Mosaicum de Leuitis. *Docebunt iudicia tua ipsum Iacob, & legem tuam Israël.* Aut quod in illis solis suburbia propria haberent, ad mille passus ab ipso oppido, in quibus & villas habebant, & hortos, & viridaria.

Pergit Dominus. De ipsis autem oppidis, quæ Leuitis dabitur, sex erunt in fugitiuorum auxilia separata, vt fugiat ad ea qui fuderit sanguinem, & exceptis his alia quadraginta duo oppida, id est simul 48. cum suburbanis suis. Et quoniam aliqua tribus maiorem terræ tractum quam aliæ obtinebant, iubet plures accipi ab iis quæ plus loci sortitæ erant, qualis fuit tribus

Teuonia terre promissæ. LIV. Cur nulla pars data Leuitis? a in c. Num. 9. 20. & in 35. 2. & 3. b Dent. 33. num. 10. in Neer. Grat. Chald. LV. Præter vrbes ad habitandum, c. 63. num. Quatuor non erant Domini. d Dent. 33. 10. Hebr. LVI. Vrbes fugitiuorum.

Iuda. Significatur hæc oppida fuisse onerata cuius plures partes fortioribus imponerentur, idque vt arbitror, propter suburbia, quæ ad mille passus circumquaque ad solos Leuitas pertinere poterant. Rectè autem ciuitates refugij de Leuiticis electæ sunt, quod huiusmodi causæ homicidarum ex diuina lege diiudicandæ erant, cuius notitia ad Leuitas maxime pertinebat, sicut & cura obseruationis eius. Idem valebat ad conciliandam Leuitis beneuolentiam, in quorum duntaxat vrribus miseris præsidium reperirent. Decet autem Dei ministros præ cæteris clementia; & hinc natæ immunitates Ecclesiarum, locorumque Sanctorum. Ne autem euasio difficilis esset ei, qui per imprudentiam occiderat, voluit Dominus tria oppida refugij constitui trans Iordanem, & totidem citra, & in æqua inter se distantia, ne periclitanti obstaret traiectio fluminis, vel distantia vrbis. Vnde autem diiudicari posset an cædes inuoluntaria esset nec-ne, deinceps copiosius in textu perscriptum est.

L VII. Additur in extremo libro constitutio spectans ad matrimonia, cuius hæc summa est, vt in eadem tribu coniungantur, ne contingat tribuum possessiones permisceri. Itaque Leuitæ, qui carebant possessionibus, & qui alioqui iis carebant in cæteris tribubus, aut qui eas venderant, poterant extra suas tribus ducere vxores. Hæc de libro Num. Sequitur Deuter. quasi secunda, aut iterata lex.

L VIII. Quilibet ad hunc quadragesimum ab exitu annum pertinet, & ceteri ea referat, quæ variis temporibus contigerunt, ipsa tamen expositio & enarratio legis, omnisque ad eius obseruationem exhortatio, ad duos vltimos menses vitæ Moſis referuntur. *Quadragesimo enim anno, vndecimo mense, prima die mensis locutus est Moyses filiis Israël omnia, quæ præceperat illi Dominus, vt diceret eis: Vt habetur initio libri huius post occisum Sehon regem Amorrhæorum, & Og regem Basan, & occupatas eorum terras. Locus autem extremo Numerorum libro memoratur in campestribus Moab supra, siue iuxta Iordanem è regione Iericho. Et quia inchoaturus erat expositionem suam à digressu montis Horeb, versus Cadesbarne vicinum Idumææ locū, dicit obiter viam illam esse vndecim dierum: licet multo plures in illo itinere Israëlitarum posuerint. Rationi autem consentanea fuit ista legis repetitio. Conueniebat enim Moſem morti proximum, quasi totius populi parentem, filium suum commonefacere de rebus salutis eius necessariis, in quibus lex Dei principem locum tenet. Populus quoque nouus erat, & Dei legem, & res circa patres suos gestas partim non viderat, partim tenui duntaxat auditione acceperat. Oportuit ergo ab eo referri & commendari, qui cum summa autoritate polleret, omnia in populi mentibus præ omnibus inscribere poterat, eumque ad Dei timorem, cultumque permouere.*

L IX. Incipit autem expositionem suam à iussione sibi diuinitus facta, vt de Horeb, vbi legem acceperant, rectè in terram Amorrhæorum progredenter ad Cadesbarne, siue Rethma, vbi cum iuberet Dominus vt populus ascenderet, & possideret terram sibi promissam, populus contra exploratores mittere voluerit, à quibus

turbata sunt omnia, populusque seditiosus morti in solitudine addictus, in ea ad annum quadragesimum oberravit, frustra tunc ac peruersè pugna contra Amorrhæos attentata. Inſerit autem obiter electionem Iudicum ad socii sui admonitionem, & casum suum ad aquas contradictionis. Inde sub finem anni ab egressione trigesimali noni, iussit Dominus populum versus Aquilonem iter capessere ad Chananitidem occupandam, cum iussione abstinendi ab Idumæis, Moabitibus & Ammonitis. Sequitur inde victoria de regibus Amorrhæis & distributione regibus eorum, quæ duabus tribubus & dimidiâ nuperrime facta fuerat, cum obligatione militiæ.

Capite quarto incipit exhortari populum ad accuratam obseruationem legis, proposito recenti exemplo cladis, propter cultum Beelphegor acceptæ. Et quia iam semel atque iterum expertus fuerat Moyses procliuſatam populi huius ad idololatriam, & animo præſagiens propter hoc maxime scelus omnia ei mala obuentura, ideo totus est in contestatione pro vitanda idololatria, idque argumentum subinde, modisque omnibus versat, sicut & datæ legis beneficium, & gloriolæ ab Ægyptia seruitute libertatis. Ex quibus eam infert conclusionem, vnum Deum esse duntaxat, vnumque colendum Antequam autem populum dimitteret, sine imposito primæ exhortationi, quæ primo die mensis vndecimi habita est, tres constituit ciuitates refugij trans Iordanem, Bosor in tribu Ruben, Ramoth in tribu Gad, & Golan in tribu Manasse.

Cap. quinto nouum ducitur exordium, populo iterum conuocato. Eique recitat Moyses præcepta Decalogi, in monte Sina quondam cum maximo terrore populi recitata, qui propterea voluit habere interpretem apud Deum Moysen ipsum, idque Deo probarum fuit. Deinceps autem inculcatur obseruatio diuinæ legis cum vniuersè, tum nominatim primum maximumque mandatum de diligendo Deo, de iuramento, & tentatione Dei, de nuncianda posteris causa datæ sibi legis & cæremoniarum, & reliquorum beneficiorum Dei. Inde ad tollendam populo occasionem Idololatriæ cap. 7. vetat fœdera & connubia cum idololatriis, & euerſionem mandat ararum, & omnium quæ ad idolorum cultum pertinent, cum auxilij sui promissione atque victoria. Deinde cap. 8. renouat memoriam itineris 40. annorum per Arabiæ solitudines, & beneficiorum & castigationum illic acceptarum. Eximius quoque laudibus terræ celebrat, quam mox possessuri erant, omnia semper ab obseruationem diuinæ legis referendo. Totus textus planissimus est atque suauissimus, ad conciliandum diuinæ bonitatis amorem, ideoque & lectio, & memoria dignissimus. Videtur autem hoc capite altera Moſis exhortatio, cum multiplici motu terminata, cuius rei indicium est quod capite sequenti attentio de integro renouatur.

Cap. ergo nono. Ne tribuant Israëlitarum virtuti suæ & pietati victoriam de hostibus suis, eorum potentiam amplificat. Ne rursum propria gnauiæ deiciantur, Deum promittit propugnatores, & vltorem impietatis eorum ad complenda promissa Patriarchis. Et quia hæc cogitatio magni erat momenti ad conterendam

Et inde reditus versus Chananitidem.

L X. Capita primæ exhortationis Moſis.

L XI. Altera exhortatio, cuiusque capita.

L XII. Tercia exhortatio.

huius populi superbiam, qui solebat de iustitia sua, vt Pharisæus ille, intumescere, reuocat illi in memoriam suas contra Deum murmuraciones, aliâque peccata, & nominatim adorationem vituli, ob quam cōtracta à se fuerint legis tabulæ. Qua occasione explicat quomodo recuperatæ fuerint longissimo ieiunio, & precibus, vt eo plures leges suas faciant, quod plus Legislatori meminerint constituisse. Moxque additis præceptis aliquot ad Dei & proximi charitatem pertinentibus, ad timorem eius renouandum renouat vltionem à Domino de hostibus suis tam in Ægypto, quam in deserto sumptam, docetque quomodo ab eius prouidentia perpetuo pendeat expectanda de cælo pluuia, &c. Denique hanc exhortationem concludit, proposita felicitate & infelicitate, Dei legem obseruantibus aut violantibus, quod postea solenni ritu in montibus Hebal & Garizim trans Iordanem prope Iericho factum est.

Cap. 10. & 11.

LXXIII. Quarta exhortatio Mosaica.

Annus tertius & septimus.

LXXIV. Solennitates Iudaorum. Cap. 16.

Cap. 17. Leges de Pontifice & rege.

a An. Mos. 120. n. 186. 186. & 189. Iura Leuitarum.

ra fuerit decupata, adduntur nonnulla de testibus, terminisque non transferendis.

Capite vigesimo iura belli perscribuntur, & qui ab eo immunes esse debeant. Excitat autem populi fiduciam in diuino auxilio, atque adeo præsentia in arca, quæ ad bellum deferebatur. Id enim illa verba significant, non formidatis eos, quis Dominus Deus vester in medio vestri est. Quis autem ritus seruandus sit in occulto homicidio, in muliere in bello capta, in filio contumace, & eo qui suspensus est in patibulo capite vigesimo primo præscribitur. Vigesimo autem secundo charitas fraterna circa res proximi, & humanitas, etiam erga bruta animalia, quod est singulare diuinæ bonitatis argumentum. Adduntur & aliæ peculiare leges eodem capite & sequenti, præsertim de Eunuchis & illegitimis in Dei ecclesiam non admittendis, ne ipsi com officiis suis contemnantur. Non tamen excludit eos in perpetuum, sicut Ammonitas & Moabitas. In Idumæos autem & Ægyptios vult eos esse indulgentiores, vt scilicet facti profelyti, ad gerendos magistratus admitti possint.

LXXV. Iura belli aliæque leges conseruam.

LXXVI. Miscellanea.

Capite vigesimo quarto libellus repudij permittitur, aliæque leges accumulatur, sicut & capite vigesimo quinto, vbi nominatim de puniendis Amalecitis præceptum inculcatur. Totum autem caput vigesimum sextum circa agnitionem acceptorum à Deo beneficiorum occupatur. Eo enim refertur oblatio primitiarum de cunctis frugibus in vrbe à Deo electa: & extraordinaria decimatio tertij cuiusque anni in gratiam Leuitarum, & pauperum quod iam supra præceptum fuerat. Sed hæc repetitio argumentum est singularis curæ & prouidentia diuinæ erga pauperes, & personas sibi consecratas, sicut humanæ in eisdem negligentia & illiberalitatis. Reliqua est exhortatio ad obseruationem legis, eius, quem in Deum & Dominum suum se elegisse profiteantur, sicque videtur hæc exhortatio terminata. Apparet enim sequenti capite nouum dicendi principium. In quo significatur Moysen non ad vniuersum populum esse locutum, neque enim humana vox à tanto populo exaudiri potest, sed cum senioribus & magistratibus egisse, & maximè cum sacerdotibus & eorum opera cum reliquo populo.

a. 14. 27.

LXXVII. Quinta exhortatio.

Capite vigesimo septimo, quoniam populus externo apparatu magis afficitur ad magnificandum ea quæ ipsi commendata fuerint, voluit Moyses huiusmodi solennitates & ceremonias adhibere. Itaque iubet transmissio Iordane ingentes erigi lapides & calce læuigari, in eisque describi vel decalogum vel Deuteronomium, aut partem eius aliquam, illam puta quæ est de vnitæ & dilectione Dei. Secundo iubet erigi altare de lapidibus impolitis, super quo holocausta & hostia pacifica offerantur, quæ sit caremonia apprehensa possessionis terræ illius, & Deo consecrata. Tertio præcipit vniuersum populum bipertito diuidi Iordane transmissio, & partem vnã septem tribubus constantem stare ad benedicendum populo, super montem Garizim, qui in diuinæ legis obseruatione perseueret, respondendo ad singulas benedictiones pronunciatas à Leuitis Amen.

Benedictiones & maled. Hebraeorum

Alteram

Alteram vero partem in monte Hebal, eodem modo respondendo Amen, ad singulas imprecationes. Erant autem hi duo montes valde vicini, imò vt ferunt, quasi duo capita eiusdem montis, sicut de Horeb & Sinai dictum est. Caput autem vigesimum octauum totum refertur est factis precationibus, & prædictionibus in populum Israëliticum diuinæ legis obseruatorem; & vice versa precationibus, & diris denunciationibus in eundem eius violatorem. Et iuxta huiusmodi prædictiones, ait Iosephus, omnia facta sunt atque sunt, euentis nusquam non congruentibus. Neque tamen miseri, aperiant oculos, post tot secula, vt videant se legem violare, in non audiendo prophetam Messiam, quem Dominus de medio ipsorum suscitauit.

a l. 4. Ant. extremo.

b Deut. 18. 15.

LXXVIII. Renouatio fœderis cũ nouo populo.

c cap. 29. 9.

LXXIX. Spes venie delinquentibus. d v. 8. 9.

XXX. Iosue instituitur successor Moysis.

c. 31. 3. 4.

Capite vigesimo nono renouatur fœdus cum toto populo, ex mandato Domini, quod pridem in monte Horeb ictum fuerat, renouatur autem, præsentem, & tacite consentiente tota multitudo, vsque ad ipsos lignorum caesores, & aquæ baiulos. Deinde renouat memoriam beneficiorum diuinorum, & mirabilium operum eius, tam in Ægypto, quam in deserto, quæ isti nondum pro dignitate didicerant æstimare. Quibus ad populi animos præparandos breuiter expositis. Cuiusmodi ergo, inquit, verba pacti huius, & implete ea, quæ scilicet hæcenus exposita sunt vobis, vt susciat se sibi populum, & ipse sit Deus tuus, sicut locutus est tibi, in Horeb, & sicut iurauit patribus tuis, Abraham, Isaac, & Iacob. Nec vobis solis ego hoc fœdus seruo, & hæc iuramenta confirmo, sed cunctis præsentibus & absentibus, natis atque nascituris.

Deinde capite trigesimo ne populus post violatam legem desperatione frangatur, more suo Moyses spem venie verè poenitentibus superesse docet, & pristinae felicitatis redintegranda. E contrario autem calamitate ipsorum annum iam sesquimillesimum perdurante, persuasum habere debent se in ira Dei perseuerare, nec ad eum vera poenitentia conuerti. Denique concludens Moyses omnes adhortationes, populum ad legis obseruationem inuitat, eius facilitate proposita: violatoribus autem imminentem ruinam interitumque denunciat, etiam cum cæli & terræ obstinatione. Et hæcenus quidem diuinarum legum expositio, & commendatio. Deinceps quæ ipsum Moysen, eiusque successorem propius attingunt, à Legislatore perscribuntur.

Itaque trigessimum primum caput noui est sermonis initium, in quo Moyses iterum denunciat toti populo successorem suum, tum ætati suæ iam necessarium, tum diuina ordinatione constitutum. Quia vero tristes & solliciti esse poterant, super morte optimi parentis sui, consolatur eos, excitatque ad fiduciam in Deum, qui eis futurus sit dux & propugnator, & victoriarum largitor, vt adhuc fuerat. Verum quia Dominus hominum ministerio in eorum gubernatione vitur, iuxta suauitatem prouidentia suæ, ad maius hominum meritum, & certitudinem directionis, pergit de successore dicere. Et Iosue iste transibit ante te, sicut locutus est Dominus, &c. Nec contentus eum declarare successorem, coram omni populo, maxime-

que coram Eleazaro pontifice, illum accersitum, instituit Populi ducem, ne qua post mortem Moyfi quæstio de hoc munere oriretur. Vnde subditur, Vocauitque Moyses Iosue, & dixit ei, coram omni Israël. Confortare, & esto robustus: tu enim introduces populum istum in terram quam daturum se patribus eorum iurauit Dominus, & tu eam sorte diuides. Et Dominus, qui ductor est vester, ipse tecum erit, Et inter hæc verba imposuit manus super eum, ex quo spiritum sapientia repletus est, idemque mox ab Eleazaro Pontifice factum, tanquam ordinario huiusmodi functionum administro.

Impositione manuum eius & Eleazari Pontificis.

a Deut. 34. 9. b vide num. 27. 18.

Quod autem sequitur descriptione legis huius à Moysæ facta, intelligendum est eam iam dudum scribi ceptam, vt res ipsæ paulatim dicebantur aut fiebant, atque adeo liber Geneleos per otium à Moysæ scriptus videtur: Eaque est Iosephi, aliorumque multorum sententia. Postquam autem perscriptus est totus liber, præcepit Leuitis vt eum in latere Arca fœderis ponerent, vt ibi conseruarentur in testimonium, & condemnationem populi præuaricatoris. Interim autem præcepit vt septimo quoque anno coram vniuerso populo in festo Tabernaculorum prælegeretur, vt iuniores instruerentur, & seniorum memoria renouaretur. Caietanus putat singulis annis in scenopegia legem solitam legi, sed populum non obligatum, nisi septimo anno ad audiendum. Iosephus ait à Pontifice legi solitam. Sed in Synagoga per omne Sabbatum legebatur, non quidem integrè, sed per partes, quas sedarim vocabant, in quas eam ipsi diuiserant.

XXCI. Lex scribi iubetur & recitari.

l. 4. Ant. c. 8. c. 31. 2. 5. 26.

c Ad. 13.

Oportebat autem institutionem Iosue publicè à Deo comprobari, ideoque iussit eum venire cum Moysæ ad Tabernaculum, vt eum ibi alloqueretur. Quo cum venissent, apparuit ibi Dominus in columna nubis, quæ stetit in introitu Tabernaculi: còque factò à circumfuso populo intellectum est, diuinam esse electionem eius. Quid autem vtrique denunciare vellet, mox subdit, futurum enim ait, vt Mose mortuo populus hic, qui mox terra vberima donandus erat, Deos alienos, se deserto sequeretur: ob quod crimen à se desertus in graues incideret calamitates. Hanc tradidit Dominus Moyfi materiam scribendi carminis, quod sequenti cantico continetur, quod filij Israël memoriter teneant, & ore decantent, vt ex eorum ore ipsi quoque seipsum arguere possint. Moysen vtiq; & Iosue contristauit tam triste uicinium. Itaque Moyses ad præsentem Leuitas, quasi ad populum conuersus, ei exprobrat suam contentionem, ac peruicaciam sæpius frequentatam. Iubetque conuocari omnes maiores natu atque Doctores, vt ipsis audientibus canticum, quod illi Deus inspirauerat, recitaret, & quidem postmodum, vt apparet, vt moneri à Leuitis & conuenire possent.

XXCII. Institutio Iosue à Deo palam probatur. d c. 31. 15.

Prædictio defectionis Israël, & eius cladis v. 19.

Materia cantici.

Itaque congregatis, qui præmoniti fuerant, recitauit Moses canticum, quod 32. Deuteronomij perscriptum est, assistente ei Iosue, qui cum eo venerat, & quidem, vt res ipsa postulat, magna animi contentione atque fernore. Quo absoluto addidit exhortationem ad obseruationem legis. Quibus dictis eadem die locutus est Dominus ad Moysen, iussitque eum in montem ascendere, ibidem pla-

XXCIII. A Mose recitatur.

cide moriturum. Incertum autem est an populus tunc dimissus fuerit, & iterum coactus ad benedictiones singularum tribuum, & comitandum vel corpore, vel oculis Moysen in montem ascendentem, quæ non satis commode in eandem diem cadunt. Vt ergo hæc postrema valedictio, & ascensus in præaltum montem, eumque vna mansione distantem; & contemplatio terræ, & mors & sepultura temporis angustiis non vergeant, dicendum videtur mane conuocato populo recitatum fuisse canticum grauius ac seuerè, & addita postrema exhortatiuncula, conuentum solum fuisse. Eadem autem die sub pomeridianas horas locutum esse Dominum ad Moysen ut ascenderet in montem, ibique moreretur. Eo accepto nuncio conuentum indixit in sequentem diem matutinum, quo per otium populo benedixit, & post multam valedictionem, & populi lacrymas, ascendit in montem cum Eleazaro & Iosue, & cum iis terram vndequaque contemplatus, placida morte obdormiuit, indeque diuinitus in vallem translatus ac sepultus est.

Summa rei gestæ, sub obitum Moysi.

XXCIV. Moses ascendere in montem iubetur.

Eius tristitia.

XXCV. Conuocat principes populi.

Et postridie toti populo benedicir.

a l. 4. Ant. extremo.

sum non vltra versus montem progredi, substitisse. Solumque Senatum eum ad montem Abarim, cum Pontifice & Imperatore deduxisse, vnde & dimissus est.

Sequitur postremum Moisaicorum scriptorum caput, quod Philo & Iosephus, alique plerique Moysi tribuunt, de futuris, ex diuina reuelatione scribenti; alij Iosue scriptorem malunt, quem potius crediderim, quasi nunc quoque Moysi ministrum, Moysè dictante scripsisse. Ergo vbi peruentum est in summum montis verticem nomine Phasga, ostendit Dominus Moysi hæreditatem Israëlî destinam, à partibus orientalibus in quibus est terra Galaad, ad reliquas mundi plagas, in quibus reliquæ tribus sedes erant habituræ, quæ omnia Moyses oculis perlustrauit. Tum Dominus ad eum a, Hec est terra, pro qua iuravi Abraham, Isaac, & Iacob, dicens, Semini tuo dabo eam. V. disti eam oculis tuis, & non transibis ad illam. Supple tu, Christiane Lector, sed ad aliam longe præstantiorem statim transurus es, in qua illi iidem sancti Patres, alique omnes iusti in pace requiescunt; expe. Tunc be. utam spem b, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris mundi Iesu Christi.

De ipsa vero morte Moysi, hæc ipsa est eius, oratio. Mortuusque est ibi Moyses seruus Domini in terra Moab iubente Domino, & sepeliuit eum in valle terra Moab, contra Phogor, & non cognouit homo sepulchrum eius, usque in presentem diem. Moyses 120. annorum erat, quando mortuus est, nec caligauit oculus eius, nec dentes illius moti sunt. Quibus videtur quatuor complecti, & definire quæstiones, quas quidam in controuersiam vocarunt. An mortuus sit Moyses, quando, vbi, & quomodo, quibus additur sepultura: de quibus non negligenter scriptum est in Annalibus. Hic tantum dico de tempore, ex ipsa Scriptura constare explanationem legis prima die mensis vndecimi fuisse inchoatam, quæ ad summum 30. vel 36. dies tenuit, vt Hebræi in suo Chronico tradunt, cui interpretes plerique consentiunt; eam expositionem mors quamprimum excepit. Vnde consequens est eum duodecimo mense, qui dictus est Adar, fuisse defunctum, quod habet Calend. Hebræicam, Iosephus, & plerique Rabbinî. Vt mirum sit in Martyrol. Romano dici Moysen quarto Septembris esse defunctum.

Quod ad sepulturam attinet, dicitur sepultus in valle terræ Moab, contra Phogor, id est in loco, qui situs est inter montem Abarim, & fanum idoli, cui initiatus fuerat Israël, non autem è regione Iericho, vel Iordanis: cuius libitinarij fuerunt angeli, vt ex traditione affirmat Epiphanius d. Quoniam autem non in monte in quo mortuus est, sed in valle sepultus dicitur, putat Caietan. satis probabiliter corpus eius ministerio angelorum delatum per aërem in illam vallem, in oculis eorum qui astiterant morienti, qui tamen non viderunt determinatum in valle locum, nube aliquantum terræ spatium obtegente, vt propterea nemo nosse potuerit locum sepulturæ eius, ne res in idololatriam verteretur. Idque fatigabat dæmon, sed restitit ei Michaël Archangelus e, & mansit occultus locus. Et si autem non sepeliuit eum populus, fleuit tamen tri-

XXCVI. Postremum caput Pentateuchi.

Deus ostendit Moysi Chanaanidem. a Dent. 34. 4.

b Tit. 1.

XXCVII. Moysi mors & quædam circa eam dubitationes.

Mense duodecimo obit. c cap. 1. Dent. 3.

Genebr. Adrich.

XXCVIII. Moisaicæ sepulturæ locus.

d harsy.

e Iuda 9.

ginta diebus, sicut & Pontificem Aaronem, fleuisset autem fortasse diutius, nisi transitus Iordanis vrisset. Merito enim luxissent 40. diebus, in gratiam 40. annorum, quos ille in multis ærumnis & lacrymis, illis gubernandis traduxerat.

XXCIX. Eius commendatio. a Dent. 34. 10.

b Eccl. 45.

c l. 2. de Cain & Abel.

d n. 336. & seqq.

I. Iosue magistratū int.

Ordo dierum vsque ad transitum Iordanis.

Superfunt sepulchralia laudum ornamenta, quæ Deus ipse in famulum suum conferre voluit a: Sic enim eum laudat, vt incomparabilem prædicet, singulari in Deum amicitia, & miraculorum patrandorum facultate, quæ ipsa à Syracide, Philone, Iosepho, ipsoque adeo Moysè commendantur. Quin etiam Gregorius Nyssenus cum vellet exemplar perfectæ & absolutæ virtutis exhibere mortalibus; Moysen assumpsit, vt Xenophon Cyrum, Plato Socratem, M. Tullius L. Crassum; vt ideam quandam perfecti Imperatoris, Philosophi, & Oratoris nobis repræsentarent. Philo quoque & Clemens Alexandrinus Moysen quasi ideam quandam Regis, Sacerdotis, & Legislatoris, omnibus fortitudinis, pietatis & sapientiæ numeris absolutissimam describunt. Nec aliud sensit c, vt dixit Ambrosius, qui eum dixit humanæ dignitatis conditionem excessisse. Nihil non minus in Annalibus videtur aggressi, cum eum Dei filio humana carne circumdato, qui est ipsa summa sanctitas, ipse vertex perfectionis, maximèque expressa diuinitatis imago, quam simillimum, & quam maximè comparabilem ostendimus d. Quem totum locum vt in gratiam eorum, qui epitomas adamant omisimus, ita & totam Prophetæ magni vitam, paucis admodum versiculis Epitaphio comprehensam vt festinanti Lectori gratificemur, prætermisimus.

ANNVS MVNDI 284. ELEAZARI 9. IOSVE 1. AMYNTÆ 9. Imperij Assy. 653. ANTE CHRISTVM 1469.

I. Defuncto Moysè, cœpit illico Iosue summum gerere magistratum, ad quod munus rectè obeundum & interius diuina gratia, & exterius colloquio diuino roboratur. Illico inquam cœpit; neque enim oportebat tantum, tamque turbulentum populum aliquanto tempore sine principe viuere. Ideoque Moyses statim atque Dominus obitum ei suum aperuit, extemplo suggestit vt de successore prouideret; memor quid se absente ad montem Sinai contigisset. Ideoque à Iosue indictus est 30. dierum luctus funebris, quo durante, sub initium mensis primi, atque ipso si placet primo die misit Iosue exploratores, qui transmissio Iordane Ierichuntem venerunt; secundo ibi in perlustranda vrbem substiterunt, vt vult Iosephus, & nocte sequente emissi sunt, tertio, quarto, & quinto in montanis latebant; sexto reuersi sunt ad suos, & Iosue de re tota docuerunt. Septimo denunciatus est transitus, in diem tertium, indictaque præparatio. Eodem die, & secuto octauo facta est præparatio, die nono itum est ad Iordanem, &

is tertius fuit præparationis dies, die denique decimo populus Iordanem pertransiuit. Quem rei gestæ ordinem in ipsa expositione sequemur.

Misit ergo Iosue filius Num de Setim duos viros exploratores in abscondito, & dixit eis, Ite, & considerate terram & urbem Iericho. Non absurdum est Iosue vltro à Deo excitatum vt exploratores mitteret, vt eorum relatione, quos prospera nunciaturos sciebat, & ipse dux, & totus exercitus animaretur. Potuit etiam sponte sua, ex humana prudentia & Imperatorum consuetudine, diuinam iussionem non expectare, vt exploratores quis esset hostium animus, quis belli apparatus referrent, idque licuit dum de contraria Dei voluntate non constaret. Misit autem de mansione postrema, quæ ad Setim, siue Abel-sarim protendebatur, duos autem, vt se mutuo auxilio consilioque iuuarent, & quidem non de optimatibus, sed è vulgo cautos & solertes, quos summo capitis periculo, intentis ad omnia hostibus, obiceret.

Illi Iordanem vadoso in loco traiciunt, excubitorum diligentiam, si qui erant adhibiti, ementito, vt videretur, habitu, Deo duce ac comite fallunt, & sub occasum solis, cum plurimi se in urbem inferunt, ipsi quoque inexplorati furtim in eam penetrant, & quamprimum se in domum moenibus vicinam coniiciunt. Ea fuit Rahab mulieris, vel cauponariæ, vel vt communior est sententia, meretricis; sic enim sæpe à Scriptura vocatur, cum tamen ea vox, & quæ illi Græca & Hebræa responder, semper in deteriore partem sumatur. Ea nocte quiete sumpta, postridie urbem dissimulanter obierunt, & sub vesperam ad suum se hospitium receperunt. Neque tamen tam dissimulanter gesta res est, vt agniti, ad regemque delati non fuerint. Qui missis lictoribus, iussit eos ex hospitio educi, & scilicet in vincula coniici. Sed eorum aduentum præsentens mulier callida, atque antheuertens a, viros abscondit in solario domus suæ, sub stipula lini. Nec potuit eos statim per fenestram emittere, ne res à superuenientibus sarellitibus deprehenderetur. Sed erat etiam quod illis, de sua, & suorum incolumitate, communicaret.

Illam ergo regis nunciis, Fateor, inquit, venerunt ad me, sed nesciebam vnde essent, cumque porta clauderetur in tenebris, & illi pariter exierunt nescio quò abierunt: persequimini cito & comprehendite eos. Atque ita eos ab se dimittit, spe data fore vt exploratores comprehendant. Idque sibi gratum, adhortatione sua simulans, cautè à se suspicionem proditoris amolitur. Hi autem qui missi fuerant secuti sunt eos, per viam quæ ducit ad vadum Iordanis, rati eos moliri reditum ad suos, illisque egressis statim porta clausa est, quam rursum aperuerant egressuris: eoque factum est diuinitus, ne regredi possent ad perferendum domum. Interea mulier adit hospites suos, necdum enim obdormierant, somnum exortiente timore, & ait, Noui quod Dominus tradiderit vobis Terram, quam scilicet habitamus, nec adest ad propugnandum animus, etenim irruit in nos terror vester, clongauerunt omnes habitatores terræ Chanaan, auditis quæ Deus in Ægypto, & in mari rubro, & recens contra reges Amorrhæorum, in gratiam vestri mirabi-

cap. 2. 1.

I. Iosue duos mittit exploratores.

III. Vt illi rem gesserint.

Inquiruntur.

a Iosue 2. 6

IV. Rahab in eos officio la.

liter perpetravit. Itaque Dominus Deus vester, inquit, ipse est Deus in celo sursum, & in terra deorsum.

Hic illa fides agnoscitur, quam celebrant Paulus Apostolus, cuius ope non perit cum incredulis. Credidit enim proscriptam à Deo omnium Domino civitatem suam, ciuesque addictos internecioni; Israëlitas vero suis possessionibus donatos. Itaque deinceps ab istorum, non autem à civium suorum partibus stare constituit. Ergo & prodicionis culpa omnis purgatur, si diuinam voluntatem patriæ antetulit charitati. Neque hospitibus fauet, vt patriæ per iniuriam noceant, sed vt per eos Dei voluntati obtemperetur. Quanquam neque eorum vita exitio patriæ futura erat, neque cædes salutis. Interim prudens mulier se suaque in tuto ponere cupiens, iurate, inquit, mihi per Dominum, vt quomodo ego misericordiam feci vobiscum, ita & vos faciatis cum domo patris mei detisque mihi verum signum, vt saluetis parvum meum & matrem, fratres ac sorores meas, & omnia qua illorum sunt, & eruatis animas nostras à morte. Non vltra Deum Hebræorum vocat, sed simpliciter Dominum, quod ipsa quoque eundem Dominum ac Deum habere vellet, quem iam cæli ac terræ Deum professa erat.

Illum ergo sibi vult in testem assumi, dandæ fidei de propinquorum suorum salute: neque sui nominatim meminit, non dubitans id eos vltro titulo gratitudinis esse facturos, aduersus eam, quæ pro ipsorum salute certissimum capit is discrimen adiiisset. Quod autem neque mariti meminit, neque liberorum, haud obscurum indicium est eam hæcenus corpore quaestum fecisse. Hic Hebræi, anima nostra, inquit, sit pro vobis in mortem, si tamen non prodideris nos. Mortem sibi à Deo imprecantur, nisi steterint promissis: qui dant ei funiculum coccineum, quem illa è fenestra suspendat, ex qua demissi fuerint, vt agnito tutelari symbolo, domus vniuersa, cum omnibus quæ in ea fuerint, in tuto sit, & ab omni iniuria libera. Demisit ergo eos per funem de fenestra, domus enim eius hærebat muro. Addidit & prudens consilium conscendendi ad montana, opposita perquisitoribus via, qui campestria ad vada Iordanis iustrantur erant, vt exploratores ad suos se recipientes, comprehenderent. Sed & illud cautè prouidit, vt triduo essent in latebris, dum illi desperata inuentione redissent, & sese in urbem recepissent. Ita dictum factumque. Nam perquisitoribus ad urbem reuersis, quod credere prima iam nocte illos Iordanem traicisse, descenderunt de monte, & reuersi ad suos, magno eos gaudio affecerunt, siue quod iam de eorum salute dubitarent, siue quod ostenderent in manu esse victoriam, hostibus iam timore deuictis atque prostratis.

Reuersis exploratoribus, iuxta rerum gestarum ordinem iam constitutum, die septimo mensis primi indicta est iussu Iosue præparatio ad transitum Iordanis in diem tertium. Pertinebat enim ad Imperatoris prudentiam, non indicere aliquid totius exercitus perfectionem, rebus & locis inexploratis. Mittere autem exploratores, & non expectare reditum, est irritam reddere missionem. Monitus autem est po-

pulus per duces ac tribunos suos. Nominatim vero qui possessiones à Mose trans Iordanem acceperant, vt armati Iordanem transirent, & fratribus in obrinenda regione, vt Mose promiserant, auxilio essent: qui responderunt se in officio fore: quin etiam bene precantes duci suo, pœnam in non obediens vltro deposcunt. Elegit porro ex eis Iosue 40. millia duntaxat, siue quia is numerus sufficiebat; nam reliquæ tribus quingenta ferè armatorum millia constituebant, siue quia plerique relinquendi erant, qui imbelli multitudini, & regioni recens acquisita præsidio essent.

His ita transactis, & biduo iam posito in præparatione itineris, nono die primi mensis, iuxta prædicta, Iosue ad Iordanem castra mouet, vt illum postridie transmittat, Nam quod S. Hieronymus habet moratos ibi esse tres dies, ex Hebræo interpretandum est, in quo habetur, & pernoctarunt ibi antequam transirent. Et fuit in fine trium dierum & transierunt, &c. Euolutis ergo tribus diebus præparationi destinatis, in fine tertij diei ante noctem transierunt præcones per castrorum medium, & clamare cœperunt. Quando videritis Arcam fœderis Domini Dei vestri, & Sacerdotes stirps Leuitica portantes eam, vos quoque consurgite, & sequimini præcedentes, sitque inter vos & arcam spatium cubitorum duobus millium, vt procul videre possitis. Si enim multitudo arcam pone secuta esset, operuissent eam, ne à remotis videri posset. Frat id quoque argumentum venerationis populi aduersus eam. Dixitque Iosue ad populum, Sanctificamini, id est, præparate vos, sancti & puri estote corpore & animo, Cras enim faciet Dominus inter vos mirabilia, prouidete ne cuiusquam culpa, Dei opera mirabilia retardentur. Inde iussu Dei monet Sacerdotes, vt populum cum arca præcedant.

His nono die confectis, secuta est decima, qua transitus mirabilis per medium Iordanem contigit; ad cuius initium pertinent illa verba Domini. Hodie incipiam exaltare te coram omni Israël, vt sciant quod scis cum Mose fui, ita & tecum sim, & te mirabilibus operibus illustrem, sicut feci Moysen. Pergit. Tu autem præcipe Sacerdotibus, qui portant arcam fœderis, & dic eis, cum ingressi fueritis partem aque Iordanis, stete in ea. Vult scilicet vt Sacerdotes cum arca in citiore ripa extrema, vbi aquam pedibus attigerint, consistant, dum aquæ hinc inde transitum præbeant superioribus, quæ ad dexteram erant, consistentibus & intumescensibus; inferioribus autem, quæ ad sinistram, meridiam versus decurrentibus, atque deficientibus, idque non puncto temporis, ne miraculum satis notari non posset, sed per breui tempore ampla via & sicca per medium Iordanis alueum sterneretur. Tum Sacerdotes progredierentur cum arca vsque ad medium Iordanem, ibique subsisterent, quasi prohibentes Arcæ præsentia decursum fluminis, & securum populo, siccumque transitum præstantes, qui consequenter totus mirabiliter & impune pertransiret.

Iussit autem Iosue eligi duodecim viros, singulos de singulis tribubus, qui scilicet honoris causa Arcæ Dei, & Sacerdotibus adstant, vice duodecim tribuum, & propius modum

Monentur & tribus quæ trans Iordanem.

ac. 4. 13.

VIII. Nono die iur ad Iordanem.

bc. 3. 1. 4. 6.

IX. Dies decima transitus c. vers. 7.

Eiusque modus à Deo definitus.

X. Duodecim viri Arcæ adstant.

V. Eiusdem fides, an prodicionis rea. a Hebr. 11. 31.

Exigit infurandum. b vers. 12.

VI. Quod exploratores præstant.

Signum coccinei funiculi.

Ad suos redeunt.

VII. Indicitur præparatio tridui.

dum miraculi notarent, qui merito censentur diuersi ab iis, qui postea, lecti sunt baiuli duodecim lapidum, in perpetuam tanti prodigij memoriam. Quamuis, autem proprium esset Caathitarum munus ferre arcam, in pompa tamen ista, & postea in circuitione Ierichuntina, aliisque similibus, reuerentiæ causâ, eam quatuor Sacerdotes, & quidem nudis, vt aliqui putant, pedibus, detulerunt. Erant enim ad Arcæ latera breuiora affixi vestes, ne si duo tantum eam ferrent, vestibus ad latera longitudinis affixis, vnus terga Arcæ indecore verteret, quod Theodoretus valde improbat. Sed totum hunc locum reperiet Lector in Annalibus accuratius explicatum.

Ingressis porro Sacerdotibus Iordanem, & pedibus eorum in parte aqua tinctis, steterunt aqua descendentes ex mari Galilææ, & Libano monte, vbi fontes Iordanis esse memorantur, in vnum locum, & instar montis secundum fluuij latitudinem porrecti intumescens apparebant procul ab vrbe qua vocatur Adon, vsque ad locum Sarhan. Factus est primo tumor, qui à longè appareret, deinde retrocessio, quam celebrat Dauid, aquis ab illo tumore, quasi ab obiecto mōte, repercussis, & retroactis in caput suum. Inferiores autem in mare mortuum descenderunt, vsquequo omnino deficerent. Quod prodigium eo fuit illustrius, quo maior fuit eo tempore aquarum copia, qualis solet tempore messis in Iordane contingere. Ad contactum porro Sacerdotaliū pedum, Angelo Domini aquas submouente, & solum exsiccante, Sacerdotes cum Arca ad medium fluminis progressi sunt, ibique substiterunt, dum totus populus maiore fiducia transiret per arenam alueum.

Quibus transgressis, & Sacerdotibus cum Arca in medio Iordanis alueo stantibus, donec omnia complerentur, iussit Dominus eligi duodecim viros, qui totidem lapides de medio Iordane tollerent, quos in proximo castrorum loco, qui Galgala dictus est, in monumentum constituerent, essentque quasi trophæa singulis tribubus de superato Iordane, Itaque admodum magnos fuisse credere par est, vt sua ipsi mole eodem in loco immoti permanerent, sicut fieret monumentum ære perennius. Ideoque valentissimos in quaque tribu electos fuisse existimandum est, qui certatim quam possent maximos ferrent, præsertim cum non longè ferendi essent. Hebræi certe prægrandia saxa ab eis allata dicunt. Alios quoque duodecim lapides posuit Iosue in medio Iordanis, in alterum acervum monumenti, & sunt ibi, ait Scriptura vsque in præsentem diem. Quanquam hic loquendi modus singulorum distinctionem indicat potius, quam molem ex omnibus coagmentatam. Eos Augustinus ex continenti delatos putat, in locum eorum, qui ex aquarum medio extracti fuerant.

Estinavitque populus, & transit. Nonnullus enim erat in transeundo timor, in tam insolito spectaculo, & periculo apparente, à quo se quisque quamprimum expeditum atque ereptum cupiebat. Etsi enim Dei verbo nitebantur, aliquando tamen nutat humana constantia, & homines modice fidei prodit. Antecesserunt autem reliquum exercitum 40. millia beliatorum ex tribubus trans Iordanem habitanti-

bus, & per turmas suas incedebant per campestria vrbis Iericho. Cumque transissent omnes, transiit & Arca Domini, Sacerdotesque pergebant in conspectu populi, qui in vltiore ripa ordinatè substiterat. Cum ascendissent, ait Iosue, portantes arcam fœderis Domini & siccam humum vltioris ripæ calcare cepissent, reuersa sunt aqua in alueum suum, & stuebant, sicut ante consueuerant.

Non est autem existimandum, vt quique de populo primi vltiorem ripam attigissent, ita fuisse progressos ad locum stationi destinatum. Sed in ea potius primi expectauere postremos, tumque omnes simul, signo ab Imperatore dato, ita progressi sunt, vt primum arca Domini, quæ vltimum ex Iordane fuerat egressa, vniuersum populum cubitis bis mille anteiret, vt esset itineris dux, populi propugnatrix, hostium territrix. Tum sequerentur Rubenitæ cum sociis: deinceps reliquæ tribus, donec veniretur in locum, qui postea Galgala dictus est, locum stantiū idoneum, si ibi diutius, vt contigit, consistendum esset: ibique primum Arcæ ac Tabernaculo attributo loco, eadem videtur Leuitarum, & tribuum descriptio circumquaque seruata, quæ fuerat à Mose iussu Domini in deserto præscripta. Duodecim autem illos lapides iuxta tabernaculum erexit, vt venientibus ad tabernaculum occurrerent, ad renouandam miraculi memoriam, sine vllō ministerij Sacerdotum aut Leuitarum impedimento.

Quidnam porro causæ fuisse dicamus, quod tam pacara fuerit aduersa ripa Iordanis, nulli eam Amorrhæi, aut Chananæi tutati sint, nulli transeuntibus Israëlitis, aut ad oram hostilem appellentibus, quidquam negotij exhibuerint. Dico breuiter triplicem huius rei causam proferri posse; diuinam prouidentiam, qua voluit Israëlitarum formidini in hoc aditu regionis promissæ consultum: improvidam securitatem; quod scirent Israëlitas plurimos iam dies in Moabitarum campestribus hære, atque in deuictorum regum regione sedes fixisse: denique ingentem pauorem, cuius Rahab nuper testimonium dederat, & Dominus ipse dixerat. Hodie incipiam mittere terrorem atque formidinem tuam in populos, qui habitant sub omni celo, vt audito nomine tuo paueant, & in morem parturientium contremiscant & dolore teneantur. Denique audierant, vt eadem Rahab fatebatur transitum maris rubri, & sepultos in mediis fluctibus Ægyptios: similem igitur aliquam calamitatem in Iordanis exundantis fluctibus merito formidabant. Vbi autem prodigiosum istum transitum didicerunt, quasi hostem iam in suis furentem penetralibus haberent, aut gladium eius in propriis visceribus grassantem, exanimati sunt.

Dum autem attoniti Chananæi quiescunt, neque audent Israëlitas inuadere, tempore paschatis imminente iubet Dominus secundo circumcidi ludæos, id est circumcisionem longo interuallo intermissam in praxim reuocari. Quod factum videtur vndecimo primi mensis die, vt vulnus ante pascha sanatum, eius diei lætitiā non impediret. Facta est autem Dei iussu cultris lapideis, vt olim à Sephora, licet id in lege definitum non esset. Estque verisimile

a c. 4. 18. Et Sacerdotes cū arca. Aquæ reputant locum suum.

XIV. Ordo progrediendi in locum castrorum.

XV. Cur nemo restiterit transeuntibus.

1. 2. 3.

4.

XVI. Indicitur generalis circumcisio. b cap. 5. 2.

Et quando facta videatur. Cultri lapidei.

mile

Quæ à quatuor Sacerdotibus decitur.

19. 20. in 1. 2. Reg. b Ios. 3. 15. 16.

XI. Aquæ diuiduntur, & intumescunt, & regrediuntur.

c 1. Par. 12. 15. & Eccl. 24. 36.

dc. 14. 1. 10.

XII. Ex alueo 12. lapides extrahuntur in monumentum.

Et totidem immittuntur.

e Serm. 106. de temp. & l. 2. de Mirac. c. 1.

XIII. Populus transit festinato.

mile fuisse illos lapides, quales magna copia in Andegauēsi solo eruntur qui facile ita acuntur, vt scindant: quos vulgo *Ardoises* vocamus, & tectis integendis, quasi scandulis vtuntur. Fecit Iosue, & alij quibus id ipse commiserat, quod iusserat Dominus, & circumcidit filios Israel in colle præputiorum, qui scilicet inde nomen accepit aut potius quoddam illud projecta fuerint ac sepulta præputia. Erat autem incircumcisus totus populus, qui annis quadraginta nati fuerant in deserto; qui si pascha nihilominus celebrant, in ea re a Domino lege soluti sunt. Non est autem dubium, quin eodem tempore, mandato Iosue, circumcisio trans Iordanem celebrata fuerit; ab ea quippe potius excusari poterant, qui erant in hostili solo, quam qui in proprio, quiete fruebantur.

Circumcisio trans Iordanem.

XVII. Galgal vnde dicitur.

De Paschate non est par ratio. Nam de iis qui Iordanem traiecerant scriptum est, *Manferuntque filij Israel in Galgalis*, ita dictus est nouus castrorum locus, quod ibi Dominus per circumcisionem abstulisset ab Israelitis opprobrium Aegypti, quibus, dum essent incircumcisi, persimiles videbantur. Galgal enim ablationem significat: ibi ergo fecerunt Pascha quarta decima die mensis ad vespertinam in campestribus Iericho. Cæteri autem non videntur hoc anno celebrasse Pascha, quia non poterat edi, nisi in loco, vbi erat Sanctuarium: at illi non poterant in tempore traicere tanto numero exundantes Iordanis aquas: neque lex adhuc obligabat, quod terra promissa nondum pacifice possideretur. Fuit itaque hoc tertium Pascha à Iudaico populo celebratum. Primum fuit in Aegypto, sub ipsam eius institutionem. Alterum in deserto Sinai, sub ipsam Sanctuarij, & Sacerdotum dedicationem, à quibus agnus in tabernaculo imolabatur, licet in priuatis ædibus consumeretur. Tertium post annos 39. in Galgalis.

Pascha num celebratum trans Iord.

Tria Paschata. Vide Test. in cap. 33. Exod. 9. 26. & 27.

XVIII. Quando primū vesci frugibus coeperint. b cap. 5. 11. c. 23. 14.

Quod autem sequitur in textu b, *Comederunt de frugibus terra die altero azymos panes, & potentam eiusdem anni*, dubitationem habet. Quoniam enim Pascha decima quarta die celebratum est, dies altera videtur significare decimam quintam sequentem. At repugnat illud Leuitici c, *Panem & potentam & pultes non comedis ex segete, vsque ad diem, qua offeretis ea Deo vestro*. Is autem dies omnium consensu, erat decimus sextus, siue securdus azymorum, ex quo incipiebant numerari septem hebdomadæ Pentecostes. Dicit potest diem alterum hic intelligi alterum à solennitate Paschali. Nam in lege scriptum est d, *Mense primo quartadecima die mensis, Pascha Domini erit, & decima quinta solennitas*. Alter ergo dies à solennitate erit decimus sextus, qui quasi proprio nomine alter Paschæ, & postridie Paschæ, & secundus Paschæ dicitur. Certe in Hebræo hoc loco habetur e pro die altero, à crastino Paschæ, siue post crastinum Paschæ. Itaque hic ordo rei gesta fuit. Die decima quarta ad vespertinam comederunt Israelitæ Agnum Paschalem, & cum eo azymos panes, vel ex manna confectos, vel ex vetustis frugibus, ex regione trans Iordanem delatis, vel potius sublatis ex pagis circa Iericho, terrore hostili desolatis: & huiusmodi azymis sequenti quoque die vsi sunt. Die autem decimo sexto è collectis spicis virentibus fa-

d Num. 28. 17.

Præsertim nouis.

c Apud Serr. 9. 34. in c. 5. Iosue.

ctus est secundum legem primitiarum manipulus Deoque oblati, moxque eodem de istiusmodi nouis frugibus fecerunt, & vulgò comederunt.

Defecitque, inquit Iosue a, manna postquam comederunt de frugibus terra, nec vsi sunt vltra cibo illo filij Israel, sed comederunt de frugibus presentis anni terræ Chanaan. Non ait Scriptura defecisse manna postquam Israelitæ comederunt ex nouis terræ frugibus, sed simpliciter de frugibus terræ. Et cum terræ fruges, siue presentis, siue præteriti anni suppleant manna necessitatem, non videtur posse assignari dies, quo cessauit manna depluere: apparet enim ex scriptura cessasse cum primura habuerunt de frugibus terræ, siue presentis, siue potius præcedentis anni, vnde viuere sine manna possent. Quo pertinet illud Exodi b, *filij Israel comederunt Manna 40. annis, donec venirent in terram habitabilem vsquequo tangerent fines terra Chanaan*. Quod à multis iam diebus contigerat trans Iordanem.

XIX. Quando manna defecit. a cap. 5. 11.

b cap. 16. 31.

XX. Angelus apparet Iosue. c cap. 5. 27.

Cum autem esset Iosue in agro vrbs Iericho c, secesserat videlicet aliquantulum à castris, Deo ita disponente, vt solus à solo inueniretur. Leuauit oculos, & vidit virum stantem contra se; vel potius viri specie Angelum, siue is erat, qui in columna nubis duxerat in deserto populum, seu potius Michaël, quando ipsemet se vocat principem exercitus Domini: gestabat autem ereptum è vagina gladium, cum cætero armorum apparatu, vt putat Serrarius; & conueniebat isti Angelo totus hic apparatus, vt qui diuinitus ad Iosue mittebatur inchoandi belli nuncius, imò dux & comes. Sed ignotum compellat Iosue, *Noster es, an aduersariorum?* id est Hebræus an Chananæus? vtrumque negat Angelus, *Sed sum*, inquit, *Princeps exercitus Domini*. Ad quæ verba venerabundus Iosue, sensit enim eum esse verum Dei Angelum, & horrore perfrusus, *cecidit pronus in terram*, simulque rogat, quam ob causam venerit, & quid nunciare velit. Quæ priusquam enunciet, iubet eum exuere calceos, & terram Angelica præsentia sanctificatam, cum veneratione calcare: quod ille statim executus est.

XXI. Vrbis Iericho qualis.

d 1. 5. Ant. c. 1. & 1. 5. de Bello c. 4.

Inseritur autem parenthesis de vrbe Iericho, quæ fortassis erat in conspectu, *Iericho autem, inquit, clausa erat, atque munita, timore filiorum Israel; & nullus egredi audebat, aut ingredi: & ad eam vicinorum circumquaque pagorum incolæ, vt sit, cum rebus suis confugerant*. Eum timorem magis repræsentat Chaldæus Paraphrastes, *Et Iericho, inquit, erat clausa foribus ferreis, & roborata vestibus chalybeis, à facie filiorum Israel*. Eâ distabat, vt ait Iosephus d, 60. stadiis à Iordane, 10. à Galgalis, vbi erant castra Israelitarum, 150. Hierosolymis agrum habebat feracissimum, hortos deliciosissimos: vnde illud Prouerbiū, *plantatio rose in Iericho*, palmas omnis generis ptilcherrimas, vnde & *Ciuitas palmarum* dicta est; ibidem & balsamum nobilissimum, aliæque plurima, de quibus Iosephus consuli potest. Ex quibus intelligitur urbem magnam, populosam, deliciis diuitiisque abundantem, etiam vitis abundasse, propter quæ sapius euersa, & excitata est.

Sed

XXII. Modus expugnandæ vrbs.

Sed redeamus ad Iosue. Cui Dominus enunciat quomodo expugnari velit hanc urbem. *Circuite*, inquit, *urbem cuncti bellatores semel per diem, sic facietis sex diebus. Septimo autem die, vel potius quotidie, iuxta Hebræum, textum & Græcum regium, & Chaldæa paraphrasim. Sacerdotes tollant septem buccinas, quarum vsus est in Iubileo, & præcedant arcam federeis: septiesque circuibitis ciuitatem, & Sacerdotes clangent buccinis. Cumque insonuerit vox tubæ longior atque confisor, & in auribus vestris increpauerit, conclamabit omnis populus vociferatione maxima, & muri corruent funditus ciuitas: ingredienturque singuli per locum, contra quem steterit*. Hæc summa rei, atque victoriæ intra septem dies obtinendæ. Quibus dictis euauisse Angelum rationi consentaneum est, etsi is non defuit præsentia suæ mirabilibus facinoribus subinde demonstrandæ. Inchoata porro est ista circuitio vigesimo secundo die mensis primi, post dies azimorum in festiua quiete transactos, & per otium persanatis omnibus circumcisus.

XXIII. Tempus & ordo.

Quæ cum maturè Iosue Sacerdotibus, populoque nunciasset, transactis Paschalibus feriis, Iosue summo mane surgit, & permultis cum imbelli multitudine ad castrorum custodiam relictis, reliquam aciem ad circuitiōnem ciuitatis educit. Progredientium autem hic ordo fuit, vt in fronte armorum agmen incederet, siue id Iudæ & sociorum fuit, siue selecta illa 40. millia armorum: quos sequebantur Sacerdotes vndecim, quorum septem personabant tubis, quatuor arcam humeris gestabant, eosque reliqua bellatorum multitudo sequebatur. Hic autem adhibitus est modus, vt sex prioribus diebus semel tantum urbem circuitent, in magno populi silentio, Solis Sacerdotibus tuba clangentibus. Die autem septimo post septem circuitiōnes, dato ab Imperatore signo, ab omnibus contentissima voce conclamatur. Eumque clamorem ruina murorum consecuta est. Itaque Ierichuntem, vt ait Chrylost. a Israelitæ choræas agentium more potius, quam bellantium euertentur.

XXIV. Denunciatio anathematis. b cap. 6. 17.

Sed antecessit denunciatio anathematis Ierichuntini ab Imperatore in hæc verba, b *Sit hæc ciuitas anathema Domino, & omnia que in ea sunt; Sola Rahab meretrix viuat, cum vniuersis qui cum ea in domo sunt*: abscondit enim nuncios quos direximus. *Vos autem caute ne de his que præcepta sunt, disperdi quippiam contingatis, seponatis scilicet, & referetis in proprium vsu: & sitis præuaricationis rei, & omnia castra Israel sub peccato sint, atque turbentur*. Peccato scilicet sacrilegij, & violati voti, quandoquidem omnia erant Domino, quasi in holocaustum consecrata. Pergit, *Quidquid autem auri & argenti fuerit, & vasorum aueorum ac ferri, Domino consecratur, repositum in thesauris eius*. Vt sic primitiæ ciuitatum terræ promissionis offerantur Deo, qui solus hanc ciuitatem expugnauit. Ad cuius cultum omnia quæ reseruantur erant applicanda, non humanis vsibus. In cæteris autem deinceps vrbsibus res aliter habuit.

XXV. Muri corruunt, & vrbs capitur.

Quid plura clangentibus tubis, & exercitu vociferante muri illico corruerunt. Angelis enim Dei iussu vim suam ex æquo circumqua-

que applicantibus, murum in exterius pomœrium impulerunt, vt parietinis fossæ, si quæ erant implerentur, & facilius esset Israelitarum transitus per ruinas. Deiectis ergo muris ascendit vnusquisque per locum, qui contra se erat, ceperuntque ciuitatem, & interfecerunt omnia quæ erant in ea, à viro vsque ad mulierem, ab infante vsque ad senem. Boues quoque & oves & asinos in ore gladij percussent. Magnitudinem cædis æstimandam dedit Iosue cum ex ore Domini sic loquitur a. *Transisti Iordanem, & venisti ad Iericho, pugnauique contra vos viri ciuitatis eius, Amorrhæus, & Eberæus, & Chananæus, & Hetthæus, & Gergezæus, & Heuæus, & Iebuzæus, & tradidi illos in manus vestras*. Omnes istas nationes prædiciarios milites misisse significat ad defendendam ciuitatem: quin etiam pugnauisse illos ait. Vel cum prostrati fuerunt mui sese defendentes, vt erant in armis, occisi sunt; vel pugnare idem est quod propugnare, sicque etiam sine pugna exangues metu trucidati sunt.

a ca. 24. 11.

XXVI. Rahab cum uis liberatur. b cap. 6. 22.

Sequitur liberatio Rahab, & vniuersæ cognationis eius. Nam Iosue in ipso primo in urbem ingressu dixit duobus viris, qui nuper exploratores missi fuerant b *Ingedimini domum mulieris meretricis, & producite eam, & omnia que illius sunt, sicuti illi iuramento firmastis. Ingressique iuuenes eduxerunt Rahab, & parentes eius, fratres quoque & cunctam suppellectilem, ac cognationem illius, & extra castra Israel manere fecerunt*. Idque ad dies aliquot purgatorios, vt ait Caiet. in quibus post institutionem in veri Dei cognitione, masculi circumcisi sunt & mulieres ablutæ. Deinde inter Israelitas tanquam profelyti habitauerunt. Nec difficilis fuit ista conuersio. Nam Rahab ipsa in eam vltro magna propensione pendebat, vt ex ipsius cum exploratoribus oratione intellectum est. Eadem fuit mens ac voluntas cognatorum eius, qui Dei Israelitarum potentiam super omnes Deos, vel ex murorum prodigiosa disturbance aperte cognorant. Neque aliter à lege potuerunt eximi de omnium Chananæorum intereccionem, quæ cum hac exceptione intelligitur. Nisi suam illi superstitionem velint cum veri Dei cultu, puraque religione mutare.

& ad Deum conuertitur.

XXVII. Eam ducit Salmon.

Accessit & honos coniugij cum Salmone filio Naassonis principis in tribu Iuda. Id si durum videtur habita ratione tam mulieris olim meretricis, quam viri principis in nobilissima tribu, dici potest, eam fuisse inferioris conditionis vxorem, quam scriptura concubinam vocat, qualis fuit Cethura & Agar Abraham, Zelpha & Bala Iacobi Patriarchæ. De ipso certe coniugio Matthæus Euangelista dubitare non sinit, qui ex eo matrimonio Booz genitum esse testatur. Sed longe illi maior, quam ex Salmonis coniugio dignitas adiecta est, cum eam Christus Dominus in progenitorum suorum serie habere dignatus est. Quorum autem annum vterque ageret cum in matrimonium consenserunt, etsi non sine causa quæritur, propter historiam Booz & Ruth, nihil tamen certo statui potest. Putarem sane Salmonem Phinces fere æqualem, annorum fuisse circiter 34. Vt tota series annorum, quam alio loco digeram, in progenie Davidis

corum actas.

rectè constet, Rahab vero viginti quinque, aut summum triginta.

XXVIII. Imprecatio Iosue contra Iericho.

Caiet. Masius, Abul.

a 16:34.

XXIX. Achani sacrilegium.

Clades in pugna contra Hai.

XXX. Indecus Iosue & Israelitarum moror.

cl. 5. Ant. c. 1.

Achan reus agnoscitur.

Excisa ciuitate imprecatus est Iosue, vt quisquis olim aggressus esset urbem Iericho instaurare, id ei in omnium suorum liberorum exitium cederet, sic vt initium operis esset illi exitium filij natu maximi, inter ædificandum interirent ceteri, neque extremam adderet manum, nisi cum morte postremi filiorum. Id post quingentos & triginta septem annos, tempore Achabi regis Hieli contigit, vt est in tertio Regum, quem Septuag. vocant Hozan de Bethel, qui in Abiran primogenito suo fundauit eam, & in Segub nouissimo suo posuit portas eius, iuxta verbum Domini, quod locutus fuerat in manu Iosue. Ergo diuino afflatu locutus, nihil dixit inhumanum, sed religiosè potius optauit hanc urbem in tumulum sempiternum manere, & monumentum diuini in murorum euerfione prodigij, quod extabat, dum non eruderabatur ad ædificandum locus.

In ista ruina & deflagratione ciuitatis, Achan filius Charmi de tribu Iuda sacrilegium admisit, sibi usurpando; quod Deo fuerat solenniter consecratum. Vidit enim, vt ipse mox factus est, inter spolia pallium coccineum valde bonum, & ducentos siclos argenti, regulamque auream quinquaginta siclorum, & concupiscens abstulit, & abscondit in terra contra medium tabernaculi sui, argentumque in fossam deiecit, humo operuit; & quidem conscia familia, vt ex communi pœna colligi potest. Sed non diu furto suo frui potuit, imo ne fruius quidem villo modo est. Adhuc enim in terra obruta erant omnia, cum miser in culpa; Deo patefaciente, deprehensus, eam seuera morte luit. Ex quo etiam intelligitur statim vel paucis post diebus à delata Iericho Iosue ad debellandam Hai fuisse progressum, Deo præter eius opinionem, minime propitio, vt euentus docuit. Cum enim misisset Iosue tria pugnantium millia ad eam expugnandam, negarunt enim pluribus opus esse, qui eam explorauerant, contra eos miles ex vrbe prorumpens perterritos in fugam vertit, & per prona fugientibus imminens, triginta sex viros ex eis occidit.

Quod cum innotuisset in castris, pertimuit cor populi, & instar aquæ liquefactum est. Iosue vero scidit vestimenta sua, & pronus cecidit in terram coram arca Domini vsque ad vesperam, tam ipse quam omnes senes Israel, miseruntque puluerem super capita sua, nulla interim corporum curandorum ratione habita, vt ait Iosephus, simulque ad Deum confugiens lamentabiliter ei cordis sui æstum exponit. Cui Dominus causam cladis aperit admissum sacrilegium, iubetque reum sortitione indagari, & puniri, alioqui non poterit Israel, inquit, stare ante hostes suos, eosque fugiet. Monet populum Iosue, vt se in crastinum diem, ad diuinum examen pararet, quod ab Eleazaro Pontifice factum à Iosepho dicitur. In ea sortitione per tribus, per familias, per domos, & per viros facta, inuenta est tribus Iuda, familia Zare, domus Zabdi, & persona Achan. Cui Iosue, fili mi da gloriam Domino Deo Israel, & confitere, atque indica mihi quid feceris. Redundabat enim ad gloriam Dei ista confessio, qui eum sortibus, quas

ipse temperat, nocentem prodidisset.

Hic reus rem totam principi aperit; qui illico mittit apparitores ad tabernaculum eius, qui inuenta omnia a Iosue detulerunt, & ad omnes filios Israel, proiceruntque ante Dominum quasi restituentes ei, quod ipsi furto sublatum fuerat. Tollens itaque Iosue Achan, argentumque & pallium, & auream regulam, filios quoque & filias eius, boues & asinos, & oves, ipsumque tabernaculum & cunctam suppellectilem, (Et omnis Israel cum eo) duxerunt eos ad vallem Achor, ubi dixit Iosue, Quia turbasti nos, exturbet te Dominus in die hac. Lapidauitque cum omnis Israel, & cuncta que illius erant igne consumpta sunt. At Dominus dixerat, comburetur igni cum omni substantia sua. Dicendum videtur Achan lapidibus obrutum; ignis autem nomine sepe apud Hebræos quamuis pœnam intelligi posse, vt diligentius in Annalibus explicatum est. Vt ergo Iosue dixit, exturbet te Dominus quia turbasti nos, illico populus vnuerfus in lapides irruit, & certatim Achanum cum suis obruit, moxque per otium supellex & tabernaculum igne perierunt. Et auersus est furor Domini ab eis.

Quod ad domesticorum mortem attinet, quos Dominus occidi iussit, cum tamen lege lata veterit, ne filij pro patribus punirentur, facilis est responsio. Nam vel in culpa fuerunt, patri consentientes, & sic pro sua culpa puniti sunt, vel innocentes, & Deus supremus vitæ & mortis Dominus, suisque legibus solutus, potuit his vitam auferre, tam in parentis pœnam, quam in totius populi exemplum ac terrorem.

Hoc periculo perfundus Iosue, modicè interruptum victoriarum cursum, auctore atque hortatore Deo, repetit, qui & certam victoriam promittit, sic vt rex cum populo vnuerfo, vrbs Hai, eiusque ager, cum illis & pagis in eorum potestatem sint, prædamque ventura. Quin & de modo vrbs capiendæ commonefacit, positus post urbem insidiis. Surrexit ergo Iosue cum triginta millibus electorum virorum, quorum quinque millia nocte præmisit, vt sumerent locum insidiis idoneum, sed ciuitati vicinum, vt egressis hostibus ad persequendum Israelitas in conspectu positos, ipsi urbem occuparent, & fumo signum captæ vrbs sociis darent. Ipse cum viginti quinque millibus venit, sed non omnes in vrbs se conspectum dederunt, ne terrii Haitæ multitudinè, prodire non auderent. Cum ergo Rex Hai modicam vidisset multitudinem, egressus est cum omni exercitu ciuitatis, nemine in præsidium vrbs relicto, ignarus insidiarum, quæ à tergo latebant. Iosue vero, & omnes eius socij cesserunt loco, simulantes metum, dum autem eos Haitæ animosè persequuntur, Iosue iussu Domini in sublime clypeum attollit, in signum iis qui erant in insidiis inuadendæ ciuitatis, quod & fecerunt, statimque igne excitato, fumo captam urbem sociis indicarunt. Ergo Iosue conuerso, vultu cum sociis acriter hostem repellere ac cedere cœperunt; cum illi qui urbem ceperant, contra suos venientes, hostem in medio à fronte & tergo conciderunt. Iisque interfectis, in urbem Hai profecti, reliquos omnes, ad mulieres vsque paruulosque, peremerunt, duodecim millia numero, Iusserat enim Dominus nullum, vt omnino de Chananæis istis viuere permetterent.

XXXI. Culpan factus, furum recipitur.

a 27:24.

Lapidibus obruitur.

b 27:15.

Cur occisi filij eius.

XXXII. Bellum contra Hai suspicium.

Res contra eam gesta.

c Dent. 20. 16. 17.

Subdit

XXXIII. Clypeus Iosue ratio victoria.

Vrbs succenditur, & rex in cruce agitur.

a 1. Esd. 2. 27. & 2. Esd. 7. 52.

b cap. 8. 29.

XXXIV. Quæ gesta in montibus Hebal & Garizim.

XXXV. Apparatus belli in ananem sequentem.

Subdit Scriptura Iosue non contraxisse manum, quam in sublime porrexerat tenendo clypeum, donec interficerentur omnes habitatores Hai, quia victoriam Dominus huic cæmonia alligarat, vt victoriam de Amalecitis extensioni manuum Moyfi, vt Caiet. eleganter obseruauit. Sed potuit simul esse signum exurgendi ex insidiis, illis qui occupaturi erant ciuitatem. Iumenta autem & prædam ciuitatis diuiserunt sibi filij Israel, totam rem Imperatore ordinante, vt & presentes, & qui in Galgalis iussi remanserant, eius participes fierent. Tum Demum succendit urbem, & fecit eam tumulum sempiternum. Voluit scilicet illum in aceruum lapidum redactam, nullo vnquam tempore, sicut nec Iericho restaurari. Cæterum Hai quoque posterioribus seculis restauratam, ab hominibus, vt videtur, loci opportunitatem secutis, ex libris Esdræ, constat. Vrbs porro istius regulum, qui viuis in potestatem Iosue venerat, in cruce egit, & sub occasum solis de patibulo amouendum curauit: b proicerunt ipsum cadaver ad ipsum introitum ciuitatis, congesto super eum magno lapidum acervo, qui ad multos permansit annos.

Hac potius victoria Iosue, & vicinis circa locis, quorum incolæ cruentissimi belli terrore in munitas ciuitates compulerat, sine pugna occupatis, aut si qui supererant vltro imperata facientibus, regionem etiam in qua sunt montes Hebal & Garizim, in potestatem Israelitarum, nemine victoriam morante, redegit. Ideoque nihil habuit antiquius, quam primo quoque tempore in illis exequi, quæ dudum à Moyse habuerat in mandatis. Sunt autem hi duo montes, teste Hieronymo, non solum vicini Iericho, sed etiam contra se inuicem respicientes, quasi duo iuga montis vnus interiecta valle. In eorum altero, quod dictum est Hebal, edificauit Iosue altare Domino de lapidibus impositis, & obrulit super eo holocausta Domino immolauitque pacificas victimas, opera videlicet Sacerdotum, sicut & operarum manu scripti in lapidibus Deuteronomium legis, & opera Leuitarum proclamauit maledictiones & benedictiones, populo respondente Amen, vt fusè cap. 27. Deuter. perscriptum est, quæ fuit renouatio istius fœderis Deum inter & populum Cui successit lectio capituli trigesimali octauo, quo eadem latius explicantur, & rudi populo inculcantur.

Interea clades Ierichuntis & Hai, latè vndique rumore nuncio deferuntur. Quibus auditis cuncti reges trans Iordanem, qui versabantur in montanis & campestribus, in maritimis, ac littore magni maris, hi quoque qui habitabant iuxta Libanum, congregati sunt pariter, id est belli societatem inierunt, vt pugnarent contra Iosue & Israel, vno animo, eademque sententia. Veriti enim sunt ne singuli facile debellarentur, sicut regibus Iericho, & Hai contigerat. Cum autem & permulti essent, & in locis valde distitis habitarent, & ingentes omnino copias cogere velent, vt reuera cœgisse ex cap. vndecimo constat, quod hîc pariter congregati dicuntur, de inita belli societate, vt diximus, accipiendum est, vt illa quoque verba significanc, vno animo eademque sententia. Res autem ipsa proximo anno ad aquas Meiom suscepta est. Reliquo

autem anno primo Iosue, initum est cum Gabaonitis fœdus, & pro iis, vt fœderatis, contra Adonibesech, & quatuor illos reges, qui cum eo contra Gabaonitas arma mouerant, feliciter ab Israelitis pugnatum est, quæ capite nono & decimo continentur.

Gabaonitæ igitur, ab vrbe regia Gabaonitæ dicti, apud quos Heuæi habitabant, crantque Scriptura teste, bellatores fortissimi, non communi solum omnium Chananæorum timore, sed proprio etiam, vicini periculi causa, commoti, sibi quoque modo consulere statuerunt. Cum enim neque armis quidquam, neque precibus se effecturos sperarent, vt ipsi postea a facti sunt, ad fraudem animos intenderunt. Peculiari autem gratia præuerti sunt ab eo, qui cuius vult miseretur, & quem vult indurat, ne vt ceteri omnes, animum contra Israelitas hostiliter obfirmarent, & cum illis bello fracti perirent; ne in sua infidelitate persistenter, sed ad dei cultum cæremoniasque traducerentur: quod ipsi significarunt cum dicerent Iosue, venerunt serui tui in nomine Domini Dei tui, cuius mirabilia opera antiqua, recentioraque didicerant. Fraus autem ipsa in verbis factisque cernitur. Nam & de terra longinqua se venisse falso dixerunt, & ad id mendacium confirmandum cibaria, vestes, cæteraque accommodarunt. Illud tamen verè dixerunt, se pacis cum Israelitis faciendæ causa venisse. Quibus responderunt Israelitæ, dubitare se ne forte habitarent in terra, quæ eis diuinitus destinata erat, sicque fœdus inire cum ipsis prohiberentur.

At illi ad Iosue, quem in multitudine principem agnoscebant, Serui tui sumus, inquit: quæ vox & consuetæ vrbauitatis est, & præcipue demissionis animi: quasi dicant si non vis habere nos fœderatos, habe seruos & famulos. At Iosue, quinam estis vos, & vnde venistis? Ad priorem interrogationem nihil responderent; ne quo modo vicinitas pateficeret, quam omni studio contegebant, ideoque memorant miracula iam pridem in Aegypto facta, & anno superiore trans Iordanem. Recens autem delatas vrbes prorsus tacent, quasi ea fama nondum ad ipsos peruenire potuisset. Et ne forte fœdas differendum videretur, præ se ferunt se ad id legitima potestate munitos, missosque ea de causa à magistratu suo, populoque. Sic ipsi. Nec tamen absuit in ista calliditate temeritas, atque insipientia. Neque enim dubitare poterant fraudem istam cito patefactum iri, & Israelitas contra eos, tanquam impostores, indignatione exarsuros, & eodem tam communi hostium, quam priuato fraudulentorum nomine delicturos; nec credituros fœdus per fraudem & mendacia impetratum esse debere. Et sicut admodum rudes fuerunt Gabaonitæ, qui talibus argumentis fidem se facturos sperarunt. Ita creduli valde fuerunt Israelitæ, nimiumque simplices, qui talibus probationibus in fraudem inducti sunt.

His ergo temerè persuasi Israelitæ, Dei, quod erat in promptu, oraculo non consulto, fœdus cum Gabaonitis, tam Iosue, quam reliqui populi principes inierunt, & in eius confirmationem, iusiurandum adhibuerunt,

XXXVI. Gabaonitæ fœdus cum Israelite mouentur.

a cap. 9. 24.

b Rom. 9. 10.

XXXVII. Callide cum Iosue aguar.

c Iosue 9. 8.

Et tamen insipienter.

XXXVIII. Initar fœdus.

& de eorum cibariis degustarunt. Post tertium autem ab inito fœdere diem fraus parfada est, bellatoribus in eorum ciuitates die tertio appellentibus. Qui cum liberè in authores fœderis obloquerentur, & Gabaonitas delere velent, ab iis prohibiti sunt ob iurifurandi religionem. Existimarunt quippe viri militares, & armorum peritiores quam iuris, omne iurandum propter diuini numinis reuerentiam, obseruandum esse: alioqui fore vt in se, populumque vniuersum, tanquam periurij reum Dei vltionem accerserent.

XXXIX. Quod iure irritum fuit. a 9. 13. in Iosue.

Quod tamen irritum ipsi Augustino a visum est, non quia id esset contra legem Dei, de Chananæis delendis, quæ non intelligitur de iis occidendis, quamuis ad veri Dei cultum transire vellet, sed quia iurandum sub conditione datum fuerat, qua deficiente irritum atque inane reddebatur. Non debuerunt tamen interfici; quia ipsis conuersis, tollebat scandalum, & periculum Idololatriæ Israëlitarum, quæ erat causa legis, & veri Dei cultorum numerus augebatur. Quia tamen per fraudem ac mendacia, in damnum Israëlitarum peccauerant, recte à magistratu puniri potuerunt. Ne ergo se impunè peccasse, atque adeo cum lucro gloriari possent, pœna mortis in pœnam seruitutis commutatur. Sic viuant, inquit b, vt in vsum vniuersæ multitudinis ligna cadant, aquasque comportent. Non addicit eos Iosue seruos vniuersæ multitudini, sed vult vt vice vniuersæ multitudinis, deinceps Gabaonitæ, in vsum domus Domini, ligna cadant, aquasque comportent; atque ita sub maledicto sint perpetuæ seruitutis. Et hi postea Nathinæi dicti sunt, quasi donati in perpetuum templi famularum.

Facti sunt serui in templo Dei. b cap. 9. 21.

Nathinæi.

XL. Cōiuratio quinque regū contra Gabaonitas.

Quæ cum accepisset Adonisedech Rex Hierusalem, & nominatim defectionem Gabaonitarum ad Hebræos, & initum inter eos fœdus, timuit valde, quod & forti præsidio contra communem hostem spoliatus esset, & is tanto factus esset ad se opprimendum potentior. Itaque legationem misit ad quatuor vicinos regulos, vt communibus viribus Gabaonitas transfugas male mûltarent, & communem hostem, hoc non modico virium incremento, priuarent. Verum fœderatorum Gabaonitarum defensio noua Israëlitis causa fuit, & occasio legitimi belli contra populos istos, qui credebant se iusto bello petere Gabaonitas. Eri enim iuris sui erant, neque subditi regis Adonisedech, videbantur tamen in communem hostem arma sumere debuisse, nec sibi priuatim, in damnum omnium aliorum, consulere. Ergo congregati sunt quinque Reges, cum suis quisque copiis, & obsederunt Gabaonem. Quo illi malo territi, ad Iosue confugiunt, & omnes Amorrhæorum reges contra se conuenisse referunt.

XLI. Quibus Iosue auxilio venit.

At Iosue, etsi ius fasque exigere sentiebat, vt fœderatis opem ferret, ne tamen iterum peccaret, os domini non interrogando, videtur consuluisse dominum per Eleazarum Pontificem, à quo non solum de diuina circa pugnam voluntate, sed de victoria quoque factus est certior. Ea spe bene animatus ad bellum properat; etsi autem cœlitus victoriam sperabat, humana tamen præsidia non neglexit. Nam

primo omnem bellatorem exercitum suum ducit, exceptis tamen qui ad propugnationem castrorum necessarij erant, & ad vtrumque satis abundabat multitudo. Deinde nocturnum occupat profectio tempus, ne lux aduenientem exercitum hosti patefaceret; Itaque irruit improuisus in hostem, quo ille inopinato incursum conturbatus est. Sed conturbauit eos etiam Dominus à facie Israël, contriuitque plaga magna in Gabaon. Videtur significare Scriptura reges istos instructa acie conseruisse cum Israël manu, sed ordinibus animisque diuinitus conturbatis, post multam cædem ad urbem editam, hostem in præcipitem se fugam dedisse versus descensum Bethoron, erat enim Gabaon in edito loco.

Eiusdè pœnæ dicitur, & conturbatio.

Vincit quinque regulos.

XLII. Cœlitus grandine pulsantur.

In descensu autem illo præbuit se Dominus pugne socium. Nam misit Dominus super eos lapides magnos de cælo vsque ad Azeca: ita vt ab Israëlitis tergo imminentibus punctim cæsumque ferirentur, & à lapidibus ex alto deuolutis conuallarentur. Quales autem fuerint illi lapides, statim explicatur dum dicitur, & mortui sunt multo plures lapidibus grandinis, quam quos gladio percusserant filij Israël. Inter Bethoron autem & Azecha quatuor horarum iter ponit Adrichomius. Inde autem ad Maceda, quo etiam fuga delati sunt, duarum horarum. Sed vltius quoque palantes persecuti sunt, vt patet ex eo quod dicuntur reuersi in Maceda, vbi erat Iosue cum exercitu: vt quanta strages, tanto tempore, totque locis facta sit, dum quisque ad ciuitates suas, munitaque loca quantum potest, se proripit, facile intelligi possit.

XLIII. Iosue Sol & Luna iuber subsistere.

Dum autem maxime cæderentur Amorrhæi, timeretque Iosue ne eos tenebræ gladiis Hebræorum eriperent, eam illi mentem Dominus iniecit, vt Solem iuberet ac Lunam in cælo subsistere, vt integram de istis regibus victoriam obtinere posset. Sicque Israëlitz clarissime intelligerent, se eius auxilio niti, qui dominatur astris, eaque vicissim ipsis, ad imperium ducis sui famulari iuber. Insuper autem agnoscerent se in cœlum arma mouisse, & Gigantum more pugnare cum Diis; Solem enim & Lunam numerabant in Diis, eosque cernebant hostibus suis in suam perniciem famulari. Dixit ergo Iosue a ca. 10. 13. Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Aialon. Steteruntque Sol & Luna, donec ulcisceretur se gens inimicis suis. Stetit itaque Sol in medio cæli, & non festinavit occumbere spatio vnus diei. Medium cæli quidam intelligunt meridiem, alij probabilius censent eum ad occasum vergentem iussum fuisse subsistere, & medium cæli simpliciter pro cælo accipiunt, vt cum David dicebat, non habitat in medio domus mea, qui facit superbiam, &c. idque illa verba innuunt, non festinavit occumbere, spatio vnus diei, quanto scilicet tempore, Sol ab ortu ad occasum illic maximis diebus peruenire solet, scilicet 14. horis. Hebræi enim hoc prodigium in æstiuo solstitio contigisse tradunt. Credibile etiam est vires Israëlitarum diuinitus esse roboratas, vt tanto tempore laborem cædendi, & persequendi hostem continuare possent; præsertim cum armati tota nocte iter confecissent.

a ca. 10. 13.

Quando & quando.

Pf. 100. 7.

XLIV.

Interea quinque reges principes hostilis exercitus in vnum ad perniciem vitandam conueniunt,

Quinque reges in spelunca deprehenduntur.

XLV. Et conuolucari suspenduntur. c. 10. 22.

XLVI. Iosue Macedam capit.

Regem eius populumque omnem delet.

niunt, ignari se diuinitus ad victimam congregari, ipseque se nec opinantes in carcerem coniciunt, dum spelunca latebras, iuxta urbem Maceda quærunt. Nunciatum est Iosue quod inuenti essent quinque Reges, qui præcepit sociis, vt ingentia saxa ad os speluncæ aduoluerunt, & custodes adhiberent, dum cæteri fugientes persequuntur. Cæsis ergo aduersariis plaga magna, reuersus est omnis exercitus ad Iosue in Maceda, in pace, vt est in Hebræo, quod Hieron. explicat sani & integri numero, nec tamen castra in vrbe posuerunt, nondum enim ea potiebantur, sed prope illam in campestribus, & forte prope speluncam, ibique tumultuario opere castra locarunt, ac refectis cibo potuque corporibus, pernôctarunt. Postridie enim tantam sumptum viderit supplicium de regibus, qui dicuntur in crucibus ad vesperam vsque pependisse; at priore tantum vespere illuc peruenerat exercitus.

Mane igitur facto, multis armatorum millibus circumfusus, Iosue os speluncæ, reuolutis ingentibus saxis aperiri iubet, educique quinque regulos, qui exangues metu ac tristitia calamitatem suam lamentabantur, qui sponte sua colla in laqueum iniecessent. Feceruntque ministri, vt sibi fuerat imperatum, & adduxerunt ad eum quinque reges de spelunca, nimirum Adonisedech Regem Ierusalem cum regibus Hebronis, Ierimothi, Eglonis, & Lachis. At illi in conspectum Iosue totiusque exercitus adducti, vtique supplices in terram ad eorum pedes abiecerunt se se, vitam infelicem postulantes. Quos auersatus Iosue (placidæque viri Deus obstruit aures) præcepit principibus exercitus, vt eorum colla calcarent. Quod cum factum esset, eaque conculcatione pene suffocati essent, confossi sunt gladiis, mortuique, ad ignominiam, & ludibrium fœlicitatis humanæ, ex proximis arboribus sunt suspensi, & occumbente sole depositi, proiecti sunt in speluncam, in qua latuerunt, aduolutis saxis ingentibus ad os eius.

Dum isti reguli in patibulis penderent, non se dedit quieti Iosue, eodem quippe die Macedam cepit, indeque ad circumpositas istorum regum vrbes victorem exercitum circumtulit, nonnullis etiam aliis ex itinere occupatis. Prima autem Maceda cladem accepit, vicinitate loci exercitum inuitante; Imperatori etiam victoria vtendum fuit, cum suorum animos prospero successu rerum accensos vidit, hostium autem tanta clade debilitatos. Occupauit ergo Macedam, Regemque illius cum omnibus eius habitatoribus interuentione deleuit, idque intra vnum atque eundem diem. Nec tamen absurdum est dicere Regem Maceda viuum in alterum diem seruatum esse, vt vno die suspensus ad exemplum, & humana inconstantia documentum maneret, ad vesperam autem ex decreto legis deponeretur, & mandaretur sepultura. Qui etiam dies, & fortasse non vnus, in depredatione ciuitatis consumptus est, & in aliqua quiete, quandoquidem Israëlitz tam propitium sibi experiebantur Deum, vt singuli propemodum dies, singulis ciuitatibus capien-

dis sufficerent. Itaque non definitur dies progressio ad urbem Lebna, siue Lobua, vt alibi vocatur.

XLVII. Oppugnatio Lebna.

Transiit autem Iosue cum omni Israël, exceptis tamen iis qui erant in Galgalis, de Maceda in Lebna, inter quas non amplius quam vnus horæ iter constituit Adrichomius. Eademque vel ingenio loci, vel arte ita firma & munita fuit, vt etiam Sennacherib Regi Assyriorum posterioribus seculis restiterit. Et videtur aliquanto tempore restitisse Iosue; id enim innuit illa vox, & pugnavit contra eam. Cum enim certissime sibi pericundum esse viderent, perinde putabant, siue resistendo mori, siue cedendo. Restiterunt ergo fortassis diebus aliquot, mox tamen irruerunt in eam; eodemque se modo gesserunt contra regem Lebna, populumque eius, quo aduersus Maceda. Omnes enim delati sunt, nec vllus reliquus factus est, nulli scilicet sexui, aut ætati parcitum fuit.

expugnat que.

XLVIII. Venit ad Lachis.

Inde duarum horarum itinere ventum est in Lachis urbem præualidam, quam Iosue biduo expugnauit. Exercitum enim per gyrum disposito oppugnabat eam, sed tradente Domino, die altero cepit eam, id est secundo vt in Hebræo textu habetur, & Græco. Facilius autem expugnata fuit, quod Rex eius, cum præcipua populi parte, qui contra Gabaon venerant, magno illo die cecidissent. Apparet autem eos, qui hanc urbem propugnabant auxilium à Rege Gazer implorasse. Ascendit enim eo tempore vt auxilio esset Lachitis, à quibus Septentrionem versus, quatuor admodum horarum itinere distabat. Hic ergo Rex siue fœdere aliquo deuinctus, siue precibus à desolata vrbe euocatus, siue periculi vicinitate permotus, cum omni populo suo suppetias lateratus venit. Sed si eximia celeritate expugnata vrbe tardius venit, maturè certè in suam, suorumque perniciem venit. Eum enim percussit Iosue, cum omni populo suo, vsque ad interuentionem. Nec propterea legitur Iosue ad urbem Gazer profectus, vt eam desolatam occuparet. Est tamen rationi consentaneum eum misisse aliquot hominum millia, qui illam caperent, & præsidio tenerent: qui etiam videntur misericordia vsi, erga imbellem multitudinem, qua etiam postea vsi sunt filij Ephraim in quorum sortem cecit. Sic enim legitur a, Et non interfecerunt filij Ephraim Chananaum, qui habitabat in Gazer, habitauitque in medio Ephraim, vsque in diem hanc tributarium.

Et biduo expugnat.

Rex Gazer ei auxilio venit.

Maturè ad cladem suâ.

Quid facti Gazer.

a ca. 16. 10.

XLIX. Eglon vna die expugnata.

Relicta igitur Gazer & Lachis transiit Iosue in Eglon ciuitatem tum desolatam, Dabir quippe Rex eius cum populo suo venerat contra Gabaonitas, ibique perierat cum suis. Fuit ea ciuitas in tribu Iuda postea, vnus circiter diei itinere à Lachis distata. Eam ergo cinxit obsidione Iosue, eademque die expugnauit ac perdidit. Relictoque ibi, vt par est credere, vel ad prædam conseruantiam, præsidio, Hebronem processit infestus, urbem fortissimis propugnatoribus insignem, & pugnavit contra eam, vel obsedit eam, vt habent Septuag. siue post pugnam, siue si-

Hebron obsidetur & expugnatur.

ne pugna. Quandiu autem obsederit eam non constat. Illud certe constat eam denique captam fuisse, & percussam in ore gladij. Regem quoque eius & omnia oppida, municipia regionis illius universasque animas, que in ea fuerant commoratae. At nonne Rex eius iam fuerat occisus, ac suspensus ad Maceda? Intelligendum est novum in ea fuisse regem, illius fortasse filium, vel alium à populo electum, ne difficillimis illis temporibus vrbs diu rectore careret.

L. Dabira, quæ & Cariath Sepher Academia Chananzorum.

Expugnata Hebrone Iosue non nihil ulterius ad Idumæorum ac Palæstinorum fines excurrit. Nam mox habetur eum vsque ad Cadesbarne & Gazam armis grassatum esse. Indèque Dabiram Hebroni viciniorum reuersus dicitur. Porro Dabira vocabatur ciuitas litterarum, siue Cariath Sepher, eratque Academia Chananiidæ, vrbs valida & regia, quæ primo belli huius impetu prostrata; quam primum potuit exciuitavit caput, donec Othoniel Calebi frater, eam post annos aliquot occupauit, quod ipsum de Hebrone, & aliis quibusdam dicendum est. Reflectens igitur iter Iosue versus Ierusalem & Gabaon, oppugnauit Dabir, eamque cepit, atque vastauit; Regem quoque eius, & omnia per circuitum oppida percussit in ore gladij: quæ fuit vltima expeditio anni huius. Itaque rem totam à transitu Iordanis confectam Scriptura paucis, ita concludit. *Percussit itaque Iosue omnem terram montanam, & meridianam, atque campestem, & Aseboth, siue ea fuit vrbs, siue conualles eo nomine hoc loco probabilius intelliguntur, cum regibus suis, non dimisit in ea tota regione vllas reliquias, sed omne quod spirare poterat generis humani, interfecit, sicut praeceperat ei Dominus Deus Israel: quo pugnante pro eo omnes hæcæ regiones vno impetu cepit atque vastauit. Instar enim torrentis derepente exundantis cuncta prostrauit.*

Complexio huius expeditio. a c. 10. 40.

L I. Dei iusta in Chananzos seueritas.

Sicut autem hoc Dei auxilium valet ad minuendam admirationem, & faciendam fidem, ita illa iustitia eiusdem, incredibilem atque inusitatam illam seueritatem, qua in Chananzos, nulla ætatis sexulve differentia sauitum est, non excusat solum aut mitigat, sed iustam etiam & laudabilem facit. Dei enim sententiam in hanc gentem pluribus ante seculis latam, vtique iustissimam & immanissimam eorum sceleribus imparem, hoc denique tempore, supremo illo Iudice imperante sunt executi. E contrariò iustam illi reprehensionem non effugerunt, qui siue desidia, siue peruersa clementia, plerisque Chananzis Deo repugnante in suam ipsorum perniciem pepercerunt. His ergo ita confectis, reuersus est Iosue cum victore exercitu ad locum castrorum in Galgala, vbi scilicet arca Domini erat, & magna imbellis populi multitudo, ibique in hybernis confedit, maximis victoriis inclutus, & infinita præda locupletatus.

Iosue redit in Galgala.

ANNVS MVNDI 2585.

ELEAZARI Pontif. 3. IOSVE 2. AMYNTÆ 10. Imperij Assyriorum 654. ANTE CHRISTVM 1468.

DVM Iosue in Galgalis hyberna transigeret, & exercitum suum aliqua quiete reficeret, Reges qui priore anno in bellum Israëliticum conspirarant, ad condictum locum multis cum copiis confluerunt. In his chorum ducebat Iabin rex Afor, qui vt erat omnium Chananzorum potentissimus, ita ægerrimè ferebat, se non solum regno, sed vita quoque summam contumeliam priuatum iri; vt iam duodecim regibus intra vnum annum cis Iordanem contigerat, præter eos, qui anno superiore trans Iordanem incredibili celeritate deleti fuerant. Quæ clades præter timorem, odium etiam atque indignationem istis regulis afferebant, quod hæc non à clarissimis Allyriorum, aut Ægyptiorum regibus patrentur, sed ab hominibus seruili ingenio, incultisque moribus, vt qui partim in seruitute geniti, partim inter horrentes cautes, incultasque solitudines educati, ad hominum perniciem erupissent. Rex ergo Iabin plerosque Reges, quos fere Scriptura memorat, conciuuit, *omnes egressi sunt cum turmis suis, populus multus nimis, sicut arena, que est in littore maris. Equi quoque & currus immensa multitudinis.* Iacta quippe erat alea de vita, dignitate, fortunisque omnibus. Conuenerunt autem vndique ad aquas Merom, qui lacus est in Iordane, inter Cæsaream Philippi, & mare Galilææ, 30. stadiis latus, & 60. longus.

I. Noua expeditio contra regem Afor & locos.

a cap. 11. m. 1. 1. 3.

II. Iosue in hoste inuadendo prudentia.

A Deo animatur præiuncta victoria.

Hebr. circiter hos tempora.

L. 5. Ant. c. 1.

III. Pugna, & victoria.

Quæ cum prouido Imperatori innotuissent, non expectauit, dum tantus exercitus cum obsideret in Galgalis, sed præueniendum ratus maluit in hostili, quam in propria regione pugnare, quod ad terrorem hostium qui inuadebantur, & suorum confirmationem valebat. Qui enim inuadit alterum non sine causa creditur animosus, præsertim cum superuenit improuisus. Venit ergo Iosue, & omnis exercitus cum eo, aduersus illos ad aquas Merom subito. Iam enim experientia didicerat quantum positum esset in celeritate momenti. *Dixitque Dominus ad Iosue. Ne timeas eos: cras enim hac eadem hora, tradam omnes istos vulnerandos in conspectu Israël: equos eorum subeneruabis, & currus igne combures. Pridie pugnae locutus est ista Dominus, quarto scilicet die ab expeditione suscepta. Nam Iosephus ait quinto die ad hostilem exercitum peruenisse. Non promittit Dominus omnes occidendos, multi enim fuga elapsi diu Israëlitis in munitis ciuitatibus restitere.*

Sequitur pugna, in hæc tantum verba concepta. *Et irruerunt Israëlita super eos, cum fortasse nondum essent parati ad prælium. Itaque omnia tumultu primùm, deinde terrore cadibusque repleta sunt: tradiditque illos Dominus in manus Israël. Qui percusserunt eos, & persecuti sunt vsque ad Sidonem magnam, inclutam scilicet illam atque opulentam*

Phœnicia.

Phœnicia ciuitatem: non enim ad differentiam minoris, Sidon hic magna dicitur. Quod autem dicitur ita omnes percussisse vt nullas dimitteret ex eis reliquias, id non repugnat fugæ plurimorum, qui sese proripuerunt in ciuitates munitas, idque de ipso rege Afor ex sequentibus constabit; sed nemini veniam aut vitam dedisse, qui in eius potestatem venisset, nullum ad feruendum sibi, aliusue seruasse. *Reges ad vnum omnes casti sunt, ait Iosephus ibid. adeoque sanctum est in victos vt hominibus sublatis, in equos ferrum exercerent, & currus exurerent.* Scriptura tamen affirmat Iosue multo tempore contra reges istos pugnasse.

a c. 11. 38.

IV. Oppugnat Aforam illico.

Et tandem occupatam incendit.

Et postea instaurata est.

Postquam ergo infelici bello res Chananzorum accisæ sunt, & Iosue exercitum suum ab hoste persequendo, cadendoque ad sua signa reuocauit, nihil habuit antiquius, quam vt caput belli totius infestis armis peteret. Aforam dico, qua stante nihil admodum tutum esse poterat Israëlitis cis Iordanem; inde renascentibus quotidie nouis armatorum copiis, nouis equitibus & quadrigis. Venit ergo statim Iosue cum victricibus copiis ante urbem Aforam, eamque diuturna obsidione fatigatam occupauit, castrisque habitatoribus omnibus, incendit. Quanto autem tempore expugnata fuerit non dicitur. Certe cum mox dicatur multo tempore Iosue pugnasse contra reges istos, ratio exigit vt diuturnis fuerit certamen apud eam urbem quæ tunc inter hæc regna tenebat principatum. Vt merito eius obsidioni, & vastitati reliquum hunc annum tribuere possimus. Denique capta est Azor à Iosue, qui regem eius percussit gladio, cuiusque omnes, nemini data venia; ipsamque urbem peremit incendio. Ad terrorem scilicet aliarum, vt tam funesto exemplo edocet, vltro imperata facerent, & clementiam aliquam mererentur. Verum ea postea instaurata est, ad pristinam potentiam restituta; adeo vt rex alius Iabin existeret, qui Iudæos viginti annis vehementer oppressit.

ANNVS MVNDI 2586. &c.

IOSVE 3. ELEAZARI 4. AMYNTÆ 11. Imperij Assyrior. 655. ANTE CHRISTVM 1467.

I. Res hoc triennio gesta. L. 5. Ant. c. 5.

TRIENNIVM in persequendis belli reliquiis, in obsidendis, capiendisque ciuitatibus munitis positum est, nec accuratius hos annos ex Scriptura, distinguere possumus. Nobiscum sentit Iosephus, cum ait quinto belli anno exacto Chananzorum superuississe neminem, nisi qui in loca munitissima confugerant. Cum ergo Iosue, numerosissimo multorum regulorum exercitu propemodum interneccione delero, regione ipsa potiretur, ad ipsas ciuitates expugnandas, sicut in Afora proximo anno fecerat animam adiecit. Etsi autem erant munitissima, & ab hominibus defendebantur, in omnium rerum desperationem adactis. Afora tamen omnium munitissima superiore anno expugnata, magna inclinatio ad integram Israëlitarum victoriam facta est.

Singularum urbium expugnationem Scriptura non persequitur, ac ne præcipuarum quidem, in genere omnia, & quidem compendio significare contenta. *Et omnes, inquit, per circuitum ciuitates Aforæ scilicet metropoles, regesque earum cepit, percussit, atque delens, sicut praeceperat ei Moyses.* Quod autem de succensis urbibus subdit nonnullam habet difficultatem, *Absque urbibus, inquit, quæ erant in collibus, & in tumulis sitæ, ceteras succendit Israel, vnam tantum Afor munitissimam flamma consumpsit.* Apparet enim paucis verbis Scripturam pugnantia loqui. Verum ponenda sunt duo genera vbium, alia fuerunt tumulis & aggeribus cinctæ, & expugnatae difficiles, alia contra captu faciles, & opportuna iniuriæ, & has quidem succenderunt Israëlita, illas autem in proprium vsum atque habitationem conseruauerunt, neque incenderunt, excepta Afora, quæ ad aliarum terrorem flammis absumpta est.

II. Conferunt à scriptura narratur. a c. 11. 12.

Quæ vrbes incendit autseruauit.

III. Quomodo facta prædæ pistratio.

b Num. 31.

c Num. 31. 26.

IV. Obscuratio Chananzorum, Dei permittu. a c. 11. 18.

Omniem autem prædam istarum urbium, ac inuenta diuiserunt sibi filij Israel, cunctis hominibus interfectis. Solam enim prædam Ierichuntis cum ipsa vrbe sibi consecrari quasi in holocaustum Dominus voluit; ceteras autem vrbes & oppida, & earum opes populi arbitrio permisit. Eius prædæ magnitudinem Scriptura tacuit si quis tamen eam ex Madianitica prædâ, quæ fuit modica apud Moabitas prouincia, æstimare voluerit, facile intelliget immensas opes, infinitamque vim pecorum ex tot prouinciarum agris, urbibusque fuisse congestam. Facta porro est diuisio, non inter eos tantum bellatores, qui cum Iosue militabant, sed eius etiam participes fuerunt, qui in Galgalis remanserant, & qui in urbibus debellatis præsidio relinquebantur. Apparet enim Iosue Mosis exemplum in distributione prædæ Madianiticae fuisse secutum, neque oblitum esse sacerdotum atque Leuitarum, quorum etiam plerique istis expeditionibus interfuerunt.

Multo tempore pugnauit Iosue contra reges istos ait Scriptura, idque partim per se, & propriis auspiciis, omnibus tribubus simul sub eo militantibus; partim per duces suos, post diuisionem terræ factam. Causa porro diuturni belli hæc affertur, *quia non fuit ciuitas quæ se traderet filijs Israel præter Henaim, qui habitabat in Gabaon: omnes enim bellando cepit. Domini enim sententia fuerat, vt indurarentur corda eorum, & pugnarent contra Israel, & caderent, & non mererentur vllam clementiam, ac perirent, sicut praeceperat Dominus Moysi.* Quia nolebat Dominus vt eis parceretur, id enim sapius prohibuerat, tum quia iam pridem promeriti fuerant interitum sceleribus suis, tum quia periculum erat ruinæ Israëlitis ab eorum consuetudine, vt experientia satis superque comprobauit: tum denique quia non elegerat eos Dominus acognitionem efficacem veri Dei, sicut Gabaonitas. Itaque consequenter non dedit eis gratiam qua eorum corda mollirentur, vt misericordiam pererent & impetrarent.

Nec plura sunt quæ communibus omnium Israëlitarum armis, & duce Iosue bello gesta referantur: quæ autem mox extremo capite vndecimo narratur, Epitome quædam est, & occupatio gestorum à Caleb in primis, & tribu Iuda, quæ propterea ipsi Iosue hic ascribantur

V. Conclusio rerum gestarum, & occupatio gerendarum.

quod ex eius, vt Imperatoris permissione, ac voluntate gesta sunt. Denique adhibetur conclusio rerum omnium à Iosue tam bello quam pace gestarum, in hæc verba, *Cepit ergo Iosue omnem terram, sicut locutus est Dominus ad Moysen, & hæc hæctenus breuiter exposita sunt, & tradidit eam in possessionem filiis Israel secundum partes & tribus suas, & hoc est argumentum omnium fere, quæ deinceps reliquo libro exponuntur: vt hæc sit quasi transitio ad alteram partem negotij, ad quod Dominus assumpserat Iosue, vt patet ex Deut. Denique dicitur terra quieuisse à præliis, videlicet communibus toti Israël; nam reliqua, propriis singularum tribuum auspiciis gesta sunt.*

b.c. 1. 38. r. 3. 28. c. 31. 7.

I V. Terras Israëlitarum qui prius possederint.

Sequitur igitur terræ promissionis diuisio, fusè admodum atq; accuratè digesta, ne foret, vt inter vicinos affoleret, de limitibus contentio, quæ si forte contingeret, præsto semper esset sanctus liber, qui consuli posset, ad huiusmodi controuersias dirimendas. Sed priusquam ipsam terræ diuisionem aggrediatur, præmittit à quibus regibus siue principibus possessa fuerit tam citra quam ultra Iordanem, quando Israëlita eam occuparunt. In qua enumeratione aliqui non prius memorati reperiuntur, vt pleraque summam narrata, & quasi decursa intelligantur. Non fuerunt autem singulorum regum singulæ duntaxat vrbes, sed plurima, vt in regione fertili, ad vnamquamque ciuitatem, oppida, municipia, pagique pertinebant.

ANNVS MVNDI 2589. IOSVE 6. ELEAZARI 7. AMYNTÆ 14. Imperij Assyrior. 658. ANTE CHRISTVM 1464.

I. Iosue redit in Galgala. c. 13.

I. VM terra Chanaan^c ita quieuisset à præliis, vt tota regione nemo infestis signis cum Israëlitis configere auderet, & qui reliqui erant muris sese portisque clausos continerent, rediit ad suos Iosue in Galgala cum exercitu, relictis vt ratio exigit, præsiidiis in vrribus munitis iam occupatis. Ibi Dominus eum monet vt quoniam eum senectus vrgebat, & in dies reddebat duris bellorum laboribus imparem, ad ipsam terræ partitionem aggrediatur, licet tota nondum subacta sit, sibi enim curæ fore, vt cæteri suo tempore debellentur. Enumerat autem multas circumquaque partes Chananitidis nondum debellatas, quæ in sortem Israëlitarum cedere debeant. Ab occidente omnia confinia Philistinorum, quinque satrapis comprehensa initio ducto, à meridie, à fluuio turbido, id est torrente, qui oppidum Rhinocoruram alluit, & regionem ad Ægyptios pertinentem rigat; simul & terminat Chananitidem, progrediendo Septentrionem versus ad regionem Sidoniorum & montem Libanum, aliasque prouincias, de quibus omnibus, *Ego sum, inquit Dominus, qui delebo eos à facie filiorum Israel.*

Quæ terra nondum deuicta.

II. Iubet Dominus di-

Omniem ergo regionem, partesque eius singulas enumeratas diuidi iubet in hæreditatem Israëlitarum, perinde ac si iam subactæ essent

cum Dominus spondeat se eas delicturum. Israëlitarum autem, qui cis Iordanem habitaturi erant possessionis, voluit diuisionem ac fortitionem fieri, tota regione nondum subiugata. Primo^a, ne terra cultorum penuria desolaretur, & passim bestia hominibus noxiæ succrescerent. Secundo^b, vt populus bello ingiter exerceretur, neque per otium in vitia deflecterent. Tertio, vt per hostes qui relinquerentur probarentur Israëlita, an in Dei famulatu & amore perseverarent, necne. Futurum enim erat vt eos sibi haberent subditos & tributarios, si Dei præcepta seruarent: sin minus, eos sauisimos dominos, & tyrannos experirentur: vt ex toto Iudicum libro intelligi potest. Occasione porro declaratæ regionis cis Iordanem, tam deuictæ quam debellandæ, declarat quoque regiones trans Iordanem ad orientem quæ viuo adhuc Mose distributæ fuerant tribui Ruben & Gad, & dimidia tribui Manassis: quarum fines reliquo decimo tertio capite describuntur.

utroque terra nondum subacta, & c.

a Exod. 13. 29. b Iud. 3. 1. 2. 3. 4.

III. Dum ea suspicant, Caleb Hebronem petit. Cap. 14.

IV. Sibi olim promissam.

Dominus assignat Iudæ sedem suam.

c. 15. 14.

V. Iosue migrat à Galgala.

Initio capitis decimi quarti proponitur in genere diuisio terræ facta reliquis tribubus cis Iordanem, quæ tamen non prius facta est, quam castra à Galgalis translata essent in Silo, vt ex cap. 18. intelligitur, & Iosephus affirmat. Itaque petitio montis Hebron, quæ facta est à Calebo dum Iosue adhuc moraretur in Galgalis, necessario præmittenda est. Cum ergo sortitio terræ cis Iordanem immineret, *accesserunt filij Iudæ ad Iosue in Galgala, veriti ne locus, qui extra sortem Calebo tribuli suo debebatur alteri cuiquam obueniret, si cum cæteris sorti committeretur, eum duce Calebo à Iosue petierunt; Itaque Caleb præfatus præsentem animi fortitudinem, corporisque robur necessarium ad debellandum Hebronitas, terram gigantum, & promissionem illius sibi factam diuinitus, Da mihi, inquit, montem istum, in quo Enacim sunt, & vrbes magnæ atque munitæ. Vbi autem facta fuerit ista promissio, etiam audiente Iosue, obscurum est.*

Valde assentior Masio existimanti, quo tempore reliqui exploratores turbabant populum, metu Gigantum, quos in Hebrone conspexerant, Caleb animosè illam terræ portionem pro sua hæreditate depoposcisse, quam ignaui homines horrebant. Moysen autem, assentientem de ea dixisse, *terra quam calcavit pes tuus erit possessio tua, & filiorum tuorum in æternum.* Neque enim de tota illa terra loquebatur, quæ toti populo promittebatur, non solis Calebi filiis. Quia vero non conueniebat familiam Calebi à reliqua tribu Iudæ distrahi, oportuit eam circa Hebronem collocari, idque Dominum præcepisse scriptura testatur, *Caleb vero, inquit, filio Iephone dedit partem in medio filiorum Iudæ, sicut præceperat Dominus.* Si ergo Dominus pollicitus est montem Hebron Calebo, idemque præcepit, vt haberet partem in medio filiorum Iudæ, consequens est etiam vt Dominus ipse assignauerit tribui Iudæ hæreditatem suam sine alia sortitione.

Cæterum non ita reuersus erat à præliis Iosue in Galgala, vt ibi diuturniores moras trahere vellet; præsertim cum remotior esset is locus, & quasi in ora deuictæ regionis, Et conueniat principem, quasi in rehni centro com-

morantem

Sexto anno imperij sui.

VI. Traditur sua possessio filiis Iudæ & Ioseph.

a.c. 17. 13. 2

VII. Querela filiorum Ioseph. b.c. 17. 14. 15. & c.

Translatio Iupanorum eius. c. Ios. 24. 32.

morantem, in totum vndique regnum prouidentia suæ lineas diffundere. Itaque existimo Iosue hoc ipso anno molitum esse migrationem, & occasione petitionis factæ à Calebo & tribu Iudæ; è Galgalis Siluntem versus castra mouisse, eoque cum omni populo suo fuisse profectum: idque factum exacto quinto anno belli huius Iosephus affirmat nimirum in sexto, & apparet hanc translationem non parum temporis occupasse. Cum enim in Galgalis sextum iam annum tanta multitudo familiis, supellectile, pecoribus, hostium spoliis, omnibusque diuitiis aucta atque onerata resideret, non potuit breui tempore, aut inde emigrare, aut iteri conficere, aut nouas alibi occupare sedes. Præsertim si ante dicebam, vt videtur, & frumenta & vina, & arborum fructus colligi debuerunt, ne ea vicinis hostibus contra se vsui essent: vt merito reliquus hic annus sextus Iosue huic transmigrationi assignari possit.

Accedit etiam distributio terræ destinatæ filiis Iudæ, & Ioseph; Ephraim scilicet, & dimidia tribui Manasse, quæ facta est ab Eleazaro, & Iosue, & principibus familiarum cuiusque tribus, sorte omnia diuidentibus, vt initio capitis 14. scriptum est. Referimus autem ad hunc annum istam designationem atque occupationem terræ duarum tribuum cum dimidia. Quoniam cum primum ventum est in Silo, de sortitione septem tribuum agi cœptum est, quod etsi iam omnibus suis attributus esset locus: septem tamen tribus eum non occupassent. Ergo istis omissis, pro quibus alia deinde diuisio, ac sortitio facta est. Iudæ, Ephraim & Manasse, termini prius à scriptura recensentur, quam de transitu in Silo fiat mentio. In hisce autem terminis subtilius recensendis, atque explicandis immorari non videtur esse institutæ breuitatis. De vtraque porro tribu filiorum Ioseph illud scriptura notat, & arguit, quod non interfecerint reliquias Chananæorum, sicut Dominus iusserat, sed auaritia ducti eos fecerint tributarios, quod eis postea cessit in ruinam, vt illis diuinitus prædictum fuerat; sed hæc per occupationem dicta sunt, & post mortem Iosue contigerunt.

Querela porro filiorum Ioseph, quæ extremo cap. 17. habetur, non eo destinatur, quod partem aliquam de sorte aliarum tribuum ambirent, sed queruntur terram sibi assignatam esse exiguam, eo quod bona eius pars syluestris esset, ideoque habitationi parum idonea, pars etiam à fortissimis aduersariis adhuc teneretur. Respondet Iosue vt terram syluestrem & incultam excolant, quoniam virorum multitudine abundant, & quoniam iidem fortitudine præsent, aduersarios debellent, interim autem spatiis assignatis contenti sint. Hoc ipso anno Iupanorum Iosephi Patriarchæ in eam regionem, quam ipse quondam sibi designauerat, translata, atque honorificè condita sunt. Cum enim alioqui è Galgalis transferenda essent in Sichem, visum est eadem opera qua transferebatur arca Domini, etiam hæc sancti viri ossa esse transferenda: præsertim cum iam ex sortitione constaret, Sichem ad filios Iosephi pertinere.

ANNVS MVNDI 2590. IOSVE 7. ELEAZARI 8. SANCTVARI IN SILO 1. AMYNTÆ 15. Imperij Assyrior. 659. ANTE CHRISTVM 1463.

II. NGREDIMVR septimum tam principatus Iosue, quam transmissi Iordanis annum eundemq; Tabernaculi in Silo constituti primū. iuxta ea quæ paulo ante constituta sunt; in quem etiam arbitramur primum annum Sabbaticum incidisse, qui fuit septimus aditæ Chananitidis. Nam cum annus septimus quieti & remissioni à Deo destinatus esset, idque non à possessione terræ, sed ab ingressu in eam numerandus esset, vt perspicue in Leuitico^a præscriptum est, non conuenit existimare Iosue virum sanctissimum, hunc primum annum septimum, tanquam sabbaticorum initium, non celebrasse. Deinde congruum erat vt tota terra; quæ magna ex parte adhuc indiuisa erat, aut quasi indiuisa reputabatur à septem tribubus, ex totius populi consensu Sabbatum celebraret, dum interim dimensiones accuratè fierent, diuisiones item, atq; sortitiones, quas Iosephus septem menses tenuisse testatur. Tertio causa nulla erat cur ultra hunc annum Israëlita qui trans Iordanem sedes fixerant, annum sabbaticum differrent, nec distulisse credendi sunt. At quis credat diuersos fuisse annos sabbaticos, duabus eiusdem populi partibus? Nam quod aiunt legem statuere vt sex annis agri ferantur, & deinde septimo terræ quies detur, respondemus legem respexisse ordinarium annorum cursum, post publicam rem constitutam; quod non vetat ne initia peculiare aliquid habuerint, vt ferè contingit.

I. Primum annum Sabbaticum huc pertinere.

a.c. 25. 2.

Nec legem obstat.

II. Sanctuariū vbi, & quo modo constitutum.

Quod autem ad Sanctuariū attinet, existimo in monte, in quo vrbs Silo extracta erat, in latiore aliqua platea rite erectum sub dio Tabernaculum. atrio suo vndique cinctum; ibique ad trecentos quinquaginta circiter annos ita perdurasse, vt in deserto triginta nouem, sex in Galgalis steterat. Erat enim suis pellibus atque operculis egregiè conuictum, & contra omnes ventorum ac pluuiarum iniurias communitum. Et quamuis minimè absurdum sit ipsum tabernaculum, scorsim ab atrio, ligno aliquo recto regulisque etiam magnificentius quam cæteras domos, fuisse coopertum: Atrium tamen sub dio constituendum est, in eoque altare holocaustorum, & conchaj ad quam sese sacerdotes abluerent. Et licet videri possit Silo in sedem Sanctuarij electam, quod ea esset in sorte Ephraim quæ erat Imperatoris tribus; & videretur rationi consentaneum sacrarium, sedemq; Pontificis apud Ephraimitas collocari, quando tunc apud eos erat principatus: & quidem in eius viri potestate, cui religio & pietas erat antiquissima. Videtur tamen Iosue diuinum in hac translatione consilium exquisisse apud Eleazarum pontificem, & secutus, potius quam propriam consolationem adamasse: Deum autem tam principem ipsum, quam filios Iosephi honorare voluisse.

Constitu

III. Septem tribus arguitur ignavia à Iosue.

Constituto in Silo, non sine varia sacrificiorum solemnitate, Sanctuario, id enim de tanta celebritate, in quam omnes filij Israël congregati, fuerant, merito existimandum est; acciuit Iosue principes tribuum, quæ nondum regionis suæ possessionem adierant; eosque eo nomine arguit ignaviæ. Multi enim iam menses abierant ex quo filij Iuda & Iosue terram sibi attributam occupabant. Et accusanda videbatur ignavia, quod ea in damnum cedebat, non solum suarum tribuum, sed Leuitarum, qui vrbes, ex diuina lege sibi debitas, accipere non poterant, priusquam tribus omnes in possessionem missæ essent. Accedebat quod plerique hostium, qui ex præliis fuga elapsi fuerant, in ciuitates munitas se receperant, vt contrigerat Hebronitis, quos Caleb iteratò vicit. N si fortè Hebron supra a per occupationem deuicta fuisse dicta sit.

a ca. 10. 36. 37.

IV. Causa cessationis huius.

Nec inanis est, mea quidem sententia, Serarij nostri coniectura, cessasse has septem tribus in adeundis possessionibus suis, quod existimarent priores geometras, vel minus bona fide, vel certe minore peritia terram fuisse dimensos. Eam suspicionem duo confirmant, primum quod noui dimensores vltro à Iosue offeruntur, qui scilicet accuratius hoc munere perfungantur; alterum quod de spatio tribui Iudæ prius attributo, multum postea detractum est, adeo vt in eius quasi sinu tribus Simeonis collocaretur. Id ergo subodoratus Imperator b, *Eligite, inquit, de singulis tribuum ternos viros, vt mittam eos, & pergant, atque circumeant terram, & describant eam iuxta numerum vniuscuiusque multitudinis, referantque ad me quod descripserint.* Prius quidem Dominus singulos principes de singulis tribubus quarum intererat rectè diuidi terram, nominatim perscripserat, sed quia illorum descriptio septem tribubus non probabatur, iubet Iosue ternos ab ipsis eligi, qui probitate ac rei gerendæ peritia præstarent, vt facilius omnes eorum iudiciis acquiescerent, quos suo ipsi calculo ac suffragio comprobassent.

Nouimera- tores insti- tuuntur. b ca. 18. 4.

V. Terni è decem tribubus.

Quoniam vero terni de singulis tribubus eligendi erant, & res agebatur, non solum septem tribuum, sed etiam decem, quæ cis Iordanem erant habituræ, si forte mouendi essent termini alicuius tribus, quæ iam sedes suas acceperat, vt reuera tribui Iudæ contigit, ideo 30. viros dimensores arbitror electos. Quod autem Iosue iubet c, vt olim viuo Moyse Dominus, vt habeatur ratio multitudinis, & amplitudinis ciusque tribus, quod frustra fieri videtur forte attribuentem paruum locum numerosæ tribui. Respondemus, vt nuper, ad Deum pertinuisse dirigere sortes, sic vt pluribus maior pars, paucioribus minor obtingeret, & posita dimensorum prudentia, quæ loci vnus fertilitatem, alterius amplitudine exaret, fors valuit in iis tribubus, quæ numero suppetes erant, vt eam libentius acciperent, quam fors obtulisset. Obscurum est autem quod subdit Iosue *mediam terram inter tribus Iudæ & Ioseph in septem partes esse diuidendam, quasi hæ duæ tribus in extremis terræ sinibus sitæ essent Iudas ad meridiem & Ephraim ad Aquilonem, cum constet ex sequentibus solum tribum Benjamin inter illas duas fuisse collocatam.* Sen-

c Num. 26. 54. Quomodo habita ratio multitudinis.

tentia huius loci est, ita reliquam terram esse diuidendam, vt termini iam assignati tribubus prædictis immoti sic maneant, vt in diuersum locum non transferantur, etsi termini aut contrahi possint aut dilatari, aliæ autem tribus circa eas sedes habeant suas.

Sic ergo electi 30. viri perrexerunt ad *periculosa plenum opus alee.* Pauci enim metatores, nullis, quod appareat, armatorum stipati præsidii, eas erant obituri regiones, quarum magna pars etiam tum ab aduersariis tenebatur; nec strictim obituri, vt olim exploratores, sed accuratè perlustraturi singula, nec vt tunc, non laccitibus barbaris, sed efferatis, & in desperationem adductis, vt merito istis geometris, ab illis agmine facto irruentibus summa pernicies timeri posset. Nec tamen puto cum Abulenfi, hæc per quædam belli inducias esse facta, existimem potius cum Masio, eo tempore Chananzos omnes tam ex cladibus nuper acceptis, quam ex occulto ac diuino quodam terrore vique adeo fuisse attonitos, tantoque belli fastidio affectos, vt omnia quieti suæ posthabenda putarent. Contra vero mirifica & celesti fiducia Israëlitarum animos subito fuisse imbutos, vt sine vlla cunctatione, vel excusatione perrexerint, & septem mensium spatio, vt Iosephus ait, terram perlustrarint, ac dimensi fuerint.

VI. Periculo- sum metatorum negotium.

Etsi autem in septem nouas partes terra diuisa fuerit, vt ex ipsa Scriptura liquet. Rectè tamen putat Abulen. diuisionem totius Chananitidis, quæ cis Iordanem iacebat, ab istis mensuris in nouem partes proportionales esse factam, pro ratione magnitudinis tribuum; inuenisseque partem Iudæ maiorem, quam proportio multitudinis eius, & magnitudinis terræ totius postularat, portionem autem Ephraim & dimidia tribus Manassis congruè fuisse assignatam. Itaque sublata ex hæreditate Iudæ particula, quæ Simeoni sufficeret, reliquam terram adhuc indiuisam in sex partes secuisse; reliquis, quæ supererant, tribubus congruentibus. Quibus ita digestis ad Iosue sortitionis causa venerunt in Silo. A quo res fortassis ita transacta est, vt sortes siue schedulæ decem mitterentur in vrnam, in quibus singulas portiones terræ per suos limites designatæ, ac suis tribubus destinatæ contingerentur: in alteram vero nomina decem tribuum conicerentur, sederetque puer paruulus inter vrnas duas, & vna manu nomen tribus vnus efferret, & mox altera schedulam, & quidem illam omnino, quam metatores illi assignauerant; Deo rem totam moderante, & illorum distributionem confirmante, præsertim quod ad illas quæ sedes iam sortitæ fuerant, quas Dominus immotas esse iusserat.

VII. Renoua- tio in nouem decemque partibus.

Sortitionis probabilis modus.

VIII. Ordo sortitionis tribuum & locorum earum.

De cæteris, sortitionis hic ordo fuit, prout fuit à Scriptura perscriptus est. Educta primum est fors filiorum Benjamin, possederuntque terram inter filios Iuda, & filios Ioseph. Dum egressa est secunda fors Simeonitarum, quorum hæreditas fuit in medio possessionis filiorum Iuda, versus occidentem propè Philisthæos. Tertia fuit Zabulonitarum, quibus contigit possessio sub mari Galilææ, vsque ad occidentem mare, in quo est mons Carmelus. Quarta fuit filiorum Issacharis, quos Adricho-

mius

a ca. 19. 47.

Iosue obtinet sibi vr- bem Thâ-nath. b ca. 49. 50.

IX. Vrbes fugitiuorum. c cap. 20.

X. Leuitarum vrbes 47 13 10 13 12 48

Cur disper- si vbique. 1. 2. 31

XI. Dimissio commilito- num. d 10. 22

vers. 8.

mius constituit post Zabulonitas meridiem versus. Quinta fuit Aseritarum, quæ à septentrione ad Libanum montem protendebatur, ab occasu Phœnices habebat & mare, ab ortu autem possessionem Nephtalim, cuius fors sexto exiit loco, quæ ab oriente Iordane claudebatur. Postrema exiit fors Danitarum, qui supra Simeonitas ad tribum Iuda appliciti sunt. Qui mox alias sedes ad Septentrionem quæsierunt, vt habetur in textu a: quod tamen viuo Iosue non contigit. Ex quo non leue ducitur argumentum hunc librum, qualis habetur nunc, à Iosue non fuisse conscriptum.

Postremo petiit Iosue à contribulibus suis Ephraimitis vrbe Thammath Saraa in monte Ephraim, eamque natura loci munitam, bellico incurfu quassatam, in sui suorumque habitationem instaurauit, vbi & conditus est.

Constituitis autem vniuique tribui possessionibus suis, præcepit Dominus in rem deduci, quæ ipse ante præceperat de vrribus fugitiuorum, quæ ius asyli haberent, in eorum gratiam, qui humanum sanguinem innoxij fudissent. Id autem rectè factum hoc tempore, quo sortitione intellectum est, quæ cuique tribui ciuitates attributæ essent. Statuerunt ergo habitata ratione distantia Cedes in Galilæa montis Nephtali, & Sichem in monte Ephraim, & Hebron in monte Iuda. Quæ vrbes ita sitæ erant cis Iordanem, vt media in medio ferè loco regionis sita esset: aliæ duæ versus finem borealem & meridianum, eisque totidem aliæ trans Iordanem Bosor, Ramoth & Gaulon responderent. Hæ porro vrbes fugitiuorum, erant etiam Leuiticæ, quibus aliæ insuper quadraginta duæ ex Dei præcepto & sortitione facta in hoc ipso generali conuentu attributæ sunt, vna cum suburbanis suis.

Quæ ita distributæ sunt vt filij Leni in quatuor familias tribuerentur, Aaronicam siue sacerdotalem cui 13. vrbes obtigerunt, lectæ ex tribubus Iudæ, Simeonis, & Benjamin; quoniam ibi regia olim sedes & pontificia collocanda erat & iam tum proximus erat sanctuarij locus. Altera familia Caathitarum fuit, qui in decem vrbus habitatur, Tertia Gersonitarum, qui in tredecim; quarta Meraritarum qui in duodecim. Atque ita sacerdotes & Leuitæ fuerunt per omnes dispersi tribus. Primum vt cultus Dei ad omnes tribus pertinere intelligeretur, quoniam ministri diuini cultus vbique sedes habebant. Deinde prouidendum fuit ne vna tribus aut duæ omnium Leuitarum sustentatione grauerentur, eorum enim oblationibus nutriebantur. Denique cum ad eos pertineret officium docendi populum, ea quæ ad Dei cultum, & religionem pertinebant, ægre id fieri potuisset, si omnes in vna alterave tribu habitassent, facile autem, si in omnibus Leuiticis vrribus synagoga excitarentur, & magistri; doctoresque sustentarentur.

His ita peractis, cum iam comitia soluenda viderentur d, existimauit Iosue socios qui trans Iordanem habitabant, tanquam non vltra necessarios, dimitti posse, eisque militiæ vocationem concedi. Est autem humanitatis plena dimissio, quæ à laude sociorum exorsa, in veri Dei religione etiam atque etiam commendanda terminatur. Sed ne putes inutiles eos mili-

tiam militasse, in multa, inquit, substantia atque diuitiis reuertimini ad sedes vestras, cum argento & auro, ære ac ferro & veste multiplici, nec immemor charitatis in absentes, diuidite, inquit, prædam hostium cum fratribus vestris, reliquo scilicet populo, qui substiterat trans Iordanem in præsidio possessionis suæ.

Cum autem transiituri essent Iordanem, subiit eorum mentem illa cogitatio, ne qui flumine à cæteris Israëlitis secreti essent, diuersa quoque religione putarentur vt, ideoque in testimonium vnus eiusdemque religionis, monumentum erexerunt ad ripam Iordanis altare visendæ magnitudinis. Quod in deteriore parte interpretati, qui cis Iordanem habitabant, celeriter conuenerunt in Silo, consilia de bello sacro agitari. Visum autem est prius mittendam legationem, ad explorandam sociorum mentem atque voluntatem. Legationis princeps constitutus est Phinees sacerdos, & designatus pontifex, cum decem sociis, singulis de singulis tribubus, vt intelligeretur communis totius populi in bellum consensus. Expostulat Phinees cum eis de altari sacrelego, & facinus quod apparebat vehementer exaggerat. Illi vero innocentia suæ conscij, magno animi sensu atque affectu, negant se præuaricandi animo altare erexisse, sed significare voluisse habere se ius accedendi ad sacrificia, quæ ad Sanctuarium fierent quamuis essent interiecto flumine separati. Quibus auditis placati legati, suos quoque placauerunt, laudaueruntque vniuersi Dominum, quod eos à ciuili bello liberasset; qua re nihil eis luctuosius, nihil eorum hostibus gratius contingere potuisset.

XII. Erigunt altare, vnde tumultus excitatur.

Ac sedatur.

ANNVS MVNDI 2597.

IOSVE 14. ELEAZARI 15.

AMYNTÆ 22. Imperij Assy. 666.

ANTE CHRISTVM 1456.

Osc e annos septem, quia rebus ipsis distinguere Scriptura duce non possumus, breui tractatione necessario coniungemus. Hic tamen annus Eleazari decimus quintus secundo anno sabbatico notabilis est, quem existimamus, florere adhuc Israëlitarum pietate, & Iosue rempublicam administrante, diligenter obseruatum fuisse. His porro annis facile vel tacente me intelligi potest tribus cis Iordanem positas, suam singulas hæreditatem ac possessionem adisse. Leuitas etiam in ciuitates sibi ad habitandum assignatas tam vltra quam citra Iordanem demigrasse. Ipsum autem Imperatorem, in media apud populum gloria, ac veneratione vixisse, & vrbe, quam optaret in monte Ephraim, edificasse, in eaque habitasse, exemplo multorum principum virorum qui montana, non vna incitati causa, coluerunt.

Quid interim Israëlita omnes? Non videntur sane hoc tempore bella redintegrasse, sed quietis opportunitate, & tacitis quasi induciis bene vsi, Principis etiam exemplum secuti singuli in suis fortibus reparasse, atque instaurasse, quæ furore bellorum fuerant quassata;

I. Secundus annus Sabbaticus.

II. Hebræi in orio ædificauerunt.

noua

noua etiam ædificia passim extruxisse, tam que communibus vsibus, vt synagogas, prætoria quam quæ priuatis deseruient. Aliqui etiam vt sape in rerum copia & prosperitate contingit, inerti se otio dederunt, & tributorum pensatione læti, familiaritatem cum antiquis terræ incolis contrahere cœperunt, quos ex Dei mandato deleros oportebat, indeque paulatim ad summam idololatriæ perniciem gradum fecere.

ANNVS MVNDI 2599. IOSVE 16. ELEAZARI PONTIFICIS 17. AMYNTÆ 24. Imperij Assyrior. 668. ANTE CHRISTVM 1454.

I. Prior Iosue ad populum concio. a c. 23.

ARRATIONEM quam in hunc annum conuocauimus non certa scientia, sed probabilis coniectura confirmat. Cum enim dua cohortationes ad populum à Iosue factæ duobus postremis huius libri capitibus contineantur, quas constat postremis hisce principis annis fuisse habitas, non videtur probabile populum tantum, ab eo bis eodem anno fuisse conuocatum. Sed primùm quidem hoc anno cum iam mortem sibi in foribus adesse putaret, vt illa verba testantur. En ego ingredior viam vniuersæ terræ: deinde anno sequenti, cum vitam, qua aliquanto longiore præter spem vsus fuerat, ad extremam periodum venisse, vel certioribus signis vel diuina fortasse reuelatione didicerat. Quod autem concionem hanc habitam legimus multo tempore euoluto, postquam Dominus pacem dederat Israël, id nos de spatio decem annorum accipiendum putamus, quoniam sexto anno principatus Iosue terra quæ uenit à praliis, vt suo loco docuimus & septimus sabbaticus, & primus quietis fuit, Nec mirum nunc Iosue longæuum dici, & per senilis ætatis, vt qui nouem annis centesimum esset supergressus.

b c. 23. 1.

c c. 11. 13.

II. Habita videtur in Silo.

Quo porro loco fuerint à Iosue conuocata hæc comitia, non constat; quidam eum ad se in Thamnath, primarios ex toto populo viros euocasse putant; alij in Silo malunt, quod res tota ad Dei cultum commendandum pertineret. Cui sententiæ etiam quæ de visione Angelica, & sacrificiis mox dicemus, non exiguam conciliant fidem. In hoc primariorum virorum confesso, exorsus à commemoratione beneficiorum recens à Deo acceptorum, recentia enim magis mouent quam antiqua, eorum animos ad Dei amorem & cultum suauiter inflectit. Verum quia ista beneficia, iustissimis de causis, quos supra memorauimus, nondum erant ad coronidem perducta, perfectæ victoriæ spem certissimam facit, vt quæ ex ipsorum alacritate, & in Deum amore, eiusque mandatorum obseruatione pendeat. Tantum confortamini, & estote solliciti, vt custodiat cuncta, qua scripta sunt in volumine legis Moysi, in quo maxime commendatur vt Chananæi exterminentur propter periculum idololatriæ, quod deinceps Iosue diligenter inculcat, addita postremo com-

d c. 23. 6.

minatione diuinæ vltionis ab Israëlitis, per illas ipsas gentes, expetendæ.

His pluribus explicatis magnum sanctissimi Iosue orationi pondus diuinitus allatum est, ex angeli ca reprehensione, à qua Iosue fere temperauerat. Huc enim pertinere angelicam illam apparitionem, qua habetur secundo à Iudicum, res ipsa loquitur. Nam nisi res viuo Iosue contigisset, nihil erat causæ cur ibi fieret mentio ipsius; & nisi contigisset hoc tempore, parum aptè adderetur illa conclusio. Dimisit ergo Iosue populum, & abierunt filij Israel unusquisque in possessionem suam, vt obtinerent eam, adhuc ergo aliqui adibant possessionem agrorum suorum; & si quæ adhuc existebant controuersia, à priuatis iudicibus dirimebantur: quæ particula, in posteriore dimissione populi, quæ à Iosue sequenti anno facta est, non fuit addita. Videtur autem ille ipse Angelus fuisse, qui pridem in Galgalis apparuerat Iosue, & ad id innuendum nunc de Galgalis dicitur ascendisse, quem diximus videri Michaëlem præpositum Ecclesiæ Dei. Venit autem in locum, qui ab euentu postea dictus est flentium, qui fuit peculiaris aliquis locus prope Silo, quia ibi dicuntur immolasse hostias Domino.

Cum ergo auditum esset in populo apparuisse Angelum Domini prope Silo Iosue memor illius, qui sibi in agro vrbis Iericho pridem apparuerat, eo cum vniuerso comitiorum cætu profectus est. Ad quos hæc fuit eius oratio. Eduxi vos de Aegypto, & introduxi in terram pro qua iuravi patribus vestris, & pollicitus sum vt non facerem irruum pactum meum vobiscum in sempiternum, ita duntaxat vt non feriretis fœdus cum habitatoribus terræ huius, sed aras eorum subuerteretis: & noluitis audire vocem meam: cur hoc fecistis? quam ob rem nolui delere eos à facie vestra, vt habeatis hostes & dy eorum sint vobis in ruinam. Non accusat Idololatriæ, sed fœderum cum Chananæis initorum & altarium in eorum gratiam non euerforum. Ex quo intelligitur eos nondum ad Idola defecisse, id enim in primis arguendum fuisset. Vide autem antithesim. Inierunt Hebræi fœdera cum Chananæis contra Dei voluntatem: ex Dei voluntate eosdem habituri sunt hostes. Diis eorum pepercerunt nec aras ipsorum demoliti sunt iidem vltore Deo in laqueum futuri sunt Israël.

Quanta fuerit noui huius oratoris in dicendo vis, ex eo apparet, quod omnes protinus concussi animis, in lachrymas proruperunt. Commotis iam videlicet ac labefactis Imperatoris oratione animis, pondus angelicæ reprehensionis incumbens, illas excussit lachrymas, easque vt diuinum numen facilius exorarent sacrificiis cumularunt. Sequitur enim. Immolaueruntque ibi hostias Domino, quæ scilicet in lege appellantur pro peccato. Addiderunt & pacificas, quibus refecti, dimissi sunt unusquisque in possessionem suam, vt obtineret eam. Verum apparet istis contigisse, quod ait magnus Gregorius, qui ad horam soluuntur in compunctionis fletus, mox tamen ad priora peccata ita redeunt, quasi ea nunquam ante planxissent. Nusquam enim legitur eos fœdera male inita distraxisse, aras profanas euerfisse, impios, meritum iam pridem supplicii, ex Dei imperio ac voluntate maclasse.

III. Angelica apparitio prope Silo. a Iud. 2. 1. 1. c. r.

IV. Eo constituta comitia.

Ab Angeli reprehenduntur.

V. Soluuntur in fletu, que tamen emendantur.

ANNVS MVNDI 2600.

IOSVE 17. & vlt. ELEAZARI PONTIFICIS 18. & vlt. AMYNTÆ 25. Imperij Assyrior. 669. ANTE CHRISTVM 1453.

I. Iosue quam diu Rem. ub. administrat.

a Ios. 24. 29. & Iud. 2. 8.

b 3. Regum 6. 1.

II. Seruitutes & interregna Iudicij quo referenda, sicut & anarchia.

Seniorij gubernatio nulla fuit.

III. Postrema Iosue concio vbi sit habita. c cap. 24.

q. 10. in Ios. hist. schola.

PERVENIMVS ad postremum clarissimi Imperatoris, tam vitæ, quam principatus annum: in quem etiam annus Iubilæus quinquagesimus secundus ab orbe condito incidit. Et de ætate quidem centum & decem annorum aperta Scripturæ assertio dubitare non sinit, de magistratus autem duratione quia tacuit, latam Chronologis patefecit aream disputandi. Sed ommissa multiplici opinionum varietate, eam vnã probamus, quæ Iosue gubernationem 17. annis definit. Sic enim quadringentesimus & octogesima, annus ab exitu Hebræorum ex Aegypto, erit quartus Salomonis, idemque primus à iactis templi fundamentis, quod asseruit Scriptura in tertio Regum. Sicque omnes Iudicum anni constabunt, prout ex Hebræis codicibus, & editione vulgata digesti sunt à nobis in Annualibus. Quos si auxeris aut diminueris, necessario annus fundati templi, quem Scriptura tradidit, vitiosus erit.

De singulari autem Iudicibus, etsi suus erit deinceps dicendi locus, hic tamen vniuersè dicendum est annos interregnum siue seruitutum, in Iudicum annis esse comprehensos, nec separatam facere chronologiam, verbi causa octo annis seruitutis sub rege Cusan, in annis Othonielis continentur, & ita de cæteris. Itaque anni singulorum Iudicum sunt spatia temporis interiecti inter duos Iudices verbi gratia, à morte Iosue, ad mortem Othonielis. Quia tamen sunt aliqui qui annos aliquot Iosue detrahunt, quos vel gubernationi seniorum tribuant, quos Scriptura longo post Iosue tempore vixisse tradit, vel illi anarchiæ, quam eadem memorat, cum ait, in diebus illis non fuisse regem in Israël. Dicimus non mouendos annos Iosue, cum Scriptura nusquam tradat Seniores illos rempublicam administrasse, sed intelliguntur duntaxat exemplo pietatis, & constantis in Deum fidei, toti populo diu præluxisse, eumque ipsos authoritatis nutu in officio continuisse. Illos ergo annos ad Othonielis initia reuocemus, ad quos illa quoque anarchia pertinet, suosque septendecim annos Iosue relinquimus. Nunc vltimam Iosue in conuentu populi concionem, eiusque & Eleazari funus breuiter explicemus.

Sequitur ergo postrema sanctissimi ducis ad populum concio, qua eius quasi testamentum continetur, fœderisque populi cum Deo sæpius iterata percussio. Et habita quidem est apud eosdem apud quos præcedens, non tamen in eodem loco, sed in oppido Sichem, vt in Hebræo, Chaldæo, Latinoque legitur, Græca vero partim habent Sichem, partim Silo, vt legit S. August. Dici potest in Sichemis conuentum habitum, fœdusque percussum. Inde omnes

quasi in pompa in Silo, ad arcam Domini confirmandi eius gratia, fuisse profectos, parū enim à se inuicem ea loca distabant, & erant ambo in tribu Ephraim. Quod ad ipsam concionem attingit. Inducit Iosue Dominum loquentem, & sua in Hebræos beneficia antiqua atque recentia memorantem. Et quibus ipse iustissimam hanc conclusionem infert. Nunc ergo timete Dominum & seruite ei perfecto corde atque verissimo; & auferite, id est reiciite, atque abominamini, Deos quibus seruiertis patres vestri in Mesopotamia & in Aegypto, atque adeo in deserto, vbi vitulum aureum adorauerunt, & initiati sunt Beelphegor, nec impunè, seruite Domino.

Capita concionis huius.

Sed mirabilis est optio quam offert Israëlitis de seruiendo Deo vel idolis, cum iam sæpius cum Deo fœdus inierint, à quo non sit integrum resiliere. Et vt nullum esset fœdus, non licet, vero Deo relicto, impurissimos demones colere. Sed hæc dissimulatio quadam est, ad accendendum affectum comparata, quod ex sequentibus clarius agnoscitur. Nam statim eos exemplo suo prouocat ad sequendum Deum. Cur enim non statuunt eius Imperatoris religionem imitari, cuius eximiam in rebus agendis prudentiam, in exequendis felicitatem, in omni vita sanctitatem adhuc experti essent? Ergo ita statuunt, ac decernunt seruire Domino, à quo tot beneficia, quæ enumerant, ad hanc diem acceperint, Quia tamen, vt ait ille. Nūquid in vetitum semper, cupimusque negata, perseverans in dissimulatione sua, Iosue, quem non latebat populi huius in bono proposito inconstantia, & insignis in cultum idolorum propensio, Non poteris, inquit, seruire Domino, sicque magis accensa eorum voluntate proponit quæ difficilia futura sint in Dei cultu, qui sit seuerus vltor iniuriarum suarum, & in primis defectionis à se ad idola, vt ea nunc animosè percurrere statuunt, & constanter in bono tam ardentere electo perseverent.

IV. Qui datur optio Israëlitis seruiendi Domino.

Postquam autem sapiens Imperator quadam quasi tergiversatione populi voluntatem magis magisque accendit, testem appellat eorum conscientiam, vt se ipsi postea, si perfidi fuerint, sine alio vel teste vel iudice condemnent. Sicque acceptatur vniuersi populi voluntas à Domino, interuentu Iosue principis populi. In cuius rei probationem. Nunc ergo, ait, auferite deos alienos de medio vestri, si qui sunt, etsi non studio idololatriæ apud vos simulacra illa resideant, sed in spoliis partem, prædæque venerint, & inclinate corda vestra ad Dominum Deum Israël. Respondit iterum populus se Domino seruiturum, quod erat toties ictum cum Domino fœdus innovare. Percussit ergo Iosue in die illo fœdus, & proposuit populo præcepta atque iudicia in Sichem: lecto vt apparet Deuteronomio, quod est quædam quasi legis epitome. Denique ad perpetuam rei memoriam duo signa fœderis huius instituit, alterum quod in scripta retulit in hoc libro, qui à peritis consuli perpetuo posset. Alterum in vsu idiotarum fuit, prægrandis scilicet lapidis erectio, cuius quoties causa requiretetur, totius fœderis huius memoria renouaretur. Aliæ quoque fœderum cærimonix merito putantur adhibitæ, vt esset hoc postremum fœdus omni ex parte sanctissimum

V. Iosue renouat fœdus Deum inter & populi.

Monimenta fœderis.

VI. Tempus mortis Iosue.

Finita concione, fœderæque, dimisit populum, ipseque mox fato functus appositus est ad patres suos, in senectute bona, honoratus titulo serui Domini, sicut & Moyses. Dies mortis eius in martyrologio Romano proditur primo Septembris, quod si ex Hebraeis sumptum est, quorum mensis lunares erant, dici potest eum in nouilunio mensis Tisti esse defunctum, quo die festum Tubarum celebrabatur, & initium anni popularis. Sicque Moyses, vt ante diximus, initio anni sacri, Iosue vulgaris obierunt. Nimirum ille Israëlitis initium rerum sacrarum fuit, hic terrenæ possessionis, & promissæ pridem hæreditatis. Non dubium est autem quin ab vniuerso populo cohonestatum fuerit eius funus, & publicus de more luctus indictus, sicut in morte Moyli & Aaronis. Præsertim cum sub hoc ipsum tempus Eleazar pontifex defunctus fuerit, & vtrique vna eademque opera potuerit parentari. Iosue certe meritis id negari non potuit, viro belli pacisque artibus egregio, quique ad annos septem & quinquaginta, aut etiâ pluribus, iuxta aliorum supputationem, pro Dei populo bella gessit, & mirabili felicitate confecit, annosque septendecim Dei populum cū suprema potestate gubernauit. A quo denique toti populo parata erat beata tranquillitas, & nisi per eius demeritissimam improbitatem iterisset, sempiterna.

Eiusdemque funus.

VII. Mors Eleazari secundi pontificis eiusque laus.

Nec plura placet hoc loco funeri principis huius honestando congerere, horum studiosus lector ipso adibit, si placet, Annales, vbi eximiam eius ac multiplicem cum Christo Domino similitudinem reperiet. Sub hoc ipsum tempus vt dixi, Eleazar quoque pontifex mortuus est, ac sepultus in oppido Gabaa, quod peculiariter eius filio Phinei datum fuerat. Eum putamus mortuum centenario maiorem, post decimum octauum sui pontificatum annum, iuxta coniecturas quas in Annalibus digessimus. Vir fuit sane magnus, qui iuxta nomen suum quasi diuinum auxilium datus est Iosue, iuxta illud. Pro hoc si quid agendum erit, Eleazar sacerdos consulat Dominum. Ad verbum eius egredietur ipse, & omnes filij Israël cum eo. Quæ cum à Iosue viro sanctissimo fuisse obseruata minime dubitemus, dici potest Eleazarum rebus omnibus à Iosue gestis adfuisse, & quodammodo præfuisse. Magnus vtrique vir qui & patrem habuerit Aaronem, & patrum Moysen, vtrumque virtutis ac sapientiæ magistrum; qui nominatim electus fuit à Deo pontifex, vt primogeniti vices expleret: idemque iure Dei timore plenus, qui viderat Dei mirabilia magna in Ægypto, in mari rubro, in deserto, in Iordane, & vltra, citraque Iordanem.

ANNVS MVNDI 2601.

OTHONIELIS Iudicis annus 1. PHINEIS Pontif. annus 1. AMYNTÆ 26. Assyriorum Imperij 670. ANTE CHRISTVM 1452.

I. de ratione numerandi annos Iudicium hoc loco dici poterant, iam initio præ-

cedentis anni breuiter diximus, iuxta communissimam, maximæque probabilem chronologorum sententiam. Itaque 40. Othonielis anni, quo ei Scriptura tribuere videtur, à morte Iosue inchoantur, & in eiusdem Othonielis morte terminantur. Illa tamen non ait Othonielem annis 40. populum iudicasse, sed quiescisse terram annis 40. ipsumque tum mortuum fuisse. Imo satis ostendit Othonielem non toto illo tempore administrasse Rempub. cum eum dicat diuinitus suscitatum, post annos octo seruitutis. Sed alij quoque anni antecesserunt, tam laudabiles, dum seniores illi viuerent, quam culpabiles, qui seruitute sub rege Syria castigati sunt. Priusquam autem hocce annos digeramur, pauca quædam de horum Iudicum dignitate dicamus.

Hi ergo quos Scriptura Iudices vocat, non solis præfuerunt iudiciorum controuersis, sed summi fuerunt istis temporibus in Hebræorum, Repub. magistratus, licet neque duces, neque gubernatores, neque principes ordinariè dicti fuerint. Iudiciorum tamen, consiliorum, & bellorum principatum tenuerunt. Ex quo patet hoc nomen Moyli & Iosue tribui potuisse. Verum ille titulo Legislatoris illustrior est, iste parte Chananitidis imperio gloriosior. Quod ad potestatem eorum attinet, ea facilius ex dissimilitudine & similitudine cum regia intelligitur. Principio ergo Reges à Deo electi regnum ad filios ac nepotes hæreditario iure transmittabant, Iudices non item; hæc enim potestas modo in hac, modo in illa familia & tribu fuit. Secundò ius vitæ & necis in iudicando, non liberum siue regium, sed legitimum ex legum præscripto habuerunt. Tertio ita belli gerendi potestatem habuerunt, vt illud pro arbitrio, quod reges solent, non susciperent, sed prout à Deo suscitabantur aut à populo vocabantur, vt Iephthe. Quarto tributa populo sicut reges non imponebant. Quinto liber erat in eligendo populus, vt vno defuncto alterum posset non eligere. Et reuera sæpe multi anni duos inter Iudices interiecti sunt, etsi ad tempus gubernationis eius referantur. Reges autem sibi mutuo succedunt. Sextò diademate, aut scepro, aliiusue regum insignibus non utebantur. Denique ius legum condendarum non habebant, sed ex Mosâicis tantum legibus populum gubernabant.

Fuerunt etiam in aliquibus non dissimiles regibus. Primum quia non ad certum tempus pacis aut belli creabantur vt Dictatores & Consules, sed in totam vitam, vt Ecclesiæ præfules. Deinde quia cum suprema potestate & soli Reipub. præerant, nullus vt eis omnino par esset, vt propterea Iosephus hunc statum monarchicum appellauit. Sed de his pro instituto satis. Nondū præerat Israëlitis in politica gubernatione Othoniel, cū Phinees in Ecclesiastica, iuxta mandatum Domini factus est Pontifex: vt habent Septuag. in fine libri Iosue in plerisque; editionibus, eamque dignitatem vt à patre a quoque didicerat, laudabiliter administrare cœqit. Etsi autem plerique crediderunt in statu politico Seniores septendecim annis administrasse Rempub. & ipsi Iosue ante Othonielem successisse, cum id præter scripturam sit, appareatque illos bonæ

Ratio annorum Othonielis a Iud. 3. 11. II. Quæ Iudicum dignitas. Regum dissimilis. III. Et in quibus similes. Pontificatus Phineis. Hebr. apud Genbr. Respub. à Concilio gubernata non à senioribus.

a Num. 11. 16. 24.

b Exod. 18. 21. 25.

IV. Primi 17. Othonielis anni exercitus.

Duplex Israëlitis status.

c L. 16. de Civ. Extr. mo.

V. Expeditio contra Adonibezec.

A tribu Iuda diuinitus suscipitur.

Imperator Calebo.

vitæ duntaxat exemplo iunioribus præluxisse, ne ad idola deficerent. Probabilius cum Serario nostro censemus totam Remp. à publico illo Septuag. seniorum concilio, quod Syne-drium dictum est, fuisse administratam. In singulis vero tribubus præfuisse eorum principes & magistratus, quorum institutio habetur b Exodi 28. vt illorum 11. Nam. Illorum porro Seniorum administratio non septendecim annorum fuit, sed multorum seculorum, dum filij patribus de vitâ decedentibus, & veteranis tyrones succedunt.

Verum ne videamur multorum Rabinorum assertioni nihil tribuisse, dicamus primis septendecim Othonielis annis, quos illi Seniorum administrationi tribuunt. Israëlitas diuinam legem ac cultum saltem publicè obseruasse, modo illud teneamus, non fuisse istos seniores alios ab antiquioribus concilij prædicti patribus. Inde secuti sunt aliquot præuaricationis anni, quibus obliui Dei sui seruierunt Balim & Astaroth, quos possumus cum quibusdam eruditis definire quinquennio: quibus si addamus octo seruitutis annos, subrege Chusano ad trigessimum Othonielis perueniemus annum. Reliqui decem anni in illo hoste opprimendo, & stabilienda Israëlitarum pace, fruendaque consummentur. Primi ergo qui numerantur Othonielis anni, primo & secundo capite libri Iudicum continentur. Duplex in iis Israëlitis populi status ostenditur, alter capite primo pius & florens, bellis exercitus, & victoriis nobilitatus; alter secundo capite, & tertij parte, impius & ærumnosus, cladibus & octenni seruitute insignitus: vt quod vniuersè de Iudicum temporibus dixit S. August. in Othonielem in primis conueniat. Temporibus autem Iudicum, inquit, sicut se habebant, & peccata populi, & misericordia Dei, alternauerunt prospera & aduersa bellorum.

Capite primo multæ expeditiones, & victoriæ Israëlitarum narrantur contra Chananæorum reliquias, quæ partem aliquam hæreditatis diuinitus Hebræis concessæ, adhuc in singulis tribubus retinebant. Quarum prima fuit contra Adonibezec. Ergo primo quoque tempore à secundi ducis, secundique pontificis morte, sepultura, luctumque, vel Seniorum illorum, qui consilio Rempub. moderabantur, vel si maui cum Iosepho. Phineis pontificis autoritate, coacta sunt omnium tribuum comitia, apud Dei Sanctuarium in Silo. Et quia satis constabat singulas tribus sigillatim perpurgandæ hæreditati suæ incumbere debere, dubitatum fuit quænam id primum tribus aggredederetur. Consultus est per pontificem Dominus, renunciatumque vt tribus Iuda, quæ erat vna omnium fortissima & populosissima prima omnium arma caperet, vt prosperis eius successibus reliquæ tribus animata, pugnam alacriores contra hostes suos denique capesserent. In hoc autem Iuda exercitu non constat quis fuerit Imperator. Apparet sane eum fuisse, qui erat tunc in illa tribu princeps, Salmon fortasse: nisi honor hic delatus est Calebo viro clarissimo, atque optimo, quod Scriptura significat, quæ mox refert præmium à Calebo, vtrique tanquam ducepropositum ei qui percuteret, Cariath Sepher. Nec tamen numeratur in iudicibus, quia isti principatum in totum Israëlẽ gesserunt, non

autem Caleb. Aduocata porro est ad gloriosi belli societatem tribus Simeonis, vel illa maxime de causa, quia locis & habitatione maxime vicini erant adeo vt intra Iudæ sortem, in ipsumque pene finum receptus sit Simeon. Iudas ergo & vicissim Simeon pro fratre pugnando, in suum quoque emolumentum & securitatem vterque pugnabat. Primum autem contra Chananæum & Pherefæum feliciter pugnatum est, eos scilicet Chananæos, qui hærebant adhuc in tribu Iuda, quibus Pherefæi subsidio venisse putantur ad urbem Bezec. Ibi contra illius vrbis Dominum, eiusque ciues pugnatum est: cuius appellatiuum nomen fuit Adonibezec, id est Dominus Bezec. Numerosum fuisse vtraque ex parte exercitum, decem millium cædes satis docet; nec potentem modo aduersarium, sed bellicosum etiam ostendunt Septuag. illi ab eo deuicti reges. Crudelem quoque ac superbum iidem ostendunt, qui captorum infelicitate, ad victoriarum suarum ostentationem insolenter abuteretur.

Prælij ordo ac modus hic fuit. Primum, vt Iosephus significat, acie in campis infestis signis concursum est. Ibi autem cælitus ad Israëlitas deuolante victoria, vincitur Adonibezec cum suis, & cæsis decem virorum millibus, in Bezec, aliaque munita loca. Rex cum fugitiuis curriculo recepit sese. Inde ad oppugnandum Bezec ventum est; in qua cum Rex esset, vt ait Scriptura, & ibi de capite ac fortunis suis omnibus agi, non dubitaret, perspicuus fuit eum, quam diutissimè potuit, obsidionem tolerasse. Tandem cum capta esset, aut certe proximam esset vt caperetur, in fugam se dedit; quod cum Calebum reliquosque obsidentes non lauisset, fugientem persecuti, eum comprehenderunt, & integra de illo rege, securaque victoria potiti sunt, & cæsis habitatoribus, ciuitas prædæque omnis in Iudæorum potestatem venit: quod de vicinis quoque oppidis, quamuis Scriptura taceat, Iosephus non improbabiler affirmat.

Capto rege, Israëlita à vicinis populis edocti, quanta ille deuictos regulos inhumanitate tractasset, pœna talionis vsi, summas illi manus pedesque absiderunt. Quo ille modo deformatus, diuinam in se iustitiam agnouit ac prædicauit dicens, sicut feci, ita reddidit mihi Deus. Postremo additur illum adductum in Ierusalem, quo scilicet belli vertebatur moles, ibique mortuum esse. Quod Iosephus explicat, non longe à Ierusalem. Sic affectum, inquit, derulerunt non longe à Ierosolymis, ubi fato functum terra mandauerunt. Ex vulnerum dolore, & sanguinis iactura extinctum putat Abulensis. Quanquam fieri potest vt non solum prope Ierusalem dum obsideretur mortuus fuerit, sed etiam superstes fuerit ad captam vsque ciuitatem, ibique reuera extinctus sit. Nam illos reges, qui paria passi fuerant diutius postea vixisse, significat ille sub mensa victus. Apparet hanc expeditionem vnum annum tenuisse. Nam & potentem habebant Hebræi aduersarium, vt diximus, & numerosis stipatum copiis. Adde quod volebat Dominus b hostes populi sui paulatim debellari: à Iudæis denique alia quoque oppida minorâ expugnanda fuerunt, priusquam Hierosolymam veniretur. Ad illius ergo obsidionem & cladem cum anno nouo tranicamus.

VI. Commilitone Simeone.

Quis Adonibezec.

VII. Pugnæ ac victoriæ modus. a l. 5. Ant. cap. 2.

Ad Bezec quoque pugnatum.

Rex victus captusque.

VIII. Pœna talionis punitur.

mors eiusdem.

Duratio huius Expeditionis. b Dent. 7. 22.

ANNVS MVNDI, 2602.

OTHONIELIS & PHINEIS 2.

AMYNTÆ 27. Imperij Assyr. 671.

ANTE CHRISTVM 1411.

I. Expeditio in Ierusalē quam diu- turna. a Deut. 7. 22.

ANNVM hunc oppugnatae, captae, vastatae- que Hierosolymae assignamus. Nam praeter causam diuini consilij, de lenta hostium populi sui debellatione, ciuitatis huius firmitas ac potentia, & collectus iam dudum ad tolerandam obsidionem apparatus, diuturnam potuit ferre obsidionem, vnica enim ex parte expugnari potuit: & vero etiam ferre debuit. Omnium enim oculis obseruabatur desperatio, ex perfidia nata, quae nullam a victoribus veniam expectare patiebatur. Quae qui secum reputauerit, facile concedat victorem exercitum non solum annuam, sed fortassis etiam longiorem traxisse moram, vt hac ciuitate potiretur. Rem tamen totam per paucos Scriptura perstrinxit. Oppugnantes, inquit, filij Iuda Ierusalem, ceperunt eam, percusserunt in ore gladij, eradentes cunctam incendio ciuitatem. Inferiorem scilicet, vt ait Iosephus b. Nam superior, arx videlicet Sionis, quae postea ciuitas Dauid appellata est, natura loci & munitionibus est defensa.

b l 3. Ant. c. 2.

I. An & quatenus ad Iudam & Benjamin pertinere. c. Ios. 18. 28. d. Ios. 15. 8. 63. iud. 1. 21. c. 19. 10.

Bis capta fuit.

c. Ios. 16. 10. c. 17. 13.

III. A Iosue & Calebo.

Ne quis autem miretur tribum Iuda oppugnare Ierusalem, quae ad tribum Benjamin pertinuisse legitur c. Nam ad tribum quoque Iuda legitur pertinuisse d. Nimirum bipertita fuit illa ciuitas, ex duobus quondam oppidis coagmentata. Salem & Iebus. Salem pars erat Septentrionalis, & ad Benjaminum pertinebat, Iebus autem meridiana. & cessit in partem Iudae. Cum ergo Iudas partem suam oppugnare vellet, necesse habuit etiam alteram oppugnare; idque non solum cum bona venia, sed etiam gratia Beniamitarum. At mirum quoque est urbem nuper debellatam a Iosue, hic iterum a tribu Iuda oppugnari. Dicendum videtur utroque tempore fuisse captam. Nam capto eius rege atque suspenso ad Maceda, magno illo die, venit Iosue ad viduatas regibus & copiis ciuitates, easque conterritas occupauit, vt Lachis, Eglon, Hebron, Maceda, utique & Ierusalem, non superiorem, in qua soli Iebusaei vsque ad Dauidem manserunt, sed inferiorem, in qua tamen filij Iuda cum Iebusaeis habitauerunt, vt est in extremo capite decimo quinto Iosue, eosque vt videtur tributarios habuerunt, vt de Ephraimitis scriptum est e.

Verum mox resumptis animis Iebusaei arcis praesidio nixi, nouos incolae moribus dissimiles, & fortasse victoriis insolentes, ex vrbe coniuratione facta exegerunt. Ideoque summa utrimque contentione ad arma ventum est. Iudaeis partem semel victoriam redintegrare cupientibus, Iebusaeis recuperatam libertatem conseruare. Itaque magna utrinque ad muros obstinatione dimicatum, tandem capta est, & in eam ferro flammaque saeuitum, cunctaque incendio tradita ciuitas, vt Scriptura testatur. Ex qua seueritate vindictae merito praecedentem deuictorum perfidiam plerique collegerunt.

Denique geminam de subacta hac ciuitate victoriam, illud quoque confirmat, quod hic oppugnata dicitur a filiis Iuda. At viuo Iosue ex omnibus tribus conflatus erat exercitus. Nec tamen tota ciuitas inferior incendio absumpta est: nam aliquanto post dicuntur Iebusaei habitasse in Ierusalem cum filiis Benjamin, vsque in praesentem diem: idque rursus ex historia Leuitae cap. 9. intelligitur.

vers. 21.

ANNVS MVNDI 2603.

OTHONIELIS & PHINEIS 3.

AMYNTÆ 28. Imperij Assyr. 672.

ANTE CHRISTVM 1450.

INCENSA ac prope deleta inferiore Hierosolyma, filij Iudae & Simeonis aliam expeditionem aggressi sunt, idque non nisi post notabilem aliquam moram, quod inuuit illa vox, Et postea descendentes, &c. quae alioqui superflua videatur. Hyme foras ab armis cessatum fuerit, & in ruinis Ierusalem, & circumiacentibus plagis commoratum, expectantibus Iudaeis, si qua se forte commoditas offerret arcis Sionis occupandae, nullo tamen successu. Ergo desertis Hierosolymis, exercitus Iudae & Simeonis perrexit contra Chanaanum, qui habitabat in Hebron, & percussit Sefai & Achimam & Tholmai. Est autem hic de tempore non negligenda dubitatio. Nam primum haec de Hebrone, & Oham eius rege victoria a Iosue tribuitur. Mox Calebo b c. 15. vbi illi ipsi gigantes caesi dicuntur, qui hoc loco c memorantur, vbi denique victoria Iudae tribuitur. Videtur tamen semel duntaxat capta Hebron & occisi gigantes. Eademque est de Dabira vrbe literarum dubitatio.

I. Expeditio aduersus Hebron duces duces tribuitur.

a Ios. 10. 35. b Ios. 15. 14. c Iud. 1. 10.

II. Iosue & quomodo.

Iudaeus Calebo.

d an. 1. Oibon. 5.

c. 15. n. 13. 14. c. 11.

III. Gigantes Hebronis propugnatores.

Primum enim dicimus victoriam omnem, in genere & in specie. Imperatori tribui, cuius auspiciis omnia gerebantur, ideoque per occupationem primo illo loco a Iosue tunc gesta dici, quae postea gesta fuerunt; priuatim tamen ac proprie Calebo, qui hanc sibi militiam depoposcerat, esse tribuendam; sed ea rursus maturius recitata est, ex occasione fortis eius. Hoc autem tempore mortuo Iosue res gesta a Iuda, qui non est alius a Calebo de tribu Iuda, qui militiae istae praerat, vt ante diximus d. Propugnatores huius ciuitatis, tempore huius expeditionis fuerunt tres gigantes celebres Sefai, Ahiman, & Tholmai, quorum pater fuit Enac, auus Arbe, vt probabiliter colligitur ex libro Iosue. Erant autem illi valde aetate prouecti. Nam in libro numerorum e cum terrori erant exploratoribus, praemagnitudine membrorum, 40. aut 50. annorum erant, ab eo autem tempore 60. ferme anni abierunt. Masius tamen putat haec nomina pro eorum posteris sumi, vt Israel, Iacob & Iudas, &c. pro Israelitis, Iudaeis, &c.

Quidquid sit, non dubium est istos viros fortissimos, armisque assuetos diu multumque; Calebo restitisse, motani praesertim loci opportunitate vsos, vt antiqua taliu viroru sede, & omnibus rebus ad propugnandum instructa. Quod ipse

Caleb

Victi, caesi- que.

Caleb testatus est cum hunc sibi Enacidarum montem in fortem depolceret, in quo, inquit, sunt vrbes magne atque munitae, si forte sit Dominus mecum, & potero dedere eos, sicut promisi tibi. Verebatur vir optimus ne qua sua culpa irritam faceret Dei promissionem: sed neque vlla culpa viri innocentis interuenit, neque Deus defuit promissis. Ibi enim bellatores illi occubuerunt cum suis, & vrbe vi capta, in omnes oppidanos saeuitum esse Iosephus affirmat. Deinceps autem in tribus Iudae potestate permansit, & nominatim Calebi, & posteriorum eius, ibique laudabiliter reliquam aetatem transegit, cuius finem alio in loco inuestigabimus.

ANNVS MVNDI, 2604.

OTHONIELIS & PHINEIS 4.

AMYNTÆ 29. Imperij Assyr. 663.

ANTE CHRISTVM 1449.

I. Annus 3. Sabbaticus.

Expeditio in Dabiram.

a Iud. 1. 11.

b An. 1. Iosue n. 3.

Nuptiae promissae victori.

c 1. Reg. 17. 25.

II. An imprudenter.

Othoniel victor fit Calebi gener.

ANNVM hunc, qui fuit Sabbaticus ordine tertius, est enim vigesimus primus ab ingressu in Chananitidem, rei ad Dabir gestae, reliquisque tribus Iudae locis assignabimus, ex coniectura temporis, quod res videntur exigere, sicut adhuc a primo Othonielis anno fecimus, quando aliis destituimus coniecturis. Cum igitur Caleb ciuitatem Hebron in suam potestatem redegit, eamque vt ratio exigit, curasset a belli ruinis diligenter instaurari, valido in ea relicto praesidio a. Inde profectus, vt ait Scriptura, abiit ad habitatores Dabir, quae iam ante 20. annos a Iosue capta fuisse legitur b. Sed eadem est Dabirae ratio, quae Hebronis, de qua proximo anno dictum est. Cum ergo in procinctu esset expeditio aduersus Dabiram, cuius nomen vetus erat Cariath Sepher, id est ciuitas litterarum: Dixit Caleb. Qui percusserit Cariath Sepher, & vastauerit eam, vel ceperit vt est in Hebraeo; nam mox capta dicitur, non vastata, pergit, Dabo ei Axam filiam meam uxorem: nimirum cum opulenta terrae dote. Sicut postea Rex Saül c filiam suam promisit ei, qui Goliathum superasset, adiectis etiam magnis diuitiis, & immunitatibus.

Neque existimandum est aut Calebi, aut Saulis promissionem damnandam imprudentiae, vt quidam Rabbinii putauerunt, quasi rem tanti momenti fortunae temeritati commiserint. Vouerunt enim in illa promissione inclusas conditiones, quas recta ratio, honestasque praescribunt. In quibus illa maxime intelligebatur, si eum mulier habere vellet in virum: quia matrimonium liberè contrahi debuit; neque ad id illam pater rectè compellere potuisset. Sicque oportuit omnes mentem eius interpretatos esse. Ipse quoque Caleb, qui in hac denunciatione suam iam consensum in matrimonium filij spondebat, bene de diuina prouidentia sperabat, fore, vt neque se, neque filia sua indignum, potiri vrbe sineret. Quomodo autem vrbe potitus sit Othoniel, qui erat Calebi veterinus frater & ferè sexagenarius, non

est memoriae proditum. Quidquid sit factus est victor Othoniel, & Caleb vori reus, & consentiente Axa contractum est matrimonium, quamuis patrum inter & neptem; cuius iam pridem exemplum in Abrahamo & Sara ipsius nepte praecesserat.

Cum ergo ex paterna domo in domum spofi deduceretur, quod est opportunissimum petitioni tempus, quia in descendentes filios ac filias tenerimi esse solent parentum affectus: tum videlicet Axa monitu Othonielis, quae tamen ante maritum suum ad perendum inuitarat, iuxta Hebraeum, petiit a patre certum quendam agrum ad Septentrionem, aquis irriguum cum prius arenam ad meridiem accepisset. Pater flexus querela filiae, dedit etiam amplius, quam postulabant, terram scilicet, quae intra supraque rigabatur.

Sub hoc tempus Cinzi posteri Iethro cognati Moisi ascenderunt de ciuitate palmarum, cum filiis Iuda, in desertum sortis eius, ad meridiem Arad, ibique cum eo habitauerunt. Credit Serarius eos diuinitus solitudinis desiderio motos, monasticae vitae atque anachoreticae rudia quaedam fundamenta iecisse; quae deinde in Rechabitis propagata sit, de quibus apud Ieremiam a. Vbi inter alia in tabernaculis, sine domo habitasse dicuntur. Quod de Haber Cinzo cap. 4. libri huius scriptum est. Itaque iam ab aduentu Israelitarum in agro Ierichantino habitauerunt. Nec dicuntur omnes inde profecti b. Apparet potius inde quasi ex quodam seminario varia collegia esse profecta. Quidam enim in deserto Iudae sedes fixerunt: alij tribum Nephtholim adiere, & in valle Sennim, iuxta Cedem tabernacula sua collocarunt in quibus celebratur Haber Cinzus, vir Iahelis, quae occidit Sarum. alij in medio Amaleitarum habitauerunt c, quos postea Saül migrare inde iussit, ne cum Amalecitis morti diuinitus addictis perirent.

III. Axa petit terram iri quam & obtinet.

Cinzorum coloniae.

a c. 35. 6. 7. II.

b Iud. 4. 11.

c 1. Reg. 15. 6.

ANNVS MVNDI 2605.

OTHONIELIS & PHINEIS 5.

AMYNTÆ 30. Imperij Assyr. 664.

ANTE CHRISTVM 1448.

FACTENVS quidem ferè exposita sunt, quae a Iuda Simeone, auspiciis tamen Iudae, feliciter contra Chananaeos in sorte Iuda gesta fuerant, hoc anno quae vicissim in Simeonis haereditate, ab vtraque tribu, Simeonis tamen auspiciis, gesta sunt, explicantur. Et in primis quae contra Sephaad, Abiit autem Iudas, ait Scriptura a, cum Simeone fratre suo, & percusserunt simul Chananaeam, qui habitabat in Sephaad, & interfecerunt eum, vocatumque est nomen vrbs Horma, id est Anathema, quasi tota vrbs in holocaustum Deo consecrata esset, vt Iericho. Forte ita factum, propter cladem aliquam ibi acceptam: vt olim pugnando contra Regem Arad; a quo cum cladem aliquam accepissent b, promiserunt se vrbes eius deleturos, & locum anathemati tradituros; quod cum

I. Quae gesta in tribu Simeonis.

a Iud. 1. 17.

Sephaad anathema.

b Num. 21.

diuinitus adiuti perfecissent, vocauerunt locum Horma, id est Anathema.

I. Inde transitum est ad maritimas Philisthæorum ciuitates, quæ ad Simeonis tribum etiam pertinebant, licet in tribu Iuda aliquando censeantur, quia Iudæ spatio detractum est quod Simeon traderetur, ut alibi dictum est. Cepitque Iudas, cum Simeone, Gazam cum finibus suis, & Ascalonem atque Accaron cum terminis suis. Id si verum est, quomodo paulò post legitimus Deus dereliquisse quinque satrapias Philistinorum non deuictas, ut exerceret, & probaret Israëlitas? Dicendum est verè hæc vrbes in Iudæa ac Simeonis venisse potestatem, sed non d. u. permansisse, Philisthæis eas non multo post recipientibus, ut testatur Iosephus. Itaque si Septuag. negant à Iudæis captas aut possessas, ut reuera in plerisque codicibus negant, explicandi sunt reputare non captas, quæ quamprimum amissæ sunt, nec possessæ d. u. Denique concludens Scriptura res. ab istis duabus tribubus gestas. Fuit, inquit, Dominus cum Iuda, & montana possedit; nec potuit delere habitatores vallis, quia falcatis curribus abundabant; quorum scilicet in montanis rarus est vsus atque difficilis, in campestribus certam perniciem pedatui afferunt. Quamquam falcatorum currum abundantia vsus est Dominus, ad implendum decretum suum, quo statuerat relinquere Iudæis hostes ob causas iam dictas. Alioqui Philisthæi non erant curribus instructiores, quam Pharao.

III. Expeditio filiorum Ioseph. Expeditis porro iis quæ ad tribus Iudæ & Simeonis pertinebant, de domo Iosephi aggreditur Scriptura dicere, quæ tribum Ephraim & Manasse continebat. Quod autem domum Ioseph maluit dicere quam tribum Ephraim, de cuius tamen sorte hic sermo est, & ad eam Bethel siue Luza pertinebat, significare voluit tribum Ephraim & Manasse conuenisse ad rem simul gerendam, sicut Iudas & Simeon ad eandem expositionem conuenerant. Domus ergo Ioseph ascendit in Bethel, fuitque Dominus cum eis, ut rem ex arbitrio gererent, & expedita victoria potirentur. Nam cum obsiderent urbem, que prius Luza vocabatur, viderunt hominem egredientem de ciuitate, dixeruntque ad eum. Ostende nobis introitum ciuitatis, & faciemus tecum misericordiam. Introitum appellant, non portam ciuitatis, facile enim poterat inueniri, cum hic per illam egrederetur: sed locum minus munitum, per quem facilior esset in urbem irruptio. Qui cum ostendisset eis, sua suorumque incolumitate prius iureiurando firmata, ut ait Iosephus, inuaserunt urbem, eamque percusserunt in ore gladij, hominem autem illum, & omnem cognationem eius dimiserunt.

IV. Non utique inanem dimiserunt, sed cum iis opibus, quæ cognatis quoque iuuantibus, quos cladi eripuerat, ad nouam urbem condendam sufficerent. Dimissus enim venit in terram Hethæorum, qui erant in tribu Ephraim, de quibus bene meritis erat proditione sua, & ibi nouam condidit Luzam. Sicque patriam, quam vno in loco perdendam dederat, in alio quasi rediuuam erexit: sicut Aneas & Antenor duas in Italia Troias, ut Liuius initio historiæ suæ tradit, erexerunt. Enumerat deinceps Scriptura, in quo ab hac vtraque tribu filiorum Ioseph peccatum fuerit; eodemque modo à tribu Zabulon,

& Aser, & Nephthali, & Dan: quod scilicet non exterminarint singuli de sorte sua Chanaanæorum infidelium reliquias, licet confortati viribus essent, sed contenti eos reddere tributarios, delere noluerint: quod de filiis quoque Benjamin paulò ante dictum fuerat, de non delectis Iebusæis Ierosolymitanis. Et hæc prima origo ruinæ Israëlitarum, & violatæ diuinæ legis, iubentis funditus exterminari Chanaanæos, ceterosque populos, qui eo nomine comprehendebantur, & intra septa promissæ terræ clauderentur.

ANNVS MVNDI 2611.

OTHONIELIS & PHINEIS 11.

AMYNTÆ 36. Imperij Assyri. 680.

SABBATICVS. 4.

ANTE CHRISTVM 1442.

VNDECIMVS Othonielis annus in quartum sabbaticum incurrit, quem probabile est etiam obseruatum ab Hebræis: quod adhuc incurfu essent illi decem & septem anni, quibus populus, viuentibus Senioribus, remque publicam virtute potius, quam imperio, & legitima autoritate continentibus, ab officio non discedebat. Idque sit etiam credibilis, si Calebum, summæ apud Hebræos auctoritatis, adhuc in viuis fuisse dixerimus. Quod ego sanè non ægrè concesserim. Nam ex Scriptura didicimus eum tam viuida ac vegeta senectute viguisse, ut annus ætatis eius quintus & octogessimus, quadragesimo eiusdem potuerit comparari. Cum autem Caleb anno sexto principatus Iosue annum ageret octogessimum quintum, consequens est ut hic vndecimus Othonielis annus sit eiusdem Calebi septimus supra centesimum. Quo ipso anno, aut si maui in sine præcedentis, natum arbitramur Booz huius nominis primum de Salomone sexagenario, ut ostendimus anno Baraci vigesimo primo; ita ut vndecimus Othonielis, primus Booz numerari possit.

ANNVS MVNDI 2617.

OTHONIELIS & PHINEIS 17.

AMYNTÆ 42. Imperij Assyriorum 686.

ANTE CHRISTVM 1436.

DECIMVS septimus huius seculi annus, cum quo pari numero serièque progrediuntur summi Pontificis Phineis, summique Iudicis Othonielis, qui dicuntur, anni, is est, in quo septendecim illi anni terminantur, quibus, ut Hebræi tradiderunt, & nos primo Othonielis anno explicauimus. Israëlitz quoquo modo continuere sese in officio, & saltem ab Idololorum cultu abstinerunt, etsi in eo non leuiter peccarunt, quod cum antiquis terræ incolis fœdera toties prohibita diuinitus, ab omnibus

passim tribubus inita sunt. Qua de re per Angelum suum, etiam tum viuo Iosue conquestus est Dominus, ut suo loco diximus; eam tamen querelam Scriptura in hunc locum retulit, in quo eam culpam ab omnibus vniuersè perpetratam referebat. Hoc ergo denique anno impletum est illud. Omnis illa generatio congregata est ad patres suos, qui nouerant omnia opera Domini, que fecerat in Israël, præsertim in exitu ex Aegypto. In quibus cum maxime emineret Caleb, eum non vltra hunc annum vixisse non timentè dici potest. Ad quam si peruenit, anno vitæ centesimo decimo tertio in senectute bona emigrauerit ad patres suos. Tot enim ab anno Moysi 42. quo illum natum diximus, numerantur. Annus porro sequens, qui est egressionis 75. & Othonielis 18. est quintus Sabbaticus.

ANNVS MVNDI

2620. & 21.

OTHONIELIS & PHINEIS 20. 21.

AMYNTÆ 45. & vlt. BELOCHI II. 1.

Imperij Assyriorum 689. & 90.

ANTE CHRISTVM

1433 & 32.

ORVM annorum priore mortuus est Amyntas, Assyriorum Imperatorum à Nino decimus septimus, à Belo decimus octauus, post expletos in imperio annos 45. Ei successit Belochus eius nominis secundus, ordine decimus nonus, cui Africanus & Eusebius 25. annos regni tribuunt. Cuius filia Atossa, quæ & Semiramis, regnavit cum patre annis septem, vel ut aliis placet, duodecim. Distat hæc Semiramis à morte prioris anno vno & triginta supra quingentos. Nonnulla tamen, quæ huius sunt propria, illi tribuantur. Vide Photium.

ANNVS MVNDI 2622.

OTHONIELIS & PHINEIS 22.

BELOCHI II. 2. Imperij Assyri. 691.

ANTE CHRISTVM 1431.

QVINTVS agitur annus, ex quo Israëlitz post Seniorum obitum, à Domino verèque pietate descuerunt, iuxta eam temporis distributionem, quam primo Othonielis anno posuimus. Verum ut nemo repente sit pessimus, ita neque Israëlitz, sed paulatim ad alia ex aliis vitia præcipitantes, tandem in voraginem Idololatriæ prolapsi sunt. Iosue mortuo, inquit Seuerus Sulpitius, populus sine duce agebat; domi militiaque summum otium:

populus aut subactis, aut in editionem acceptis generibus imperitabat. Iude ut semper fieri secundis rebus solet, morum, disciplinæque inmemor, matrimonia ex vilitis assumere, paulatimque externos mores trahere, ac mox prophano ritu idolis sacrificare cepit. Sicque impletum est quod Moyses moribundus huic populo dixerat. Non quod post mortem meam inique ageris, & declinabitis cito de via, quam præcepi vocis, & occurrent vobis mala. Sed de his postea malis dicendum erit; Nunc ea crimina quæ huiusmodi clades præcesserunt, provt à Scriptura suggeruntur, explicanda sunt.

Suggeruntur autem postremis quinque huius libri capitibus, quæ ad hunc locum & ordinem temporum pertinere, omnes propemodum interpretes ac Chronologi assentiuntur, & qui dissentiunt, in parte tantum aliqua dissentiunt, & in ea ipsa qua dissentiunt, communem hanc quam amplectimur sententiam, valde probabilem negare non possunt. Iosephus certe eam totam historiam in ea refert tempora, quæ Cusanam seruitutem antecesserunt, eademque est Theodoreri sententia, & aliorum quas in Annalibus retulimus. Itaque agnoscenda est hoc loco hystorologia, quam non solum probabilem, sed necessariam faciunt quod historia Michæ, quæ prima eo in loco recensetur, sub Ionathan filio Gersan, nepote Moysi contigit; quæ si post Samsonis tempora, ut à Scriptura collocatur, dicatur contigisse, oportebit aut Gersan, aut Ionathan plus trecentis annis vixisse. Idemque de Phince Pontifice dicendum erit, in cuius pontificatu constat historiam Leuiticam contigisse. Causa porro dilata vtiusque historiæ videtur fuisse, quod earum scriptor noluerit res à Iudicibus gestas longioribus hinc narrationibus interpellare; sed absolutis eorum gestis fusiùs explicare maluerit, ut Theodoretus quoque censet. Quæ etiam causa fuit cur historia Ruthæ, quæ tempore vnius Iudicis contigit, seorsum separato libello edita fuerit.

Explicatis igitur antegressis ad idololatriam dispositionibus, recenset Scriptura quomodo id malum in tres tribus inuectum fuerit; in tribu Leui, & Ephraim auctore Michæ, à quo etiam in tribu Dan, exploratorum interuentu, infelicitè propugnata est. Mali origo fœmina progreditur superstitioni dedita, origine Ephraimita, conditione vidua, ætate prouecta, fortunis potens, ut quæ mille & centum argenteos in sculptile destinaret, id est aureos nummos vltra quingentos. Artifex autem criminis huius, fuit filius eius nomine Michas, tribu Ephraimita, & maternæ impietatis vel amulus, vel magister, multorum liberorum parens, qui pecuniam matri furto sublatam, ut habent Hebræi, Græcique codices, vel ab ea sepositam, & diuino cultui destinaram, ut vertit in Vulgata Hieronymus, repræsentat mulieri, quos illa cum gratulatione receptos, filio reddidit, præter ducentos ficos, quos illa dedit aurifici, vel materiam, vel manupretium gemini idoli, quorum vnum sculptrum erat, alterum conflatum. Reliqua pecunia è Michæ in ædiculam, ornamenta vestium, ceterumque Idololatriæ apparatus consumpta est. Quintum etiam vnum de filiis suis, neque Leuitam genere, neque Sacerdotem, nouus ipse Pontifex

I. Satrapia Philisthinorum, an & quomodo capta. a Ios. 19. 8. 9. b Iud. 3. 3. c I. 5. c. 2. d Iud. 1. 19. III. Expeditio filiorum Ioseph. vers. 12. Contra Luzan. IV. Noua Luza condita.

Loc. cit. Pleraque tribus conseruant Chanaanæos. I. Quartus sabbaticus. Caleb etat. Booz primus ortus. I. Anni 17. immunes ab idololatria. a n. 1. & 4. a n. 3. & 4. passim.

a Dent. 31. 29. II. Postrema quinque cap. libri Iudicium huc pertinent. b I. 5. Ant. c. 2. c 9. penult. in I. Iud. d cap. 18. 30. Cur dilata fuerint. loco cit. III. Idololatria in tres tribus inuecta. 1 504--6 Idola Michæ & cultus eorum. C c 4 confc

confecrauit, gemino sacrilegio, cum & alienam iurisdictionem usurparet, & eam in personam ineptam exerceret.

I V. Ionathan nepos Moyfi sit eorum Sacerdos. Sed fors etiam tulit, vt alterius personæ interuentu, magis confirmaretur error. Ionathan enim filius Geisam filij Moyfi, paterno genere Leuites, materno Iudæus, moribus potius quam ætate adolescens, ingenio leuis, ac vagus, vt qui in Bethlehem ciuitate non Leuitica morabatur, fortuna pauper, religione impius, hic in quâ Ionathan, cum in Micham incidisset, ab eodem, pari iure quo filius, factus est Sacerdos, & conductus in sacrificium Idolorum.

Danitæ no- uas quærunt sedes. a Iud. 1. 34. Danitæ ab Amorrhæis in monte aræarentur, nec sinerentur ad planiora descendere, vt supradictum est, nouas sibi sedes quærerent; miseruntque quinque viros exploratores Libanum versus, qui in domo Michæ hospitio suscepti, didicerunt à Ionatha ibi esse idolum, cum ipse Sacerdos esset, quod & ipsorum rogatu, de suscepto itinere consuluit. Quo prospera promittente, venerunt, in Lais, quæ Lesem dicitur in libro Iosue b, vbi hæc historia breuiter per occupationem refertur. Cumque inuenissent ibi populum nihil sibi à bello timentem, reuersi ad suos eis expeditionem persuasurunt, quam susceperunt sexcenti viri, & ex itinere idola Michæ raperunt, & Sacerdotem eorum Ionathan non inuicem abduxerunt. Moxque occupatam urbem, Dan appellauerunt, ibique habitantes etiam statuerunt idola, quibus Ionathan, eiusque deinceps posterij seruiuerunt. Vsq; ad diem captiuitatis suæ, vt ait Scriptura c, additque, mansisse idolum Michæ apud eos, omni tempore, quo fuit dominus Dei in Silo.

V. Quæ ratio temporis dubia est apud interpretes atque Chronologos, quæ in Annalibus non negligenter expendimus. Dico hic breuiter Idolum Michæ, & cultum eius, ad incolam tantum urbis Lais, de quibus solis hic agitur, pertinuisse, & ad mortem vsque Heli, id est annis septendecim supra trecentos perdurasse, proindeque à Samuele qui tunc & sanctitate & autoritate præstabat, idolum atque idololatriam fuisse sublatam. Primo enim Regum scriptum est d, opera Samuelis omnem domum Israël abstinisse Deos alienos de medio sui, & seruasse Domino soli. Dies autem captiuitatis, cuius Scriptura meminit, non pertinet ad mortem Heli, aut captiuitatem arcæ, quæ nihil habet commune cum captiuitate Danitarum, sed ad tempus illud, quo Teglathphasar e occupauit Galilæam, & vniuersam terram Nephthalim; in qua erat Lais, siue Dan; quæ captiuitas non fuit generalis totius regni Israëlitarum, sed eam plus 35. annis antecessit. Ad hanc ergo captiuitatem ibi perseuerauit idololatria, cum sacrificiis Ionathæ posteris cum aliquo simulacro, ad illius, quod sustulerat Samuël, similitudinem fabricato. Quamuis non negandum sit eam pestem modico tempore, puta sub Samuele, & Dauide, fuisse interruptam.

VI. Sequitur historia cladis Benjaminæ, quam, sicut & priorem, ad hoc tempus pertinere iam demonstratum est. Eam Scriptura ipsa diligentissime persequitur, atque apertissime: vt propterea breuior nos esse deceat. Leuites quidam f de monte Ephraim, & de ciuitate Le-

uitica Sichem, duxit uxorem de Bethlehem Iudæ. Fuit autem planè alius à priore Leuita, qui adolescens erat, hic autem vir vxoratus, ille impius erat idolorum cultor, hic ita religiosus, vt apud infideles hospitium sumere noller. Quod autem hæc vxor dicitur concubina, id more Scripturæ de inferioris notæ, vxore accipiendum est, qualis fuit Agar, & Cetura. Hæc cum apud maritum fornicata esset, vt est in Hebræo, malè sibi à viro metuens, ne accusatam populo lapidibus daret obruendam, eo relicto reuersa est in domum patris sui in Bethlehem. At iste contra insignimorum lenitate præstans, post quatuor menses secutus est eam, vltro reconciliationem quærens, volensque eam ad se reducere. Id cum vxori & socero placuisset, reconciliatio facile facta est.

Ergo reintegrata beneuolentia Leuites consilium cepit remeandi quamprimum domum; & post multam beneuolamque contentionem hinc abire, inde retinere volentium, cum vicisset Leuites, & hora iam tardiore se in viam dedisset, inclinante ad occasum die ad Ierusalem Iebusæorum urbem, quamuis monente famulo, diuertere noluit. Ex quo intelligitur nondum Benjaminos cum Iebusæis in ciuitate inferiore habitasse, ideoque historiam hanc ad ista tempora pertinere. Transierunt ergo Iebus, & perguntibus occubuit Sol iuxta Gabaa oppidum Benjamin, in quo cum neminem inuenissent, qui eos accipere vellet hospitio, in platea remanebant, donec peregrinus quidam ciuis Leuita, eos in domum suam introduxit, humanitèrque tractauit. Cum nefarij homines domum obsident, & hospitem ad flagitium deposcunt. Quod aduersatus senex, maius crimen minore impedire conatur. Vtique non iuste, proprio enim peccato alienum impediendum non est, quod Deus videtur impedire noluisse, in vltionem adulterij, dudum ab hac muliere perpetrati.

Noluit autem Leuita boni hospitis filiam virginem infans illudendam præberi, malens damnum, quod propter se natum fuerat, in se, quam in bene de se meritum hospitem redundare. Itaque concubinam suam ad eos eduxit, & vt frustum panis, latrantibus canibus miseram tradidit: qua cum tota nocte abusi essent, dimiserunt eam mane. Venitque illa ad ostium domus, ex qua educta fuerat, & in qua erat vir eius, ibique exanimis corruit. Quod cum agnouisset eius maritus, impostam animo derulit in domum suam: ibique non de sepultura, sed de vltione cogitans, arripuit gladium, & cadaver vxoris cum ossibus suis in duodecim partes, ac frustra concidens, misit in omnes terminos Israël. Ad optimates scilicet singularum tribuum, quasi cruentas litteras, cum luctuosa narratione facinoris. Dicitque potest quoniam cadaver in duodecim partes dissectum fuit, vel vnam partem missam esse ad reliquos de tribu Benjamin, priusquam particulare crimen commune facerent: vel missas partes duas, ad duas partes tribus Manasse, vel partem vnam ad tribum Leui, id est, ad Phineem Pontificem missam esse; ad quam vel maximè Leuitarum iniuria redundabat.

Quod cum vidissent singuli, ait Scriptura a

conclamabant nunquam res talis facta est in Israël ex eo die, quo ascenderunt patres nostri de Egipto, vsque in presens tempus. Octoginta fere annorum tempus isti memorant. Conclamabant autem singuli in vrbibus suis, ad quas tam indigni nunciij delati sunt, in commune decernendum quid facto esset opus, quoniam in eo facinore omnes violati essent, & ad ipsos omnes Leuitarum protectio pertinebat; qui cum per omnes tribus sparsi essent, non leue momentum ad suscipiendum bellum fortassis attulerunt. Sed & aspectus insolens humani cadaueris ab ipso marito desperabundo dissecti, iras vehementer acuebat. Ergo congregati sunt ab vniuersis finibus Israël, ad Dominum in Maspha. In Silo erat tabernaculum Domini non in Maspha, venerunt ergo prope Dominum, quoniam vicina erat Silo Masphæ, & vtrumque oppidum vix sufficiebat tantæ multitudini. Prope Dominum autem, vt si consulto Domino opus foret, id facile esset.

Porro totius gestæ rei hic ordo fuit. Primo conuenerunt vndique populi principes, cum electa multitudine, ad quadraginta millia pedum pugnatorum. Secundo interrogatus Leuites de admisso facinore, ait Gabaënos voluisse ipsum occidere; pudore enim probrosissimi flagitij vel nominandi, illud in alterum commutat. Quamquam & se ad mortem vsque vxoratum iri merito suspicatus est, ex eo quod videbat vxori suæ contigisse. Quod autem addit nunquam tam grande piaculum fuisse factum in Israël. Fatendum quidem est grauissimum omnino scelus fuisse adulterorum istorum, Sodomitarum & homicidarum, & quidem in Leuitas, & peregrinos & innocentes. Sed si comparatio suscipitur, quæ in editione tantum vulgata reperitur, minimè dubium est adorationem vituli, & initationem Beelphegor, & facinus Michæ, & Danitarum, maius fuisse piaculum, quoniam in his directo Deus ipse, in illo violatus est proximus. Itaque comparatio accipienda est de peccatis, quæ in proximum perpetrantur.

Tertio decreta est vltio, magno omnium consensu, in Gabaënos tanti sceleris authores: & de quadringentis millibus, 40. millia, quæ est decima pars, ad commeatum toti exercitui procurandum destinata sunt. Quarto missi sunt legati ad tribum Benjamin, omnium Israëlitarum nomine, qui iuberent dedi sibi ad supplicium huius criminis authores atque fautores: at illi noluerunt fratrum suorum mandato acquiescere, sed sceleratorum potius patrocinium susceperunt, & in Gabaa, ad eam propugnandam armati venerunt, numero viginti quinque millia, præter septingentos Gabaënos, prætorum peritissimos, & scientissimos funditores. Quinto Israëlita: hac Benjaminitarum audita contumacia in Maspha duo iurauerunt. Prius est, neminem eis daturum de filiabus suis vxores, quasi perduellibus, & fratrum communionem reiectis. Posterius, occisum iri eos, qui ab hoc bello abfuisent. Rectius facturi si Denm prius de vtroque voto consulissent. Non enim id minus intererat publicæ rei, quam scire belli ducem: pro quo sexto loco Dominum consuluerunt in Silo; à quo intetuentu Pontificis Phineis didicerunt, imperium tri-

Historia alectius Leuitæ.

Reconciliatur vxor.

VII. Cum ea regreditur domum.

Iud. 1. 31.

Apud Gabaënos accipitur hospitio.

VIII. Ibi illa concubina moritur.

Dissecto caduere Leuita tribus omnes ad arma vocat.

IX. a Iud. 19. 30.

Motus omnium tribuum.

conclamabant nunquam res talis facta est in Israël ex eo die, quo ascenderunt patres nostri de Egipto, vsque in presens tempus. Octoginta fere annorum tempus isti memorant. Conclamabant autem singuli in vrbibus suis, ad quas tam indigni nunciij delati sunt, in commune decernendum quid facto esset opus, quoniam in eo facinore omnes violati essent, & ad ipsos omnes Leuitarum protectio pertinebat; qui cum per omnes tribus sparsi essent, non leue momentum ad suscipiendum bellum fortassis attulerunt. Sed & aspectus insolens humani cadaueris ab ipso marito desperabundo dissecti, iras vehementer acuebat. Ergo congregati sunt ab vniuersis finibus Israël, ad Dominum in Maspha. In Silo erat tabernaculum Domini non in Maspha, venerunt ergo prope Dominum, quoniam vicina erat Silo Masphæ, & vtrumque oppidum vix sufficiebat tantæ multitudini. Prope Dominum autem, vt si consulto Domino opus foret, id facile esset.

X. Ordo rei gestæ.

Porro totius gestæ rei hic ordo fuit. Primo conuenerunt vndique populi principes, cum electa multitudine, ad quadraginta millia pedum pugnatorum. Secundo interrogatus Leuites de admisso facinore, ait Gabaënos voluisse ipsum occidere; pudore enim probrosissimi flagitij vel nominandi, illud in alterum commutat. Quamquam & se ad mortem vsque vxoratum iri merito suspicatus est, ex eo quod videbat vxori suæ contigisse. Quod autem addit nunquam tam grande piaculum fuisse factum in Israël. Fatendum quidem est grauissimum omnino scelus fuisse adulterorum istorum, Sodomitarum & homicidarum, & quidem in Leuitas, & peregrinos & innocentes. Sed si comparatio suscipitur, quæ in editione tantum vulgata reperitur, minimè dubium est adorationem vituli, & initationem Beelphegor, & facinus Michæ, & Danitarum, maius fuisse piaculum, quoniam in his directo Deus ipse, in illo violatus est proximus. Itaque comparatio accipienda est de peccatis, quæ in proximum perpetrantur.

XI.

Tertio decreta est vltio, magno omnium consensu, in Gabaënos tanti sceleris authores: & de quadringentis millibus, 40. millia, quæ est decima pars, ad commeatum toti exercitui procurandum destinata sunt. Quarto missi sunt legati ad tribum Benjamin, omnium Israëlitarum nomine, qui iuberent dedi sibi ad supplicium huius criminis authores atque fautores: at illi noluerunt fratrum suorum mandato acquiescere, sed sceleratorum potius patrocinium susceperunt, & in Gabaa, ad eam propugnandam armati venerunt, numero viginti quinque millia, præter septingentos Gabaënos, prætorum peritissimos, & scientissimos funditores. Quinto Israëlita: hac Benjaminitarum audita contumacia in Maspha duo iurauerunt. Prius est, neminem eis daturum de filiabus suis vxores, quasi perduellibus, & fratrum communionem reiectis. Posterius, occisum iri eos, qui ab hoc bello abfuisent. Rectius facturi si Denm prius de vtroque voto consulissent. Non enim id minus intererat publicæ rei, quam scire belli ducem: pro quo sexto loco Dominum consuluerunt in Silo; à quo intetuentu Pontificis Phineis didicerunt, imperium tri-

a c. 21. 1. 5. Geminum Israëlitarum iusjurandū.

bui Iudæ deferendum, in qua cum in primis emineret Othoniel, apparet eum electum Imperatorem.

Septimo, semel iterumque infeliciter ab Israëlitis pugnatum est, adeo vt priore prælio viginti duo millia perierint, posteroire decem & octo millia In quo magna subest admirationis causa, quod Israëlita ad bellum legitima ex causa progressi, post requisitam frustra satisfactionem à nocentibus: post consultum Dominum, & acceptum ab eo belli ducem, ab eodem in prælium, imo in cruentissimam stragem, semel iterumque missi fuerint, licet inter vtrumque prælium, preces lacrymasque coram Domino ad noctem vsque fudissent. Verendum vtiq; fuit, ne ab hominibus, alioqui parum religiosi, & gemina iam clade postritis, Dominus fautor improborum diceretur, aut Phinees, tanquam impostor, & somnia sua pro Dei vocibus ingerens, interficeretur. Sed Deus eorum linguas, manusque continuit; & mox reddidit ab afflictione victores. Pœnas interim de iis ipsis sumpsit, qui aliorum scelera punituri erant, ob culpam Idololatriæ in Lais permittæ, nec, iuxta legem Domini a, quam citissime vindicatæ. Repetitis tamen precum & pœnitentiæ præsidij, adiectis quoque sacrificiis, veniam à Deo, ac victoriam obtinuerunt.

XII. Iidem bis infeliciter pugnant, euentu mirabili.

a Deut. 13. 12.

Positis enim per circuitum vrbis insidiis, simulata fuga Benjaminitas ab vrbe sua abduxerunt. Totus portio exercitus Israëlitarum triperito diuisus fuit, pars vna per circuitum vrbis Gabaa posita fuit, eique duplex cura demandata, vt scilicet cum ciues essent in prælium, ipsi in vacuum propugnatoribus urbem intrarent, eamque incenderent, vt ante annos circiter quadraginta in vrbe Hai factum fuerat: tum vt Benjaminitis fugientibus occurrerent, sicque illi à fronte tergoque cæderentur. Altera pars fuit decem millium virorum, qui destinati erant ad prouocandum hostem, eumque ad insidiarum locum alliciendum: quod dum faciunt, ad 30. viros de suis amiserunt. Vnde ferocior facti Benjaminita, dum Israëlitas ad insidiarum loca persequuntur, in eas ipsi incidunt. Hic erat totius robur exercitus. Itaque cum hic filij Benjamin se inferiores viderent, versus urbem fugere cœperunt. Quod cernentes filij Israël locum eis ad fugiendum dederunt, vt ad paratas insidias deuenirent, quas iuxta urbem posuerant. Ibi ergo cum & incensam viderent, & præclusum sibi ad eam aditum, quasi inter malleum & incudem deprehensi, dum omni ex parte cæduntur, in eodem loco ad octodecim millia virorum intercepta sunt.

XIII. Victoria & Benjaminæ cladis modus.

Ios. 8.

Reliqui fugerunt in solitudinem, versus petram Remnon, in qua fuga septem virorum millia cæsa sunt. Denique de toto exercitu vix sexcenti ad saxum illud euaserunt. Nec tanta cæde contenti Israëlita, regressi in Gabaa omnes reliquias ciuitatis, à viris vsque ad iumenta, gladio percusserunt, cunctasque vrbes & viculos Benjamin vorax flamma consumpsit. Ex quo apparet Israëlitas, tam Benjaminitarum insolentia, quam cladibus suis exasperatos, non solum Gabaa, sed totam etiam tribum anathemati subiecisse, vt Iosue pridem Ierichumtem.

XIV. Fuga & cædes Benjaminitarum & severitas Israëlitarū.

Explicatur

Ac iusjurandum.

Explicatur deinceps reparatio eiusdem tribus quæ desperata videbatur, propter commune iusjurandum, de non dandis filiabus suis in matrimonium Benjaminitis, qui tam execrando scelere matrimonium Leuitæ violauerant. Supponebat autem hoc iusjurandum, tam illud quod dixi anathema, quo cædes omnium mulierum continebatur, quam euasione fugiuorum aliquorum, vt passim in omnibus præliis contingit, vt sic tota tribus vel morte violenta, vel defectu posteritatis deficeret.

XV. Et cura pro seruanda tribu Benjamin.

Sed postquam resedit ira, subsequuta est penitentia, & luctus coram Domino, de imminente vnus tribus interitum. Videbant enim se in arcto positos, vel vt rei periurij fierent, quod horrebant, vel vt vnam tribum de suo corpore abscinderent. Itaque postridie veniunt ad Sanctuarium, tum gratias acturi Deo de victoria, tum consulturi quomodo præsens negotium expedirent, eamque in rem extructo altari, holocausta Domino, hostiasque pacificas obtulerunt. Simul etiam rationem ac viam exquisierunt, qua & tribus reparari posset, & iusjurandum non violaretur, & rei desertæ vel non aditæ sacræ militiæ punirentur. In culpa inuenti sunt ciues vrbis Iabes in Galaad trans Iordanem, quam cum penitus excindi vellent, in gratiam Beniamitarum virgines quadringentæ reseruatae sunt, & rotidem viris in matrimonium traditæ: cæteri siue nocentes, siue innocentes, mulieres, senes, paruuli, immisso exercitu trucidati sunt.

XVI. Israëlitis temeritas & crudelitas.

Sed isti merito & temeritatis in iureiurando accusantur, quod ipsimet postea irritum cuperent, & crudelitatis in exequendo, quæ nullo discrimine in fontes insontesque effusa est. Præsertim cum non appareat hæc iuramenta diuino consilio facta esse, sed zelo potius humano, & quidem contra Dei legem, quæ verat parentum culpam pœna filiorum innocentum expiari. Nesciebant isti in male promissis rescindendam fidem, & in turpi voto mutandum esse decretum; idèoque conscientia sua constricti renebantur, quam errantem secuti sunt potius, quam diuinum oraculum, si quod datum est illis. Hac autem tam luctuosa strage edita, & adductis ad castra in Silo virginibus miserunt nuncios ad filios Benjamin, qui sponderent ipsos ab vniuersis Israëlitis acceptum iri pacifice, vt socios ac fratres, iis quæ adhuc contigerant obliteratis. Illi data & accepta fide reuersi, vxores de filiabus Galaad acceperunt; Supererant ducenti, qui carebant vxoribus, omnes enim in tota tribu vel ferro, vel incendio perierant; reliquæ parentum iuramento obnoxie censebantur.

XVII. Consilium derapiendis conuigiis.

Maiores ergo natu suaserunt istis vt vxores à Siluntinis vicinis peterent, quas sciebant non impetraturos, ob iusjurandum, vt postea raptus earum aliquem excusationis colorem haberet, neque is inimico animo factus appareret, & culpa in recusantes quoquo modo conici posse videretur. Itaque auctores fuerunt vt ex insidiis puellas Siluntinas choros in festiuitate ducentes raperent, & mox in suam terram sese reciperent: promittentes insuper se raptarum parentes illis placaturos. Vtique non sine culpa. Cum enim se iuramento teneri crederent, illud neque auxilio, neque consilio violare de-

buerunt. Expedierunt tamen sese quoquo modo à iuramento, dando non suas, sed alienas, & consulendo vt qui iuramento non tenebantur, caperent eas, quas patres sponte dare non poterant iuramento impediti. Sicque supplebant parentum impotentiam, qui eas libenter, si potuissent, erant tradituri, & gaudere potuerunt, rem sine periurio factam esse, quam omnes fieri cupiebant, nisi conscientia impedisset. Hic finis fuit Beniamitici belli, quod magnam sine dubio infidelibus Chananæis lætitiā attulit, qui interea non respirabant solum sed inualecebant etiam, dum eorum aduersarij mutuis cædibus conficiebant.

ANNVS MVNDI 2623.

OTHONIELIS & PHINEIS 23.

BELOCHI II. 3. Imperij Assyri. 692.

ANTE CHRISTVM 1430.

Hic primus est illorum octo annorum, quibus iratus Dominus contra Israël, tradidit eos in manus Cusani regis Mesopotamiæ, cui seruerunt octo annis. Sed hanc Scripturæ narrationem antecedit multiplex querela, quæ tam in hæc ipsa tempora, quam secutura congruit, de Israëlitis post Deos alienos abeuntibus, deserto patrum suorum, & crebro ad vomitum, post verbera, & liberationem per Iudicum manus, redeuntibus. Itaque Dominus maximo omnium scelere populi sui ad vltionem prouocatus, scelere inquam, quod ad summam iniuriam numinis, contumeliamque pertinet, & scelere indignissima defectione cumulato, tradidit illum in manus Cusani regis. Quam autem rex iste causam inuadendi Israëlitas obtenderit non facile est reperire: Suspiciari possumus excita tum hunc regem à vicinis populis, qui sibi metuebant ab Israëlitis: vel à Chananæis & Iebusæis, qui ad pristinam libertatem aspirabant, & à potente rege eam sibi restitutum iis sperabant.

Nec defuit Regi causa idonea suscipiendò bello: nunquam enim deest ambitioni principum prætextus. Excitatum etiam apparet occasione ciuili belli inter Hebræos flagrantis, in quo tam multa hominum millia cæsa, non dubio sermone ferebantur: sperauit ergo se admodum debilitatos facile seruituti subiecturum. Vocatur Cusanus hic à Scriptura tum Syriæ, tum Mesopotamiæ rex. Quidam Assyriorum regem putauerunt, quia Syria pro Assyria nonnunquam vsurpatur, sicque qui Assyrii Belochus fuerit, Cusanus fuerit Hebræis. Sed si hic ab Othoniele in bello cæsus est, vt quidam putant, tempus mortis non conuenit cum fine imperij eius. Et licet negauerimus occisum, sed ad suos cum clade voluerimus, & ignominia redire compulsus, regnum eius vltra vitam Othonielis protenditur.

Modus cladis huius sic à Iosepho traditur Bello à Cusarthe rege Assyriorum petiti, & in acie multos amiserunt, & oppidatim infestati, aut vi, aut deditioe in potestatem eius vene-

AN. SAB. 6. & 7.

Quis iuramento expediat.

I. Primus annus seruitutis sub Cusano rege. Iud. 3. 8.

II. Que belli causa.

Quis iste Cusan.

III. Quis cladis modus.

runt

runt. Tributis deinde iniquioribus grauati, & alias varias iniurias ferrè sunt coacti per annos octo. Sic ille. Atque ita qui infideles iubente Deo delere noluerunt, ipsi ab infidelibus permittente Deo, prope deleri sunt, & qui tributa Deo improbante à Chananæis auarè exegerunt, à Syris Deo vindicante tributis exinaniti sunt. Vicinos Chananæos amicos & fœderatos habere voluerunt: & Deus illis tyrannos longinquos accersit, à quibus seruilem in modum vexarentur. Denique qui relicto Deo Deorum cultores esse voluerunt, puniente Deo à Deorum cultoribus crudeliter afflicti sunt. *Vt sciant, ait Dominus, distantiam seruitutis meæ, & seruitutis regni terrarum.*

ANNVS MVNDI

2624. & 25.

OTHONIELIS, & PHINEIS 24. & 25.

BELOCHI II. 4. & 5. Imperij

Assyriorum. 693. & 94.

ANTE CHRISTVM 1429. & 28.

Hunc secundum & tertium annum Hebræi Cusano seruerunt, in terra sua, quando seruis suis seruitutem laxare debuerunt. In hunc enim annum tertium seruitutis, qui est ab ingressu in Chananitidem quadragesimus secundus, incurrit sextus Sabbaticus, quem vix crediderim ex lege obseruatum, vel neglectu propter improbitatem, vel necessitate, propter duram tyranni seruitutem.

Horum autem annorum prior in exotica historia habet Europæ raptum; posterior Cadmi regnum apud Thebanos, quando & Linus musicus floruisse traditur. De quibus paulò plura in Annalibus.

ANNVS MVNDI 2630. & 31.

OTHONIELIS & PHINEIS 30. & 31.

BELOCHI II. 10. & 11. Imperij

Assyrior. 699. & 700.

ANTE CHRISTVM 1423. & 22.

Prior annus octauus est & vltimus Israëliticæ seruitutis annus, posterior libertatis primus. Nihil autem mirum octauum illum Cusanicæ tyrannidis annum, ab Eusebio vocari Othonielis vigesimum, qui Iosue tribuerit septem & viginti principatus annos. Si ergo decem anni tollantur Iosue, & Othonieli reddantur, planè conueniemus. Eodem anno ponitur ab Eusebio mortuus clarus ille rex Argiuorum Danaus, quinquaginta filiabus celebris, & imperij totidem annis; habuitque Lynceum generum successorem, annis 40. & vno. Elaphis autem octo annis asperæ atque insolentis seruitutis, quos Dominus populo

suo pœnam simul esse voluit & medicinam, 30. Othonielis anni complentur, quibus reuera neque Iudicis nomen, neque potestatem in populum vniuersum obtinuit. Sequitur tamen trigessimus eius annus, quoniam ad eius gubernationem, & seniorum, quæ dicitur, gubernatio, & inter regnum, & Cusani octo anni reuocantur, vt supra diximus. Et vniuersè omnes deinceps seruitutes sequentium Iudicum temporibus annumerantur.

Illis igitur annis octo transactis, inspirauit Dominus populo suo spiritum contritionis & penitentiae, vt respicerent, & sanarentur à langoribus suis. Excussit enim dura seruitus ex duris cordibus gemitus, ex siccis oculis lacrymas, ex taciturno ad pietatem ore clamores. *Clamauerunt enim ad Dominum, qui suscitauit eis saluatorem, & liberauit eos.* Is fuit iam sæpius memoratus Othoniel, filius Cenez Calebi frater minor, vir magnanimus, spectatæ iam probatæque virtutis, vt qui Calebi gener factus est, ciuitate litterarum gloriosè occupata. *Fuitque in eo spiritus Domini*, vtique spiritus eminentioris sapientiæ, intelligentiæ, consilij, fortitudinis, pietatis, ac timoris Domini, vt se & populum vniuersum in libertatem vindicare, Dei cultum & pietatem instaurare, idolatriam exterminare, Kempub. stabilire, eamque ex diuinis legibus gubernare posset. Iosephus eum oraculo monitum ait, vtique interuentu ordinariæ in Ecclesia sua potestatis Phineis Pontificis, sicut pridem Eleazar interpres fuit Iosue, in iis quæ erant ad Deum.

Modus adeptæ libertatis à Scriptura paucis in hæc verba memoratur. *Egressusque est ad pugnam, & tradidit Dominus in manus eius Chusan Rasahaim regem Syria, & oppressit eum.* Apparet regem ipsum in prælio victum cæsumque; quod affirmat Clemens Alexandrinus, & atque Serarius: cui assertioni res ipsa fauet. Alioqui enim regi potentissimo facile fuisset instaurare bellum, & acceptam vlcisci cladem: cum tamen hanc eius oppressionem altissima pax apud Israëlitas sit consecuta.

Finem porro accepit hoc anno septimum seculum Imperij Assyriorum, quæ pars est dimidia, iuxta nostram temporis rationem, periodi principatus eorum, vt ex anno mundi 3333. intelligetur.

ANNVS MVNDI

2632. & 33.

OTHONIELIS & PHINEIS 32. & 33.

BELOCHI II. 12. & 13. Imperij

Assyriorum 701. & 702.

ANTE CHRISTVM 1421. & 20.

Parta superiore anno pace, trigessimus secundus Othonielis, annus Sabbaticus fuit ordine septimus; est enim quadragesimus nonus ab ingressu in Chananitidem. Reliquis autè annis vltq; ad mortem Othonielis Israëlitas in otio, & libertate vixerunt: & au-

a an. Othob. 1.

I. Primus libertatis.

Gemitus penitentis populi.

b Iud. 3. 9. 10.

III. Eiusque adeptus modus.

c 1. Stro. p. 237. Grac. Lat.

I. Restitutio diuini cultus.

thore

Iubilæus Mofaicus, & Mundanus diuerfi.

thore Deo, atque Othoniele administro, idolorum cultus sublatus est, vera religio restituta. Ut minime dubium videatur, quin restituta diuinitus toti populo libertate, etiam ij qui seruos Israëlitis habebant, illos, ex lege anni Sabbatici, manumiserint.

Sequens autem annus, qui est Egressionis, & datæ legis nonagesimus, est etiam ingressus in Chananitidem quinquagesimus, & consequenter Iubilæus, quem Mofaicum appellemus licet, ad differentiam Mundani, qui ab ortu Mundi numeratur. Ut autem quinquagesimus quisque ab ortu rerum est mundanus, ita quinquagesimus quisque ab ingressu in Chananitidem est Mofaicus, in lege Mosis constitutus. Ille autem prior, quem obseruat Eusebius ex Hebræis, nullum habet proprium usum, quam annos ab orbe condito per quinquagenaria spatia diuidere.

ANNVS MVNDI 2639.

OTHONIELIS, & PHINEIS 39.

BELOCHI II. 19. Imperij Assy. 708.

ANTE CHRISTVM 1414.

I. Sabbaticus octauus.

ANNVS hic Sabbaticus est, ordine octauus, id est quinquagesimus sextus ab eorum initio, idemque sextus à primo Iubilæo Mofaico, in quo viuente adhuc Othoniele & Phinee, Israëlita Deum repudiata idololatria coluerunt. Ne mireris autem octauum Sabbaticum esse quinquagesimum sextum ab eorum initio, & non septimum à Iubilæo, ut quidam putant, quia singuli Sabbatici à præcedente Sabbatico numerantur sicut singuli Iubilæi à Iubilæo proximè præcedente, sicut & hebdomadæ seorsim à mensibus numerantur. Nec habetur ratio Iubilæi, qui aliquando inter annos Sabbaticos intercurrit ex accidente, puta post septimum Sabbaticum. Quod cum accidebat, non scerebatur, neque metebatur totis sex annis intra duos Sabbaticos, sed quinque duntaxat. Lex autem illa, de eo quod ordinariè contingebat, intelligenda est.

Quomodo numerandi hi anni.

a Leu. 25. 3.

ANNVS MVNDI 2640.

OTHONIELIS, & PHINEIS 40. & vlt.

BELOCHI II. 20. Imperij Assy. 709.

ANTE CHRISTVM 1413.

I. Othonielis obitus, eiusque ætas.

XPLETIS 40. annis à morte Iosue, qui administrationi Othonielis attribuuntur, ut sæpe diximus, mortuus est Othoniel in senectute bona, & pace quam populo suo pepererat. Fuit autem hic vnus è senioribus, qui viderant mirabilia Dei, non quidem in Ægypto fortasse, sed in deserto certe, & ingressu in Chananitidem duce Iosue. Videtur autem circiter centenarius excessisse de vita. Nam si

egressus est ex Ægypto, non agebat vigesimum annum, nec numeratus est in primo censu. Illi enim omnes mortui sunt in deserto, exceptis Iosue & Caleb. Ad annos igitur 97. ab Egressu, adde annos aliquot ante egressum, puta 10. aut 12. fiet aliquanto maior centenarius. Adde quod fuit minor Calebi frater, qui nunc ageret sex-tum & trigessimum supra centesimum.

Existimat Serarius noster, Iudices omnes Sanctos fuisse, & nunc esse in cælo beatos. Estque id creditu pium, vt iis Dominus sanctitatem ac beatitudinem dederit, per quos voluerit totius populi sui consulere sanctitati, & impium, profanumque debellare cultum, cum tyrannis, qui Dei populum opprimebant. Est etiam fortasse creditu necessarium, cum Apostolus b Dauidi, & Samuëli, & prophetis aggreget quatuor è Iudicibus, Gedeonem & Barac, Samsonem & Iephthe, quos dicit per fidem vicisse regna, operatos esse iustitiam, adeptos esse reppromissiones, &c. At in istis Iudicibus etiam reliqui intelligantur, quorum par est ratio, vel fortasse maior. Nam de Samione & Iephthe dubitari potius potest, quam de Othoniele, de quo Scriptura tradit fuisse in eo spiritu Domini, & videlicet populam ex spiritu Dei gubernasse. Certè Origenes ait indignum fuisse populam, qui talem haberet Iudicem, ideoque in pœnam peccatorum, Israëlitis fuisse sublatam.

Sub hoc ipsum tempus defunctum esse Phineem Pontificem admodum probabile est, & quidem ætate Othonieli supparem, aut aliquanto etiam minorem. Si enim illi demus annos 30. cum occidit scortatores illos, agebat hoc anno 87. Eum non semel Scriptura commendat à fortitudine, ac zelo diuini honoris, quo & sibi pontificatum adeptus est, & iram Numinis in populam seuiantis placauit. Longe autem falluntur, qui non animaduertunt hystorologia vltimorum capitum libri huius, Pontificatum Phineis, ad trecentos, si superis placet, annos producant. Illi porro anni quadraginta, quibus terra quieuit, & Othoniel mortuus esse dicitur, sunt anni inter ipsum & Iosue interiecti. Eodemque modo reliqui anni Iudicum accipiendi sunt, vt anni inter exitum ab Ægypto, & templi fundamenta constant, vt alio quoque loco dictum est.

ANNVS MVNDI 2641.

AODI, & ABISVE Pontif. 1.

BELOCHI II. 21. Imperij Assy. 710.

ANTE CHRISTVM 1412.

MORTVVS est Othoniel egregius Dei famulus, cuius vel præcepta, vel exëpla populū in quem recentia ipsius merita extabant, in officio continebant, ne ad priora scelera delaberetur. Eo mortuo, addiderunt, ait Scriptura d, filij Israël facere malum in conspectu Domini. Quoniam id Othoniele mortuo factum est, non possumus secundam seruitutem morti Othonielis statim subiicere, sed annos aliquot morbidae huic anarchiæ tribuere de-

II. Iudices per censuram dicitur.

III. Obitus Phineis, etiamdem ætas & ætas.

III. Obitus Phineis, etiamdem ætas & ætas.

c. An. 1. Othonielis obitus, eiusque ætas.

I. Iosue obitus, eiusque ætas.

bemus,

Fortè per annos decè.

II. Quibus paratur seruitus.

Deus qui Eglonem suscitavit.

III. Causã belli quam habuerit.

Abisue Pontifex. a = 6. v. 4. & 50.

I. Belochi obitus. Ei succedit Bellepares.

bemus, quibus Israëlita huic sese Idolorum nequitia, cæterisque vitiis, quæ hanc pestem commitantur, priuatim publicèque dederunt, quibus à Deo dilata fuit ista calamitas, si forte respicerent. Quot annis autem dilata fuerit desinire non possumus. Certe cum posteriorem hanc defectionem maior pœna subsecuta fuerit, maiorem & diuturniorem eius culpam suspicari meritò possumus. Itaque cum bona prudentis Lectoris venia, quod sine vlla mutatione Chronologiæ facere possumus, decem annos iteratè isti Iudæorum impietati tribuemus.

His ergo decem circiter annis Deum inter & populum bonitatis & malitiæ, impietatis & patientiæ admirabile certamen fuit, per omnes tribus inualescente idololatria: contra omnes tribus, Deo virgas paterna seueritate & charitate colligente. Ad hos enim annos pertinet apparatus ad bellum, causæ, occasio, fœdera, nunciij, militum delectus, armorum, pecuniarum, commearum præparatio, & quæcunque bellum sunt antegressa. Dicitur autem ipse Dominus confortasse aduersus Israëlitas, Eglonem Regem Moabitarum, bonorum scilicet prosperitate, subditorum copiam, bellandi rerumque gerendarum peritiam, corporis incolumitatem ac vires, ipsi affatim largiendo: imo etiam vicinos ei populos Ammonitas & Amalecitas ei conciliando, vel vt ipsi essent in bello socij, vel vt ipsis amicis tutius posset contra Israëlitas arma mouere, nihil à vicinorum potentia formidando. Et hæc quidem belli causa fuit ex parte Dei, imo & hostilis victoriæ, & Israëlita octodecim annorum seruitutis.

Ex parte autem regis nulla prouidit. Sed latius dominandi cupiditas, vicinosque opprimendi libido propriis nixa viribus satis causarum suggerit improbis principibus ad bellum gerendum. Occasionem autem mortui iam dudum principis idoneam ratus est: cum Israël esset corpus sine capite, & populus sine duce, ideoque iniuriæ ac verberibus opportunus.

In annum porro Aodi primum referimus initium Pontificatus Abisue filij Phineis, vt constat ex prima Paral. a spatium temporis cum principibus Reipub. & Pontificum numero commensurantes, donec ad certiora sub Regibus veniamus. Res porro ab eo gestæ, quemadmodum ingressus & exitus Pontificatus eius, obliuioni traditæ sunt, sicut & aliquot aliorum Pontificum, solo eorum nomine ad seriem Pontificum retento.

ANNVS MVNDI 2645. & 46.

AODI & ABISVE Pont. 5. & 6.

BELOCHI II. 25. & vlt. BELLEPARIS 1.

Imperij Assyriorum 714. & 15.

ANTE CHRISTVM 1408. & 7.

PRIORE horum annorum, decimus nonus Rex Assyriorum Belochus & regnandi, & viuendi finem fecit, eique posteriore anno successit Bellepares, siue Balatores, vt est in Eusebij Chronico Græco, quan-

do Hebræi nonum annum Sabbaticum celebrare: est enim 63. ab ingressu, si tamen celebrare. Parum enim probabile est ab Israëlitis ad vomitum reuerfis, & materiam diuinæ vindictæ præparantibus, obseruatum esse. Porro tam Eusebius, quam Africanus Bellepari annos imperij triginta tribuerunt, quibus aliqui quatuor annos adiungunt.

ANNVS MVNDI

2650. & 51.

AODI & ABISVE 10. & 11.

BELLEPARIS 5. & 6.

Imperij Assyriorum 719. & 20.

ANTE CHRISTVM 1413. & 12.

PRIOR annus & mundani Iubilæi tertius & quinquagesimus fuit, quem annum putamus fuisse vltimum eorum, in quibus licuit Iudæis impietati se ab Othonielis morte impunè dederere. Proximo enim anno, Deo ipso classicum canente, fremuerunt gentes, nec inania meditati sunt populi, non aduersus Dominum, sed aduersus populam eius, dirumpentem vincula ipsius, & proicientem à se iugum legis eius, iuxta ea quæ primo Aodi anno diximus.

Cæterum circa hunc annum scribit Eusebius in Chronico, Minoem Iouis & Europæ filium, in Creta regnasse, Lynceus Argiuis post Danaum imperante. Cadmeam quoque Thebanorum arcem à Cadmo conditam. Lacedæmonij, ait Pausanias, arcem in excelso extructam loco, vbi Cadmeam Theban, aut Argiui Larissam non habent. Mox tamen addit eos in excelso colle arcis loco sanum Mineræ habere, cui nomen Palinchos, & Chalcolcos. Adde Byrsam Carthaginis, Capitolium Romæ, Acrocorinthum Corinthi, Sionem Hierosolymis.

Posterior autem annus dat initium bello Eglonis aduersus Israëlitas, & Israëlitarum sub Eglone duodevicensariæ seruitutis, iuxta ea, quæ primo Aodi anno statuimus. Quæ Scriptura summa breuitate in hæc verba perstrinxit. Abisue, scilicet Rex Eglon, & percussit Israël, atque possedit urbem palmarum. Intelligit præsidium Moabitarum, Ammonitarum, & Amalecitarum, quod in vberissimo Ierichuntis agro, sub Eglonis auspiciis collocatum fuit, vrbs enim ipsa delata erat, nec adhuc instaurata. Nihil tamen verat aliquid in antiquis ruinis refarcitum iam fuisse, propter loci opportunitatem, & soli fertilitatem. Eam Israëlitis percussione sic explicat Iosephus. a Exceperunt tamen eum aliquot preliis, sed omnibus vitiis, ferocia posita iugum acceperunt, tributary factis Rex victor translatò Ierichuntem domicilio modis omnibus plebem vexauit, ita vt in summa miseria per annos octodecim degerent. Sic ipse, sanè probabiliter de præliis aliquot. Neque enim credibile est tantum populam, tantamque bellatorum multitudinem, quanta in bello contra tribum Benjamin inuenta est, tanta ignauia

I. Iubilæus annus 53.

Minos.

Arces celebres.

I. I. Initium seruitutis sub Eglone reg.

a. 5. Ant. c. 5.

perditam, vt quali muta pecora iugum ceruicibus, taciti immotique acciperent. Aliquot ergo fracti praeliis, sponponderunt se imperata facturos.

III. Pecuniaria fuit.

Qualis autem fuerit ista seruitus, ex dictis à Iosepho intelligi potest, cum ait regem nihil in plebem vexationis prætermisisse. Eam tamen vexationem vltra fortunas non fuisse progressam, nec ipsa corpora attigisse, ostendit cum subdit, plebem ad paupertatem fuisse redactam. Exfugebat videlicet illa tributa, quæ ipsi iamdudum à Chananæis, inuito Numine decerpserant. Et vide sapientem, clementemque Domini iustitiam. Pepercerant Israëlita incolis, qui bello superferant, paritum est etiam ipsis. Vectigalia imposuerant, vestigalibus ipsi quoque exinaniti sunt, præter eas deprædationes, quas belli tempestas inuexerat: omnia moderante Numine, quod eos nolebat perditos, sed castigatos. Durantibus autem istis octodecim annis, malitiam quoque & impietatem Israëlitarum perseverasse putat Origenes Idque ex illis verbis colligit, & postea clamauerunt ad Dominum, elapsis videlicet illis annis. Quasi dicat, si prius respisissent, & veniam, cum vera peccatorum detestatione, implorassent, prius etiam à misericordissimo Domino seruitutis vinculis exoluti fuissent.

culpæ rectè respondet.

a Hom. 3. in Iud. b Iud. 3. 14.

ANNVS MVNDI 2653. & 60.

AODI & ABISVE 13. & 20.

BELLEPARIS 8. & 15.

Imperij Assyriorum. 722. & 29.

ANTE CHRISTVM 1400. 1393.

70. 77.

I. Annus Sabbaticus decimus, vnde decimus.

TERQUE horum annorum Sabbaticus est, decimus scilicet atque vndecimus, quos perpetuos colliges ex annis Egressionis ex Ægypto, si sustuleris 40. qui in deserto transacti sunt. Hos autem Sabbaticos vel volentibus obseruare non licuit in seruitute. Et fortasse in huius seruitutis culpis, causisque ea etiam fuit, quod lex de annis Sabbaticis non seruaretur. Itaque seruos debita libertate donare noluerunt, nec terræ quietem ex Dei lege concedere, serui ipsimet effecti, supra vires laborare à potentibus Dominis coacti sunt. Adde etiam, priusquam solutionem seruitutis attingam Annum mundi 2667. qui est Aodi 27. esse quoque Sabbaticum ordine ac numero duodecimum.

Duodecimus. 84.

ANNVS MVNDI 2669.

AODI & ABISVE 29.

BELLEPARIS 24. Imperij Assy. 738.

ANTE CHRISTVM 1384.

I. Finis seruitutis.

AODI Iudicis annus 29. iuxta rationem temporis superius constitutam, habet

mortem Eglonis, seruitutis finem, initium libertatis. Quorum causa fuit intenta ad Deum oratio, imo & clamor. Clamauerat enim ad Dominum, qui suscitauit eis Saluatorem. Sed quo ille ministro, quando, quomodo vsus sit animaduertendum est.

Fuit is nomine Aod, genere Gerarites, tribu Benjamita, ætate iuuenis, quod ex principatus diuturnitate satis colligitur, vt ex ipso facinore animi magnitudo. Vtraque manu pro dextera utebatur, vt ait Hieron. In Hebræo dicitur sola vsus sinistra, quod Iosephus exponit, manu sinistra meliorem: ea certe vna Aod insequentibus vitur, & gladium in latere dextro fert, vt scæuolæ solent, & vtile fuit, vt minus obseruaretur ictus. Hic suscitatur à Deo ad populi salutem, vtrumne diuino oraculo vt Moses & Iosue, an monitu angelico vt Samson & Gedeon, an ex Vrím & Thummim Abisue Pontificis, incertum est. Ætate rem gestam esse satis ex Scriptura & Iosepho constat, vt reliquo anno victoria & libertas comode stabiliri posset.

Sequitur rei gesta modus, Miserunt filij Israël per illum munera Eglon regi Moab, siue ea tributa interpretari placet, siue dona gratuita, ad regis gratiam demerendam. Ex eo autem quod publico nomine & munera, & legatio instructa est, non videtur tyranni cædes vni Aodo fuisse proposita, sed toti populo, à quo missus est, ex cuius consensu omnia ab Aodo fuere composita. Accessit & diuina electio, suscitauit enim illum Dominus Saluatorem, sine cuius singulari auxilio, res tanta tamque difficilis expediri non poterat. Ex quibus intelligitur scelestum planè, prorsusque nefarium esse sicariorum quorundam furorem, qui non Reipub. hostes ac perduelles, sed legitimos principes, populique patres amantissimos, non Dei iussu & electione, sed malo dæmone instigante, non totius populi consensione, sed priuata temeritate fanatici de medio tollere, aut quoquomodo violare moliantur.

Hunc itaque hostem cum Aod propositum haberet interficere, fecit sibi gladium ancipitem, geminæ scilicet aciei longitudinis palmæ manus, Septuaginta ambraus, quæ est manus expansæ distantia, à summo pollice ad extremum vsque digitum auricularem: itaque propter breuitatem facile poterat sub veste latere, præsertim cum insolito loco penderet. Obtulitque regi munera cum sociis, qui eum vel honoris, vel deferendorum munerum causa comitabantur; quibus oblati eos dimisit, & quasi cum eis abiturus subsecutus est eos, solusque postea rediit, nullum vt aliis periculum crearet, totamque fiduciam non in sociis, sed in Deo, dextræ reponeret. Prosecutus est autem eos vsque in Galgala, prope Iordanem, vt ibi parati essent in omnem euentum, vada Iordanis occupare, siue ad capiendam, siue ad impediendam fugam. Notatur autem fuisse idola in Galgalis, vt inde reuertens Aod suspensionem faceret, se ibi diuinitus monitum, ac iussum aliquid ad Regem referre. Ideoque reuersus dixit ad Regem, verbum secretum habeo ad te, ô Rex. At ille tacere eum iussit tantisper, dum adstan-

Quis fuerit Aod.

1. 2. 3. 4. 1. 1. Ant. 5.

II. Modus adepre libertatis.

Regum scarij detestabiles.

III. Aodi gladius & caliditas.

IV. Modus casti tyranni.

tes toras egressi essent, quibus egressis, progressus est Aod ad solium eius, in quo ille adipe prægrauatus & carnibus, sedebat solus.

Dixitque Verbum Dei habeo ad te, volebat videlicet vt flaret, sicque se magis alto ac lethali vulneri opportunum præberet. Ideo diuinitus se monitum ait quidpiam ad eum referre. Ille ad diuinum oraculum maiore reuerentia excipiendum, statim surrexit de throno. Extenditque Aod sinistram manum, & iulit sicam de dextero femore suo, infixitque eam in ventre eius iam validè, vt capulus sequeretur ferrum in vulnere, ac pinguis adipe stringeretur. Latitudo videlicet laminæ tam amplum fecit vulnus, vt ipsi etiam capulo aditus intra viscera pateret, & tota fica in miseri abdomine sepeliretur. Vnde nec eduxit gladium, sed ita vt percusserat reliquit in corpore, statimque per secreta natura alui stercore proruperunt, in repentini timoris indicium facultatem retinentem laxantis. Nulla hic clamoris est mentio, Deo ita prouidente, vt Aod facilius elaboraretur per posticum, & progredere longius, dum famuli expectant, & cunctantur, & viso denique tam inopinato spectaculo perturbantur.

V. Classicum innotat.

Quoniam vero non satis erat truncatum esse inimicorum caput, nisi corpus ipsum interiret, cum rei gerendæ perquam idonea daretur occasio, dum apud hostes turbata erant omnia, statim Aod Israëlitas ad arma sonitu buccinæ conuocat. Et concurrente multitudine rem à se gestam narrat, hortaturque ad excutiendum iugum Moabiticæ seruitutis. Illi in fronte gradientem sequuntur, & occupatis vadis Iordanis, quæ transmittunt in Moabitidem, ad decem millia Moabitarum peremerunt, qui scilicet inuenti sunt cis Iordanem. Sed mirum valde est non fuisse tunc in Hebræis tantum vel animi, vel iudicij, vt victoriam prosequerentur, & infestis armis quam primum Moabitidem peterent, eamque vel occuparent, vicemque redderent seruitutis, vel ferro flammæque dederent. Nisi forte Dominus eos iterum ab oppugnandis Moabitis reuocauit, voluitque conseruari virgas, quibus Hebræorum scelera castigarentur. An forte ipsi præ ignaui otij desiderio, arma quamprimum deponere maluerunt. Eum tamen virum, cuius beneficio libertatem consecuti fuerant, etiam Iudicem reliquo vitæ ipsius tempore, Deo, vt credere par est, auctore retinuerunt.

Hebræorum ignaui.

ANNVS MVNDI 2674.

AODI, & ABISVE 34.

BELLEPARIS 29.

Imperij Assyriorum 1379.

ANTE CHRISTVM 1379.

I. Silentium Scripturæ.

MAGNO deinceps Scriptura silentio totam Aodi gubernationem contextit, ipsos videlicet annos quinquaginta, qui Eglonis mortem exeeperunt: de quibus id tantum legimus, & quæniit terra octoginta annis.

Nimirum comprehensis eo numero iis, qui à morte Orthonielis ad Eglonis vsque eadem intercurrerunt. Nec aliud ferè ad multos annos notandum occurrit, præter annos Sabbaticos, quorum decimus tertius in hunc annum cadit, qui est ab ingressu in Chananitidem nonagesimus primus, quem probabile est ex lege obseruatum fuisse ab Israëlitis recens à seruitute liberatis, fortasse etiam decimus quartus, qui incidit in annum ab exitu 138. & Aodi 41. vt decimus quintus in quadagesimum octauum. Exotica, quæ his temporibus feruntur, & plena sunt fabulis, ab Eusebij Chronico, & eius interpretibus studiosus Lector peret.

Sabbaticus 13. 14. & 15.

Proximè sequenti anno, qui est Aodi 35. mortuus est Bellepares, expletis triginta regni annis. Cui altero anno successit Lamprides in regno Asiæ, Imperator à Belo vigesimus primus, à Nino vigesimus, tenuitque si Eusebio credimus, annis duobus supra 30. Sed illi duo anni ab Africa non agnoscuntur.

Belleparis obitus.

ANNVS MVNDI 2683.

AODI & ABISVE 43.

LAMPRIDIS 8.

Imperij Assyriorum 752.

ANTE CHRISTVM 1370.

ENTESIMVS & quadagesimus annus exitus ab Ægypto, & datæ legis, idem est secundus Iubilæus Mosaicus, tertijs Hebræorum celeberrimus atque sanctissimus, omnibus pauperibus, obærat, seruis, ancillisque optatissimus: quem credibile est hoc tempore aliqua saltem ex parte obseruatum fuisse, nec memoriam Moabiticæ seruitutis tam cito oblitteratam, sed recens malum seruitutis expertos, in seruos vicissim gentis suæ misericordia motos esse, & legem obseruare voluisse, ob quam violatam tam seueras, diuturnasque pœnas pependissent: viuente præsertim ac florente Aodo principe, ac vindice publicæ libertatis.

I. Secundus Iubilæus Mosaicus.

Videtur obseruatus.

ANNVS MVNDI 2695. & 96.

AODI & ABISVE 55. & 56.

LAMPRIDIS 20. & 21.

Imperij Assyriorum 764. & 65.

ANTE CHRISTVM 1358. & 57.

HORVM annorum prior est decimus sextus Sabbaticus. Posterior est Aodi vltimus, si qua fides Chronico Alexandrino. Reliquos enim ad Aodi octogesimum tribuit Semegar, quem Scriptura vocat Samgar; Sic autem habet. Post mortem Iudicis Aodi, Semegar filius eius populum filiorum Israël iudicauit; annis 24. Quibus addit Bocci fuisse summum

I. Sambar. 16. an iudex.

Pontificem. Sed Scriptura ei repugnat quæ Samgarem non Aodi, sed Anathi filium vocat; repugnant & Hebræi, qui ei vix vnum annum tribuunt. Deinde Scriptura tempus principatus eius omittit, quod non videretur factura, si quatuor & viginti annis populum gubernasset, & aliquid e publica re egisset.

II. An potius dux sub Aodo.

Si quis tamen mitius velit cum hoc Scriptore agere, dicit Aodum longa senectute fatiscentem Reipub. curam in filium, aut hominem, quem filij loco haberet transfalisse; Scriptura tamen totum tempus patri voluisse tribuere, quod eius filius Vicarium potius Iudicis ageret, quam Iudicem. Nec ob stare quod dicitur filius Anath, non Aodi, forte enim vnus natura filius fuit, alterius adoptione, vel affinitate: quod in Scriptura nouum non est. Eam autem annos eius omittit, quia in annis Aodi includantur; eius tamen præclarum facinus omittit. Verum cum hic author obstruat aditum defensionem nostræ, hoc ipso quod dicit Samgarem gubernasse populum 24. annis, post Aodi mortem, necessario repudiandus est nobis: aut corrigendus, vt non post, sed ante mortem gubernasse dicat Possimus tamen huius Scriptoris opinionem in Pontificis mutatione sequi. Id enim nihil habet absurdum.

πλοπιου: ος πλοπιου.

Et non eo mortuo.

ANNVS MVNDI 2700.

AODI 60. & BOCCI Pontificis 4.

LAMPRIDIS 25. Imperij Assy. 769.

ANTE CHRISTVM 1353.

MUNDANVS Iubilæus quartus & quinquagesimus in hunc annum incidit, circa quem Isthmicorum ludorum contigit institutio, iuxta Eusebij Chronicon, anno Lampridis vigesimo quarto. Celebrabantur autem in Isthmo Corinthiaco, in honorem Inonis & Melicertæ, qui cum se in mare præcipites dedissent, illa facta est Leucothoë, iste Palæmon, Dij marini. Eorum institutionem quidam Sisypho, alij Glauco eius filio patri Bellerophontis tribuunt. Nam Theseus eorum potius instaurator fuit quam institutor. Vide plura in Annalibus. Nam hæc, vt in cursu satis.

I. Mundanus Iubilæus Bocci Pontificatus. Isthmici Iudi.

Sabbat. 17.

Biennio post contigit annus Sabbaticus ordine ac numero decimus septimus: est enim centesimus decimus nonus ab ingressu in Chananitidem.

ANNVS MVNDI 2707. & 8.

AODI 67. & 8. BOCCI 11. & 12.

LAMPRIDIS 32. & vlt. SOSARIS 1.

Imperij Assyriorum. 776. & 7.

ANTE CHRISTVM 1345. & 46.

LAVDITVR priore anno Lampridis Regis Assyriorum vigesimi primi, vitæ, regni-que periodus. Postiore autem duo inaugurantur

I. Lampridis obitus.

tur Reges, Sofares apud Assyrios ordine vigesimus secundus: & apud Athenienses Cecrops eius nominis secundus & ordine septimus, ille ad annos viginti, iste ad duplo plures. Sic Eusebij in Chronico, & Africanus. Est autem hic annus regni Atheniensium 210. tot enim ab anno Mosis 35. quo cœpit primus Atheniensium rex Cecrops imperare, euoluti sunt, iuxta eisdem Eusebij Chronologiam.

Sofares fu- cessor. Cecrops alter.

ANNVS MVNDI 2709.

AODI 69. BOCCI 13.

SOSARIS 2. Imperij Assy. 778.

ANTE CHRISTVM 1344.

DEST decimus octauus annus Sabbaticus; quem arbitrator minimè ab Hebræis obseruatum, sicut nec decimum nonum, qui Aodi 76. contigit, tertiam videlicet seruituti materiam præparabant. Postremis enim hisce annis Aodi Iudicis, cum ipse adhuc viueret, Israëlitas ad idola iterum defluxisse scribit Origenes: quia legerat in Septuag. & addiderunt filij Israël facere malum in conspectu Domini. & Aod mortuus est: quo modo habet etiam Chaldaus Paraphrastes. Sed Hebræa Latinis respondent. Vtrobique enim habetur, post mortem Aod, Israëlitas ad ingentiam peccandi consuetudinem reuertisse. Quidam tamen illud Hebræum, Et mortuus erat Aod, ad eam quæ subditur ultionem referunt, vt scilicet peccarint ante mortem sui Iudicis, sed non nisi post illius mortem fuerint castigati.

I. Sabbat. 18. & 19. Israël ad idola delin- nat.

cap. 4. 1.

Ad hosce annos pertinet Bellerophon Glau- ci filius, Sisyphi nepos, genere Corinthius, vir & pudicitia & fortitudinis laude clarissimus, eoque nomine sacris Annalibus dignus. Hoc enim tempore Prætor regnabat Argis, cuius vxor Sthenobœa Bellerophontem hospitem ad flagitium inuitauit, sed repulsam passa, amorem insanum in odium implacabile conuertit, iuuenemq; calumniis apud maritum appetiuit: qui nimium credulus hominem ad certam mortem ad focerum in Lyciam misit: vbi dura & aspera perpeffus, gloriosior, effectus est. Ob quæ inuidia tabescens Sthenobœa, mortē sibi ipsa consciiuit. Quibus vide hand obscure Patiarchæ Iosephi historiam adumbratā. Sed multæ quoque aliæ his geminæ diuersis seculis contigere.

II. Bellerophō viri inguin.

ANNVS MVNDI 2702.

AODI 80. & vlt. BOCCI Pont. 24.

SOSARIS 13. Imperij Assy. 789.

ANTE CHRISTVM 1333.

LTIMVS est Aodi vitæ & gubernationis annus: omnes enim Scriptores cum libro Iudicum de octoginta annis consentiunt excepto Chronico Alexandrino, de quo supra dixi. Neque repugnabat communitententiæ Tostatus, cum ait fortè principatum

I. Obitus Aodi. a Aodi 56.

Quandiu gubernarit.

tum eius non fuisse 50. annorum. Nam ponit nobiscum decem circiter annos, quibus populus sine Iudice mansit, & relicta pietate declinavit ad Idola; tum secuti sunt Eglonis octodecim anni, antequam Dominus suscitaret Aodum. Itaque reliqui fuerint illi anni ferme quinquaginta. Eodemque modo de annis Othonielis philosophandum est. In eius porro laude ponamus licet, quod tamdiu Hebræorum Rempub. sine vlla reprehensionis nota, imo cum laude administrarit, adeo vt Christum Dominum non paucis in rebus adumbrarit, vt in Annalibus demonstratum est.

SAMGAR.

Post hunc, ait Scriptura, fuit Samgar filius Anath, vel Dinatha, vt est in Septuag. Xisti qui percussit de Philisthim sexcentos viros vomere, & ipse quoque defendit Israël. Plerique hanc defensionem de gubernatione interpretantur, eumque Iudicibus annumerant, in quibus Iosephus, Origenes, & alij tam prisca æui quam recentis; ille certe disertè affirmat electum eum fuisse ad imperandum. Negans tamen sententia apud utrosque Scriptores videtur esse communior, qui in Iudicibus enumerandis Samgarem prætermiserunt. Eique sententiæ prære videtur Scriptura, quæ ait post Aodi mortem Dominum tradidisse Israëlitas in manus Iabin; utique dictura post mortem Samgaris, si is in Iudicibus numerandus esset. Et licet illa dicat eum defendisse, aut liberasse, aut etiam saluasse Israël, non propterea Iudicariam illi potestatem tribuit, sed tantum in vno aliquo prælio eum se fortiter pro Republica gessisse significat, de qua illa benemeritum esse. Accedit quod cum eodem vixerint tempore, vt illi fatentur, aut duo simul Iudices fuerint; aut Aodus cesserit magistratu, quod nemo asserit: aut potius Aodi auspiciis Samgar hostes Reipub. male mulcavit;

I. Samgar aa Iudex fuerit. A verso in Δ & addi- tu vocali.

Non videri.

Vide an. 56 Aodi.

III. Quomodo Philistheos occiderit.

Cap. 5. 6.

Latrunculi e Palæstina.

Quomodo autem sexcentos viros vomere, aut arari pede, aut stimulo boum occiderit, aut qua ex causa in Philistheos inuaserit, difficile est explicare, propter summam Scripturæ narrantis breuitatem. Lux aliqua potest afferri ex cantico Deboræ, vbi dicitur, In diebus Samgar qui euisse semitas, quia scilicet parum à viatoribus frequentabatur, eò quod Philisthinorum latrocinii infestarentur, ideòque cogentur inuestigare calles deuos. Existimo itaque Israëlitis ad pristinam peccandi consuetudinem reuersis, nec tamen adhuc impleta seclerum mensura, immisisse Dominum latrunculos e Palæstina, qui aurem peccatoribus vellicarent, & officij tacitè commonefacerent. Samgarem autem in semita quapiam, & Philisthæis in primis frequentata, locum insidiis opportunum occupasse, transeuntes inopinato insultu sigillatim inuasisse, & impacto vomere contrucidasse, nec cessasse donec sexcentos occidisset. Aut si de singulis id non placet, dicere liceat Samgarem præualidum viribus atque audacia virum, vomere sæpius aliquam Philisthæorum manum inuasisse, & ad sexcentos occidisse. Præsertim cum Samson asini mandibula dūtaxat armatus mille Philisthæos percussisset legatur. De morte eius, aut quiete terræ post eum, nulla sit mentio, siue quia breui tem-

pore præruit, vt aliis placet, siue quia priuatus fuit, vt nos existimamus; cuius tamen egre- gium pro publica salute facinus commemoratione dignum visum est.

ANNVS MVNDI 2721.

BARACI & DEBBORÆ 1.

OZI Pont. 1. SOSARIS 14.

Imperij Assyriorum 790.

ANTE CHRISTVM 1332.

NOVS existit in Repub. Iudæorum Iudex, nouisque Pontifex, sed ille Iudex centetur, iuxta sæpius iteratum Scripturæ morem, quæ seruitutis annos, qui iudices antecesserunt, ipsis Iudicibus attribuit. Hic autem testem habet Clementem Alexandrinum, qui de Iabino rege Chanæorum agens, ait eius tempore fuisse prophetissam Deboram, Pontificem autem Ozium, quem mirum est ab eo vocari filium Riefu, non Bocci cum Scriptura: nisi placet Bocci fuisse binominem. An autem fuerit toto Baraci, vel Deboræ tempore Pontifex, incertum est. Itaque Principis & Pontificis annos, vt adhuc fecimus, componemus. Quod autem hunc primum tertie seruitutis annum constituimus, facimus Origenes, & aliorum vestigia secuti, qui putant viuo adhuc ac spirante Aodo, Israëlitas perlofque, iuniores præsertim, qui Eglonis verbera non senserant, & deuexam Imperatoris ætatem contemebant, ad familiarem insaniam reuertisse. Ideòque factum, vt eo nondum mortuo, Philisthæi insurrexerint, ad Israëlitas latrocinii diuexandos, quos cum Samgar aliquantulum repressisset, Hebræis Aodo mortuo solutius impietati fræna laxantibus ultore, atque excitatore Deo, surrexit Iabin Chanæus, qui eos ad viginti annos afflixit.

I. Baraci principatus.

Supra Aodi an. 69. & 80. Reditus Hebræotū ad impietatem.

II. Seruitus tertia sub Iabino.

an. 2. Iosue.

Lib. 6. c. 6.

Erat porro hic Iabin de regis illius posteris, qui maximum contra Iosue bellum, ante annos ferme centum & quadraginta conflauerat. Hic siue Imperij perangustus fines profere voluit, siue autam ignominiam delere, cum fortissimū militiæ principem nactus esset, & copiis abundaret, & nominatim nongentis falcatis curribus, bellum intulit Israëlitis, & cum eis congressum, vt Iosephus ait, in tantam desperationem res illorū adduxit, vt libenter incolumitatis tributaria seruitute paciscerentur, quæ per viginti annos ferre sunt coacti, præ nimia seruitute caput non audentes at- tollere, etiam Deo sic valente qui nimiam gentis contumaciā, aut potius idololatriam, & ingrati- tudinem reuideret. Sic ipse, qui nongentis curribus, quos Scriptura suggerebat, non contentus, duo præterea currum millia, & centū adiecit de suo. Imo & trecenta peditum millia, & equitum decem millia. Nimirum vt minus ignominiosum esset Israëlitis, si à tanto principe subiugati dicerentur, tamque diu ipsius iugo pressi perdurasse. At incredibiles sunt illæ copię, præsertim cum non de totius orientis Principe, sed anguli vnus Syriæ, celebrantur.

ANNVS MVNDI 2723.

BARACI & DEBBORÆ 3.

OZI Pont. 3. SOSARIS 16.

Imperij Assyriorum 792.

ANTE CHRISTVM 1330.

I. Tertius annus seruitutis Sabbat. 20

Debbora Prophetis.

II. Et quatenus.

Viduane & Iudex. I. Reg. 12.

III. Quomodo Index dicitur.

Non rexit Rempub.

TERTIVS hic est tertia seruitutis annus, idemque vigesimus annus Sabbaticus: in quo Hebraei non de seruorum suorum libertate cogitabant, sed de sua ipsorum aspera seruitute lamentabantur: ait enim Scriptura eos fuisse vehementer oppressos. Quod de primis maxime annis intelligendum est; ira enim paulatim residere solent.

Hoc interim tempore Debbora Prophetis consulebatur à populo, eisque responsa diuinitus dabat. Hanc enim consolationem mirissimum Dominus populo suo, quamuis impo ad desertori reliquerat, eius vt opera boni confuarentur, mali conuerterentur. De hac porro muliere, qua Dominus postea vsus est ad inchoandam, promouendamque populi libertatem, ita Scriptura loquitur. *Erat autem Debbora Propheta, uxor Lapidoth, qua indicabat populum in illo tempore. Et sedebat sub palma, qua nomine illius vocabatur, inter Rama & Bethel in monte Ephraim. Ascendebantq; ad eam filij Israel in omne iudicium.* Vides descriptam mulierem à prophetica dignitate, à conditione vitæ, ab officio iudicandi, additur & iudicij locus.

Prophetis fuit, quod cum ea Dominus singulari priuilegio colloqui dignaretur, perque eam populum arguere & consolari, forte & pronunciaré futura. Nec minus propterea vivebat Ozi Pontifex, & Concilium Hebræorum; sed scruentibus Chananais perturbata erant omnia. Et eadem gratia, quæ gratis, & non ex meritis datur, multis & ante, & post Debboram mulieribus concessa legitur. Dicitur vxor Lapidoth, siue quæ erat, siue quæ fuerat. Sicut Bethsabee dicitur vxor Vriæ, etiam post mortem eius. Certè sanctus Ambrosius eam tanquam viduam vbique celebrat.

Maior autem est difficultas an Iudex fuerit, quod Scriptura videtur perspicue affirmare, sicut eam intellexerunt, Ambros. Hieronym. Augustin. alique deinceps, qui & ductasse exercitum, & quasi nouam Amazonem pugnasse memorant, vt latius in Annalibus ostendimus.

Alij tamen non minus probabiliter existimant, Debboram tantummodo Iudicem fuisse, dandis diuinitus responsis, cum de suis consuleretur, ademptis, vt apparet, per Iabinum iudicis, populique Reçtoribus, à quibus poterat consilia defectionis timere: quem metum mulier non afferebat. Principatum autem siue populi gubernationem non magis in scemina, quam in viro tolerasset. Ideoque cum Indices memorantur, qui Hebræis cum imperio præfuerant, non Debbora, sed solus Barac numeratur. Sed neque post redditam populo libertatem imperium à Baraco cum ea communicatum fuit, quod ex ipso textu sacro colligi possit. Quod ergo Debbora ius dixit, litæque præfer-

tim durante seruitute composuit, id absque iurisdictione fecit, sed ex autoritate, quam ei prophetia conciliabat apud litigantes, vt scribit Serarius noster. Nec, si ea iurisdictione maxime iudicialis foret, ac forensis, propterea iudicibus annumeranda esset, cum id officium extramunus principis populi foret. Ergo Debbora, prophetia, consilio, autoritate apud Baracum vsa, ad populi salutem procurandam, arma capienda, & cum Sisara pugnandum, & postea ad regendum populum, & iudicis vtique directrix & adiutrix fuit, Iudex non fuit.

ANNVS MVNDI 2727. & 28.

BARACI 7. & 8. OZI 7. & 8.

SOSARIS 20. & vlt. LAMPARIS 1.

Imperij Assyriorum 696 & 97.

ANTE CHRISTVM 1325. & 26.

PRIOR est septimus Iudicæ huius seruitutis annus, in quo Soses Assyriorum Imperator abiit è viuus, cui posteriore successit Lampares ad annos triginta, in quo Eusebius & Africanus consentiunt. Quo tempore Amphionem Thebis regnasse ille memorat. Illum videlicet, qui *sono testudinis, & prece blanda, saxa mouisse* dictus est, id est, vt Eusebius interpretatur, duos ac saxeos auditores ad humanitatem & mansuetudinem flexisse, flexanima quippe est musica, sicut & oratio, vt Poëta ille innuebat.

ANNVS MVNDI 2730.

BARACI 10. OZI 10.

LAMPARIS 3. Imperij Assyrior. 799.

ANTE CHRISTVM 1323.

DECIMVS seruitutis annus agitur, idemque Sabbaticus primus & vigesimus. Et in Eusebij Chronico Aodi postremus, decem annorum parachronismo, propter annos Principatus Iosue, cui ille annos tribuit 27. nos decem & septem.

Ad hoc quoque tempus Europæ à Cretensisbus raptum, refert idem Eusebius, explicatque fabulæ occasionem. A tauro enim raptam fuisse fictum ait, quod nauis auecta sit, cui insigne erat Taurus, sicut in manu Bellerophontis Pegasus, & in nauis Phixi cum Hella sorore Aries. Præerat autem, aut eminebat certe inter Cretenes Iupiter, cui propterea raptus hic ab omnibus tribuitur. Scribit Herodotus Cretenes Tyrum appulso filiam regis Europam rapuisse, eoque facto vltos iniuriam à Phœnicibus acceptam, qui Argos profecti, Io filiam Inachi ante rapuerant. Subsecutus est deinde Medæ raptus ab Iasone & Hesionis ab Hercule, & Helenæ à Theseo, & rursus à Paride Troiano.

I. Septimus annus seruitutis. Soses obitus, & Lamparis regnum. Horat. Amphion.

I. Sabbaticus 21.

Raptus Europæ.

Lib. 1. Eius causæ.

Alij raptus.

Vt

a. Bellepavis 3.

Ibidem.

I. Tertius Iubilæus Mosaicus.

Pelops.

I. Finis seruitutis.

Quis Barac de Viduis.

Ind. 5. 7.

Vt omittam Chryssippum à Laio, & à Tantalò Ganymedem, & Hermoniam aliquanto ante à Cadino raptam apud Eusebium, & ab Orco rege Moloßorum Proserpinam. Ita tota ista ætate Græci, Barbarique nobilia flagitia, cum nobilium sceminarum, aut potius familiarum iniuria frequentabant. Non male enim Persæ apud Herodotum aiunt, se quidem sentire iniuriosorum virorum factum esse, rapere sceminas, amentium vero raptis vlscendis operam dare: prudentium autem raptas nihil curare, quippe quæ, nisi voluissent, haud dubie raptæ non fuissent. Sic illi non ineptè, etsi non vsquequaque verè.

ANNVS MVNDI 2733.

BARACI 13. OZI Pontif. 13.

LAMPARIS 6. Imperij Assyriorum 802.

ANTE CHRISTVM 1320.

TERTIVS annus Iubilæus Mosaicus in hunc annum cadit, qui fuit seruitutis sub Iabino Chananæo rege decimus tertius; ex quo intelligi potest illum minimè fuisse obseruatum, sicut nec sequentem sabbatum vigesimum secundum, qui in eadem includitur seruitute. Hoc tempore florebat Pelops, quem Eusebio teste, aliqui non solum Argiuorum & Mycenarum regem fuisse ferunt, sed totius etiam Peloponnesi. *Hic Olympis præfuit, inquit, & expeditione aduersus Ilium suscepta, à Dardaniõ vitus est, Ab eo Peloponnesus nomen accepit.* Sic ille: qui mox illum ait in Peloponneso annis 58. regnasse, & Atreum & Thyestem eius inter se imperium diuifisse. Cæterum quomodo præfuerit Pelops Olympis viderit Eusebius, quorum institutionem ab Hercule; post centum & quindecim annos ponit, vt dicitur anno Mundi 2849. sub initia Iephthe Iudicis Hebræorum, nimirum diuersorum opiniones præferre solet, non diiudicare controuersiam.

ANNVS MVNDI 2471.

BARACI 21. OZI 21.

LAMPARIS 14. Imperij Assyrior. 810.

ANTE CHRISTVM 1312.

ELASTIS iam viginti seruitutis annis Israëlita de more clamauerunt ad Dominum & ipse de more eorum misertus est. Suscitauit quippe Debboram & Baracum in salutem populi sui, in quorum societatem venit etiam Iahel. Hi fuerunt victoriæ & recuperatæ libertatis administri. Baracum porro filium Debboræ fuisse affirmat non semel S. Ambros. Hieron. quamuis tacito eius nomine repugnante; Eius tamen mater dici potest, quo modo inferius dicitur Israëlitarum mater, & boni principis, partes vocantur patriæ. Nec apparet cum illustrem, ac potentem fuisse virum, sed priua-

tum potius, ac mediocris fortunæ, qui Dei victoriam exequeretur. In diuturna item sub Chananæo principe seruitute, non fuisse vllum eminentis admodum potentia apud Israëlitas facile est credere. Id enim tyrannis maxime formidolosum est; vt docuit is, qui summa paupera virga decutiebat. Nec modica pars victoriæ fuit Iahel, vxor Haber Cinæi, ex religiosa familia Cinæorum, de quibus supra dictum est, à quibus pater eius aut auus, tempore Othonielis, loco non professione discesserat. Nunc victoriæ considerandus est modus, ad quem collectus exercitus, hostium clades & fuga, interitus Sisaræ pertinent.

Itaque Debbora accepto diuinitus mandato pro ea qua erat apud omnes autoritate, & opinione sanctioris, misit nuncios ad Baracum filium Abinoem, qui in Cedis Nephthalim habitabat, qui eum ad Prophetidem Dei iussu euocarent. Is vbi affuit, *Præcepit, inquit, tibi Dominus Deus Israel, vade & duc exercitum in montem Thabor, tolleque tecum decem millia pugnatorum de filiis Nephthalim, & de filiis Zabulon,* sunt hæ duæ tribus conterminæ, sed illa huic ad Septentrionem sita, illa Galilæam superiorem, hæc inferiorem amplectitur. Iussione autem Dei per Angelum Debboræ nunciatam, mox intelligitur. Prgit Prophetis, *Ego autem adducam ad te, in loco torrentis Cifon, Sisaram principem exercitus Iabin, & currus eius, atque omnem multitudinem, & tradam eos in manus tuas.* Venturus quidem erat Sisara sponte sua accepto nuncio, de collectis à Baraco ad defectionem copiis, sed accessit etiam diuinus impulsus, qui eum ad interitum perurgebat.

Hic Baraco cunctante, atque adeo negante serem suscepturum, nisi ipsa comite, quod nesciret quando ipsi Angelus adfuturus esset, is videlicet, qui Debboræ vaticinanti aderat quem, aliquem Michaëlem putant Ecclesiæ protectorem. Ea cunctatio nec culpa vacauit, nec pœna. Itaque audiuit, *Ibo quidem tecum, sed in hac vice victoria non reputabitur tibi: quia in manu mulieris tradetur Sisara.* Priuatus videlicet fuit gloriâ victoriæ, quæ illi fuerat destinata diuinitus, & in mulierem translata est siue eam Debboram intelligas, quæ bello non solum affuit, sed quodammodo præfuit, & ipsum bene gerendæ rei articulum demonstrauit, siue Iahel, quæ principem militiæ Sisaram generosa obruncanit. Surrexit atque Prophetis de Palmeto Debboræ, & cum Baraco ad Cedis in tribum Nephthalim profecta est; & cum ea & decem pugnatorum millibus, qui præcipue ex Zabulo collecti sunt, venit in montem Thaboræum, iuxta quem est torrentis nomine Cifon, partim ab ipso, partim ab Hermone monte profuens.

Quod cum auditum esset à Sisara, existimauit Israëlitas validum ibi præsidium collocare velle, quo falcari currus sese inferre non possent, vt inde cum liberet in omnem latè regionem excurreret, & regem ad aliquas pacis, & libertatis conditiones compelleret. Itaque congregauit omnem exercitum ad torrentem Cifon, vt Debbora prædixerat. Quod cum illa vidisset, dixit ad Baracum, *Surge, inito certamen, hæc est enim dies, in qua tradidit Dominus Sisaram in manus tuas, en ipse ductor est tuus,*

Iahel Cinæi vxor.

a. m. 2604. n. 3.

II. Debbora euocat Baracum ad bellum.

Ind. 4. 6.

III. Is cunctatur non impuè.

Copiz Israëlitis.

IV. Copiz Sisaræ, & pugna infelix.

Eorum terror à Domino.

V. Vincuntur ab inimicibus.

1. Reg. 13. 22.

Iud. 5. 8.

VI. Sifara fuga in Haberis tabernaculum. 3. Reg. 22. 30.

VII. Et à Iahel cædes.

Angelus scilicet Domini, quem volebat itineris & prælij ducem, is te hoc tempore ad certamen vocat. Obsequitur ille, descenditque cum suis; sed ad eius occursum perterruit Dominus Sifaram, & omnes currus eius, vniuersamque multitudinem. Multis id modis contingere potuit, in quibus ille peridoneus, vt armatos angelos strictis gladiis, terrifico vultu eis ostentaret, à quibus ipsi lethiferis perfoderentur plagis percussores autem omni ferro impenetrabiles essent. Idque Scriptura videtur innuere, dum non ait Baraci gladio perterrafactos, sed ad conspectum Barac. Sic perterrefacta est asina Balaami, cernens Angelum euaginato gladio in se irruentem. Diuinam plane fuisse victoriam, illa Cantici Debboræ verba significant, vbi ait Dominum noua bella, id est mirabilia elegisse, præsidia & munimenta hostium subuertisse, cum in toto Israël; qui paulatim ad Barac & Debboram consuebat, vix esset qui hasta & clypeo, cæterisque armis instructus esset, quod Iabin omnia Hebræis arma sustulisset, vt postea Philisthæi, tempore Saulis. Sed Dominus armorum in populo suo defectum suppleuit, cum per Angelos suos ad conspectum Baraci pugnavit, à quibus, hominibus & equis, terrore exanimatis, & fugam, vndique petentibus, confusi sunt ordines, collisique inter se currus, equis huc illucque trahentibus, partim per abrupta saxorum, partim per tumidas noua tempestate torrentis aquas. Vtrumque significatur illis Cantici verbis. Torrens Cifon traxit cadauera eorum: Et ungula equorum ceciderunt sub entibus impetu, & per præceptis fugientibus fortissimis hostium.

At Sifara videns nec equos, nec aurigam suum satis sibi ad fugam expedire viam aut timens in excelso atque aureo curru difficiles latebras, vt Achab in vestitu regio, de curru desiliens, pedibus fugam inuit, non versus Hazeroth gentium vnde venerat, & quo multi fugiebant: sed Aforam versus, vbi Rex Iabin habitabat, quo in itinere obuium habuit Haberis Cinai tabernaculum, vbi se tuto, ad dies aliquot, latere posse sperabat, quia pax erat inter Iabin regem Afor, & avum Haber Cinai præsertim inuitatus vltro à Iahel matre-familias. Ingressus itaque tabernaculum eius opertus est ab ea pallio, & quidem ampliore, vt sub eo totus lateret, & viliore, vt talis viri latebra minus suspecta esset. Prius autem quam se ad latendum componeret, cursu & calore exhaustus, aquæ potum petit. Illa vrbanius lac dedit, cuius ille hauitu somno facile oppressus est. Nec tamen ille ita sui negligens fuit, vt sibi excubito rem, non apponeret, vt solebat in castris; illam scilicet ipsam hospitem suam, quam erga se beneuolam experiebat. Sicque illi ad latebras, & quietem composito somnus obrepfit, sed sempiternus.

Tulit enim Iahel clauum tabernaculi sui, ex eorum genere quibus tabernacula funibus distenta desiguntur in terram, ideoque magnum atq; oblongum, assumpsit pariter & malleum, & suspensio gradu ad somnum explorandum ingressa, inuenit eum in latu vnum procumbentem, & profundo somno confopitum: cumque trabalem illum clauum applicuisset ad tempus, Defixit in cerebrum vsque ad terram, qui so-

porum morti confocians defecit, & mortuus est. Septuag. cecidit, inquit, palpicans inter pedes eius, & expirauit. Et ecce Barac sequens Sifaram, quam scilicet agnouerat à cætera fugientium turba dilapsam Aforam versus, veniebat. Egressusque Iahel in occursum eius lati nuntij causa, veni, ait, & ostendam tibi virum quem quæris. Qui cum intrasset ad eam, vidit Sifaram iacentem mortuum & clauum infixum in tempore eius. Facinore quod nisi Scriptura laudaret, non vno ex capite videretur arguendum. Contra ius enim gentium & natura videtur amicum & fœderatum hominem, hospitem etiam, & quidem amicè inuitatum domum, securitate promissa, denique grauissima iam calamitate oppressum, dormientem interfecisse.

Verum cum bellum hoc ex parte Hebræorum non solum iustum esset, sed diuinitus etiam gereretur, necesse est tam Iabinum quam Sifaram hostes fuisse legitimos, & vt hostes tractari potuisse ab Hebræis, in quibus erant Cinai: itaque antiquior erat amicitia & fœdus cum illis, quam cum Chananæis istis. Et apparet hanc pacem fuisse de non inferenda Cinæo iniuria à Chananæis, qui cum nihil sibi ab eo metuerent, magno illum pretio vendiderant, itaque eam nunc interfecto Sifara non violarat. Et inuitatio quidem illa insidiosa fuit; sed licet hostem ad paratas insidias arte pellicere, ad casque perductum necare. Denique si hostem cogites, ac tyrannum, vigesimum iam annum Hebræos, nihil in ipsum commeritos vexantem, ac vehementer opprimentem, leuem hanc multorum scelorum vltionem esse iudicabis. Eam victoriam afflicto vehementer aduersario, secuta est libertas, & gratiarum actio, cantico à Prophetide celebrato, ex quo quæ ad hanc historiam pertinent, suis inserta sunt locis.

Boozum hoc anno natum putamus, qui postea ætate prouectus Ruthan Moabitidem duxit uxorem, & Davidis proauus fuit. Ideo habet difficiliorem explicationem, quod minus declarati sunt à Scriptura Indices, quorum tempore illi nati sunt. Quid coniecturis assequi conati sumus, æquus lector in Annalibus reperiet. Eorum summa est, videri incredibile quatuor hominum generationes, quadringentos & 20 annos, qui à capta Ierichunte ad fundamentum templi reperiri debent, expleri, nisi filios omnes à nonagenariis, atque adeo prouectioribus, vt fatetur Abulensis genitos dicamus. Davidem dico, Isai, Obed, & Booz. Ideoque probabiliorem videri eorum sententiam, qui tres Boozos sibi succedentes ponunt, atque ita sex generationibus minimè absurdis, totum illud temporis spatium facile exhauriunt: hoc fere modo. Salmon cum occupata Ierichunte duxit Rahab fuerit 34. annorum, ex qua post alios liberos susceptos, anno sexagesimo genuerit primum Booz, tota illa annorum summa vsque ad fundamentum templum, 26. annis minuetur. Booz autem primus & secundus genuerint 65. ætatis anno; tertius autem septuagesimo. Obed item & Isai septuagesimo. Quibus adde annos 70. vitæ Davidis, & quatuor de regno Salomonis, explebuntur omnino 440. anni, quos vides ad marginem digestos.

an iulla.

VIII. Videtur itam.

IX. Ortus regij Booz. Tres admittere. In 1. Paral. 9. in 1. Mathi 1.

Quomodo ordinandæ hæ generationes. Salom. 16. Booz. 65. Booz. 65. Obed. 70. Isai. 70. David. 70. Salom. 40.

ANNVS MVNDI 2742. BARACI 22. OZI 22. LAMPARIS 15. Imperij Assyriorum. 811. ANTE CHRISTVM 1311.

I. Iabinus paulatim deletur. a Iud. 4. 23. b c. 14. 14.

c l. 5. Ant. c. 6.

VID hoc anno, & aliquot proximè sequentibus actum fuerit apud Israëlitas significauit potius Scriptura, quam explicauit cum ait. Humiliauit ergo Deus in die illo Iabin regem Chanaan coram filiis Israël; nimirum Deo victoria tribuitur, Israëlitis autem spectaculum pugne. Iuxta illud Exodi b, Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Humiliatum autem dicit, quod attritæ admodum fuerunt ea pugna Iabini vires, vt de salute sua potius, quam de opprimendis Hebræis cogitaret. Sed sequitur quod ad hos annos pertineat. Qui, Israëlita videlicet, crescebant quotidie, & forti manu opprimebant Iabin regem Chanaan, donec deleurent eum. Ex quo perspicuum est, non statim eum cum sua vrbe deletum, vt putat Iosephus, sed paulatim fractum crebris pugnis atque victoriis, Deo Israëlitem probante rediretne ad vomitum necne, vt scilicet victoria ad Chananæos Deo viciscente reuolaret. Plures enim pugnas atque victorias innuebat Debbora, cum dicebat, Ibo quidem tecum, sed in hac vice victoria non reputabitur tibi: significans secururis pugnis illi victoriam, secundum Deum ascriptum iri.

ANNVS MVNDI 2744. QVARTÆ ÆTATIS 281. EXITVS 201. SANCTVARI IN SILO 155. BARACI & DEBBORÆ 24. OZI 24. LAMPARIS 17. Imperij Assyriorum. 813. ANTE CHRISTVM 1309.

Annus Sab. bat. 23. & 24.

ABBATICVS est hic annus, ordine vigesimus tertius, quem sicut & vigesimum quartum sequentem, à Iudæis ad sanam mentem ex calamitate reuersis, & ex inopia ad pinguiorem fortunam, resque secundas obseruatū, facile addueor vt credam: Baraco & Debbora quorum summa erat in Repub. potestas atque autoritas, annitentibus. Idque ex eo confirmatur, quod Iosephus & Clemens Alexand. aiunt Debbora demum mortua, & scilicet Baraco, populum ad ingeniam rediisse. Et vniuersè Scriptura non nisi defunctis Iudicibus ait populum peccare consueuisse. Quod peccatum non de idololatria solum, se de reliqua etiam legis violatione possumus interpretari.

ANNVS MVNDI 2757. & 8. BARACI, & OZI 37. & 8. LAMPARIS 30. & vltimus. PANYÆ 1. Imperij Assy. 826. & 27. ANTE CHRISTVM 1296. & 5.

MORITVR priore anno Lampares tertius & vigesimus Assyriorum Imperator, & successori Panyæ gubernationis lampadem tradit, quam annis quinque supra quadraginta tenuit, orsus à posteriore anno, qui fuit Hebræis Sabbaticus 25.

ANNVS MVNDI 2760. BARACI & OZI Pontif. 40. & vlt. PANYÆ 3. Imperij Assy. 829. ANTE CHRISTVM 1293.

NARRATA Baraci & Debboræ de Iabino victoria 40. annis terram quicuisse Scriptura tradit. Nec tamen aut Baraci mortem aut Debboræ memorat. Iosephus a eodem fere tempore tam Baracum, quam Debboram defunctos affirmat. Baraci certe mortem finis principatus eius non dubiam relinquit; neque enim eo viuo alius quispiam rerum potitus est. Sepultus dicitur à Iudæis in vrbe Cedus Nephtalim ad ripam Iordanis. Habet autem laudatorem Apostolum b qui eum nominatum sanctis viris annumerat; nec mirum, cum plerisque rebus sanctum ipsum sanctorum Christum Dominum non obscure adumbrarit, vnaque Debbora beatissimam virginem, vt in Annalibus ipsis religiosus lector inueniet.

Exhibet nobis sequens annus nouum in Hebraica Repub. principem Gedeonem, nouumque Pontificem Zaram. Quamquam Principis anni, qui à morte præcedentis Iudicis numerari solent, re ipsa non nisi in fine seruitutis, ad quam soluendam à Deo excitatur, inchoentur. Itaque primus hic dicitur Gedeonis annus, cum tamen reuera primus fuerit is, qui, elapsis septem annis Madianicæ seruitutis, erit octauus. Quod ad Pontificem attinet Zaram filium Ozi, parenti suo post annos 40. substitulimus. Filium enim Ozi Zaram, non vno in loco Scriptura e testatur, eique in ordine Pontificum substituit. Qua re parum animaduersa Iosephus d Ozi Pontifici statim Heli successorem ponit, quatuor omnino Pontificibus prætermisissis Zaria, qui Gedone Iudice Pontificatum gessit, Meraioto, Amaria & Achitobo, cui successit Heli, vt primo eius anno dicemus. Cum Iudice porro Pontificem quoque, post conuenientem aliquem annorum numerum commutamus, quia nulla conuenientior occurrit eos distinguendi ratio, in altissimo ca de re Scripturæ, aliorumque Scriptorum quod quidem sciamus, silentio.

Mortuus ergo Baraco & Debbora, fortassis etiam

Mors Lamparis, initium Panyæ.

I. Baraci obitus. a l. 5. c. 7. Ant.

b Hebr. 11. 32.

II. Initium Gedeonis. 2761.

c 1. Par. 6. 6. & 51. & 1. Esdr. 7. 4 d l. 5. Ant. c. 12. fin.

III.

etiam nondum mortis, sensim sine sensu Israelitæ ad idola relapsi sunt. Quod enim post mortem Iudicum solitos Hebræos ad idola deficere Scriptura dicit, id de publica, non de priuata defectione accipi potest, quam ne Samuelis quidem, ac Iosifæ temporibus defuisse, suis demonstrabitur locis. Et Scriptura peccatum ostendit, priusquam traderentur in Madianitarum manus, quod Origenes quoque notauit, significans post resumptam idololatricam, statim in foribus peccati pœnam adfuisse. Quæ causa nobis fuit, cur in re subdubia, statim morti Baraci & Deborahæ annos Madianiticæ seruitutis subiungeremus. Quid autem causâ Madianitæ habuerint, vt in Hebræos arma iuicerent? Antiqua enim bella viuo Moyse iam oblitterata erant. Verum vicinos inter populos rara est amicitia, & facile iurgia & contentiones, indeque cruenta sæpe bella suscitantur.

IV. Sedes autem habebant Madianitæ & Amalecitæ cæteræque orientales nationes quæ à Scriptura memorantur trans Iordanem, circa tribus Ruben & Gad, illi autem nominatim ponuntur tanquam primarij hostes Hebræorum, quibus fortasse cæteri subsidio venerant. Iosephus ait congressos Israelitas cum illis populis, magnoque prælio fuisse victos, quod non habet quidem Scriptura, est tamen vero simillimum, Hebræos sine clade iugum seruitutis non accepisse, neque ad tantum adductos fuisse timorem, quantum verba illa significant feceruntque sibi antra & speluncas in montibus, &c. Non mirum autem fuisse victos, Deus enim non erat cum eis, sed pro eorum aduersariis pugnat contra eos. Nec tamen occupatis vrbibus sedes fixerunt apud eos, sed prædonum more, quæ rapuerant asportabant: ea mente vt quoniam res eis cesserat ex sententia, eandem sæpius iterarent viam, vt ex annis sequentibus intelligitur.

ANNVS MVNDI 1262.
GEDEONIS 2. ZARAIÆ 2.
PANYÆ 5. Imperij Assyr. 831.
ANTE CHRISTVM 1291.

I. **SEX** alij seruitutis anni. **SECUNDVM** hunc seruitutis numeramus annum, cui & quinque proximè sequentes adiungimus. quod vna sit, eademque de omnibus in Scriptura & Iosepho narratio, & singulorum persimilis calamitatis modus, Nam Scriptura cum dixisset filios Israel fecisse malum in conspectu Domini, subdit, *Qui tradidit illos in manu Madian septem annis, & oppressi sunt valde ab eis, feceruntque sibi antra & speluncas in montibus, & munitissima ad repugnandum loca: vt qui scilicet regionem, bonaque sua tutari non poterant, seipsos locis, quæ ars, aut natura munierant, tutarentur. Quo etiam modo tempore Saulis Israelitæ, metu Philistinorum, absconderunt se in speluncis, & in abditiis, in petris quoque, & in antris, & in cisternis.* Nunc autem, *vastatis*, ait Iosephus *frugibus prædam abegerunt: cumque idem per continuos septem annos facerent, Israelitas in montana*

compulsos campestri solo cedere coegerunt: qui speluncis & subterraneis adificiis excavatis, quidquid hostium violentiam euadere poterat, intro receptum afferuabant.

Quid è contrario Madianitæ? Cum scisset Israel, ait Scriptura, *ascendebat Madian, & Amalec, cæterique orientalium nationum, & apud eos figentes tentoria, sicut erant in herbis cuncta vastabant, vsque ad introitum Gaza; nihilque omnino ad vitam pertinens relinquebant in Israel, non oues, non boues, non asinos.* Quæ explicans Iosephus. *Nam Madianitæ, inquit, per æstatem facientes expeditionem hyeme agros colere Israelitis permittabant, vt possent denno labores eorum vastare.* Itaque perpetua fame, atque egestate vivebant. Cladem ergo frugibus afferebant atque pecoribus. Sicque implebantur illæ minæ. *Visitabo vos velociter in egestate & ardore, &c. frustra seretisementem, qua ab hostibus deuorabitur.* Nam fruges si quæ maturerant auferebant sibi, cætera pabulo erant eorum equis & camelis innumeris. Itaque attenuati Israelitæ, cum nullum in se præsidium contra hostem reperirent, clamauerunt ad Dominum auxilium contra Madianitas postulantem. Cum autem clamauerint nunc ad Dominum post septem annos, qui nuper post 20. tantum clamauerant cum à Iabino & Sifara vexarentur, haud leue argumentum est Israelitas à Madianitis acerbius quam à Chananæis fuisse vexatos & paucitatem annorum magnitudine mali fuisse compensatam.

Fuit porro huius septennij annus quintus Sabbaticus ordine vigesimus sextus, quem in tanta rerum omnium confusione atque penuria minime obseruatum puto.

ANNVS MVNDI 2768.
GEDEONIS 8. ZARAIÆ Pont. 8.
PANYÆ 11. Imperij Assyr. 837.
ANTE CHRISTVM 1285.

III. **IC** est clamoris, & misericordiæ & liberratis annus. Oppressi enim Israelitæ atque attenuati, desperata, damnaque humana industria clamauerunt ad Dominum, vt diuinam ipse, pro sua erga populum afflictum & pœnitentem, misericordia, opem ferre ne graueretur. Et Domino quidem non fuit animus aduersus clamores suorum, intentasque preces obsurdescere, sed voluit eos maiori etiam affectu ambire, constantiusque retinere, quod difficilius impetrabatur. Censat enim facilitatem impetrandæ veniæ proniores reddere improbos homines ad peccandum: quæ contra bonis & honestis frænum est; imo & calcar ad castissimum amorem, atque iustissimum. Misit ergo ad eos virum prophetam, virum aliquem sanctum de filiis prophetarum, quales non raro legimus à Deo suscitatos, non qui præcisè negaret auxilium, sed qui beneficia experbarer, impietatem atque inobedientiam accusaret; diuinoque auxilio indignos ostenderet.

I. Reg. 13.
b. 1.5. Ant.

Eius

II. **MITTITUR** Angelus ad Gedeonem. **Iud. 6. 11.**

Eius vocibus vehementius ad pœnitentiam incitati, Israelitæ vtrique cum gemitu dixerunt, *Peccauimus*; nec dubium serio, promississe Domino, fore vt semper illi seruirent, si nunc ab importunissimis hostibus liberarentur. Quibus ita præparatis, *venit Angelus Domini, & sedit sub quercu*, qui non immerito creditur præses Israelitici populi, proindeque Archangelus Michaël Ecclesiæ catholicæ, quæ angustis illius populi finibus, tunc pene tota circumscribebatur, secundum Deum protector & princeps. Magnum enim totius populi negotium agebatur, vt à seruitute Madianitarum, ipsorumque demonum eriperetur. Is, vt ait Iosephus, adolescentis se specie visendum præbuit, sed bene morati atque ingenui, adeo vt reuerentiam quandam conciliaret sibi, vnde & reuerentem cum allocutus est Gedeon, hominem autem credidit, atque amicum viatorem; vt qui baculum gestaret manu, & quasi de via festus, spiritus sub quercu colligeret, ideoque illi tanquam peregrino præparauit cibos.

III. **EORUM** colloquium. Fuit autem Gedeon, non vir de plebe quispian, quamuis perquam demissè ipse de se, deque familia sua loquatur, sed qualem significat angelica illa salutatio, *Dominus tecum, virorum fortissime*, quæ vox in Hebræo Heroi respondet. Neque obstat huius viri dignitati, quod dum venit ad eum Angelus excuriebat ipsemet, & pugnabat frumenta in torculari, quod opus famulare & rusticanum est. Id enim temporum necessitati tribuendum est, vt communi omnium domesticorum continentique diligentia hostium aduentus, à quibus vastabantur omnia, præuenteretur. Ideoque latenter, non in area, sed in torculari excuriebat fruges, vt se quamprimum ad montes, speluncasque reciperet. Quod autem prius dicitur Angelus sedisse sub quercu, mox autem apparuisse Gedeoni, non vice versa, datur intelligi eum sedisse aliquantisper placidè ac securè ne hostis putaretur, imo ex quiete sedentis animo solutione, ostendebat non aduentare hostem, ideoque laborem breui colloquio interrumpi posse, nec Gedeonem, qui totus erat in deproperando frumento, eum cito animaduertisse, donec, vt à meruentibus, aut ex labore suspirantibus fieri solet, oculos circumtulit, & peregrinum simul vidit, simul salutantem audiuit.

IV. **EIQUE** de nunciatur futura per ipsū liberatas. Gedeon vero non tam laudem suam in salutatione, quam bene precandi formulam attendens, *Obsecro*, inquit, *mi Domine, si Dominus nobiscum est, cur nos apprehenderunt hæc omnia? Vbi sunt mirabilia eius, quæ narrauerunt patres nostri, &c. Nunc autem dereliquit nos Dominus, & tradidit in manu Madian.* Quæ verba non sunt conquerentis de Deo, vel de eius potestate dubitantis, sed admirantis diei præsentem Dominum, quem præsentem calamitates absentem, insensumque significabant. Hic Angelus Gedeonem respicit, quasi publicæ calamitatis miserus, simulque auxilium afferre parans, *Vade*, inquit, *in hac fortitudine tua, & liberabis Israel de manu Madian, scito quod miserim te.* Quasi dicat. Mea interest tibi vires, animosque suggerere, ad opus ad quod assumpti te. Ideo Gedeone præ summisione animi tenuitatem suam, familiæque excusante. *Ego*, inquit, *ero tecum, & percuties Madian quasi virum unum.*

Ita vt multæ hominum myriades, non plus tibi facebant negotij, quam vir vnus. Quibus verbis quasi diuinitus ad se delatis roboratus est. Nec desit tamen eum hominem existimare, & illi offerre prandium, ac parere. Sacrificium tamen dicitur ex euentu secuto, quia quod prandio destinatum erat, versum est in sacrificium, eius voluntate, qui legibus solutus est tam alienis, quam suis.

V. **PRANDIUM** versum in sacrificiū. Voluit tamen Angelus tam prandij quam sacrificij Gedeonem administrum, vnde subdit. *Tolle carnes & azymos panes, & pone supra petram illam, lapidem quemdam grandiozem monstrauit, qui altaris loco futurus erat, & in desuper funde, vt minus esset apta materia ad concipiendum ignem, sicque miraculum esset euidentius.* Quod cum fecissent Gedeon extendit Angelus Domini summitatē virgæ, quam tenebat in manu, & tetigit carnes, & panes azymos, ascenditque ignis de petra, & carnes azymosque panes consumpsit, illius potentia, qui non solum aquam de petra, sed ignē quoque elicere potest. Eo factō cum agnouisset Gedeon Angelū Domini, isque discederet, ex anticipata vulgi opinione, de lethifera visione Angeli, exclamauit, *Hæc mi Domine Deus, quia vidi Angelum Domini facie ad faciem, cui Angelus ad eum egressus. Pax tecum*, inquit, *ne timeas, non morieris.* Ergo metu mortis solutus, *ibi altare Domino pauld post gratus edificauit, vocauitque illud Domini pax, vsque in præsentem diem*, qua scribebatur hic liber.

VI. **GEDO** domesticam superstitioem euerit. Cum dies abiisset, quo hæc peracta sunt, proxima nocte rursus Gedeoni apparuit Angelus, eique præcepit bubile patris adire, & inde vnum atque alterum tantum educere, paternam Baalis aram euertere, & lucum, qui ei circumpositus erat succidere. Aram autem, cuius pauld ante facta est mentio, excitare in loco, in quo sacrificauerat Angelus: pars enim huius altaris factus est ille lapis, qui miraculo factus erat insignis. Denique iussit struem lignorum succisi nemoris componi, & super ea taurum vtrumque in sacrificium offerri. Quæ omnia Gedeon, vsus opera decem seruorum nocte compleuit. Cum autem oppidani manè cladem illam animaduertissent, & bonem secundum adhuc in nouo altari fumantem, facinoris huius authorem quærebant, *diciturque est* fortasse ab aliquo seruorum, ea confessione salutem redimere cupiente, *Gedeon fecit hæc omnia.* Et credibile est profano populo suspectam fuisse Gedeonis pietatem. Itaque tanquam vlturi immane sacrilegium, Patrem eius adeunt, & filium ad mortem deposcunt. Quos ille mandat à se, translata in Baalem, qui offensus fuerat, vltionis cura. Quæ responsio prophani hominis est, & tentantis Deum.

VII. **MADIANITÆ** & Israelitæ congregantur. Interea Madianitæ & Amalecitæ, & orientales populi in quibus Ammonitæ, Moabitæ, Syri, congregati sunt simul sicut prioribus septem annis; quantæ autem fuerint turbæ populorum ex eorum cæde intelligitur. *Spiritus autem Domini induit Gedeon*, spiritus scilicet fortitudinis, cuius signa etiam apparebant fortis, & populares eius ad ei fidem habendam, eumque, in tam arduo facinore aggrediendo, sequendum inuitabant. Quibus congregatis petiit Gedeon à Domino miracula duo circa vellus; quibus videlicet exercitij omni dubitatio

Gedeon signa petiit.

tatio tolleretur, vocati à Domino Gedeonis in populi salutem, & ruinam inimicorum eius, sicque illum securi sequerentur. Ipse enim minime dubius erat, qui ex ea fide paternam idolatriam paulo ante profligarat. Itaque duabus noctibus factum est, vt altera solum vellus rore maderet in area, altera sola area, sicco vellere permanente. Magno vtique mysterio, vt ait Origenes, *Supra solum namque Israël ros diuina legis aduenerat, siccitatem autem habebant omnes gentes*, quia nullus eis humor diuini infundebatur eloquij, Secundi vero signi ratio in contrarium permutatur, vt supra omnem terram ros descendat, supra vellus autem maneat siccitas, Hæc ille pluribus.

Hom. 8. in Iud.

VIII. Israëlitarum vt præparantur ad bellum.

Iud. 7. 2.

Plurimi dimittuntur.

IX. Reliqui diuino viso confirmantur.

Sequitur mirabilis apparatus ad pugnam planeque alienus à consuetudine mortalium principum, qui copias quam possunt maximas colligunt easque cupiunt armis quam instructissimas. At Deus collectas dispersit copias ac dimitti, & inermes mittit ad pugnam, vt clarè agnoscat diuina victoria, nec Israël super ea gloriatur, vt ait Dominus Iubet ergo dimittit meticulosos, & priuilegio legis gaudere. Ad quam denunciationem v ginti duo millia de Galaaditis abierunt. Apparet istos sponte venisse ad Gedeonem, cum non legamus euocatos cum cæteris. Mirum est autem istos fuisse formidolosos, qui inter fortissimos Israëlitarum censebantur, præsertim cum gemino miraculo de futura victoria certi facti essent. Verum credere potuerunt populum suum victorem fore, timere ne tamen victoriam & libertatem populi sua morte redimerent: Deo videlicet, qui eos dimissos volebat, eis animi præsentiam subtrahere.

Neque hac diminutione contentus Dominus, præscribit alteram. Iubet enim reliquum exercitum duci ad aquas ad bibendum, & scerni eos, qui aqua manu hausta bibissent, ab iis qui prono corpore aquam, sine vlllo manus ministerio, bibissent, quorum maxima fuit multitudo adeo vt illorum trecenti tantum superauerunt.

Hos autem incredibili animi robore donatos diuinitus necesse est, vt trecenti, de centum & triginta quinque millibus hostium victoriam sperare auderent, cum singulis eorum 450 bellatores vincendi essent. Quia tamen ex humana infirmitate, tam exiguo hominum manipulo aliquid poterat timiditatis obrepere, Domino curæ fuit eorum fidem animumque opportuno auxilio roborare, agnito aduersariorum suorum pauore. Ergo iussu Domini descendit ipse noctu & Phara famulus eius in partem castrorum: vbi erant armatorum vigilæ. Ibi admota aure audit militem referentem socio somnium suum, de pane hordeaceo subcinericio, qui deuolutus in castra Madianitarum, in tabernaculum principis irruit, illudque subuertit, & solo æquauit. Id somnium sic interpretatus est eius socius, *Non est hoc aliud, inquit, nisi gladius Gedeonis filij loas viri Israëlita; tradidit enim Dominus in manu eius Madian, & omnia castra eius. Cumque audisset somnium Gedeon, & interpretationem eius, adorauit: gratias videlicet humiliter Deo egit de tam fausto omine. Agnouit enim tam somnium, quam interpretationem eius, in qua alioqui posset esse*

fallacia, à Deo esse; vt de victoria neque ipse, neque commilitones, ad quos rem ipsam retulit, dubitare possent.

Ergo Gedeon bene animatum ad rem gerendam manipulum tripertito diuidit, vt tribus simul ex partibus hostem peruadens, totum turbaret exercitum: sed mirabili suos armatura, Deo vtique instruxit authore. Singulis singulas dedit tubas ad perterrendos Madianitas, ratos tot sibi hostium turmas, manipulosque imminere, quot exaudiebant tubas, nocte præsertim, cum etiam propinqua ægrè cerni possunt. Nam admore oculis faces, plus ad perstringendam oculorum aciem, quam ad illustrandam valebant. Dedit secundo militibus lagenas, siue hydrias fictiles geminum in vsum, prior, ad abscondendam intus ardentem facem quæ ex improviso rutilans, oculos perstringeret nocturnis tenebris, & somnolentis vaporibus occupatos, animosque turbaret; posterior, vt dum ex composito confrigerentur omnes, maiorem ex vacuitate sonitum ederent, & dum aures crepitanti fragore vndique quaterent, tabernaculorum suorum, & omnis vna supellectilis ruinam, & contractionem phantasiæ ipsorum ingerent. Denique faces militibus dedit, ex concreta solidaque materia, licet laminades à splendore appellentur, sicque & ab incendio, incutiebatur timor, & ab æstimata ingenti multitudine hostium, quibus trecenti viri placuerunt. Addit postremo mandatum. *Quando personerit tuba in manu mea, vos quoque per castrorum circulum clangite, & clamate Domini & Gedeoni*, nimirum pugnamus, vel esto victoria: aut vt infra habetur *Gladius Domini & Gedeonis* in vos scilicet structus est, vos orco maectat victimas, meritisque supplicii addicit.

Ergo terni duces, cum sua quisque centuræ incipientibus vigiliis noctis media, cum scilicet profundior mortales somnus occupat, & diurna lux longius adhuc abest, tribus ex locis castra adierunt. Commodum etiam id fuit, vt propter tenebras, hostes inter se non noscerent, & diutius mutuis sese vulneribus truncarent: dum lux paulatim superueniens commo ditatem præberet Hebræis, hostium reliquias sui ipsorum annis conficiendi. Cœpit Gedeon personare buccina, socij exemplum ducis alacriter sequuntur, eo fragore excubitorio præsidio primum suscitato, reliquus exercitus cum tumultu ad arma concurrat, cumque per gyrum castrorum tribus in locis tubæ personarent, nesciebant quam primum ad partem accurrerent. Cum autem illi testacea vasa confregissent, tenuerunt sinistris manibus faces, & dextris tubas, & alternatim tubis vlulabant, & clamabant, *Gladius Domini & Gedeonis*. Nec pugnant tamen, sed Dominus pugnavit pro eis *Immisit enim gladium in omnibus castris, & mutua se cade truncabant*, cum scilicet mente confusa suos pro hostibus habent, & efferati obuio quosque inuadunt.

Alij autem nihil spei in armis ponentes, neque exercitum constitui, aut reparari posse existimantes, propter repentinam rerum omnium confusionem, cumque propter trecentarum tubarum sonos, ipsi se mutuo exaudire non possent, nullo ordine effusam sese in fugam conii-

X. Quibus instructantur armis.

XI. Hostilia castra inuadunt.

XII. Madianitarum caedes & fuga.

Eos Israëlitarum perfequantur.

Cædes regum Oreb & Zeb.

XIII. Ephraim cum Gedeone iurgatur.

XIV. Gedeon fugitivos trans Jordanem perfequitur.

Frustra à Soccothæis & Phanelitis subsidium petit.

ciunt, si qua locus daretur à flammiferis, & buccinatoribus vacuus, à quibus elapsi beneficio tenebrarum, alij aliò, quo quemque fors tulit, proripere se, futuri nunciij & cladis suæ, & victoriæ Gedeonis. Itaque conclamantes viri Israëlita de Nephtali, & Afer, & omni Manasse, persequebantur Madian. Illi autem videntur fuisse, tam qui paulò ante ad fontem dimissi fuerant, quam qui sponte, metu incitante, & Gedeone permittente discesserant. Nam etiam timidi canes fugientibus instant. Tribus in primis Ephraim, accersitu Iosue, omnia vada Iordanis occuparunt, & duos Madianitarum principes apprehenderunt, latitantes fortasse, dum feruor Israëlitarum in perfequendo resideret, & interfecerunt in locis qui postea ex eorum nominibus nomen acceperunt, & eorum capita trans Iordanem tulerunt, rati Gedeonem iam transisse. Sed cognito eum non transisse, regressi sunt, & venerunt ad eum & cum eo iurgati sunt vehementer.

Animaduertentes enim rem sibi prospere successisse, in belli reliquijs, & Madianitis fugacibus perfequendis, doluerunt tanti belli confecti laudem, sibi à Gedeone, vt ipsi putabant, esse præreptam; cum tamen Deus ipse, qui hanc superbiam præuiderat, dedita opera triginta duorum millium multitudinem, ad trecentos viros reduxisset, *Quid est hoc*, inquit, *quod facere voluisti, vt nos non vocares, cum ad pugnam pergeres contra Madian? iurgantes fortiter, & prope vim inferentes*. Verum detumuit inflatæ mentis tumor, blanda humilique responsione Gedeonis. Conabatur dæmon tam luculentam plagam à Gedeone impostam vl-cisci, & hostile bellum in ciuile commutare: sed funestum eius consilium fregit, atque irritum reddidit modestia, prudentiæque Gedeonis, *Quidem enim*, ait, *tales facere potui, quales vos fecistis?* qui principes Madianitarum sustulistis, ergo imbelles & sine nomine vulgus, atque ita requiescit spiritus eorum, quo tumebant contra eum. Nec tamen impunè tulerunt, vt suo loco diceretur.

Oppresso hoc ciuili bello, Gedeon Madianitici reliquias, cum trecentis suis gloriose perfequitur, nemine eorum in tanta nocturnæ cædis perturbatione desiderato, Deo cohortem illam suam singulariter protegente. Et vniebant illi quidem. Verum qui tota propemodum nocte vigilas in armis steterat, & diuturna vociferatione, & inflatione tubarum spiritus omnes exhauserant, fugientes insuper infestis armis magno labore persecuti fuerant, latum rapidumque fluuium traiecerant, præ lassitudine fugientibus ultra instare non poterant. Itaque cum à Soccothæis, & Phanelitis panum subsidia Gedeon frustra postulasset, & irrisionem pro subsidio accepisset, grauem comminatum vlcionem, ad hostem properat, animi robore, & diuino auxilio corporis infirmitatem sustentante, in locum quendam, quem Septuag. Karcor, Hebræi Carcor dicunt, in quem didicerat aduersarios suos confluisse, Deo ipsos vnum in locum, quasi ad victimam congregante. Illuc autem fuga iter intenderant Zebæe, & Salmana Madianitarum reguli, & eorum vestigia consecuti erant, quicumque ex nocturna illa clade, aut matutina Israëlitarum insequen-

tium diligentia elabi potuerant, quorum numerus ad quindecim millia ascendebat, præter centum & viginti cæsorum millia, qui partim mutuis se vulneribus confecerant, partim ab Israëlitis fuerant obtruncati.

Irruit autem in castra, per eam partem, vbi tendebant Arabes, qui à tentorijs, quibus prodombus vtuntur, Scenitæ vocantur, qui facile debellati sunt, quia securi quiescebant, & nihil mali suspicabantur: longe enim abesse putabant Gedeonem, & Iordanem sciebant interfusum, sed sua ipsos sefellit opinio in perniciem suam; nec opinantes enim oppressit, ceciditque: fugerunt autè ipsi reguli Zebæe & Salmana, quos persequens Gedeon comprehendit. Omni enim præuisione cauendum erat, ne elaboraretur ij, per quos omnia mala in populum Dei poterant redintegrari. Nec statim occidit, sed voluit eos vel ad exprobandum Soccothæis & Phanelitis reseruare; vel etiam, nisi quid aliud obstarat, in regiæ maiestatis reuerentiam incolumes dimittere, & amicos populo suo tanto beneficio reddere. Vnde postea iureiurando affirmant se eos non occisurum, nisi prius ab ei fratres sui fuissent interfecti. Dissipato ergo contritoque hostili exercitu & regulis in vincula coniectis, corpora pene fame enecta ex præda resciant, & nonnulla etiam quiete capta, albescente cælo reditum parant. Nam sequitur redisse Gedeonem de bello ante solis ortum.

Cum ergo diuina potitus victoria matutinis reuerteretur, memor debitæ & promissæ Soccothæis animaduersionis, apprehendit puerum, famulum scilicet aliquem Soccothæum. Nam ætate puer, nec tot viros referre potuisset, nec ante solis ortu ex vrbe prodiret: interrogauitque eum nomina principum & seniorum Soccoth, quos scilicet in culpa fuisse constat, & descripsit septuag. septem viros, venitque ad Soccoth, & scilicet urbem sub auroram improuisus occupauit, & comprehensis ex scripto 77. viris, eis hesternam subannationem toridem verbis insultans exprobrauit, & eos cum spinis ac tribulis deserti contriuit atque comminuit; fortasse, quod postea Dauid, circumegit super eos ferrata carpenta, ita vt horum tormentorum acerbitate interirent. Idem apparet factum viri Phanel, quia eadem culpa fuerat; & insuper turrim, vel vi vel deditione captam subuertit. Eam seueritatem ne quis nimiam putet, recordetur Gedeonem à Deo electum Imperatorem, insigni iam victoria nobilitatum, petentem ab istis precario non ingentem pecuniæ vim, non grauiora virorum, vel armorum subsidia, non moram apud eos diuturnam, sed vilem in transitu, & necessariam annonam; & pro iis petentem, qui in procuranda eorum ipsorum salute fatigati fuerant: quibus ipsi non cibos solum, sed oculos etiam ipsos, si opus fuisset, elargiri debuerunt, nedum panes cum irrisione & subannatione recusare. Itaque non in Gedeonem solum, eiusque milites, sed in Rempub. totam Deumque ipsum, cuius erat victoria grauius peccarant.

Dum hæc in prædictis vrbibus aguntur, rediit in memoriam Gedeoni crudelitas horum regulatorum in fratres ipsius, qui ad montem Thabor proripuerant se, vt morti se subducerent, quos illi comprehensos maectauerant, nulla

XV. Irruit in castra fugitiuorum.

Duos reges comprehendit.

XVI. Soccothæos punit & Phanelitas.

a 3. Reg. 12. 31. & 1. Par. 20. 3.

An seuerius.

XVII. Capros regulos occidit.

aduersus innocentes commiseratione vs: itaque ob illorum caedem istos morti addicit. *Vinit Dominus, inquit, quia si seruassetis eos non vos occiderem.* Ergo & iniuriam vltoris, & simul regium factum calcaturus, iubet filium suum adhuc puerum eos occidere, vt iniustam patruorum suorum necem vlsceretur; sed timente puero, & rogantibus reis, qui lentam carnificinam timebant, irruit in eos Gedeon, atque interfecit. Apparet etiam eorum cadauera in patibulis ad fortunæ ludibrium, aliquandiu pependisse. Tulit autem Gedeon ornamenta ac bullas quibus colla regalium camelorum decorata erant, quæ fuisse antea ex sequentibus intelligeretur. Vnde conici potest quanta erga seipsum ornamentorum profusione vterentur. Sed nunc quæ victoriam sint secuta videamus.

XVIII. *Iraclitæ dominarum Gedeoni deserunt.* *Dixerunt omnes viri Israël ad Gedeonem Dominare nostri tu, & filius tuus, & filius filij tui, quia liberaisti nos de manu Madiam* Iam refederat inuidia, successerat amor, admiratio, & liberalis gratificandi voluntas, vt vltro non solum ei subesse, quod erat ordinarium, sed eius etiam posteris velint; cum ludicum potestas non transmitteretur ad posteros, sed cum ipsis extingueretur, donec alium suscitaret Dominus, qui vicariam eius in populo potestatem exerceret. Nec tamen nimium rigidè gratam eorum voluntatem contempsisse ac respuisse videretur, in aures ex præda postulat. In aures enim aureas isti populi ex Ismaële progeniti habere consueuerant, passimque etiam in bello gestare. Assentiuntur milites, & expanso in terram pallio, proiecerunt super illud in aures de præda, tanta copia, vt ad mille & septingentos aurifcios pondus ascenderet, id est, iuxta æstimationem quam sequimur; ad septem aureorum millia & 83. aureos cum triente; *absque ornamentis & monilibus, & veste purpurea, quibus reges Madian vti soliti erant, & præter torques aureas camelorum:* quorum non modica pars in prædam Imperatoris venit.

XIX. *Vnde ornamentum pontificium conficit.* *Verum hæc omnia vir sanctus non in rem suam, sed in Dei cultum conuertit. Fecit enim ex eo Gedeon Ephod, qua voce ornamentum pontificale intelligitur, in quo pontifex Dominum consilere solebat, & posuit illud in ciuitate sua Ephra.* Cum enim ibi iussu Domini per Angelum loquentis, extractum fuisset altare, ibiq; sacrificatum Deo ab Angelo ipso, & Gedeone, profano eius loci cultu, qui iam dudum Idolis exhibitus fuerat, in Dei cultum traslato: ibidem etiam totum apparatus sacrorum ab eo comparatum rectè dici potest. Neque enim ad vnam vestem sacerdotalem, aut potius amiculum superhumemale, tanta vis auri potuisset impendi. Voluit ergo Gedeon, qui difficillimis temporibus factus erat populi princeps, quibus sæpe Dei voluntas exquirenda erat, habere penes se pontificale ornamentum per quod Zaraias pontifex Deum consuleret, qui in illo quoque altari sacrificaret, potuit autem merito credere id fore gratum Deo, cuius mandato ibi iam altare excitatum fuerat, & sacrificatum, vt diximus. Sed res paulatim in Idololatriam versa est, in ruinam familiae Gedeonis: neque enim ipse huiusmodi culpa vltro modo particeps fuit, vt diligentius in Annalibus explicatum est. Nam quod dicitur, *factum est Gedeoni, & omni domui eius in ruinam, illud & per id est interpretandum est.*

ANNVS MVNDI 2769.
GEDEONIS, & ZARAIAE 9.
PANYÆ 12.
Imperij Assyriorum. 838.
ANTE CHRISTVM 1248.

RESTITUTA superiori anno Hebræis à Gedeone libertate, & pace tota regione constituta, hoc demum anno re eorum reflorescere cœperunt: nec minus Dei cultus ex quo felicitas ista pendeat, eodem annitente Imperatore atque pontifice instauratus est. E contrario de Madianitis. *Humiliatus est, ait Scriptura, Madian coram filij Israël, nec potuerunt ultra cervices eleuare.* Sed obicuri latuerunt. Et reuera nulla pene deinceps mentio de Madianitis reperitur, nisi quod eorum reliquæ, post deprædationem, deletæ fuerint in Holoferne, vt est in libro Iudith. Vt credibile videatur eorum terram à vicinis Idumæis, & Ismaëlitis, magna ex parte fuisse occupatam. Sed neque reliqui populis res nouas moliri post multos annos ausi sunt. Magnum quippe erat apud populos circumquaque positos Gedeonis nomen, qui tantulis copiis, quatuor reges, eorumque ingentes exercitus fundere ac disperdere potuissent: & quidem eo tempore, quos res Hebræorum octauum iam annum perpetuis de prædationibus plane accisæ videbantur.

Hoc tempore Cyzicus Helleponti & Asiae Metropolis, ab Argonautis condita memoratur, de qua plura in Annal.

ANNVS MVNDI 2772.
GEDEONIS & ZARAIAE 12.
PANYÆ 15. Imperij Assyriorum 841.
ANTE CHRISTVM 1281.

VIGESIMVS septimus annus Sabbaticus ab Hebræis, hoc anno quinto libertatis incunte, celebratus est. Est enim 189. ab ingressu in Chananitidem. Celebratum dico, viuo enim Gedeone, vt Scriptura significat, in officio continuere sese, idemque de vigesimo octauo, & sequentibus dicendum videtur. Interim autem Gedeon ipse habitauit in domo ac ciuitate sua Ephra, cuius erat ciuis verius quam Dominus; nisi forte id illi oppidum, à tribu sua Manasse publicè attributum est, propter Rempub. benefestam. Habuitque inquit Scriptura, *Septuaginta filios, non ex adoptione filios, aut nepotes, sed qui egressi sunt de femore eius, eo quod plures haberet uxores.* Maxima autem pars eorum nati sunt ei, post Madianiticam victoriam. Nam eo anno primogenitus illius Iether puerulus adhuc fuit, vt supra dictum est. Sed habuit nihilominus concubinam in vrbe Sichem, ex qua suscepit filium omnium deterrimum, nomine Abimelech: de quo mul-

tus postea sermo, quamuis Imperium breue. **II.** *An exactus ille numerus.* Cæterum hic 70. filiorum numerus non videtur totam exactè progeniem Gedeonis amplecti, sexus enim fœmineus non videtur defuisse neque tamen numeratus. Quod si in 70. filiis filiarum quoque comprehenduntur, certe Ioatham filiorum eius natu minimus dicit Abimelech occidisse fratres suos 70. viros; at supererat hic, qui loquebatur, & ille parricida. Hæc porro concubina vxor fuit minoris notæ ad propagandam sobolè, qualis fuit Cethura & Agar, Bala & Zelpha: eodem enim nomine & hæc & illæ in Hebræo dicuntur, præ cæteris autem ista, quæ à Iosepho Druma dicitur, propter singularem filij eius improbitatem memoratur. Hæc cum ex Sichem oriunda esset, ibique parentes haberet & consanguineos, imo ex alio quoque coniugio filios plures, vt ex initio noni capituli clarum est, ibi etiam morabatur, quo frequenter Gedeonem, officij sui causa adire contingebat. Habuit etiam fortasse & in aliis vrbibus alias, ne eodem in loco fœminarum turbis, inter se, vt assolet, iurgantibus obrueretur. Nec illud ipsi vitio vertitur, quia polygamia tum in vitio non erat.

III. *Dædalus.* Floruit hoc tempore Dædalus, & quæ ipsius dicta sunt opera Dædalæa, in quibus nominatim referuntur simulachra, quæ pedes haberent à se inuicem separatos, cum ante in eodem ligno vel lapide potestate continerentur. De alijs eius operibus, genere item & fuga, nonnulla suggerent Annales, anno Gedeonis decimo quinto.

ANNVS MVNDI 2783.
GEDEONIS & ZARAIAE 23.
PANYÆ 26. Imperij Assyriorum 852.
ANTE CHRISTVM 1270.

DIVIDIT hic annus spatium totum, quod à Script. constituitur, inter exitum ex Aegypto, & iacta templi Salomonici fundamenta, quod est annorum octoginta supra quadringentos. Hic ipse annus in quartum Iubilæum Mosaicum cadit, est enim ab ingressu in Chananitidem ducentessimus. Insignis quoque hic annus videtur ob conditum Tyri, vt Iosepho placet. Eam enim ait conditam ducentis & quadraginta annis, antequam templum extrueretur. At quomodo id verum esse potest, cum anno septimo principatus Iosue, annis ab hinc 193. Tyrus ciuitas munitissima perhibeatur? Quo absurdius sunt, qui anno vno ante Troianam cladem Tyrum conditam putant, Iustino non satis intellecto. Hanc quæstionem fufius in Annalibus explicatam, hoc loco paucis ita definio. Tyrum breui tempore post diuisionem terrarum fuisse conditam, loci opportunitate terra marique vehementer inuitante, conditore Tyra, Iapheti filio septimo, vt quibusdam placet. Certè siue ab isto Tyrus nomen acceperit, siue ab alio, illam Strabo Sidoni antiquitate parem facit, quæ Moyse teste authorem habet primogenitum Chanaan.

Dicendum præterea post aliquot annorum centurias, Iosue apud Hebræos principatum tenente, Tyrum munitam, ornata, amplificatam. Eusebius enim anno Iosue 17. ait Phœnicen & Cadmum de Thebis Aegyptiorum in Syriam profectos, apud Tyrum & Sidonem regnauisse; vt non mirum sit illam tum à Iosue dici munitissimam ciuitatem. Hoc autem Gedeonis tempore, ducentis ferè annis ab obitu Moysi dici potest insigniter ornata atque amplificata, vt recens condita videri ac dici posset; itaque postsumus Iosephum & Eusebium interpretari. Hinc autem & deinceps, vsque ad tempora magni Nabuchodonosoris annis 664. admodum gloriosa fuit Tyrus, vt ex Prophetis liquet, sed ab eo expugnata, & vehementer afflictæ est, annisque 70. iacuit, post quos ad pristinam potentiam reuerfa est, vt prædixerat Esaias. Donec eam rursus afflixit Alexander Macedo, & de insula peninsulam fecit, post annos 275. à clade Babylonica.

ANNVS MVNDI 2786.
GEDEONIS, & ZARAIAE 26.
PANYÆ 29. Imperij Assyriorum 855.
ANTE CHRISTVM 1267.

ANNVS vigesimus nonus Panyæ I. Regis Assyriorum cum 29. Sabbatico concurrat, quo ipso tempore Orpheum Thracæ floruisse author est hoc loco Eusebius. Hoc mirum tempus Argonautarum fuit, quorum è numero Orpheus erat, ideo ab illis heroibus assumptus, quod nisi eo præsentem Sirenes præteriri non poterant, vt prædixerat Chiron. Inter fidicines excelluit: cumque fidibus carmen, & vocis suauitatem adhiberet Apollinis, qui Cytharæ inuentor, & Calliopes, quæ à vocis præstantia nomen accepit, dictus est filius, & utraque ita valuisse, vt non homines solum, sed arbores etiam & saxa secum trahere diceretur. Ipse tamen se alicubi Oeagri filium appellat, Lini fratrem Apollodoros, Eurydices maritum Pausanias, Musæi patrem Diodorus, genere Thracem Eusebius, & poetæ omnes.

Celebrantur porro eius carmina & hymni, non solum vt poetæ, sed vt Theologi, quod pleraque de Deo personisque diuinis, consentanea veritati fidei catholicæ in eius versibus reperiantur. Pausanias tamen illum ait magiæ fuisse peritissimum, sicut & Amphionem, & magicis cantionibus illum bestias, istum saxa mouisse. Ad eorum videlicet cantum dæmones saxa conuectabant, & feras ipsi fascinatæ oculis repræsentabant. Quam Pausaniæ sententiam pleræque omnes eius actiones, ipsaque mors apertè confirmant, vt pluribus in Annalibus docuimus. Eademque de Musæo Orphei discipulo, eiusque mysteriorum æmulo, vt ait Pausanias, dici possunt: qui Eumolpum habuerit filium, aut, vt alij malunt, patrem, Cereris & Proserpinæ sacerdotem, qui Herculem ad inferos descensurum sacris Cereris initiarit.

ANNVS MVNDI 2789.

GEDEONIS & ZARAIÆ 29.

PANYÆ 32. Imperij Assy. 858.

ANTE CHRISTVM 1264.

I. Deiprouidentia in Sanctuario suo conseruando.

ALTERVM iam elapsum est seculum ex quo Sanctuarium in Silo à Iosue constitutum fuerat, idemque diuina protegente prouidentia, in tot Israëlitarum defectio-

Linus.

Sub hunc 32. Panyæ annum, Linum Herculis præceptorem innotuisse scribit Eusebius in Chronico Græco, à quo & peremptus dicitur, quod ab eo castigatus fuisset. Consule Annales, ubi etiam plures reperies Linos.

ANNVS MVNDI 2800.

GEDEONIS & ZARAIÆ 40. & ult.

PANYÆ 43. Imperij Assy. 869.

ANTE CHRISTVM 1253.

I. Iubil. 56. Sabbati 31.

SECVLARIS est hic annus, proindeque Iubilæus ordine quinquagesimus sextus: idemque sabbaticus trigessimus primus. De Gedeone autem ex ipsa Scriptura constat eam Hebræorum Rempub. 40. annis administrasse, septem Madianitarum annis e numero de more comprehensis. Atque vtinam de annis Zaraiæ pontificis tam certi esse possemus. Eius tamen pontificatum non visum est vltra annum quadragesimum propagare, cuius rei coniecturas aliquas in primo anno Iephthe afferemus. De Gedeonis autem morte hæc habet Scriptura duntaxat. Mortuus est Gedeon filius Ioas in senectute bona, & sepultus est in sepulchro Ioas patris sui, in Ephra, de familia Ezri.

II. Gedeonis mors & laus.

Mortuum dicit in senectute bona, elogio quod in optimos quosque Patriarcharum cadit: vt aliquorum opiniones, interpretationesque refelleret, qui Gedeonem idem cum populo nefas admisisse arbitrantur, imo quale & quantum in Idololatria, & totius populi scandalo reperitur. Moritur potius in senectute bona, quæ bonam ætatem antea coronat, moritur meritis & virtutibus insignis, & iucundissimo gaudent bonæ conscientie testimonio. De eius ætate nihil certi ex ipsa Scriptura colligitur. Possunt tamen non temere existimare, eum ad septuaginta circiter annos viuendo peruenisse. Est enim eum Iosephus iuuenem vocat, in eo

Eiusdem ætas.

quod habuit cum Angelo colloquium: ea tamen ætas erat hominis, qui toti statim Hebræorum exercitui præficiendus erat, qui vniuersam deinceps Hebræorum Rempub. cum summa potestate gubernaturus, & cuius nomen hostili exercitui terrori erat, vt merito eum quadragenarium appellare possimus: Cui ætati si 33. annos addideris bene gesta Reipub. vltra annos 70. peruenies.

Quod autem in domestico, atque auito patris sepulchro conditus dicitur, primum ad modestiam pertinet Gedeonis, qui licet tanto tempore princeps populi in magna gloria, & rerum tranquillitate vixerit, sepulchrum tamen sibi opere magifico non parat, sed paterno familiaris suæ sepulchro contentus fuerit. Vnde non leuis ducitur coniectura ipsum Ioas Gedeonis patrem repudiata Idololatria, ad verum Deicultum filij opera reuertisse: neque enim, opinor, eodem cum vero impio, atque idolis ad mortem vsque addicto, voluisset tumulo claudii. Nec par est credere Reipub. principem, qui ex vniuersa regione Idololatriam exterminaret, in paterna illam domo reliquisset: à qua eiusdem exterminandæ initium duxerat, quando ea maxime vigebar. Cæterum in eius viri laudes, qui & pietate, & cæteris virtutibus tam illustris fuit, nulli vt omnium Iudicum secundus fuerit, quem Paulus Apostolus in sanctis Iudicibus primum nominarit, quem antiqui patres Augustinus atque Origenes sanctissimum appellarint, qui Christum Dominum permultis perque magnis in rebus pulcherrimè adumbrarit, pluribus excurrere non est necesse properantibus. Si quis earum deliciarum sit appetentior, inueniet in Annalibus ubi appetitum istum sedare possit, ubi & laudatissimæ vitæ epitomen sub Epitaphij titulo reperiet.

III. Modestia sepulchri.

Coniectura conuersi ad Deum patris.

ANNVS MVNDI 2801.

ABIMELECHI, & MERAIOTH.

PONTIFICIS 1.

PANYÆ 44. Imperij Assy. 870.

ANTE CHRISTVM 1252.

AD optimi parentis non optimum filium, imo ab Heroë præstantissimo, ad tyrannum perditissimum stylum orationis prope reluctantem mœrentem certe conuertimus: cuius cruentissimum principium, mediâq; odiis interstinis plena, funestis coniuictos pepererunt. Hic est ille Abimelech, qui per summam crudelitatem cæsis 70. fratribus tyrannidem inuasit, & ciuilla bella concitauit. Primus porro hic eius annus habet insignem Israëlitarum in Deum impietatem, & terribilissimam ingrati animi in benefactorem maculam: tum Abimelechi ambitionem & electionem in principem. Deniq; Ioatham fratris eius patruelis conatum irritum, ad eum tyrannidem deturbatum. Primam illam partem Scriptura ita recenset. Postquam autem mortuus est Gedeon, auersi sunt filij Israël à Deo suo, ad quem Gedeonis opera conuersi fuerant, & fornicati sunt cum Baalim, neq; id semel aut obiter, ex quadam

I. Abimelech Gedeonis filius.

Ind. 8. & 9. Israëlitarum impietas, in Deum.

cap. 8. 33.

mentis

II. Et ingratitude in Gedeonem.

Abimelech ambit principatum.

Ind. 6. 15.

III. Eligitur à Sichimitis.

Et pecunia iuuatur.

Occidit fratres.

IV. Constituitur rex in Sichem.

mentis ebrietate factum est, sed percusserunt cum Baal fœdus, vt esset eis in Deum, antiquato videlicet fœdere quod Moyses & Iosue autoribus sapius initum fuerat, atque innouatum. Licet etiam opinari eos nouo Deo cultum debitum tribuisse, consecrassè lucos, excitassè fana, nam fani Baalis mox Scriptura meminit, dedicassè aras, atque simulacra; decretas victimas, initiatos sacerdotes, denique idololatriam omnem ex parte constitutam.

Huic ingrati animi labes aduersus familiam Gedeonis, viri optime de tota Reipub. meriti, quam, iniustissimè scelerato sicario prodiderunt, qua cum officiis certare, eamque ab inimicis protegere oportuisset. Abimelech igitur memor fortasse dignitatis vltro ab Israëlitis oblata Gedeoni, & filio eius atque nepoti, ambitione stimulante, ad eam, non solum per primogeniti cædem, sed cæterorum omnium fratrum, qui eam vlscisci potuissent, gradum facere meditatur. Venit ergo in Sichem oppidum tribus Ephraim, ibique per cognatos & consanguineos egit cum primariis ciuibus, vt eligeretur in principem, quod id cederet in publicam vtilitatem, cui non expediat pluribus subiici, nedum 70. viris. In vnus autem electione, neminem de Gedeonis familia sibi præferendum, qui eorum non solum ciuis, sed consanguineus etiam sit, cum cæteri ne ad suam quidem tribum pertineant. Sichem enim ad Ephraim, Gedeonis autem familia ad Manasse pertinebat. Itaque perspicuum esse cui fauere, à quo auxilium rectius in aduersis expectare possint.

Quid plura assentiuntur, frater, aiunt, noster est; quasi ad Reipub. clauum vectorum cognatus sedere potius debeat, quam optimus gubernator. Eo consensu habito, fratres suos, quos dominationi suæ restitutos non dubitabat, statuit de medio tollere. Ad eum vt perueniret finem, opus fuit hominibus manu promptis, & ad quilibet audendum paratis. Ergo conduxit sibi viros inopes & vagos, secumq; sunt eum. At huiusmodi homines ad tam immane facinus sine pretio adduci non poterant. Ideoque Sichimitæ de fano Baal 70. argenti siclos abstulerunt, eiq; dederunt. Hac pecunia, & hac consceleratorum manu instructus Abimelech, venit in domum patris sui in Ephra oppido, ibique occidit 70. viros fratres suos super lapidem vnum, singulis capite truncatis. Comprehensos apparet ab illo satellitio nec opinantes. Ab ipso autem tyranno calumnia quapiam oppressos, vt iure pro salute Reipub. cæsi viderentur: id enim innuit illa cædes singulorum super lapidem vnum. Vera tamen causa, si eam quaerimus, fuit idololatria, quæ vtinam corporis tantum morte punita fuerit. Euasit tamen eam carnificinam Ioathamus Gedeonis filiorum natu minimus.

Hoc egregio ad principatum præludio vsus Abimelech, ad suos Sichimitas venit, qui eum constituerunt regem iuxta annosam quandam quercum oppido vicinam. Adhibitas etiam vntionis fœderisque caeremonias, aliâque id genus talium inaugurationum solennia, valde credibile est. Hæc enim studio solius ambiunt tyranni, vt optimo iure regnare videantur, quam legitimi principes. Neque tamen vnquam toti

Reipub. præfuit, itaque Iudicis nomine, nedum regis, dignus nunquam fuit. In Iudicibus tamen numeratur, ne si ille taceatur, tempora perturbentur: præsertim cum eo rerum potente, nemo alius Iudex apud Hebræos, princepsve fuerit.

Quæ cum delata fuissent ad Ioathamum, in iis degentem latebris, in quibus abdiderat se, venit in montem Garizim, qui vrbi Sichem imminebat, vt inde, quasi ex vinebone, accusationem atque execrationem eorum scelere dignam intorqueret. Inde ergo ad populum, qui plurimus conuenerat ad festum inaugurationis noui regis, orationem habet more patrio parabolicam. In qua Oliua, ficus, & vitis oblatum inter arbores principatum recusant, quo modo boni principes sponte sua ab imperio abhorrent, vt qui intelligant in principatu non propriis commodis, sed iis abdicatis, si res postulet, communibus seruiendum esse. Inde venitur ad rhamnum, quod genus est rubi sterilis, informis, aculeati, qui regnum admittat, emittatque flammam, qua cedri Libani consumantur, id est viri egregij ab homine vili atque inutili Abimelecho. Tum ad rem suam accommodans apologum, exprobrat Sichimitis facinus Abimelechi, in quod illi consenserant, quodque data pecunia promouerant. In cuius sceleris poenam geminum illis incendium, quo se mutuo consumant, imprecatur: bellum scilicet intestinum, quo iniusta in malum consensio, iusta diffensione puniatur, quæ non tam imprecatio fuit, quam prædictio imminentium malorum, quibus vexati sunt Sichimitæ.

Hæc cum locutus esset Ioathamus, dum Sichimitæ circumspectant sese, & partim admittantur hominis confidentiam ac dicendi libertatem, partim iustitiam querelæ eius cogitant, ille sese eorum conspectu proripuit, & fugit in oppidum Bera, ubi apud amicos latuit, dum Abimelech rerum potitus esset, sciebat enim se morti destinatum, & insuper irritasse crabrones. Et hæc ferè primo Abimelechi anno contigerunt.

Ad hunc tamen ipsum annum existimamus initium libri Ruth pertinere: & Abimelechum esse illum ipsum Iudicem, sub quo fames regionem Israëlitarum inuasit; cuius occasione Eliamelech cum vxore Noëmi, duobusque filiis Mahalon & Chelion, in Moabitidem peregrinè profecti sunt, vnde post decennium Noëmi, viro liberisque amissis in patriam postliminio, cum nuru sua Rutha reuertit. Pendet hæc ratio temporis ex iis quæ vigesimo primo Baraci & Debboræ constituta sunt, ubi diximus tertium Booz illo anno natum videri, eundemque septimo anno Tholæ septuagenarium Rutham vxorem duxisse. Itaque oportet præsentem annum, qui septimum Tholæ decem annis præcedit, esse annum initæ ab Elimelecho & Noëmi peregrinationis. Ea circiter decem annos tenuit, quamuis vox circiter quæ in Hebræo est, absit à vulgata: propterea quæ in decem illis annis tam profectio quam reuersionem includemus. Est autem Abimelech tyrannus fuit, ei tamen propter rationem temporis Iudicis nomen accommodatur.

Causa susceptæ ab Elimelecho peregrinationis fuit fames, quæ Chananitidem grauiter afflixit.

V. Ioathamus accusat cum parabola Sichimitas.

VI. Inde latebras petit.

VII. Initium historię Ruthæ.

20. Bara. 40. Gede. 3. Abim. 7. Thola.

70.

VIII.

Causa peregrinationis Elimelech cum familia sua.

nominatim Berthelem, qui ob terræ fertilitatem dicta est domus panis, vel oppidum frugum ex quo intelligi potest quanta esset in reliqua regione penuria. Quod si Elimelech, vir inter suos primarius, aliud migrare fame coactus est, quanta tenuiores calamitas vexavit, ac perdidit? At emigrarunt in Moabitidem, ubi non incommodè habuerunt; ut intelligamus famem hanc non fuisse generalem. Neque id tantum, sed diuinitus etiam immisam videri ad defectionem Israëlitarum hac quoque ratione castigandam, cum Moabitis sit longe sterilior natura, quam terra Israëlitarum, utpote Arabia: petrae & desertæ vicina, sicut & Idumæa, quæ tota pene asperis cauitibus horrebat. Sed hoc Dei flagellum valde augetur ipsa diuturnitate, si decem annorum fuit, ut Abulensi placet atque Serario. Verum præterquam quod inaudita est saltem in Scriptura, tam diuturna famis, certe illa ex Scriptura non satis colligitur.

IX. Rei gestæ series.

Rectè enim dici potest Elimelechum vna cum familia sua occasione famis peregrinationem in Moabitidem suscepisse, ibique non ita multo post esse defunctum: filiosque eius Moabitidas vxores ibidem accepisse. Vbi autem semel fuerunt adstricti coniugiis, peregrinationem in habitacionem, annitentibus vxoribus commutasse, eamque fame quoque cessante, perseuerasse. Nec Scriptura cum ait Noëmi reditum iniisse, quia audierat Dominum dedisse populo suo escas, causam reuersionis adæquaram expressit; primaria enim causa fuit amissio duorum filiorum, post amissum maritum: cum autem statuisset, ut sapiens ac religiosa mulier, deserere Moabitidem, in qua hæctenus à filiis vxoratis retenta fuerat, quibuscum manere ætas quoque ac penuria in aliena regione persuaserant, & redire vellet ad populum Dei, nunc occasione fertilitatis, quæ tum erat in regione natiuitatis suæ, ad reditum maturandum incitata est. Apparet autem non potuisse Noëmi persuadere filiis suis reditum, quod ibi duxissent vxores alienigenas, contra Dei legem, quas domi dimittere compulsi fuissent, nisi illæ Diis patriis renunciare maluissent; nisi forte etiam ipsi pietati nuncium remiserant, idèoque, exacto in eo vitæ statu fermè decennio, ambo diuinitus extincti sunt.

ANNVS MVNDI 2802.

ABIMELECHI, & MERAIOTH. 2.

PANYÆ 45. & vlt. Imperij Assy. 871.

ANTE CHRISTVM 1251.

I. Progressio tyrannidis Abimelechi.

DEERQVAM infantum atque infelix fuit Hebræis huius vigesimi noni seculi exordium in tyrannide, tot innocentum sanguine quæsitæ atque stabilitæ; progressus autem, qui ad præsentem annum pertinet, minimè lætus fuit. Quomodo enim sub improbissimo tyranno res lætæ subditis esse possunt? multoque etiam minus ipsi tyranno: cito enim res eius in deterius prolapsæ sunt. Eius ruinæ hic ordo fuit. Voluit Dominus quamprimum punire immanissimam Abimelechi crudelitatem, & Si-

chimitarum, qui præsidio illi, atque adiumento fuerant ad id facinus; insuperque regem arbitrato suo constituerant. Suscitauit ergo Ioathamum, qui paratum scelus ob oculos exprobrando poneret, & eis discordiarum incendium, quo mutuo conflagrarent, imprecaretur. Exaudiit iusta perentem Dominus, & immisit spiritum pessimum inter Abimelech, & habitatores Sichem. Diabolum scilicet, iam sponte ad nocendum paratum, eique potestatem dedit perturbandæ pacis impiorum.

Ergo solertissimus discordiarum artifex criminis tam multiplicis atrocitatem animis populi repræsentat, & in huiusmodi obiectum, odij affectum inflammat. Itaque cæperunt eum detestari, & ut est in Hebræo, præuaricati sunt optimates Sichem in Abimelech. Ea defectionis consilia, primum animo concepta sunt, tum inter amicos timidius, ut assoler, testiusque communicata; postremo interueniente Gaale Obedis filio in apertum prorupit, sed annone proximo, an præfenti? malim sequenti, quod defectionum consilia, non tam cito, propter multa pericula, atque impedimenta intercurrentia maturefcent. Itaque hunc annum istiusmodi consiliis, & occultæ coniurationi tribuimus, sequenti autem vim apertam atque rebellionem referuabimus. Interea Sichimorum urbem gubernabat Abimelech per præfectum Zebul amicum ac clientem suum.

Interea in Moabitide Mahalon & Chelion parente mortuo, vxores duxerunt, Noëmi fortassis inuita, siue quod adolescentiores ipsi essent, ut significat Chaldæus, qui pupillos vocat, siue quod alienæ religionis ac gentis: in quibus magnum habuerunt viri ad defectionem à Deo suo incitamentum; itaque pauculis annis vindice Deo, in suo coniugio fuerunt. Mahalon Rutham duxit, quam ineptissimi Hebræi regio Eglonis genere ortam somniant, quos ratio temporis confutat, refutat tenuitas ipsius, & eius cui illa nupsit, quem cum parentibus ex patria famis expulerat. Reditus quoque tam incomitatus, & spicilegium subsequens vanam Rabbitorum ambitionem redarguunt. Ex Petra potius vrbe Arabia: desertæ ortam significant illa Elaiæ verba, Emitte agnum Domine dominatorem terra, de Petra deserti, ad montem filia Sion. Quæ omnes interpretes de Rutha interpretantur: conditione autem plebeiam, sicut & Orpham, de qua non referam hoc loco, neque arguam Rabbitorum ineptias. Illud dicam, quod cum Orpha in patriotum deorum cultu consenuerit, Rutha ex singulari Dei misericordia ad veri Dei cognitionem cultumque traducta fuit, ut suo loco dicitur.

Hoc ipso anno apud Assyrios extinctus est Panyas, post annum imperij quadragesimum quintum: cuius res gestæ, sicut & cæterorum ferè omnium, qui eum antecesserunt, aut secuti sunt, alta obliuione sunt sepultæ.

Ordo rati- na: eius.

II. Coniuratio in ipsum suscipitur.

III. Filij Noëmi ducunt vxores.

cap. To. Quod cur- genis & conditio.

cap. 16.1.

IV. Obitus Panyæ.

ANNVS MVNDI 2803.

ABIMELECHI 3. & vlt.

MERAIOTHI 3. SOSARMI 1.

Imperij Assyriorum 872.

ANTE CHRISTVM 2150.

I. Sofarmi regnum.

Eusebij chronologia partum fida.

II. Coniuratio in Abimelechum foras erumpit Gaalis aduentu.

III. Abimelech accersitus venit.

Vincit Gaalem cum suis.

ITEM fortasse non iniustam Scaliger intendit Eusebio, quod Sofarmo, qui Panyæ successit, non duos & 40. regni annos cum Africano, sed 19. tantum tribuerit, ut rationibus suis principum annos accommodaret; cum contrarium fides historica postulet; sed frustra fidem humanam requiramus in homine, qui in diuina naufragium fecerit. Et potuit audacter tres & viginti annos Sofarmo eripere, qui alio loco quatuor Assyriorum principes exauthorauit, & ex albo sustulit, ut suo loco dicemus. Cogimur tamen, exemplo veterum patrum, eius Chronologiam sequi, ne meliorum inopia multa turbemus. Erat ergo hic annus Sofarmi primus, regnavitque, ex Eusebij arbitrio, annos decem & nouem.

Quod attinet ad sacram historiam, hic est vindictæ diuinæ, non semper diu dormitantis, annus, quo coniuratio Sichimitarum sese extulit foras, Gaalis cuiusdam opera, viri audacis atque factiosi, qui factus est signifer coniurationis huius. Series rei gestæ sic habet. Sichimitæ bipertito diuisi erant, alij, cum Zebule gubernatore ciuitatis, tyranno fauebant, alij eum de medio tollere cupiebant: cumque id aperto Marte aggredi non auderent, posuerunt aduersus eum insidias, in summitate montium, ut in transitu nec opinantem inuaderent, & obtruncarent. Dum autem excubitores isti rei gerendæ occasione expectant, latrocinantur, & de prætereuntibus, tyranni præsertim amicis, prædas agunt. Ij Abimelecho rem nunciant, & malo remedium petunt. Vice versa coniurati Gaalem accersunt, qui cognatorum stipatus non inualida manu, urbem ingreditur coniurationis futurus caput. Ad cuius aduentum erecti habitatores Sichem, egressi sunt in agros, vastantes vineas, & vasque calcantes. tyranni videlicet atque amicorum eius. Ingressi quoque fanum Dei sui, maledictis inter epulas Abimelechum incessabant. Adeo ut Gaal non dubitaret publicè dicere, Vinam daret aliquis populum istum sub manu mea, ut auferrem de medio Abimelech.

Quæ cum illi per Zebulem innotuissent, venit cum exercitu nocte, & quatuor in locis iuxta Sichimam tetendit insidias, siue ut facilius diuisi laterent, siue ut pluribus ex locis simul urbem oppugnarent. At Gaal ne opprimeretur incautus, domo egreditur, & in omnem euentum suos ad portam ciuitatis cogit, si qua in hostem faciendâ esset eruptio. Vix albescente cælo surgit cum exercitu suo Abimelech de insidiarum loco: & sensim ad urbem subit. Interim Gaal vna cum Zebule vndique circumspectabant à speculis ciuitatis, altero aduentum Abimelechi audius expectante, altero timidius explorante. Quid multa; venit Abimelech, Gaal

à Zebule irrisus egreditur contra eum, pugnat, & vincitur. Fugientem persecutus est hostis, & in urbem compulit, ex qua mox expulsus est. At Abimelech qui tormenta militaria oppugnandæ vrbi necessaria in subita expeditione non tulisset secum, sedit in Ruma, ad vicinum aliquem pagum castra posuit, ut inde vrbi semper immineret, ad eam occupandam intentus.

Zebul autem, qui iam se Gaalis aduersarium ante infelicem eius pugnam ostenderat, post eam multo factus est animosior, sicut & cæteri, qui clam fauebant Abimelecho. Itaque factio ista facta potentior, alteram urbem expulit. Egressus est ergo Gaal cum suis in campum, reditum ad suos ferro patefacturus, vel fortiter in prælio casurus, quod & factum videtur: cum enim Abimelech copias suas tripertito diuisisset, duabus partibus pugnavit contra coniuratos, eosque victos persecutus est. Tertia oppugnabat urbem, quam toto die oppugnatam cepit, interfectis habitatoribus eius. At mirum est egressis coniuratis, reliquos ciues non ei aperuisse portas: sed obsidionem tolerasse. Desperatione veniæ id ab eis factum scribit Abulensis. Putabant enim tyrannum in dedititios nullo discrimine seuiturum, quod & fecit, Dei permissione iustissima. Erant enim permulti nihil in eum peccauerant, in Deum tamen & Gedeonem peccauerant, in gratiam Abimelechi, ideoque ab eo ipso castigari sunt. Imbellis autem ætas, quæcunque innocens fuit, parentum peccatis debitas luit pœnas; illud etiam præmatura morte beneficium consecuta, ne idololatria contaminaretur.

Ergo Sichimitæ meritas apud Deum hominesque pœnas pependerunt, sed sua quoque Tyranno merces in foribus aderat: prius tamen reliquis Sichimitis, qui in arce erant, supplicium debitum inferendum fuit. Erat autem arx ista, siue turris perampla, ut quæ mille viros, præter fanum Baalis contineret, in quo se isti religione loci tutos fore putabant, sed frustra. Aggestis enim ad portas virentium arborum ramis & succensis, fumo & igne omnes viri mulieresque ad mille capita perierunt. Abimelechus autem nihil cunctandum ratus, sed vrgendam victoriam, inde profectus venit ad fatale sibi oppidum Thebes, quod obsidione cinxit ac cepit, moxque turrim, quæ erat in media ciuitate munitissima, ad quam principes ciuitatis, aliique multi confugerant, obsedit. Cumque appropinquans ignem ostio supponere niteretur, Mulier quedam fragmen mole desuper iaciens illisit capiti Abimelech, & confregit cerebrum eius. Qui vocauit cito armigerum suum; & ait ad eum, Euagina gladium tuum, & percuere me, ne forte dicatur quod à femina inuictus sim. Qui iussa perficiens gladio illum confodit: infelici plane atque infami cæde, non tam scemineo de decore, quam proprio parricidio detestanda; nec illud probrum vitauit, quod & tunc plurimos testes habuit, & habebit dum sacri codices conseruabuntur. Atque ita iustus Dominus Abimelechi opera perdidit Sichimitas, & mulieris manu furentem tyrannum prostrauit. Quin & locus ipse defectionis à Deo, & coniurationis in principem officina, ab eo euerfus, & sale seminatus est: ipsemet autem in sulphure & salis ardore consumitur.

IV. Qui ex vrbe pellitur.

Et à tyranno profugantur, qui & urbem caput, & delet.

V. Turrim quoque Sichimorum incendit.

Arce Thebes obsidenda à muliere occiditur.

quodque proximo statim die perficiendum esset.

IX. Proximum de emptio- ne agri pri- mum inter- pellat.

Booz ergo promissi memor, ubi operas famulosque domesticos operi accinctos vidit, & monita quæ res exigebat operarum præposito dedit, in vrbe contulit sese, & ibi ad eius portam iudicij causa sedit. Ibi cum propinquum illum prætereuntem vidisset, cuius nomen Scriptura præterit, vt nomen eius obliteraretur, cuius culpa nomen fratris sui delectum fuisset in Israël. Illum, inquam, seducit, oratque vt expediendi cuiusdam negotij causa eodem loco tantisper sedeat, tum aduocatis decem viris de senioribus ciuitatis, & eodem iudicij loco sedentibus, obtulit emendum agrum Noëmi iure propinquitatis. Quod autem de Noëmi dicitur, id de Rutha intelligi debet, quæ ius habebat in ea bona, quandiu posset & vellet suscitare defuncto marito nomen, & fratres vel cognati non deessent, qui eam in illum finem ducerent. Noëmi autem nullum hic ius habebat, quia eius vir non obierat sine ilberis, in quos ius possessionis transierat. Fit autem mentio solius Noëmi, ne propinquus ille statim subolfaceret coniugium.

Booz pruden- tia,

X. Tum de co- iugio, quod ille recusat.

Prudenter autem Booz prius meminit emptionis quam coniugij, quia emptio utilis erat & gratiosa, coniugium autem onerosum, vt priore incitatus, posterius quoque susciperet, vel recusato coniugio cum onere suscitandi nominis defuncto, ab emptione aut successione bonorum repelleretur, sicut & factum est. Ille enim cum liberis careret, timebat ne si defuncto cognato sobolem suscitaret, non posset ipse sibi gignere liberos, coram testibus cessit iuri propinquitatis, tam ratione coniugij, quam bonorum, datoque legitimo cessionis iudicio, Booz vtrique successit: & oratione ad circumstantes conuersa, *Testes*, inquit, *vos estis hodie quod possederim*, id est legitimam nunc possessionem adeam omnium que fuerunt *Elimelech, & Chelion & Mahalon* filiorum eius, *tradente Noëmi, & Ruth Moabitidem uxorem Mahalon in coniugium sumpserim, vt suscitem nomen defuncti in hereditate sua*, vt scilicet filius qui ex Rutha procreabitur, filius Mahalonis dicatur. Res tamen Domino prouidente, & charitatem Booz remunerante, aliter cecidit. Obed enim non Mahalonis, sed Booz filius semper in sacris literis appellatur. Successit autem omnibus Elimelechi bonis, quia factus est pater filij, ad quam bona illa deuoluebantur.

XI. Booz admittit suc- ceditque bonis pro filio nasci- turo.

Respondit omnis populus qui erat in porta, id est in aula in qua iudicia exercebantur, cõfluxerant videlicet plurimi paulatim, vt assolent, responderunt & maiores natu quos ipse conuocauerat, *nos testes sumus*. Nec contenti dare testimonium quod rogabantur, auctarij vice faustas preces adhibent bono viro atque honorabili, eoque etiam amabili, quod gratiam defuncto exhibeat, quam propinquior recusabat, ducendo alienigenam mulierem. Optant vt similis sit Racheli & Liæ, quæ fuerant matres Patriarcharum, & secutæ fuerant virum suum in terram alienam; sicut Rutha, in gratiam viri sui, cui quærebat prolem, in Israëlidem venit. Addunt in mentionem Phares, ex quo Booz recta linea descendebat, & ad cuius familiam oppidum Bethlehem pertinebat. Tulit itaque

Booz Rutham & accepit uxorem, & dedit illi Dominus vt conceperet, & pareret filium; sed partus in annum sequentem differendus est, neque enim potuit præsentem contigisse.

Qui conti- pitur.

Ad hunc octauum Sosarmi annum refert Eusebius bellum Lapitharum & Centaurorum quod in nuptiis Pirithoi, quem Theseus vnice dilexit constatum fuisse dicitur.

XII. Bellum Ce- ntaurorum & Lapitharum.

ANNVS MVNDI 2811.

THOLÆ 8. MERAIOTHI 11. SOS ARMI 9. Imperij Assyriorum, 880.

ANTE CHRISTVM 1241.

NA T V S est hoc anno Boozo & Ruthæ filius Obed, Dauidis regis auus 140. annis antè illius natiuitatem, quæ cadit in decimum Samuëlis annum, iuxta digestam à nobis temporum rationem, anno Baraci vigesimo primo; iuxta quam hic Booz annus est septuagesimus primus. Constat autem illi 140. anni ex 70. annis Obedi, & totidem Isai. Cum autem Boozum septuagenarium duntaxat faciamus, quem generationis terminum agnoscit Aristoteles, nullus est quæstioni locus annis naturaliter genuerit Obedum, quærant illi qui tum 95. annos natum volunt: & idem miraculum sæpius in eadem familia & continenter iterant: & multo magis qui ei ducentos, aut trecentos etiam annos tribuere coguntur. A quibus libenter quæsierim num compotes mentis erant Noëmi & Rutha cum illa suaderet, hæc speraret suscipere liberos à capulari, & ter quaterque depontano sene. An se ille non sentiebat caducum, & vini hominis simulachrum, cum nuptias cum puella non recusabat. Quomodo gratulatur illi populus, ac nouis nuptiis bene precatur, & non deridet potius senem fatuum & insensatum?

I. Obedi or- tus.

II. Anni. 1. 7. c. 6. Abul. & alij.

Boozii zui idonea offe- ditur.

Hoc ergo anno patris 71. natus est Boozo filius, & natiuitatem secuta est non solum parentum lætitia, sed publica etiam congratulatio. Dixerunt enim mulieres ad Noëmi, *Benedictus Dominus qui non est passus vt deficeret successor familie tue, & vocaretur nomen eius in Israël, & habeas qui consoletur animam tuam, & enurriat senectutem*. fiebant & Ruthæ, sed illa notior erat, & ab antiquo ciuis. Sed hanc quoque commendant cum aiunt. *De nuru tua natus est, quæ te diligit, & multo tibi melior est, quam si septem haberes filios*, id est plurimos, qui tenera ætate vetulæ famulatum, sicut Rutha, exhibere non possent, sed crebras potius molestias, vt pueruli solent. Nihilominus susceptum Noëmi puerum posuit in sinu suo; ac gerulæ fungebatur officio. Cumque has inter gratulationes euoluti essent dies octo, circumcisus est, & vocatus Obed, ab ipsa Noëmi, vt scribit Iosephus. Quod ab ipso expectaret subsidium senectuti suæ. Obed enim seruum significat, vel operarium.

II. Lætitia pu- blica & co- gratulatio vicinorum.

ANNVS MVNDI 2814.

THOLÆ 11. MERAIOTHI 14.

OBEDI 4. SOS ARMI 12.

Imperij Assyriorum 883.

ANTE CHRISTVM 1239.

I. A Sabb. 33.

Priami re- gnum.

SABBATICVS est hic annus ordine tertius supra trigessimus, de quo nihil habeo quod dicā. Obed depulsus à lacte gaudium erat parentum, à quibus studiosè magnam in spem posteritatis alebatur.

Refert ad hæc tempora Eusebius initium regni Priami, Laomedonti patri succedentis in Troia & Ilio. Quod si verum est, oportet eum ad annos sexaginta regnasse: Totidem enim hinc ad excidium Troiæ ab Eusebio ipso numerantur. Qui huc quoque historiam Mino- tauri refert, ex qua nata est fabula Poëtis decantata. Vide si placet Annales in hunc annum.

ANNVS MVNDI 2821.

THOLÆ 18. MERAIOTHI 21.

SOS ARMI 19. & vlt. Imperij Assy. 890.

ANTE CHRISTVM 1232.

I. Sosarmi obitus.

Sabbat. 34.

Boozii obi- tus & vir- tus.

RENITENS animo, ac penè inuitus hunc Sosarmi annum appello vltimum, cum vltimus eius annus Africano sit non decimus nonus, sed quadragesimus secundus, vt primo eius regis anno dicebamus: id tamen ferendum est ne maior fiat temporum perturbatio. Cadit in hunc annum Tholæ decimum octauum annus Sabbaticus 34. & Obedi vnde- cimibus quibus annis continetur eius institutio puerilis quam Noëmi peramanter, perque studiosè tradebat. Videtur quoque Boozii iam octogenarij mors contigisse: quam laudabilem fuisse, facile persuadet vita ipsa commendatione dignissima qualem nobis tota Ruthæ historia repræsentat, in qua illius viri fortitudo, prudentia, iustitia, charitas, liberalitas, animi demissio, & si qua alia virtutes nõ vulgariter se produnt. Sed emicat nescio quomodo ac splendet magis in isto viro castitas, quam ita Doctores Hebræi demirantur, vt cum Iosepho Patriarchæ conferant, in certamine cum Ægyptia hera.

II. Præsertim castitas.

Christi progenitor.

Ad deliciendum enim Boozum conuenerant nocturnæ tenebræ, vltronea mulier, solitudo, hilaritas epularum, impunitas peccandi, celandi fiducia, & si qua fuerunt alia violandæ castitatis incitamenta. Ille tamen stetit inuictus, non tamen imperterritus. Vt enim vidit mulierem nocte iam media, expauit, ac conturbatus est, draconem vidisse dices ad paleas lectuli rustici adherescentem, incendium corpori asferentem, & fœdam maculam castitati. Solus eum Dei timor, & reuerentia honestatis com- pescuit, vt non liberet, quod non licebat. Di- gnus profecto facinus ob quod eum Dominus

læsus vnum de progenitoribus suis esse voluerit, cum eum non paucis in rebus, maximeque illis quas dixi virtutibus, adumbrarit. Sed eminet illud cum Rutha Moabitide coniugium, pauperula atque idolorum cultrice muliere, quæ erat Ecclesia ex gentibus congreganda, dæmonibus olim, vitijque omnibus addicta, & bonis omnibus vacua. Eam Dominus ducere non indignum duxit maiestate sua, & vera Dei cognitione, omnibusque spiritalibus copiis locupletare.

III. Et figura.

Vt Noëmi B. Virginis.

IV. Exotica horu tem- porum.

cap. 14. l. 1. lib. 1. incre- dit.

Eam Iudæus propinquus ipsius contemnebat, lege Moïsi & Prophetarum oraculis, quasi vxore, familiæque contentus, cum tamen restituenta Ruthæ bona possideret. Sed eam Booz noster amplexus, bonis tam naturæ debitis quam supernaturalibus mirificè ditauit, vt merito Rutha, id est saturata, siue inebriata diceretur, cui illud Isaiæ conuenirent. *Tunc videbis & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fueris ad te multitudo maris, &c.* Denique seruos iustitiæ, & operarios vitæ æternæ generauit. Harum autem nuptiarum conciliatrix fuit illa Noëmi, illa mater Ecclesiæ, illa amara in morte filij sui, & eo, quasi Mahalonis demortui semine suscitato, omnibus deliciis in eo amplectendo circumfluens, cum communi bonorum omnium gratulatione: illa quam beatam dicunt omnes generationes, illa quæ gaudium est, & gratulatio vniuersæ terræ, Maria Virgo benedicta, mater Dei, cæli terræque regina.

Huc refert Eusebius initium regni Thesei apud Athenienses, vbi & annis 30. regnavit, sub cuius vel regno, vel ætate latissime se fundit Græcarum fabularum seges, & antiquarum historiarum, quæ his substratæ sunt, ac deformatæ, quæ bellum Troianum, & excidium Ilij antecedunt. Huc enim Argonautæ pertinent, in quibus Theseus ipse cum Pirithoo, Iason in primis & Orpheus, Castor & Pollux, Telamon & Hercules, alijque plurimi, quorum catalogum reperies apud Hyginum & Apollodorum. Huc Centauri & Lapithæ de quibus Palæphatus. Adde Sphyngem & Oedipum, Minoem & Amazones & sexcenta alia Poëtis decantata. Consule Annales in hunc annum, dum nos ad alia properamus.

ANNVS MVNDI 2822.

THOLÆ 19. MERAIOTHI 22.

MITRÆI 1. Imperij Assy. 891.

ANTE CHRISTVM 1231.

SVCCEDIT Assyriorum Imperio Mitræus ad annos 27. iuxta consentientem Africani & Eusebij Chronologiã: nisi quod apud illum est ordine vigesimus sextus à Belo apud hunc vigesimus quintus, Belo prætermisso. Hoc primo anno Mitræi ponitur apud Eusebiū expeditio septem Heroum, qui aduersus Thebas pro Polynice contra fratrem eius Erheocle pugnaverunt, quorum hæc sunt nomina, Adra- flus, Amphiarus, Capaneus, Hippomedon Argiui, Polynices Thebanus, Tydæus Æto- lus, Parthenopæus Arcas: qui vario euentu in

I. Regnum Mitræi.

Septem He- roum ex- peditio.

AN. SAB. BAT. 31.

eo bello ceciderunt, vt ex Apollodoro in Annalibus explicatum reperies, aliâque eiusdem argumenti nonnulla.

ANNVS MVNDI 2826.

THOLÆ 23. & vlt. MERAIOTHI 26.

MITRÆI 5. Imperij Assy. 895.

ANTE CHRISTVM 1227

I. Tholæ obitus & tempus gubernationis. Ind. 10. 1. 2.

Hoc anno Thola Iudex Israëlitarum à Iosue septimus, & gubernandi populi, & viuendi finem fecit. Iudicauit enim Israël, ait Scriptura viginti tribus annis, mortuusque est, & sepultus in Samir. Vnum illi annum detrahit, Eusebius in Chronico, quem eidem lib. 10. de Præparatione restituit. Chronicon Hebræorum ait vnum annum fuisse Tholæ & Iairo eius successori communem, significans viginti duos annos cum dimidio singulis conuenire. Oppidum porro Samir, in quo vixit Thola; est in monte Ephraim. Alia quoque Samir fuit in Iuda.

ANNVS MVNDI 2827.

IAIRI Iudicis 1. MERAIOTHI

Pontif. 27. MITRÆI 6. Imperij Assyriorum 896.

ANTE CHRISTVM 1226.

I. Iair octauus Iudex. cap. 12. 11.

7 in 7 & 5 in 1 final.

Non esse Badan.

Oppida Iair à quo dicta.

cap. 13. 30.

HOLÆ successit Iair Galaadites ex tribu Manassè trans Iordanem, quæ causa Serrario nostro fuit putandi Iairum fuisse Badan, qui in 1. Reg. recensetur inter eos Iudices, qui populum eruerunt de manu inimicorum eius. At rectius videtur Badan esse Barac, propter faciliorem similitudinem litterarum Hebraicarum commutationem, & auctoritatem Septuag. quæ ibi habent Barac; maximèque propter rerum gestarum similitudinem. Nam ille Badan dicitur eruisse Israëlitas de manu inimicorum suorum, quod Baraco rectè conuenit, Iairo non conuenit, vt postea dicitur. Certè D. Paulus, qui scribens ad Hebræos ad eum locum videtur alluisse, obscuriora paulo vocabula Ierobaal & Badan, si iam tum ita legebatur, per clariora Gedeonis & Baraci voluit explicare. Quod autem hic dicitur ex eius nomine oppida Iair in terra Galaad fuisse appellata, cum id viuo Mose factum appareat à Iair filio Manassè dicendum est, illa oppida ex eius nomine, eadem specie, non numero dicta fuisse. Itaque hæc est huius loci sententia, Oriundum fuisse hunc Iudicem ex ea parte tribus Manassè, quæ erat trans Iordanem, vbi quondam floruit ille Iair, qui viros Galaaditis occupauit, qui tum dici cœperunt Hauoth Iair, id est villæ Iair, & renouatam esse sub hoc Iudice denominationem, cuius filij præsidebant 30. oppidis de eorum numero, quæ vulgo Hauoth Iair dicebantur, & à Iosue 80. fuisse dicuntur.

Successisse dicitur Tholæ Iair, siue vt est in Hebræo, surrexisse post Tholam, non autem nominatim electus, aut vocatus à Deo, vt Iosue, vt Gedeon, &c. Ex quo significatur iam inuita consuetudinem apud Hebræos sufficiens Iudicem loco demortui, licet nulla Reipub. calamitas compelleret ad huiusmodi electionem. Nam neque viuo Thola quidquam bellorum Israëlitas vexasse legimus; neque in bellica vel seruili perturbatione rerum electus est Iair, aut Abimelech. Non sic Gedeon & superiores, aut posteriores Iephthe vel Samson. Itaque existimat Abulensis Iairum à populo Iudicem, per electionem & communia suffragia, fuisse factum sicut & Tholam; idque ad vitandas turbas pro principatu quales excitauerat perditus Abimelech. Cœpit autem Rempub. administrare in magna rerum affluentia, & numerosa familia, quippe qui 30. filios habuerit totidem multis inequtantes, & totidem oppidorum moderatores, in Galaatide trans Iordanem, qui tamen Iairo generali gubernatori totius populi suberant.

Hunc annum proximè secutus est Sabbaticus trigessimus quintus. Iairi Iudicis 2. quem quietum habuit, atque pacificum. Sed cum populus non emendaret, sed multiplicaret peccata, ira Dei ascendit super eos, vt mox dicitur. Licet Abulensis putet Hebræos non coluisse idola tempore horum duorum Iudicum, quia seruitutem proximè sequentem separat ab annis eorum: qua de re iam agendum est.

ANNVS MVNDI 2832.

IAIRI 6. MERAIOTHI 31.

MITRÆI 11. Imperij Assy. 901.

ANTE CHRISTVM 1220.

Sexto Iairi anno initium ponimus nouæ sub Ammonitis & Philisthæis Israëlitarum seruitutis, annorum 18. Nam qui post Iairi mortem eam inchoant, & ab annis Iudicem seponunt, vniuersè refutati sunt in primo anno Othonielis. Neque enim de annis inter exitum ab Ægypto, vsque ad fundamentum templi Salomonis, cum Scriptura consentiunt, ideòque dicendum est illos annos, Iairi & Iephthe annis contineri. Cum autem Scriptura testetur Deum tradidisse filios Ammon in manu Iephthe, qui 20. ciuitates eorum percussit, eosque afflixit plaga magna nimis, idque secundo Iephthe anno, vt est in Chronico Hebræorum, dicendum est ad anteriora recurrendo, seruitutem hoc sexto Iairi anno inchoandam: sic vt primus Iephthe annus sit decimus octauus seruitutis, secundus autem eiusdem sit primus vltioris & libertatis. Nam quod Scriptura mortem Iairi memorat priusquam meminerit seruitutis huius: id factum videtur ne ea narratio, quæ longior futura erat, mortem Iairi distraheret longius, præsertim cum Scriptura nihil aliud de eo referre veller. Itaque per anticipationem Iairi mors posita est, eiusque creationi & vitæ coniuncta.

I. Initium Ammoniticæ seruitutis huc pertinet.

Nec repugare Scripturam.

Ipsa

II. Duplex eius modus.

cap. 9. 7.

Alter probabilior.

III. Prior pars seruitutis in Galaaditide.

Eius causa idololatria, quæ sub his Iudicibus perueuerat.

3. Abim. 23. Tholæ. 5. Iair.

IV. Eaque multiplex.

Ser. 1. de SS. Petro & Paulo. Grauitas huius calamitatis.

Ipsa poro seruitus & afflictio Israëlitarum altero duorum modorum potuit contigisse, vt scilicet totus populus Hebræorum, tam qui cis Iordanem, quam qui ultra habitabant simul ab Ammonitis ac Philisthæis totis octodecim annis vexatus sit, vtrisque; vtrosque eodem tempore, certatim diripientibus, lacerantibus, occidentibus. Vtrisque enim Scriptura coniungit. Potuit etiam res aliter contigisse, Scriptura fauente potius quam repugnante, vt scilicet prius Galaaditæ à vicinis Ammonitis vexati fuerint annis aliquot, puta octo vel decem: Philisthæis interea vicinos suos Israëlitas, qui erant cis Iordanem, crebris cladibus & atrociniis instantibus, tam priorum emolumentorum gratia, quam ad prohibendum ne isti subsidio sociis suis, in Galaaditide laborantibus, venire possent. Galaaditis autem ad societatem exhaustis atque conculcatis, Iordane transmissio venerunt Ammonitæ auxilio Philisthæis, vt Iudam & Benjamin & Ephraim, in quibus erat præcipuum Hebræorum robur, coniunctis viribus contererent atque pessundarent: nec tamen sedes in Israëlitide figerent, nondum enim statuerat Dominus Iudæos ex patriis sedibus expellere; sed irent redirentque præda onusti, & in transitu Galaaditas depalcerentur.

Hic modus quia magis aridet, Galaaditarum calamitatibus decem priores annos assiduum licet, vbi filij Iairi in magna rerum copia viuebant, quam cum alia vitia, quam maximè Idololatria comitabatur, quæ à Gedeonis morte renouata, itoquo etiam fœdere sub Abimelecho confirmata, maiora quotidie sumpserit incrementa. Nullum enim apparet in eius successore Thola sublata idololatriæ vestigium. Ego quidem Iudicem non accuso, nec illi placeat suspitioni adhærere eum indulgentiorem fuisse in populum, à quo electus esset iudex, nec animi satis habuisse ad communi furori resistendum. Existimarim potius ipsum, eiusque successorem Iairum in bonis Iudicibus esse numerandos, eosque in populi salutem, morumque emendationem incubuisse: sed irrito conatu, populo pene vniuerso corrupto, ac bene momentibus obstrepente, & cum alienigenis, in detestabili simulachrorum cultu, insaniente. Vt vis maior necessaria fuerit ad corrigendum tam late patens, & solenni ritu inductum, & 30. annorum diuturnitate roboratum malum.

Quam multiplex autem fuerit Idololatria vt cætera scelera taceamus, Scriptura docet his verbis. *Filij autem Israël, peccatis veteribus iungentes noua: fecerunt malum in conspectu Domini, & seruiuerunt Idolis Baalim & Astaroth*, id est vniuersè Diis gentium & Deabus, quos vndiq; per circuitum sibi ascuerunt; à Septentrione Deos Syriæ, ab occasu Astarten Sidoniorum, Dagô Belzebub Philisthinorum, ab Oriente Chamos Moabitarum & Moloch Ammonitarum Soli restabant à Meridie Idumæi & Amalecitæ, vt in Chananitide diligenti superstitione haberetur collectum, quidquid vsquam fuerat variis erroribus institutum, vt de Roma veteri scribit S. Leo. Hæc videlicet causa Dominum compulsi ad incutienda flagella; Ammonitas autem & Philisthæos accendit præda cupiditas: cui in medio positi Israëlita parebant. Nec tamè misericors Dominus tot illis hostes susci-

tauit, quot idolorum monstra coluerunt. Quam grauis autem fuerit ista castigatio, tam ex temporis diuturnitate intelligitur, quam ex eo quod illa non solum afflicti dicuntur, sed vehementer oppressi, adeo vt publicum illum clamorem expresserit, *Peccauimus tibi*, &c. Verbera enim quæ clamorem non exprimunt, tolerabilia videri possunt.

Diuturna autem fuit, quia non paucos dies, instar inundantis torrentis, sed duodeviginti annos tenuit, quibus identidem miseram gentem barbari depalcebantur. Quin etiam ne octodecim quidem annis planè terminata fuit ista seruitus, nisi ex parte Ammonitarum. Philisthæi autem modicè tantum repressi videntur, vt qui deinceps Israëlitas tempore quoque Samsonis & Heli: imo Saülis etiam Davidisq; vexauerint. Ideo seruitus à Philisthæis, etsi non cruenta, fuit tamen ipsa diuturnitate grauissima. In specie autem quid passi sunt Israëlita, tam ultra, quam citra Iordanem, non est proditum litteris. Fas est existimare eos primum atrociniis impetitos, deinde iusto etiam exercitu debellatos, nec tamè sedibus pulsos, sed tributis exinanitos, omni iure atque autoritate priuatos: fortasse in corpora ipsa non seruili solum labore seruitum est, sed verberibus etiam & plagis seruitus Ægyptia renouata est.

ANNVS MVNDI 2833.

IAIRI 7. MERAIOTHI 33.

MITRÆI 12. Imperij Assy. 902.

ANTE CHRISTVM 1220.

Hic est secundus Ammoniticæ seruitutis annus, idemque quintus Iubilæus Mosaicus. Est enim ducentessimus quinquagesimus ab ingressu in Chananitidem, & ab exitu Ægyptiaco 290. Eum in hac rerum perturbatione, & diuinæ legis vel obliuione, vel contemptu crediderim fuisse neglectum.

Hæc ferè pertinent quæ de Theseo ciues Athenis congregante memorat Eusebius, quæ paucis ex Plutarcho in Annalibus collecta, harum rerum studiosus Lector inueniet.

Biennio post qui fuit quartus Ammoniticæ seruitutis annus, contigit annus Sabbaticus ordine trigessimus sextus, de cuius obseruatione idem quod de proximo Iubilæo dicendum videtur.

ANNVS MVNDI 2842.

IAIRI 16. AMARIÆ Pont. 1.

MITRÆI 21. Imperij Assyriorum 911.

ANTE CHRISTVM 1211.

Hoc Iairi anno decimo sexto, qui est seruitutis Ammoniticæ vndecimus, & annus Sabbaticus 37. & exitus ab Ægypto vn-

V. Atque diuturnitas.

Eiusdem ordo, & specialis modus.

I. Seruitutis annus secundus, & quintus Iubilæus Mosaicus.

Thescus.

Quartus seruitutis, & Sabb. 36.

I. Sabbat. 37.

Ortus He- li. 1. Reg. 4. 15. 7. Iair. reli- qui. 6. Iephte. 7. Abe(an. 10. Aialon. 8. Abdon. 20. Samson 40. Heli. 98.

Transitus Ammoni- tarum.

II. Carthago condita.

I. Iairi & Mitrei obitus

Gen. 47. 30. Iud. 8. 32. 16. 31. 2. Reg. 2. 32. 17. 23. 19. 37. 21. 14. 2. Machab. 3. 10. &c.

detrecentesimus, natus est Heli, qui postea Pontifex annis 40. Rempub. administravit. Vixit enim annos octo & nonaginta, qui hinc ad vltimum eius Pontificatus annum, exacte reperiuntur. Hic porro Amariam Meraiothi filium nonum Pontificem ponimus, postquam Meraiorhum 40. circiter annos in Pontificatu reliquimus: cuius rei rationem infra anno primo Iephte reddemus. Ad hunc quoque annum referimus, vt ante significatum est, transmissum ab Ammonitis cum exercitu Iordanem, vt attritis iam Galaaditis, coniunctis cum Philisthæis viribus, collaroque nocendi studio, eos qui cis Iordanem habitabant, & cæteris potentia, multitudine, & soli bonitate præstabant, eadem qua cæteros humanitate tractarent Quod Scriptura significat, cum ait Galaaditas vebeementer oppressos fuisse, in tantum, inquit vt filij Ammon Iordane transmissi vastarent Iudam, & Benjamin, & Ephraim. Quod si hos quoque qui præsidium aliorum erant & robur, tempestas huius calamitatis afflixit, quid de reliquis tribubus existimandum est? Carthaginem conditam hoc anno refert Eusebius ex Philisto; sed ille conditus admodum varij atque incerti temporis est, propter Scriptores admodum diuersa opinantes. Consule si placet Annales hoc loco.

ANNVS MVNDI 2848.

IAIRI 22. & vlt. AMARIÆ Pont. 7. MITRÆI 27. & vlt. Imperij Assyriorum 917. ANTE CHRISTVM 1205.

D V o s hic annus Principes morti dedit, Mitram Assyriorum principem vigesimum sextum, & Iairum Iudicem Hebræorum à Iosue nonum, qui mortuus est mœrore fortassis quam annis grauior; quippe qui Rempub. non perturbatam solum, sed pene prostratam relinquebat, cui nullam opem afferre potuisset. Forte etiam filios illos suos, pro delicatis mularum equitibus, videbat agalones. De morte ipsius Scriptura hæc pauca refert, mortuusque est Iair ac sepultus in loco, cui est vocabulum Camon, quod erat oppidum in Galaaditide, in tribu scilicet Manasse, ex qua ille erat oriundus. Erat enim apud Hebræos quoque illa consuetudo, vt filij in sepulchro patrum suorum sepeliri cuperent, eoque priuari infelicitati ducerent. Vt ex plurimis Scripturæ locis ostendi potest. Interea vero Iephte patria pulsus cum aliqua militum manu, vagabatur in terra Tob, quæ erat in tribu Gad trans Iordanem, prædæque non inglorius agebat; de quo deinceps dicendum est nobis.

ANNVS MVNDI 2849. IEPHTE I. AMARIÆ 8. TEVTANIS I. Imperij Assyriorum 918. ANTE CHRISTVM 1204.

R I A è sacra historia ad hunc primum Iephte annum pertinent; primum deterrimus seruitutis status, & incrementum: tum Israëlitarum ad Deum conuersio, clamor, penitentia; denique electio Iephte in principem contra Ammonitas. Sed prius aliquid de Pontificum Hebræorum annis dicamus; Est porro hic annus Sabbaticus ordine 38. Atrocis Israëlitarum calamitatis indicium est, missus ad Dominum, vt in Ægypto, clamor: qui ex eo apparet excitatus, quod viderunt Ammonitas redintegratis copiis in Galaaditide fixisse tentoria; siue quod Israëlitas res novas moliri, & iugum seruitutis excutere velle suspicarentur, siue vt Iephte, cum suis latrunculis cursitantes, compercerent, ne ille forte ab Israëlitis electus in Ducem, vt erat vir fortis & manu promptus, luctuoso Ammonitis bello initium daret. Ergo congregati conclamasse dicuntur, id est militari clamore, vel tubarum sono suos congregasse in terra Galaad, quam dudum inuaserant, & ex qua vicinum in Ammonitidem, si quid aduersi contingeret, receptum habebant.

Israëlita autem iam attriti malis, cum nouum hunc militum nimbum viderent, ipsorum, vt metuebant, cruore saginandum, neque se ad eam tempestatem auertendâ idoneis instructos præsidij intelligerent, humanis deserti auxiliis, ad diuina denique, diuino vtiq; afflatu, confugerunt. Et clamantes ad Dominum dixerunt, Peccauimus tibi, quia dereliquimus Dominum Deum nostrum, & seruimus Baalim. Fuit hæc vox non vnus de populo, sed omnium; non vno aliquo in loco fusa, sed sicut vbiq; malum & verbera, sic vbiq; luctus & clamor, non seorsim & in angulis, sed publicè, & in plateis; Maxime autem exaudiebatur in Silo, vbi arca Domini Dei centesimum iam sexagesimum annum morabatur. Ibi Pontifex, Sacerdotes, ac Leuitæ omnes ad preces & hostias pro totius populi calamitate Deo offerendas excitabantur. Fuisse autem hoc tempore Amariam filium Meraiothi Pontificem index anni præsentis ostendit, licet quidam ineptè Phineem prodant.

Quoniam vero Pontificum annos ex ipsa Scriptura, aut firma quapiam autoritate definire non possumus, vtendum est coniecturis, & anni in suos Pontifices certa proportione distribuendi. Cum ergo constet ex illo Iosue extremo, sub eius morte Eleazarum quoq; Pontificem è viuis excessisse, superest vt annos à morte Iosue, siue Othonielis initio, vsque ad initium Pontificatus Heli, qui sunt 299. in Pontifices intermedios, prudenter, si quo modo possumus, diuidamus Vix autem credibile est quemquam hisce temporibus ante annum quadragesimum summum iniisse pontificatum. Diu enim passim vivebatur, vt de Heli patet, qui vixit annos 98. Aaron quoq; Eleazar, & Phinees grandes natu, prouectæque senectutis obiisse satis constat, vt

I. Summa rerum anni huius.

Annus Sabbat. 38.

Renouant Ammonitæ vexationem Israëlitarum.

II. Israëlita clamant ad Dominum.

apud Pontificem in Silo

III. Anni intermedios Pontifices distribuuntur. 40. Othon. 80. Ado. 40. Barac. 40. Gedeon. 3. Abimeel. 23. Thola. 22. Iair. 6. Iephte. 7. Abe(an. 10. Aialon. 8. Abdon. 20. Samson.

credere

credere possumus eos primogenitos suos quodragenariis moriendo reliquisse, vt summo, religiosissimoque magistratu congrua ætate succederent. Cum autem bellicis laboribus implicati principes magna ex parte quadragenis annis populo præfuerint, vt Moyses, vt Othoniel, vt Barac & Debhora, vt Gedeon, vt Aod, qui etiam id tempus duplicauit, & postea Heli, & Samuël cum Saüle, & Dauid & Salomon, & si qui alij, certe ij, qui publicam rem sacram tractabant, & à bellicis laboribus, & casibus immunes erant, parem annorum numerum possumus non temerè assignare.

Si ergo prædictos 299. annos per quadragena spatia diuidamus inueniemus septem Pontifices quibus singulis annos 40. assignemus, octauum autem cui nouemdecim tantum supersint. Atqui inter Eleazarum & Heli octo Pontifices numerantur initio quarti libri Esdræ: quem scio equidem non esse canonicum, antiquis tamen Scriptoribus autoritate non imparem. Numerum ergo ab hoc authore sumimus, nomina vera singulorum ex canonica Scriptura. Qua methodo obseruata Amariam hoc tempore habemus Pontificem, cui deinde Achitob, tempore Samsonis succedet.

Ad Amariam igitur Pontificem clamores populi concursusque facti, impiam defectum à Deo suo agnoscentis, atque deplorantis. Sed eo difficiliorem se Dominus præbet in exaudiendis precibus populi, quam in præcedentibus defectibus, quo hæc solennior fuit ac detestabilior. Quin etiam irato similis, recusat auxilium, & afflictis insultat. Non addam, inquit, vt ultra vos liberem, ite & inuocate Deos quos elegistis: ipsi vos liberent in tempore angustie. Alludere videtur ad fœdus percussum cum Baal tempore Abimelechi.

Verum quia desideria dilata crescent, vrgent illi clamore Dominum, & mitissimum eius pectus humili atque iterata confessione pulsantes, simulque simulachra idolorum proicientes de sinibus suis, seruierunt Domino Deo: renouarunt videlicet fœdus cum Deo in Silo per Amariam Pontificem, & placauerunt Deum, qui doluit super miseris eorum, & statuit eos à malis ipsorum eripere. Ipsi autem vicissim manum operi admouent. Conuentu enim aliquo à Galaaditis in Maspha coacto, de communi re deliberant: statuunt renouandos ad bellum animos, diuinam opem, reconciliatam iam Numine, non defuturam. Moxque de duce belli deliberari ceptum, quoniam sine eo, & quidem præstanti viro, nihil rectè agi potest. Iam tum Iephte, diuino vtiq; instinctu, aliquid moliri contra hostem cœperat, & crebris eos in speratisque velitationibus, latronum more fatigare, iam vsum aliquem nomenque strenui bellatoris collegerat. Ergo communiter vsum est eius conatum maioribus copiis atque autoritate munire, torique expeditioni præficere: idque mox missa honorifica legatione factum est.

Quis autem fuit hic Iephte? De eo quatuor Scriptura tangit, originem, cum ait fuisse Galaaditem, id est de tribu Manasse. Nam vrbs, mons, & regio Galaad ad eam partem Manasse pertinebat, quæ erat trans Iordanem, licet mons ille, ac regio ad tribum Gad ex parte per-

tineret, ideoque nonnulli eum Gaditam putarunt. Genus addit paternum maternumque, fuisse nimirum filium primarij viri nomine Galaad, qui fuit de posteris illius Galaad, qui viuo adhuc Moyse clarus fuit: materno autem genere degraatur, vt qui fuerit ex fornicatione susceptus. Eum tamen reddidit sua virtus illustrem, & præ legitimis fratribus gloriosum: à quibus eiectus est domo, re vt apparet, ad magistratum delata, à quo modica fuerit portione hæreditatis aspersus. Hæc denique fuit eius vitæ ratio, vt collectis egenis aliquot, sibi & fortuna & virtute similibus, de hostibus prædas ageret, vt postea Dauidi contigit, cum infensum haberet Saulem.

Ergo Ammonitis acriter instantibus, miserunt Galaaditæ viros primarios ad Iephte, vt ille rem seriè agi intelligeret, magisque moueretur ad eorum postulatam acquiescendum. Summa legationis hæc fuit, Veni, & esto princeps noster, & pugna contra filios Ammon. Vides vt oblato statim principatu præteritam offensionem auertunt, & priorem ignominiam præfenti gloria delere volunt. Iephte nihilominus commotior, nonne vos estis, inquit, qui odistis me, & eiectis de domo patris mei? Apparet istos, quos Scriptura non vocat fratres Iephte, sed maiores natu de Galaad. Fuisse Iudices populi; ex quo etiã colligitur eiectionem Iephte publica autoritate fuisse factam. Ei accusationi, criminationiue nihil illi responderunt, quod parû ad illum sibi conciliandum excusatio valitura videretur. Ergo odiosa illa dissimulare silentio & iratum animû tacita quadam culpæ confessione mitigare maluerunt. Ob hanc igitur causam, inquit, nunc ad te venimus, vt præteritâ culpam præfenti sùmissione deleamus, teque rogemus, vt ea omni iniuria patriæ charitati condonata, profisciscaris nobiscum, & pugnes contra filios Ammon, si que dux omnium, qui habitant in Galaad, id est trans Iordanem. Nihil enim poterant legati isti pro cæteris tribubus polliceri, cum ab illis missi non fuissent.

Acquiescit Iephte, ea conditione, vt bello feliciter peracto, principatum quæ offerebant reliqua vita conferret. Quod cum legati sponsondissent, & sponsonem iureiurando firmassent, abiit cum ipsis Iephte, & populus promissi factus est author, vtiq; sapienter. Sic enim suâ erga ipsum beneuolentiam demonstrabant, qua fiebat vt tanto ipse animosus pro eorum salute decertaret: ostendebat quoque nihil se de ipsius fide dubitare, quin cõmuni bono, vt legitimus princeps, consulturus esset. Tanto denique maiore studio bellum gesturus erat, quum pro bono, non quod speraret, sed quo iam frueretur arma tractaret. Magis enim mouet bonum certum ac præsens, quam incertum ac futurum. Quod autem ab istis tribubus factum est hoc tempore, id paulatim à cæteris factum esse constat, cum in eius morte vniuersè dicatur, eum Israëlitem sex annis iudicasse, id est, omnes, quæ hoc nomine continentur tribus. Itaque & alibi quoque cæteris Iudicibus annumeratur. Nisi forte Ephraimitæ sibi solis consilium capere voluerunt, & pro ingenita superbia, vt olim Gedeoni, si nunc Iephte obstrepere ausi sunt, imo & bello eum petere, magno suo malo, vt sequenti capite intelligetur

VII. Missa ad eum legatio, cum obiurgatione recepta est.

VIII. Iephte postulationi acquiescit, & fit princeps populi.

IX. Iephte pacem querit ab Ammonitis.

Constitutus igitur Iephte princeps, voluit contentionem omnem, si fieri posset, pacifice terminare, neque ad vim nisi coactus venire. Per legatos ergo petit, qua de causa Ammonitarum bello vexent Israelitas. Respondet Rex Ammonitarum, occupatam ab Israelitis quandam partem regionis sibi debitam. Quod cum pluribus Iephte refutasset, nec ille acquiesceret, ad arma ventum est. Illud tamen argumentum à præscriptione antiquæ trecentorum annorum possessionis dubitatione non caret. Rabbini certe multo se labore vexant, ut hunc numerum præcisè reperiant, cum ab egressione ex Ægypto plures sint, à deuicto Seone rege Amorrhæorum, qui eam regionem possidebat, pauciores. Sed inepti sunt admodumque rudes, si nesciunt in huiusmodi contentionibus numeros certos pro incertis poni, & quidem plures potius, si id ad rem faciat, quam pauciores; denique integros referri, fractos omitti. Sunt autem reuera à deuicto Seone, qui ultimo anno Moysi victus & occisus est, 268. quibus addideris annos 40. peregrinationis Arabicæ, existet numerus egressionis ex Ægypto, & data legis, sextus supra trecentisimum.

annorum fuerit & expugnato intra decennium illo quatuor & 30. ut à Menelao marito cui reddita est, filios adhuc habere potuerit, cum quo post octauum annum in patriam rediit, ut ait Hyginus. Sed de his plura in Annal. ex Pausania & Plutarcho. Hic tamen raptus annis aliquot differendus esset, propter omissos ab Eusebio decem Aialonis annos, contra manifestam Scripturæ sententiam. Nec tamen eum loco mouemus, quia certam eius sedem ignoramus.

ANNVS MVNDI 2850. IEPHTE 2. AMARIÆ 9.

TEVTANIS 2. Imperij Assyriorum 919. ANTE CHRISTVM 1203.

VM reliqua superioris anni parte, Iephte Imperatoris mandato, miles coactus esset, & auxilia ab Ephraimitis frustra petita, is hoc anno cum copiis in Ammonitidum transit infestus: votum propitiando Deo vouit: ab Ephraimitis magno ipsorum malo laceratur: votum voti reus exequitur. Hæc secundo Iephte anno gesta; iuxta Hebræorum traditionem, ut supra, in primo huius Seruitutis anno diximus. Sed & illud obiter hic tangendū, esse hunc mūdāni lubilæi annum quinquagesimum septimū. Apparet porro Iephte prudentia in eo quod in hostilem regionem traducit exercitum, eō vastitatem illaturus, & hostem ad sua tutanda retrahentur; quo facto & patriam suam graui onere lenabat, & hostilem terram gemino grauabat exercitu. Fuisse autem hunc transitū arduum & periculosum, docet Spiritus ille fortitudinis à Deo duci datus: & ipsum eius votum, quod non nisi in re periculosa, atque ancipiti emitit si let. Ideoque Ambrosius Iephte, inquit, euentu belli confiditatus ambigno, prætorumque veritatis incerta, votum vouit suorum præfili triumphorum.

Eius porro voti æquitas apud graues auctores ambigua est. Ego ad eos libentius accedo, qui rem totam singulari Dei inspiratione susceptam fuisse, perfectamque arbitrantur. Idque non obscure Scriptura ipsa significat. Factum est ergo, inquit, super Iephte Spiritus Domini, & circumiens Galaad & Manasse, Masspha quoque Galaad, & inde transiens ad filios Ammon, votum vouit Domino, dicens, &c. Vbi vides receptionem spiritus Domini ad votum directè referri, tanquam præcipuam actionem, & medium diuinitus ad victoriam electum: illa autem locorum enumeratio, quasi in transitu, obiter attingitur; fuit enim tantum inchoatio quædam diuini operis; ipsa autem victoria fuit effectus voti. Imò, aiunt, fuit effectus pœnitentiæ populi. Respondeo tam populum, quam principem victoriam promeruisse apud Deum, illum pœnitentiam agendo, istum vouendo. Et vtrumque oportuit agere cum Deo, tam pugnando, quam promerendo victoriam. Nec dici potest per actum malum Iephte promeruisse victoriam; id enim naturæ meriti repugnat.

Postremo in re dubia, cum neque Scriptura, neque aperta ratio contra pugnant, æquius est in mitiorem partem propendere, præsertim ubi de viris illustribus ac sanctis agitur. Atqui Scriptura ad summum rem dubiam facit, homi-

Ind. 12.11.

I. Rerum anni huius summa.

Iephte in regionem hostilem prudenter transgreditur.

II. Votum eius à Spiritu Dei fuit.

eiusque effectus victoria.

III. Idque confirmatur ex ipsa Scriptura.

266. 40. 306.

X. Repletur Spiritu Domini, & conuocatur Israelitas. Iud. 12. 29.

cap. 32. Ephraimitæ negligunt.

XI. Teutanes rex Assyriorum.

Institutio agonis Olympici ab Hercule.

2848. 430. 3278.

XII. Raptus Helenæ à Theseo.

Responsio ad patrum sententias contra Iephte.

Ep. 34. ad Iulian.

IV. Votum quale.

9. 49. in Iud.

V. Eius pugna & victoria.

VI. Redemptis domum lucus à filia.

nem nunquam reprehendit, ubique laudat; cum tamen si sponte sua edidisset hoc votum, atque exoluisset, magnæ in vouendo temeritatis, maximæ in reddendo voto crudelitatis reus fuisset. Nec euidens est vlla ratio, quæ euincat Deum ab hoc voto alienum fuisse. Quæcumque aurem à Patribus de hoc voto contra Iephte dicuntur, explicanda sunt de hoc voto, si sponte propria, & non ex diuina, quod nos contendimus, inspiratione factum esset. Idemque oportet sentire Hieronymum, cum ait, Iephte obtulit virginem filiam, & idcirco in enumeratione Sanctorum ab Apostolo ponitur, qui alioqui ponendus fuerat in catalogo parricidarum.

Iephte igitur diuino spiritu incitatus, votum concipit, sub conditione victoriæ, quam nomine pacis intelligit, de offerendo in holocaustū eo, qui primum ipsi occurrisset, nihil in particulari determinans, ut docet mox secuta admiratio, & gemitus in occurru vnicæ filiae: magnum quid tamen, ut ad rem permagni momenti obtinendam se offerre existimans, ut ait Augustinus, & ne eum perireum faciamus dicendum est vouisse, cum certa voluntate voti exequendi. Sperasse tamen, Deum, si executio ei cordi non foret, illam impediturum, sicut pridem Isaac immolationem impediuerat. Verum consentaneum fuit, ut ait Serarius, ut Dominus aliquod exemplum ederet, in quo non religiosa modo voluntas tam difficilis oblationis, sed ipsa etiam effectio cerneretur, utque figura esset clarissima illius mortis, quam Christus Dominus causa nostra, non voluntate tantum & desiderio, sed re etiam ipsa passurus erat.

Edito voto Iephte venit ad pugnam contra filios Ammon, quos tradidit Dominus in manus eius, percussitque ab Aroër usque dum venias in Mennish viginti ciuitates, & usque ad Abel, quæ est in vineis consita, plaga magna nimis. Humiliatque sunt filij Ammon à filiis Israël. Ex quibus Scripturæ verbis primum habetur Iephte prælio victorem extitisse, fuso fugatoque hostili exercitu, tum victoria vsum, percutiendū, vastandū, populandū viginti oppida percurfasse. Nec tamen ea, quamuis finitima transtulit in dominium Israelitarum, quia iam olim vetuerat Dominus eos quidquam occupare de regione Moabitarum, Ammonitarum, atque Idumæorum. Atque ita superbus Ammonitarum spiritus, qui iam decem & octo annorum curriculo inflatus iutumuerat, & æquas pacis conditiones respuebat, compressus est; & ingenti clade humi prostratus atque afflictus, de sua libertate retinenda potius, quam de aliena per vim occupanda, vel detinenda cogitauit.

Iephte igitur tanta parta victoria, & per eam toti populo suo libertate restituta, victor, in patriam triumphatorque regreditur, totaque illi ciuitas Masspha in occursum effunditur, & domum gratulabunda comitatur. Sed ecce ingentem doloris segetem: subituro domum parenti occurrit vniuersa filia, cum tympanis & sociarum puellarum choris. Quo spectaculo conturbatus Imperator, scindit cū clamore vestimenta sua, & ait: Heu me filia mea decepisti me, & ipsa decepta es. Quasi dicat fausta omnia, lætæque sperabam domi, & ecce in eius aditu cor meū acerbissimo dolore, sicut vestis ita laceratur, & quidē à te, quæ magnā mihi lætitiæ partē

fore sperabas, tibi ipsi causa mortis est: mihi autem summi luctus, & deplorandæ, tristissimo facinore, orbitatis. Pergit pater explicare causam mæroris sui, & votū factum Deo, de ipsa in sacrificium offerenda. Quæ patris dolor qui accusant, non cogitat naturalem hunc affectum; ab authore naturæ animantibus inditū, nec præceptam à Deo vacationē doloris in tali sacrificio.

At filia mirabilis, Pater mi, ait, si aperuisti os tuum ad Dominum promissione facta sacrificij, fac mihi quodcumque pollicitus es, quandoquidem factus est voti reus, concessa tibi ultione, atque victoria de hostibus tuis. Quibus verbis non solum non peccauit, sed laudatissimarum præbuit exempla virtutum, religionis in Deum, reuerentiæ in parentem, pietatis in patriam, magnitudinis animi, constantiæ, mansuetudinis; ad quam illa quoque petitio duorum mensium pertinet, ad deplorandam cum sodalibus, tam sterilitatem suam, quam orbitatem patris. Ut sic leuamentum aliquod doloris ingeniat, dum illum sodalibus lugubri cantu foras effunderet: quia Strangulat inclusus dolor, atque exastuat ino Pectore. Non petit longiorem motam executioni, legis illius memorem, Cum votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere: ne id sit tacite impedimenta reddendi voti præstolari. Neque tamen decuit statim, quasi amentem in aram ascendere, in gladium ruere, in flammam insilire, sed bono maturoque iudicio, ac tempore rem tantam, tamque inusitaram agere.

Dum autem duo isti menses in luctu abeunt, motus Ephraimitarum interuenit; non enim statim ab obtenta victoria, quippe iam dimiserat milites Galaaditas, quos reuocare oportuit. Eadem causa fuit eius seditionis, quæ iam pridē ante annos 82 partes istorum contra Gedeonē concitarat, nimia videlicet gloriæ cupiditas & rerum à Galaaditis bene gestarū inuidia. A per tam enim superbiā spirat illa oratio. Quare vadens ad pugnam contra filios Ammon, vocare nos noluisti, ut pergeremus tecum? Igitur incendimus domū tuam. Transierunt autem Iordanē magno numero, tubarū sono conuocati ut in Hebræo Græcoque textu significatur, ut tutius vim inferre possent, idque ex magnitudine cladis liquido constat. Miserunt autem nuncios qui superbas hæc querelas minasque denuntiarent. Quibus Iephte modestè respōdet, sed ita ut vicissim eos falsitatis accuset cum ait, vocaui vos ut præberetis mihi auxiliū, & iniustitiæ cum subdit, & facere noluisti, debuerunt enim pro sua virili opem ferre patriæ laboranti. Nec tamen interea omittit prudenter reuocare Galaaditas suos, ex recenti victoria bene in ducem suum animatos, si forte Ephraimitæ ad arma venirēt, ut apparebat, & reuera contigit. Pugnatum enim est, percusseruntque viri Galaad Ephraim, plurimisque cæsis, eorum superbiam retulerunt.

Neque tamen finita pugna cædium finis. Occupauerunt enim Galaaditæ vada Iordanis, per quæ Ephraim reuersurus erat in patriam. Ad quæ cum isti ex prælio fuga peruenissent, transitumque postulerent, & se Ephraimitas metu mortis negaret, in eoq; mēdaciū arguerēt, quod pro spica decursum aquarum dicerent, pro scin pronunciatō Samec, statim apprehensi iugulabantur, in ipso Iordanis transitu, & videlicet corpora in profluentē abiiciebantur. Quo factū est ut tū in

VI. I. Filia contra virtutem atque constantia.

Dei. 23. 21.

VIII. Motus Ephraimitarum & clades.

Iud. 12. 1.

IX. Multæ apud Iordanem cædes.

caque conueniens culpæ.

X. Filia Iephte vera ac propria morte sacrificatur.

Cir Deus eam non impedierit.

XI. Effecta victoria, Iephte dignitas.

Philistharum quies.

prælio, quam in fuga & transitu ad quadraginta duo millia Ephraimitarum caderent. In quo toto negotio manifestum apparet Dei superbiam mortalium punientis iudicium, cum egregia analogia poenæ atque peccati. Nam qui magno cum factu Iordanem fratres suos iniuria affecturi transferant, in ipso Iordanis transitu à fratribus suis cum irrisione & contumelia iugulantur. Et qui cum turpi mendacio Iephte insultauerant, probabilem inferendi incendij causam queritantes, idem in turpi ridiculoque mendacio deprehensi, fugam queritantes, & gladio cæsi aquis demerguntur.

Interea duo illi mentes peregrinationi filiarum Iephte destinati effluerant, & illa pari animi fortitudine, qua nuncium subeunda mortis acceperat, eam ad patrem vltro subitura reuersa est. Quoniam vero Scriptura non dixit: Neci eam tradidit, sed fecit ei sicut vouerat, quidam imitiores non eam iugulatam, sed Deo dicatam, ad perpetuam virginitatis custodiam sunt arbitrati, vt Romæ quondam Vestales, & in Christiana religione moniales. Verum communis sententia, qui præit Iosephus de vera morte ea verba interpretatur, non enim vouerat spirituale sacrificium, rem tum inuitatam, & quæ à Beatissima Virgine duxit initium, sed reale, & cruentum, quale olim in Abrahamo præcesserat, & præter alios Sancti Ambrosius, & Augustinus annotarunt. Nec erat alioqui cur puella bimestre spatium peteret ad plangendam virginitatem suam, quam poterat toto deinceps vite tempore deplorare. Denique Chrysof. rationem addit cur Deus hanc eadem immisso angelo vt olim in Abrahami sacrificio, non prohibuerit, ne scilicet omnes idem sperantes, idem temerè, vquerent, Denique tentarent, qui ex casu Iephte prudentiores facti sunt in vouendo. Cui rei seruicbat anniuersaria huius sacrificij apud Hebræos quadridui celebritas, quæ transit in superstitionem apud eosdem, & apud Græcos in imitationem. Nam sub hac ipsa tempora Iphigenia in Aulide immolata est.

Deiis porro feliciter Iephte auspiciis Ammonitis patrio solo recuperato, & seditiosis Ephraimitis seuerè castigatis, credibile est reliquos Israëlitas, partim admiratione virtutis, partim formidine potestatis, in supremum Iephte magistratum consensisse. Secuta etiam est Israëlitarum quies. Etsi enim nihil à Iephte, aut à sequentibus principibus gestum memoratur contra Philistharos, qui pro sua parte cum Ammonitis Israëlitas proximis annis diuexauerant: Dici tamen potest eos clade Ammonitarum deterritos, non hostilem quidem in Hebræos deponisse voluntatem: sed ab armis nihilominus consultò quiescisse. Israëlitas autem tam potentes auersarios irritare non ausos, libenter quoque, quasi ex condicito quiescisse, & vtrumque populum in quodam armorum iustitio viuentem, sibi ab altero diligenter cauisse. Israël igitur quiescebat: Iephte autem mœrens in orbitate viuere, cuius mœoris ipsa vita in principatu breuitas, nonnullum argumentum esse potest. Quarto enim anno à filia immolata ipse defunctus est. Nec dubium est interitum eum, vt virum bonum & sanctum, Dei cultum, quantum in ipso fuit, restituisse, fouisse, atque frequentasse.

ANNVS MVNDI 2854. IEPHTE 6. & vlt. AMARIÆ 13. TEVTANIS 6. Imperij Assyriorum 923. ANTE CHRISTVM 1199.

HVC annum, & omnia quæ ad Iephte pertinent, paucis hinc verbis Scriptura circumscribit. *Iudicavit Iephte Galaadites Israël sex annis, & mortuus est, ac sepultus in ciuitate sua Galaad.* Non male Caietanus putat aliter ipsum præfuisse Galaaditis, aliter reliquis Hebræis: istis scilicet vt Iudicem, illis vt Dominum. Nam de eorum consensu, etiam iureiurando interueniente, deuictis Ammonitis, factus est Galaaditarum princeps, qui tamen principatus ad eius posteros non est transfusus, quia nihil de eius posteris in conuentione dictum fuerat; cæteris autem Israëlitis præfuit vt ordinarius magistratus. Quod autem dicitur sepultus in ciuitate sua Galaad, idem est ac si diceret, in vna de vrbibus Galaaditis. In Hebræo habetur, in ciuitatibus Galaad. Quam occasionem Rabbini arripuerunt suo more delirandi, dicendique pluribus eum sepultum locis, quod partes eius computrescerent, & vt quæque corrumperebatur, & dissolueretur à corpore, ita modo in hoc, modo in illo sepeliretur oppido, Deo illius superbiam castigante, quod Phineam Sacerdotem super voto suo consuliere noluisset.

Quæ ineptiæ quam probabiles sint, vel ex eo colliges, quod Phinees ante ducentos annos euius abierat. Multo satius fuisset dicere, multoque sapientius, idem Iephte, quod cæteris viris principibus contigisse, vt vno quopiam in loco, vbi principem mori contigerit intestina sepeliantur, cætera aromatibus condita alio transferantur. Vt iis diebus quibus hæc primum scribebamus, in Christianissimi Regis Henrici magni funere factum est. Nam cor eius æternum paternæ in Societatem nostram beneuolentiæ monumentum, Flexiam in Collegium Societatis IESV ab ipso fundatum, vt viuens mandauerat, solenni lugubrique pompa à Patribus nostris translatum est, ipsum autem corpus ad D. Dionysij, in Christianorum Regum Mausoleis sepultum est. Sed redeamus in viam, à qua nos opportunè Rabinorum insipientia deduxit, vt clarissimo, ac beneficentissimo principi, hoc qualecunque grati animi testimonium posteritati traderemus. Quod autem fuerit ciuitatis nomen, quæ Iephte defunctum excepit, facile est ex præcedenti capite colligere, vbi dicitur reuertisse domum suam in Maspha.

Vir plane egregius fuit, & multis virtutibus præditus; sed qui nostram commendationem non desideret, cum ipsum Paulum Apostolum habuerit laudatorem, & ab eodem ad viros sine controuersia sanctissimos, Dauidem, Samuelem, & Prophetas meruerit aggregari. Etsi eum plerique viri alioqui grauissimi, & antiqui Patres, propter sacrificij filiarum valde reprehenderint. Sed posito diuino ad id sacrificium impulsu, quem supra docuimus, non est arguenda Iephte insipientia, sed laudanda potius obedientia, vt ait S. Augustinus. Plenior eius laudationem ex similitudine cum Christo, &

I. Iephte obitus.

II. Dequeo Rabinorum ineptia.

Annus Domini 1610.

cap. 11. 34

III. Iephte commendatio.

q. 49. in Iud.

eiusdem

eiudem vitæ compendium in Annalibus studiosus lector inueniet, ne fastidiosum, dum ei placere & prodesse cupimus, offendamus. Qui Herculis furentis interitum, in hunc annum ab Eusebio relatum, & ex Apollodoro depromptum, ibidem reperiet.

ANNVS MVNDI 2855. ABESANI 1. AMARIÆ 14. TEVTANIS 7. Imperij Assy. 924. ANTE CHRISTVM 1198.

HIC IEPHTE MORTUO, cito in eius locum suffectus est Abesan. Non enim expediebat Reipub. eam diutius capite & rectore carere Philistharis iampridem in prædam & occasionem intentis vt eligeretur fauissè crediderim tam multiplicem prolem & cognationem. Eius enim 30. filios totidemque filias Scriptura memorat, ex pluribus scilicet vxoribus susceptos, sicut illa tempora ferebant. Ex quibus cum 30. generos, totidemque sibi nurus ascersisset, affinitatibus abundans facile obtinuit, si tum ambitioni locus fuit, vt ad summum magistratum eueheretur, per quam ipsi omnes haud mediocriter honorarentur. Accedit quod vir bonus erat & iustus, si Rabbinos audimus, adeo vt Booz ab ipsis creditus fuerit. Ex quo etiam consequens est vt Israël, qui nuper ad Dei cultum exterminatis Idolis, quasi solenni ritu redierat, in auita patrum suorum religione retinuerit: cuius rei quies à bellis, & cladibus nonnullum est argumentum. Contemnendi autem sunt Rabbini, qui Abesan Boozum esse tradiderunt, ratione temporis penitus refragante, præsertim si vnicum Boozum ponant. Quamuis eis, viri iustitia faueat, & natiuitatis locus: ambo enim Bethlemitæ fuerunt.

In hunc primum Abesani annum, Eusebius qui eum Esebionem vocat, refert posteriorem Helenæ raptum, à Paride Priami filio perperatum, quem annum decimum facit ante captum Ilium. Sed eius Chronologia hoc quoque loco non parum perturbata est, propter prætermisum Aialonem, & gubernationis eius annos decem. Nec tamen hunc raptum differemus, quia veram eius sedem certò assignare non possumus: reliquos vero Abesani annos apparatus bellico tribuere licet, cum in eo Dictys Cretensis dicat octo annos fuisse consumptos, & nono bellum decennale inchoatum: sicque raptus Helenæ vno etiam anno accelerari posset: & bellum primo Aialonis inchoari, & decimo eiusdem terminari quod faciendum esse eodem anno decimo probabitur. Historiæ porro veritatem Poëtæ fabulis obscurarunt, neque Historici satis inter se conueniunt, vt ex Annalibus agnosces.

Admodum probabile videtur Paridem Priami filium, iuuenem forma præstantem, Helenam, quasi quoddam prodigium formæ, nuper à tot prociis expetitam & Menelao nuptui traditam adamasse, & imitatione Thesei, rapere statuisse, Priamo, vt ait Dares, non inuito, vt qui speraret se eo facto, vel Hesionem so-

rorem recuperaturum, quam Telamon rex Salaminæ, Herculis dono habebat, vel non dissimili præda de Græcis, qui Hesionem rogati reddere noluerant, vltionem capturum. Ergo Paris, qui & Alexander, Spartam nauigat, vbi à Menelao exceptus hospitio, Helenam eius vxorem cum multa præda non inuitam abducit. Ait enim Dictys, eam cum repereretur à legatis Græcorum, in eorum cœtum à Priamo adductam, facta abeundi potestate, respondisse, neque se in patriam regredi velle, neque sibi cum Menelao matrimonio conuenire. Cum autem ille Troiam classe repeteret, tempestate in Ægyptum delatum scribit Herodotus, ibique rebus omnibus spoliatum, ægre à Proteo rege fuisse dimissum. At Dictys ait Paridem vi ventorum, Cyprum, & inde Sidonem venisse, & ibi regem, qui eum acceperat hospitio, nocte necasse, indeque cum Helena prædâque profectum, Troiam amissis duabus nauibus appulisse. Eligat lector Herodotone malit, an Cretensi fidem habere.

Sequens porro annus qui fuit mundi 2856. fuit quoque Sabbaticus trigessimus nonus, quem credere possumus obseruatum à Iudæis, si quid apud eos valuit non ita pridem renouatum cum Domino fœdus: simulachris inanum deorum exterminatis: aut metas à Philistharis, quos Deus habebat ad manum, expeditos ad verbera, si quid hic populus stultus & insipiens, in diuino cultu grauius de more deliquisset, vt post quadriennium res ipsa probauit.

ANNVS MVNDI 2860. ABESANI 6. AMARIÆ Pont. 19. TEVTANIS 22. Imperij Assy. 929. ANTE CHRISTVM 1193.

SEXTAM hoc anno inchoamus Israëlitarum seruitutem ab obitu Iosue, eamque omnium si ab Ægyptiaca discesserit longissimam. Nam prima sub Cusano rege Mesopotamiæ octo annorum fuit. Altera sub Eglone rege Moabitarum decem & octo. Tertia sub Iabino rege Chananzorum annorum viginti. Quarta sub Madianitis tenuit annos septem. Quinta sub Ammonitis octodecim. Adest ergo sexta sub Philistharis, de qua ita Scriptura. *Rursumq; filij Israël fecerunt malum in conspectu Domini, qui tradidit eos in manus Philistinorum quadraginta annis.* Quando autem hi anni debeant inchoari non est facile definire. Vt varias opiniones missas faciam, facile erit reperire initium, si finem eius rectè constituerimus. Inde enim sensum versus regredi licebit, finem autem in morte Samsonis statuendum putamus.

Cum enim moriente Samone omnes principes Philistinorum occisi fuerint, vt Scriptura testatur, præter multorum millium stragem certe Dominationis neuos incisos esse oportet, neque ad multos annos apud Philistharos inueniri potuisse, quorum autoritate, consilio, viribus Israëlitarum seruitus continuari posset, sed eos in lucro posuisse potius quod Israëlitarum in eos vicissim non inuolarent. Id autem ex eo

I. Sexta seruitus omnium longissima.

Iud. 13. 1.

II. Eius finis in monte Samsonis. c. 16. 30.

confirmatur, quod à morte Samsonis totis 40. annis, quibus Heli Reipub. præfuit, nulla sit à Scriptura mentio seruitutis, imo capite 4. primi regum repræsentat, non populum seditione facta seruitutem excutere volentem, sed populos duos viribus supares, sub suis vtrumque principibus at magistratibus depugnantem. Et ideo Philisthæi de dominatione præterita, non præsenteloquuntur, cum aiunt, *Esote viri Philisthim, ne seruiatis Hebræis, sicut & illi seruiunt vobis*, seruisse dixerunt, non seruire. Quid quod mortuo Samson non bellator aliquis in eius suffectus est locum, qui Rempub. Iudaicam aliquo modo sustentaret, sed Heli sacerdos sexagenarius. Accisis enim Philisthæorum viribus, facile regendæ Reipub. & summo sacerdotio administrando, vnus idemque Heli par esse potuit. Denique S. Ambrosius aperte testatur Samsonem morte sua populum suum, quem captiuum inuenerat, liberum reliquisse.

Hoc ergo sine quadragenariæ seruitutis satis constituto, initium eius in hunc sextum Abesani annum referendum est. Hunc enim numerum exactè conficiunt viginti anni Samsonis, Abdonis octo, Aialonis decem, & Abesani duo qui supersunt: vnde consequens est istorum Iudicum tēpora minime fuisse pacifica, aut quietā, vt de Abdonis annis scribit Iosephus. Angelus enim qui Samsonis natiuitatem matri nunciavit, dixit ipsum liberaturum Israël de manu Philisthinorum, iam ergo illis seruebant quod explicans S. Ambrosius, *grauibus*, inquit, *iam diu Palestinorum imperiis afflictabantur*. Nimirum istorum, quos dixi, Iudicum temporibus: quibus Samson pueritiam & adolescentiam trāsegit. Nec obstat huic assertioni, quod Scrip. non meminit huius seruitutis, nisi post mortem trium illorum Iudicum. Habuit enim propositum illos de quibus per pauca narrabat, percensendo coniungere, priusquam res Samsonis inchoaret, quas totis deinceps 4 capitibus, nulla alia narratione interposita, persecueretur. Eas autem inchoauit ab ista Hebræorum perfidia, pro qua puniendā Philisthæi ab ultore Deo suscitati sunt.

Verum minime cruentam fuisse hanc seruitutem, sed sola ferè pecuniarum contributione contentam, partim ex silentio Scripturæ constat, quæ id non erat prætermittenda, vt hæcenus non omisit partim ex assertionem Iosephi, qui ait tantum Palæstinos ab Israëlitis per 40. annos exegisse tributa, quibus contenti, suo illos more arbitrioque viuere permittebant. Abesanus igitur mercatus fuerit pacem à Philisthæis tributis annuis persoluendis, ne modicum vitæ tempus, quod sibi superesse videbat, turbulentum foret & cruentum, & cani eius cum sanguine deducerentur ad inferos. Cuius in hoc genere institutum secuti sunt Aialon & Abdon per annos decem & octo, quando iam adultus Samson Philisthæos vexare, & seruitutis iugum excutere cœpit, iuxta Angeli prædictionem. Ex qua intelligitur Samsonem non ante hunc annum fuisse conceptum, oportuit enim inchoatam esse seruitutem, quam Samson dicatur soluturus. Sed nec ultra differendus est, ne nimium adolescenti Reipub. gubernacula concedamus, quæ illi ad 20. annos tribuere, Scripturæ assertionem compellimur. Ita-

que deinceps nobis de Samson dicendum est. Cum ergo Israëlita, post Iephre viri Deum timentis obitum, ad idola perfidiosi reuertissent, tradidit eos Dominus in diurnam, sed pro paterno in filios quamuis improbos animo, mitem ac tributariam, vt dixi seruitutem. Et vt magis admirere diuinæ providentiæ suauitatem, vix illi 40. anni erant inchoati, cum de liberatione fontium clemens ac misericors iudex cogitare cœpit: saluatorem & liberatorem populo suo, non sine miraculo præparans, ab ipso conceptus eius exordio. Habuit enim Manue pater eius vxorem sterilem, vt mediis, extremisque Samsonis, prima responderent, & Deus ipse author intelligeretur operum eius quæ naturæ ordinem, viresque superarent; sicut supra naturæ ordinem, fecundata diuinitus sterili, emittebatur in lucem. Itaque Angelus Domini, qui ei apparuit, & dixit ad eam *Sterilis es, & absque liberis, sed concipies, & paries filium*; voluit mulierem in proximo conceptu partuque diuinum intelligere beneficium, nec naturæ tribuere, quod erat gratiæ peculiaris. Valuit quoque hæc denunciatio ab ignoto homine ad faciendam fidem de promissis, & ad obrinendam obedientiam. in iis quæ præcipiebantur: ostendebat enim se à Deo venire, & occultorum habere noticiam.

Præcipit autem ne bibat vinum aut siceram, neque immundum quippiam comedat, eo quod paritura sit filium, qui ab infantia sua futurus sit Nazaræus Dei, eique per Nazaræorum caeremonias consecratus, quas ipsum quoque ex parte obseruare oportebat, vt filium pluris faceret, ac bene de eo speraret, & mundum munda, & per iunctam obedientiam sanctificata conciperet. Speraret autem fore, vt ipse inciperet liberare Israel de manu Philisthinorum. Non significat Angelus Samsonem inchoatum liberationem, quam diximus eius morte finitam; sed ipsum primum fore, qui Israëlitas liberaret à Philisthæis; ab ipsis enim alij postea liberarunt eos, vt Samuel, Saul, Ionathas, Dauid, & alij, ante Samsonem nemo. His angelum inter & mulierem transactis, ille euanuit, hæc ad maritum venit in oppidum, eique rehtotam nunciavit. Quo nuncio excitatus Manue, rogauit Dominum vt rediret ille nuncius, quoniam mulier aiebat eum ad aliqua ipsi respondere noluisse, & alioqui verebatur ne non satis aut capere mulier, quæ audierat, aut retinere potuisset; & inde contingeret, vt circa puerum diuinæ voluntati non plane satisfieret.

Exauditur Manue, redit Angelus ad mulierem, vt ille certior fieret per vxorem, eundem illum esse, qui prius apparuerat. Ab eo autem eadem ille didicit, quæ prius conuix. Mox autem orat vt sacrificium pacificum offerat Deo, in gratiarum actionem, hædum qui mox prandio seruiat. At Angelus negat sibi opus cibo, sed suadet vt hædus Deo in holocaustum oblatum consumatur. Postremo Angelum de suo nomine interrogat; quod ille reticuit, contentus dicere se mirabili quodam nomine vocare. Neque enim vel Peli, vel *Θυμιουδν*, vel occultum, vel mirabile proprium est nomen; sed commune. Caietanus putat quoddam illi fuisse nomen, quod interpretatum significet Mirabile. Illud certe videtur minime dubium suum cui-

c. 15. 20. c. 16. 31. V. Causa seruitutis, & diuina iustitiam.

Parentes Samsonis.

VI. Samson Nazaræus.

Qui cepit liberare suos à Philisthæis.

Angelus abiit sed eius redit eum Manue impetrat.

VII. Eius cum eo colloquium.

c. 4. 9.

I. 9. Epist. I. fi.

III. Initium in sexto Abesani.

c. 9. Epist. I.

IV. Non fuisse cruentā, sed tributariam.

Ortus Samsonis, & ratio tēporis.

que Angelonomen inditum esse diuinitus, quod indiuiduam singulorum naturam exprimat, & angelico sermone vsurpetur. Si enim nullum esset, neque mirabile, neque non mirabile dici posset.

Cum isthac responsione Manue cogitabundus abiit, & accepit hædum cum libamentis sacrificio necessariis, & posuit supra petram offensens Domino, qui facit mirabilia. Et certe mirabile est etiam hoc sacrificium, siue illud Angelus siue Manue, quod est probabilius obtulerit, neuter enim erat sacerdos. Adde quod neque in Sanctuario in Silo fiebat, neque in altari diuinitus destinato. Ex igne tamen diuinitus, siue de petra, siue de lignis, siue etiam de carnis educto intellectum est sacrificium Deo acceptum fuisse. Cum autem sursum flamma ferretur, implicuit se illi angelus, & quasi ad Deum delaturus sacrificium euolauit in cœlum. Quo facto Manue cum vxore agnoscunt eum esse angelum, & venerabundi procliderunt in facies suas. Metuentem autem Manue, vxor consolatur, docetque hæc omnia quæ contigerant indicia esse benevolentiae, non timoris iusti causas. Acceptum enim habere aliquis sacrificium, eique ostendere mirabilia, & prænunciare futura, amoris signa sunt: non enim munera dantur, neque secreta aperiuntur, nisi amicis.

ANNVS MVNDI 2861.

ABESANI 7. & vlt. AMARIÆ 20.

TEVTANIS 13. Imperij Assyr. 930.

ANTE CHRISTVM 1192.

PRIMUM est hic annus Abesani, septem quippe annis Iudicauit Israël, vt Scriptura testatur, nec satis feliciter. Nam quem acceperat liberum, seruum reliquit, & pro religioso, idolis addictum. Pergit, *mortuusque est ac sepultus in Bethleem*. Magna utique pompa, triginta filii cum totidem nuribus; triginta filiabus cum totidem generis fenis funus cohonestantibus, luctuque prosequentibus, præter plurimam turbam neporum. Iosephus enim ait illum morientem omnes reliquisse superstites. Samson autem hoc anno in lucem editus, & de more octauo die circumcissus, matre præeunte vocatus est Samson: id enim requirit Hebræa vox, quæ ad fœminam pertinet, Quod illa nomen ab angelo accepisse creditur, omen futuræ eius claritatis in populo Dei. Samson enim à plerisque omnibus vertitur *Sol eius*, scilicet populi.

VIII. Hædum offert in holocaustu.

I. Obitus Abesani.

Samsonis ortus.

ANNVS MVNDI 2862.

AIALONIS 1. AMARIÆ 21.

TEVTANIS 14. Imperij Assyriorum 931.

ANTE CHRISTVM 1191.

ABESANO defuncto, in eius loco cum hoc anno suffectus est Aialon, ad decennium, quem Eusebius in chronico audaci facinore prætermisit. Nec enim ignorare potuit, tam disertè in Scriptura Hebræa, Græca Latinaque descriptum; & quem ipse quoque lib. decimo de præparatione Euangelica, loco suo collocauit, Nimirum redundabat eius chronologia decem annis, ad iacta vsque fundamenta templi, quos improvidè tribuerat Iosue, quem certa ratio temporis exigit: 7. tantum annis, & non 27. gubernasse Rempublicam.

Hic quoque annus est Troiani belli primus. Cum enim omnium confessione constet id bellum tenuisse decennium. Decimus autem, quo Troiam excisam ostendimus, in vltimum Aialonis annum cadat, necessario primus Aialonis erit eiusdem belli primus. Sed prius aliquid de tanti belli apparatu dicendum est. Is non paucorum annorum fuit, dum Paridis facinus absenti Menelao innotescit. (Erat is tum in Creta, vt ait Dictys Cretensis, qui se in eo bello sub Idomeneo Cretensium rege meruisse scribit. Dares autem Phrygius ait Menelam ad Nestorem Pylum proficiscentem, Paridi in mari occurrisse, ignarum quò ea classis rēderet.) Dum Menelaus ipse re cognita Spartam repetit, dum vicinos, cognatosque reges consilij causa conuocat, dum legati Palamedes, Vlysses, & Menelaus in Asiam nauigant. Helenam & quæ cum ea rapta fuerant, à Priamo, Troianisque repetunt, dum re infecta in Græciam reuertuntur: ibique omnes Græciæ principes Lacedæmona conuocant, dum Argis bellum & inimicitias cum Priamo solenniter iurant, donec Ilium & regnum omne Troianum funditus eruant: & Agamemnone in Imperatorem electo singuli ad parandas naues cæteraque bello necessaria, in sua regna discedunt. Aulide communi consensu delecta, quò singulæ classes confluerent.

Eas toto biennio præparatas ait Dictys Cretensis, alio tamen loco tradit omnium classium numerum toto quinquennio instructum, atque præparatum. Forte vult neminem è ducibus cum sua classe Aulidem appulisse ante biennium, quosdam autem non ante quinquennium, pro modo ac magnitudine cuiusque classis, numerat autem 1295. naues, Dares vero 1140. sub ducibus 69. In aulide non minus vno anno mansere, lue diu exercitum vastante, Agamemnone constanter super filia sacrificio repugnante, Vlyste Mycenæ nauigante, indè que Iphigeniam, spe futuri, cum Achille coniugij abducente. Denique Dictys idem scribit eorum exercitum in Mysiam venisse, ibique contra Telephum pugnasse, prohibentem excensionem exercitus, eoque postea reconciliato, dum nauigationis Troiam versus tempus idoneum expectatur, omnes in Bœotiam reuersos;

I. Aialon Iudex.

1. 10. c. 14. Græc. Lat.

II. Troiani belli primus.

III. Et apparatus.

Initium pugnae.

reuerfos, fingulosque in regna sua hyematum abiisse, donec apperente vere Tenedon, indeque Troiam tenuere. Nec dubitat idem auctor affirmare, ab inchoata hac militia octo annos fuisse transactos, nonumque inchoatum cum Graeci Troiam petiere. Ibi a Protefilao initium pugnandi factum memorant, qui ducum primus solum Troianum, ab Aenea ut ait Dictys, vel ab Hectore, ut maualt Dares, interfectus, suo sanguine cruentauit.

ANNVS MVNDI 2863.

AIALONIS 2. AMARIAE 22.

TEVTANIS 15. Imperij Assyr. 932

ANTE CHRISTVM 1190.

RESOLVITVR hoc anno quartum seculum ab ortu Moſis, in cuius natiuitate quartam aetatem inchoauimus. Incidit in hunc eundem annum sabbaticus quadragesimus, est enim ducentesimus octogefimus ab ingressu in Chananitidem, estque idem belli Troiani secundus, iuxta rationem temporis a nobis constitutam. Quid autem singulis annis gestum fuerit, studiosus lector a Darete Phrygio, & Dicty Cretensi petere poterit, quia nobis non licet esse tam prolisus.

ANNVS MVNDI 2870.

AIALONIS 9. AMARIAE 29.

TEVTANIS 22. Imperij Assyr. 939.

ANTE CHRISTVM 1183.

I. Annus seruitutis Philisthaeorum. 11.

l. 2. p. 36. c. 13. 25. Epist. 24. ad Virgilium.

VI T hic annus Iudaeis Sabbaticus 41. quem tributis Philisthaeorum undecim iam annum grauatos, vix obseruasse credideram. Fuit hic idem annus aetatis Samsonis decimus, quando sub studiosa parentum cura crescebat, & Nazaraetum accuratè obseruabat. Crenitque puer, ait Scriptura & benedixit ei Dominus, quae benedictio ad copiosa corporis animique bona, ei diuinitus praematurè concessa, & in omen futurorum referri potest. Capitque Spiritus Domini esse cum eo, id est mirabilibus effectis subinde manifestare sese, operibus fortitudinis supra aetatem perpetrandis, cum habitaret in oppido, quod vocatum est Castra Dan. quod situm est inter Saraa & Ethaël. Vide S. Ambrosium.

II. Belli Troiani nonus. Dictys l. 4.

Ad hunc penultimum Troiani belli annum pertinet aduentus Penthesilae reginae Amazonum in auxilium Priami, cum iam occubisset Hector, & Troianae res pene accisae essent. Post eam ab Achille occisam, & a Diomede in Scamandrum flumen praecipitatum, omnesque illius copias deletas, superuenit Memnon filius Tithoni praefecti Persidis, sub Teutane rege Assyriorum, cum ingentibus Indorum & Aethiopum copiis, qui cum plurimum damni Graecis intulisset, adeo ut de summa rerum diffiderent, tandem cum ab Aiace Telamonio

percutus esset, ab Achille superueniente hasta transfigitur, eiusque milites ad satietatem interfecti. Diodorus ait eum Thessalorum insidiis circumuentum occubuisse, Myrmidonum scilicet, qui sub Achille militabant. Significat Dictys Troilum hoc ipso tempore ab Achille interfectum, post egregia ab eo facinora perpetrata, quae narrat Dares Phrygius.

ANNVS MVNDI 2871.

AIALONIS 10. & vlt. AMARIAE

Pontif. 30.

TROIÆ CAPTÆ 1.

TEVTANIS 23. Imperij Assyr. 940

ANTE CHRISTVM 1182.

ROIANVM regnum armis vniuersa Graecia diu fatigatum atque concussum, hoc denique anno concidit, clade omnium perscriptorum linguis literisque celebrata. Haec temporum nota cum fuerit deinceps omnibus seculis admodum frequentata, non potest rectius stabiliri quam a posteriore alia non minus illustri temporum nota, initio scilicet Olympiadum. Nam ab excidio Ilij ad primum usque annum primae Olympiadis, accuratissimi quique Chronologi tam recentiores quam antiqui fere consentiunt, numerari annos sex, septem vel octo supra quadringentos quos inter se pugnare non arbitror, sed mirifice sentire. Nam qui sex & quadringentos annos ponunt, solos interiectos annos numerant ommissis extremis, qui 7. alterutrum terminum praetermittunt, qui octo vtrumque numerant in quibus est Eusebius ipse in praepar. Euang. & Dionys. Halicarn. cum aliis antiquioribus, quos refert, & sequitur: sicque quadringentesimus octauus ab exciso Ilio, erit primus Olympiadum, qui erit mundi 3278. Idque consequens ex eo quod scriptor hic perquam accuratus, cum Portio Catone, & tabulis Eratosthenis, a quibus minimum abest Polybius, vult Romam conditam primo anno septimae Olympiadis, qui idem sit 432. a capto Ilio; a quo numero si solidas sex Olympiades sustuleris, remanent omnino 408. anni a Troiana clade ad primae Olympiadis initium. Sed haec pluribus, in ipsis Annalibus, confirmata & testibus munita reperies.

Hic ergo erit primus Troianae cladis annus qui tamen semper intelligendus erit sub medium anni Iuliani incipere, atque desinere. Nam Dionys. ait vrgente iam aetate captum Ilium, septendecim diebus ante solstitium. Idem sensit Poeta, cum ait.

Vix prima inceperat aetas, Et pater Anchises dare fatis vela iubebat.

post vnum circiter mensem ab exciso Ilio. Postremo itaque huius belli anno, quantum ex Darete Phrygio & Dicty Cretensi colligere licet, haec contigere. Cum Troiani non ita pridem Hectorem patriae columnem, & recens Troilum illi fortitudinis supparem, cum Assyrio Memnone, & omnem pene spem resistendi amisissent, Hecubae consilio Paris Achilem

I. Troiana epocha & tempus ad initium Olympiadis.

l. 10. l. 9. edit. Gr. Lat. init. l. 1. c. 1. 2870. 408. 3278.

II. Quando captum Ilium.

Achilles per fraudem interficitur.

accerfit,

III. Antenor & Aeneas de pace deliberant.

Et prodicionem agitant.

IV. Equus ligneus paratur.

Pax simulata.

V. In urbem equus introductus.

In eam Graeci nocte inuadunt.

accerfit, spe ducendae Polyxenae sororis suae, quem ad Tymbraei Apollinis aedem adductum, insidiis ibi collocatis, nec opinantem interfecit, cum Antilocho filio Nestoris. Ea caedes Troianorum animos paululum erexit. Exerit & aduentus Eurypili, filij Telephi regis Myriae, quem promissa in uxorem a Priamo Cassandra cum copiis ad bellum traxerat.

Interea Graeci Achillem cum Patroclo in Sigaeo sepeliunt, & tumulto nondum perfecto Neoptolemus Achillis filius superuenit, a quo Eurypylus in acie interficitur, & a Philoctero Paris. Quo sublato cum Troiae proceres, Antenor in primis atque Aeneas, de reddenda Helena, & pace componenda tractarent, Deiphobus illam ducit uxorem. Nihilominus de eorum consilio Priamus legatum ad Graecos de pace mittit Antenorem, qui praemiis ac promissis illectus, cum Agamemnone, Idomenao, Vlysse, & Diomede prodicionem componit. Reuersus in urbem pacem ait coalescere posse, si reddatur Helena, & magna vi pecuniae patria redimatur. Consentiente Priamo, Antenor, quasi certiora de pace cogniturus, ad Graecos, assumpto Aenea socio reuertitur; prius tamen ab Helena exoratus, ut suam causam agat. Veniunt ad naues, & publice de pace ex ciuium suorum consensu agunt, priuatum autem cum praedictis ducibus prodicionem confirmant. Destinantur Vlysses & Diomedes, qui urbem adeant, ad pacis negotium transigendum. Magno gaudio accipiuntur a ciuibus, Diomedes in conditionibus pacis ingentem pecuniam, triticique numerum exigit, Antenore in speciem indignante, qui ei clam Palladium, quo vrbs stare putabatur, tradit. Denique de pace conuentum est.

Re cognita placuit Graecis omnibus mitti Mineruae donum equum ligneum molis ingentis, qui in urbem, nisi diruto muro admitti non posset. Id donum dum paratur, decem lecti sunt duces qui Troiam petant, ij pacem in aede Mineruae, magno Troianorum gaudio sacrificiis & fallaci iurando confirmant. Quibus peractis Graeci Troianique quasi amici vltro citroque adire atque agere, omnes Antenorem laudibus in caelum ferre, Troiani auxilia sociorum dimittere, Antenor & Aeneas, pactum auri atque argenti pondus in fanum Mineruae congregare. iam paratus erat equus, ad quem religiosè excipiendum vrbs tota in occursum effunditur, Sed cum porta admitti praemole non posset, pars muri omnium consensu diruitur. Hic Graeci negant se permissuros intromitti equum in urbem, nisi pecunia persoluta. Ita intermisso opere diruptoque muro, Vlysses cunctos ciuitatis artifices conducit ad reficiendas naues, ne scilicet omnibus mox interfectis in Troiano littore inuiti retinerentur.

Ergo resecta classe & pecunia numerata, equus communi cum laetitia introducitur. Graeci ad Sigaeum, quauis vela facturi secedunt, ibique noctem operiuntur. Troiani de pace diu experita lati genio indulgent, & mox soluuntur in somnum. Graeci a Sigaeo in ciuitatem renaugant obseruato signo ignis quem Sinon ex arce ex composito extulerat, urbem per muri ruinas adeunt, & diuisis inter se ciuitatis partibus, postisque militibus qui Antenor & Aeneas

neque domos tutarentur, caedes signo dato fieri coepta, nullo personarum locorumque discrimine, caedibus & rapinis successit incendium. Antenor Neoptolemum ducit in regiam, vbi Priamum ante aram Iouis Herciae obruncat, Hecubae cum Polyxena fugienti occurrit Aeneas, qui Polyxenam, quae se illi committebat, apud patrem Anchisem abscondit. Andromacha & Cassandra in fano Mineruae se occultant. Menelaus domum Deiphobi adit, Helena euocante, & nouo scelere antiqua redimente, quem ille foede mutilatum, summo cruciatu necat.

Vbi illuxit, Agamemnon duces in arcem euocari, ibi cum relatum esset de iis qui per noctem elapsi, ad aras confugerant, decretum est ab omnibus ut inde extracti necarentur, quod & factum est, & aliquot diebus continuata est caedes: tantum studium extinguendi Troiani nominis incessebat. Interea praeda, quae incendium effugerat, in loca opportuna comporratur, captivae foeminae nobiles distribuuntur. Helena sine sorte Menelao conceditur, Polyxena Vlysse suadente Neoptolemo traditur, expiando Achillis funeri, super eius tumulum iugulanda. Cassandra datur Agamemnoni, Neoptolemo obuente Andromacha, Hecuba Vlyssi, cui & Palladium, fremente licet Aiace, concessum est, qui postridie, siue proprio, siue alieno facinore, inuentus est mortuus, cuius rei inuidia cum in Vlysses ab exercitu deriuaretur, relicto apud Diomedem palladio, clam mari aufugit. Hecuba mortem seruituti praefrens, cum totum exercitum maledictis incessest, ad accersendam sibi mortem, lapidibus obruta, voti compos efficitur, ut Dictys affirmat, et si aliter Dares.

Et vterque quidem in Antenor & Aeneae prodicione consentiunt, diuersa tamen de Aeneae discessu narrant. Dares enim ait, cum dictus profectio die aduenisset, ingentes mari tempestates excitatas, profectio diebus aliquot impedisse. Chalcante autem vate respondente inferis satisfactum non esse, Neoptolemo in mentem venisse Polyxenam in regia non fuisse inuentam. Eam igitur iussu Agamemnonis ab Antenore quaesitam & apud Aeneam inuentam, Antenor Agamemnoni, Agamemnon Neoptolemo iugulandam tradit. Tunc inquit, Dares, Agamemnon iratus Aeneae, quod Polyxenam abscondisset, protinus illum a patria, cum suis omnibus discedere iubet, Anteriori terram tradit, Aeneas cum suis proficiscitur, qui mox subdit se ibidem cum Antenor & Aeneae prodicione remansisse. Dictys autem extremo libro 5. probabilius ait Aeneam post Graecorum profectio, vicinos adisse populos, orasseque ut coniunctis viribus Antenorem regno ipsi a Graecis concessio exigere. Qua re cognita, Aeneam in urbem reuertentem aditu prohibentem, a Troia cum omni patrimonio nauigasse, cum nauibus viginti duabus, & tribus millibus & quadringentis exilij sociis. Ad Antenorem autem cunctos aut bello aut nocturnae cladis relictos, confluxisse, eius sapientiae opinione allectos: ibique cum regno potitum fuisse. Pugnatum est ut ait Dares, annis 10. mensibus 6. diebus 12. Caesa ex Graecis ad Troiam 886. millia; ex Troianis vsque ad urbem proditam

Quid Priamo & regiae familiae factum.

VI. Nocturna caedes mane renouatur.

Vlyssis fuga. Hecubae mors.

VII. Aeneae profectio ex Darete.

Ex Dicty Cretensi.

Antenor regnat in regni reliquis.

millia

VIII. Obitus Aialonis. Ind. 12. 11.

millia 976. Et de Troianis rebus haecenus. Est porro hic annus Aialonis decimus, quo is & in viuis, & in imperio esse desit: pace cum Philisthæis. retenta cum pensatione tributi, quam decessor eius inchoauerat. Res ab eo gestæ silentio inuolutæ sunt; in vulgata sepultura locus ponitur in Zabulon, qui in Hebræo, Græcoque textu habetur Aialon, in terra Zabulon.

ANNVS MVNDI 2872. ABDONIS 1. AMARIÆ 31. TROIÆ CAPTÆ 2. TEVTANIS 24. Imperij Assy. 941. ANTE CHRISTVM 1181.

I. Abdonis iudicis initium.

Hoc anno quo exciso Ilio Græci patriam reperunt, & terra marique varia fortuna iactantur, nouus apud Hebræos Iudex à populo eligitur Abdon nomine, qui ab Eusebio, aliisque eum secuti Labdon dicitur. Quoniam enim de diuina illius electione non constat, ad popularem recurrendum est. Hunc quidam Aialonis famulum, alij filium putant. Quod parum probabile sit, cum eum Scriptura filium Illelis vocet, quem eundem cum Aialone esse docendum esset. Accedit quod Aialon fuit de tribu Zabulon, Abdon autem de tribu Ephraim, ad illam enim pertinet Phararon oppidum. Num pater & filius ad diuersas pertinent tribus? Numerosam eius prolem Scriptura memorat, 40. filios, & 30. ex eis nepotes. Mirum est non plures ex tot filijs nepotes natos. Sed intelligendum est istos natos viuos adhuc auro atque adeo iam adultos fuisse, vt qui equitare omnes possent.

ANNVS MVNDI 2877. ABDONIS 6. AMARIÆ 36. TROIÆ CAPTÆ 7. TEVTANIS 29. Imperij Assy. 946. ANTE CHRISTVM 1176.

I. An. Scabbaticus 42.

ABBATICVS est hic annus ordine 42. Samsonis decimus septimus, qui viribus in dies supra modum augefcens, Nazareatum diligenter obseruabat intonsus atq; abstemius. Ad hunc annum pertinet illud Poëtæ de Ænea.

Enec mors. Ant. 1. f.

Nam te iam septima portat. Omnibus errantem terris ac fluctibus Æstas. Verum, si historicum malimus audire quam poëtam, hoc septimo à Troiana clade anno in pugna ad Numicum annum mortuus est Æneas vt scribit Dionys. Halicar. l. 1. Quod dissimulat Virgil. & Eusebius in Chron.

II. Mors Abdonis.

Post biennium moritur Abdon, octauo sui Magistratus anno. Eos annos de more exactos accipimus, excessibus, & defectibus annorum

se mutuo compensantibus. Mortuusque est ac sepultus in Pharaton, & quidem magnificè, ac splendide, vt ait Iosephus. Quid enim aliud à tanta filiorum ac nepotum turba expectari poterat, quam funeris magnificentia? præsertim cum locupletes fuisse ipse equitatus haud obscure significet.

ANNVS MVNDI 2880. SAMSONIS 1. ACHITOB. Pont. 1. TROIÆ CAPTÆ 10. TEVTANIS 32. & vlt. Imperij Assy. 949. ANTE CHRISTVM 1173.

IGESIMVS agitur ætatis Samsonis annus, idemque primus eorum, quibus dicitur Iraellem iudicasse, id est hostes ipsius vexare cœpisse, quod superiores quoque Iudices factitarunt; cœpit autem vexare occasione coniugij apud Philisthæos initi, violatque. Maturus quidem, diuino tamen Spiritu, à quo regebatur, initi: quia ex eo pendebat occasio inchoandæ libertatis, quam maturari volebat diuina in populum suum clementia. Eius occasio fuit, quod cum in scis parentibus venisset in urbem Palæstinorum, nomine Thamnata, festiua quapiam celebritate, cum cœuis allectus, vidit ibi mulierem, quam optauit habere coniugem. Nec improbabilis est ista Samsonis ad hostes profectio. Mitis enim erat, vt diximus, ista seruitus. Nec Philisthæi, vigesimum iam annum Hebræis pacificè imperitantes, quidquam ab illis sibi meruebant præsertim ab istiusmodi adolescentibus, qui in seruitute nati, libertatem non norant, nec iugum pecuniarium ipsi, sed eorum parentes sentiebant. Itaque commercia Iudæos inter & Palæstinos, tanquam vnus idemque populus, pacificè miscebantur.

Quamuis autem diuini super se consilij non esset inscius, petit tamen eam virginem, sic enim illam vocat Iosephus, à parentibus uxorem, vt id honoris, quod naturali diuinòque iure filij parentibus debent, libenter liberaliterque deferret. Hic illi, Nunquid non est mulier in filiabus fratrum tuorum. in tribu scilicet Danitica, aut saltem in omni populo Hebræorum, quia vis accipere uxorem à Philisthæis, qui incircumcisi sunt? proptereaque profani, ac despicabiles. Ille nihilominus perstat in sententia, rogatque illam sibi concedi. Probabile tamen non est aut Samsonem hoc vno verbo contentum fuisse ad obtinendum coniugium, tam graui impedimento implicatum, aut hanc vnam rationem ad persuadendum parentibus attulisse. Peccassent enim grauius si adolescentis cupiditatem diuinæ legi anterulissent. Sed existimandum est ipsos, qui nesciebant rem à Domino fieri, ac dispensari in lege in perniciem Philisthinorum, à filio de diuino consilio edoctos fuisse; cui prudenter assentiri potuerunt, qui meminissent eum diuinitus promissum, conceptumque, & in salutem populi sui natum.

Et quoniam Dominus volebat Philisthæos

I. Initium gubernationis Samsonis.

Abit in urbem Palæstinorum.

II. Petitiõ uxorem Philisthæi.

Qui curantur tandemque acquiescunt.

III.

Dei prouidentia in priuata Samsonis iniuria.

Leonem fortiter occidit.

IV. Neque factum parentibus patefecit.

V. Redit ad nuptias celebrandas.

15. Metam. Ouid. & mel in leonis corpore inuenit.

homines impios & oppressores populi sui affligere, sed ita vt vexationis inuidia in totum Hebræorum populum non redundaret, qui, vt subditi Philisthæis, ab eis statim oppressi fuissent, leni seruitute in asperam commutata, conueniens fuit Samsonem iniuria priuati affici, quam vlciscendo vnus ipse hostilem populum probrosis damnis afficeret. Commoda autem fuit iniuriæ accipiendæ occasio, coniugium cum Philisthæa. Descendit itaque cum parentibus in Thamnata, ibique sponsalia celebrata. Sed inter eundem contigit res mira. Cum enim ventum esset ad vineas oppidi, & Samson paululum à via, & parentibus aliqua occasione secessisset, apparuit catulus leonis fauus ac rugiens, prædæ scilicet avidus, & ad inuadendum paatus. Irruit autem Spiritus Domini in Samsonem, & dilacerauit leonem, quasi hæcudum in frustra discerpens, nihil omnino habens in manu. Præclaro & roboris & fortitudinis exemplo, quod tanto tamque improviso discrimine non expauerit: imo leonem ipsum inuaserit, atque discerpserit, sine claua, sine gladio, aliisque armis, ad inuadendum, aut protegendum opportunis.

Addit scriptor sacer Samsonem noluisse tam egregium facinus parentibus indicare. Oportuit ergo illos multo spatio antegressos vel subsecutos, vt ne rugitum quidem audirent, aut si audirent, nihil ad se pertinere arbitrarentur. Siluit autem in destinatam ænigmatis materiam. Sed illud ipsum silentium animi virtutem fortasse non minorem prædicat, quam facinus ipsum corporis vires. Quod enim adolescens, quod inermis, quod solus præferocem belluam non dormientem confecerit, sed irruentem exceperit, audaces in os manus iniecerit, maxillas distraxerit, & ad ipsum vsque pectus dilacerarit, & tamen calente adhuc corpore, animoque silere potuerit, id demum gloriosum atque palmarium: id singulari modestiæ tribuendum est. Quid moramur? Peruentum est in Thamnata, conuenerunt vtrique parentes cum prole sua; consenserunt futuri coniuges in futuras nuptias, datæque fide ad parandas vtrique nuptias, ad sua vtrique abierunt.

Post aliquot dies reuertens Samson in Thamnata, vt sponsam in uxorem acciperet, & nuptias celebraret, declinavit vt videret cadaver leonis, & in eo philosopharetur, ad aliquod ænigma conuiui de more proponendum. Et ecce examen apum in ore leonis erat, ac fauus mellis. Apparet ibi apes natas. Nam de tauri viscere passim florigera nascuntur apes. Cumque fauum sumpisset in manus comedeat in via, & eundo parentes consecutus, dedit eis partem cibi sui, qui & ipsi comederunt. Nec tamen ipsi, vt sit, quærentibus vnde mel accepisset, voluit vllam leonis mentionem facere, ne inde aditus ad solutionem Ænigmatis daretur, satisque habuit in suspitione relinquere, ex alicuius arboris trunco, aliòve consueto loco fuisse depromptum. Ventum est ergo in oppidum, visitati affines, celebratæ nuptiæ, coniuiui à Samsonem, ipsiusve patre factum, inuitati multi, 30. conuenerunt. Super mensam ænigma offertur à sponso, intra septem coniuij dies explicandum, proposito præmio

triginta sindonum sine indusiorum, & totidem tunicarum.

Assentiuntur conuiui rati tanto spatio temporis, à tam multis, & seorsim cogitantibus, & inter se conferentibus, ænigma quantumvis implicatum atque perplexum explicari posse. Tum Samson, de comedente exiit cibum, & de forti egressa est dulcedo. Triduum isti posuerunt in ænigmate perscrutando, sed frustra. Quarto itaque conuiuij die, qui inciderat in diem Sabbati, qui vocatur in textu septimus dies, rogauerunt mulierem, vt blanditijs eliceret expositionem. Quod cum illa frustra faceret die tandem septimo, re prope desperata, ad minas conuertuntur: ad illum enim diem videntur dilata minæ. Quod si facere nolueris, inquit, incendemus te, & domum patris tui. An idcirco vocastis nos ad nuptias, vt spoliaretis? Ergo illa territa, post multas preces lacrymalque extorquet à viro expositionem; quam illa statim ciuibus suis indicauit. Oblitus est Samson fortasse exigere ab vxore silentium, sed frustra exegisset, nec muliebrem malitiam adhuc didicerat, adolescens: ideoque venia dignior quam postea, cum in mulierem perniciosius impegit.

Ergo illi ad præstitutum tempus ænigma facile interpretantur. Quod cum Samson illis exprobrasset, non propria industria, sed mulieris secretum prodentis opera factum esse, irruente in eum Spiritu Domini descendit Ascalonem urbem Philisthæorum, & percussit ibi 30. viros, quorum vestes dedit eis, qui ænigma soluerant. Cum autem Spiritu Dei agente hanc eadem susceperit Samson, atque perfecit, vt Scriptura docet, quis eam ad humanarum legum calculos reuocare velit? Nulla quidem eorum erat culpa in Samsonem, sed erat in Deum plurima, cuius populum, vt cætera crimina taceantur, vigesimum iam annum tributis expilabant. Eo debito perluto iratus Samson ascendit in domum patris sui, non tamen ita derelicta vxore, vt eam repudiaret, sed ad tempus, vt irati solent. Nam paulò post dicitur venisse, vt inuideret uxorem suam. In eam autem iure iratus erat, quæ illum secreto patefaciendo prodidisset; quodque popularium suorum honorem & commoda, coniugis sui benevolentia & vtilitati, inani metu victa prætulisset.

Postquam Samsonis ira defertur, ad uxorem redire, eique reconciliari voluit, cumque in finem hæcudum illi dono tulit. Cumque cubiculum eius more solito intrare vellet, prohibuit eum pater illius dicens. Putaui quod odisses eam, & ideo tradidi illam amico tuo; sed habet sororem, qua iunior, & pulchrior illa est, sit tibi pro ea vxor. Hæc oratio est, quæ culpam ita fateatur, vt eam tamen excuset ignorantia non improbabili. Sed addit etiam placandi generi gratia satisfactionem, & damni reparationem non penitentiam, vt qui uxorem offerat duplici nomine meliorem. Verum his Samson non acquieuit, sed iram simul ostendens, simul pro noua offensione minas intentans, Ab hac die, inquit, non erit culpa in me contra Philisthæos, faciam enim vobis mala. Prouocatus enim vltionem expectam, vt qui male fecerunt, male patiantur.

Hoc ergo vltionis excogitauit genus. Ca-

VI. Proponit ænigma conuiui.

Quod cuius præcibus mulieri prodit. Ind. c. 14. 15.

VII. Percutit Ascalonitas 30. & quo iure.

Et iratus deserit uxorem ad tempus. cap. 15. 1.

VIII. Ea datur alteri à patre.

IX. Iratus Samson incendiaris vulpes immitit in Philisthaos.

pris trecentis vulpibus, centum etiam & 50. preparavit faces, & binis quibusque ad caudam initium colligatis longiusculo fune, ne se facile mutuo in cursu impedirent, mediam alligavit facem flammæ tenacem, sicque dimisit, sed nec omnes simul ne se impedirent, nec eodem loco, sed per partes, & idoneis in locis, ex quibus abeuntes solis Philisthaeis nocerent. Quæ dum infano cursu imminentem ignem vitare cupiunt, captiuoque fune liberari: & aliæ alias eminus cominusque conspiciunt, parem terrorem circumferentes, calamitatem quam latissime spargunt, à segetibus, nam triticea messis instabat, ad vineas, à vineis ad oliueta, donec partim adusto fune, quod circumferabant perierit, partim adusto fune, caudaque semiustulæ euasere, partim à Philisthaeis captæ & interemptæ sunt: nec tamen tam properè, ut huiusmodi incendio non fruges solum omnes, sed vineæ quoque & oliueta, in plures fortassis annos consumpta sint: quod de hortis quoque & viridariis campestribus, pastorum etiam casis villisque, dominante incendio, & aura fortasse iuvante, facile credi potest.

X. Qui focerum cum filia exurunt.

Philisthæi accepta tanta clade ab incendiariis hisce vulpibus, cum causam inquirendo didicissent, immixti à Samstone incendiij, ascendunt de maritimis ac decliuoribus locis, in quæ hæc pestis incubuerat, ad expetendam tam de focero, qui cladi causam dederat, ultionem, quam de genero, qui sine vlllo iuris ordine, fontes, in fontibusque propria autoritate punierat: & combusserunt tam mulierem quam patrem eius, flammis videlicet in domum illius iniectis, exituque intercluso. Credibile enim est totum populum, sicut totus ex tanto damno furebat iracundia, vno impetu in miseros istos confurrexisse, flammis tectis iniecis, & domum cum domesticis incendisse. Atque ita non vitauit infelix mulier incendium, quod timebat, dum Samsonis secretum prodidit. Sed neque illud vitauit pater cum tota domo sua, cui quoque illa metuebat.

XI. Et Samsonem dum punire volunt, puniuntur ipsi.

Cumque feruor iracundiæ totius multitudinis semel incanduisset, eiusque primam flammam prædicti Thamnathæi excepissent, ea ibi neque extincta est, neque repressa substitit, sed ad primarium tantæ calamitatis authorem peruolauit. Itaque locum in quo Samson erat edocli, eum vel viuum capere, vel telis obruere studuerunt. At ille diuino spiritu adiutore, percussit eos ingenti plaga, ita ut in rei nouitate atque admirabilitate stupentes suram femori imponerent. Sicque dum vltro veniunt ad puniendum Samsonem, occasionem ei dederunt implendi quod dixerat, licet hæc feceritis, contra focerum videlicet, & filiam eius, tamen adhuc ex vobis expectam ultionem, & tum quiescam, quæ quies finis huius anni nos admonet. Si illud addidero, Teutanem Assyriorum regem vigesimum septimum à Belo, hoc anno & regnandi & viuendi finem fecisse, post expletos annos imperij triginta duos. Quod autem ad Achitobum Pontificem attinet, rationem primo Iephte anno dedimus, cur eius pontificatum cum Samsonis initiis componamus.

Teutanis obitus.

Achitobi Pontificatus.

ANNVS MVNDI 2881. SAMSONIS 2. ACHITOBIS 2. ISAI 1. EXCISÆ TROIÆ 11. TAVTÆI 1. Imperij Assyriorum 950. ANTE CHRISTVM 1172.

ASCITVR hoc anno Isai pater Davidis, à patre septuagenario genitus iuxta rationem temporis in Baraco constitutam Assyriorum autem regno nouus præficitur Imperator Teutæus, ordine vigesimus octauus, cui Africanus annos regni 44. tribuit, Eusebius autem 40. duntaxat.

Iam vero Samson proxima victoria potiturus quieturus erat, ut animo destinarat, nec aduersarios vlllo vltra facinore prouocaturus, quod iam magnis iam cladibus iniurias suas vltus esset: itaque descendit & habitauit in spelunca petra Etam, quæ erat in tribu Iuda, & habebat vicinum torrentem, ut ait Adrichom. Apparuit enim locum fuisse natura munitum, ubi propter opportunas angustias, vnus aliquis miles plurimis bellatoribus par esse posset, tantòque magis Samson, qui solus in aperto cæpo pluribus hominibus centuriis præstabat. Neque eò secessit metu, sed ne vrbs quam adiisset ipsius causa periclitaretur.

Cum autem Philisthæos vreret calamitatum adhuc inultarum dolor, cognito Samsonem in spelunca Etam delitescere, statuunt illum vniuino iusto exercitu aggredi, aut certe populum eius, si illum in manus suas tradere detrectaret. At tribus Iuda nesciens aut dissimulans causam constati Philisthæorum exercitus, ad eos mittit legatos, qui causam expeditionis huius exquirant, & priuatam culpam à populi ceruicibus amoliantur. Illi respondent se de vno tantum Samstone queri quem multorum contra se criminum reum sibi dedi postulant, alioqui se intellectueros populum eius participem esse culpæ, qui & fugituum receperit, & apud se lætum, atque incolumem esse patiatur. Iusta vltio est atque necessaria hoc tempore postulatio. Itaque tria millia virorum de tribu Iuda destinantur ad Samsonem, qui eum vel volentem vel inuitum validè vinciant, & in manus Philisthinorum tradant, doceantque minime à Repub. facta esse, quæ ille contra Philisthæos, qui tum Israëlitis dominabantur, perpetrarit. At ipse, Sicut, inquit, fecerunt mihi, sic feci eis. Quasi dicat, Ipsi in culpa sunt, qui priores læserunt.

Esto sane, inquiunt viri Iuda, sed interim ligare te venimus, & tradere in manus Philisthinorum. Hic Samson rogare poterat, ut eum liberum à patrio solo abire permitterent, captiuis discrimen priuato periculo vitaturum: sed propria virtutis conscius, & diuini certus auxilij, utque Philisthæis ex parte Israëlitarum magis satisfactum esset, acquiescit suorum voluntati; contentus iureiurando sibi cauere à morte per eorum manus. Acquiescunt, jurant, & hominem duobus funibus ligatum tradunt Philisthæis. Quidam purant

Orus Viti an. elij 21.

Philisthæi Samsonem persequuntur.

111. A suis traditur Philisthæis. Iud. 53-55.

præter

IV. Quos asini maxilla millenos interfecit.

15. Ant. c. 10.

c. 15. 18.

V. Sitis Samsois.

Dominus ei fontem producit.

præter funes quibus brachia constringebantur, etiam manicas ferreas manibus Samsonis iniectas: quod parum probatur. Non quia æque carenas aut laminas ferreas frangere non posset, ac funes; sed quia illis ipsis manicis ferreis vsus fuisset ad eorum capita conquassanda, ut asini mandibula opus non foret.

Philisthæi ergo cum vincum ante se viderent hostem suum, & suæ impune traditum potestati, cum læto clamore ad eum comprehendendum procurant, sed breuis læticia in diurnum luctum conuersa est. Disruptis enim vi diuina funibus; liber euadit, inermis ille quidem, contra multa armatorum millia: sed Deus armavit militem suum; inuentam enim maxillam asini iacentem arripuit, & ea quasi claua vsus, interfecit mille viros. Prouidente sic Domino, ut sibi potius quam Samsoni tanta victoria tribueretur. Itaque tanti victoris certaminis secundum Deum Samson, in quo vnus ipse velitem, primipilum, triarium, Imperatorem egisset, vnus omnium lauros, signa, coronasque reportasset, Deum gratulatorio carmine celebravit; cuius ille quasi intercalaris versus fuit. In maxilla asini, in mandibula pulli asinarum deleui eos, & percussi mille viros. Quod enim in hoc versu Deum non nominet, non vanitati tribuendum, quod facit Iosephus, sed quod totum ipsum canticum perscriptum non fuit. Dei enim non fuisse immemorem abunde docet illa eius mox vsurpata vox, Tu dedisti in manu serui tui salutem hanc maximam atque victoriam.

Quæ illa verba in maxima siti vsurpauit, quam exantlatus in tanto prælio labor, sudor, & omnis calore spiritus, humorque exhaustus, conciliarunt. En siti morior, inquit, incidamque in manus incircuncisorum. Clamat hæc oratio virtutem Samsonis, & in Deum fiduciam, qui ad illum cum familiari gemitu, quasi filiolus ad dilectam matrem accurrerit: eumque ad ferendam opem, proposito imminenti damno excitavit; ne scilicet ludibrio esset hostibus, ipse, qui dicturi essent, multo eum labore confecit, ut mox siti exarescentem necaret. Proximo quoque beneficio, cum magno animi sensu, & gratitudine recensito, eius beneficentiam prudenter prouocat, atque implorat. Prudentiæ enim est à quo iam bene acceperis, de eo bene sperare, & considerare eum qui maiora largitus est, minora, modicum videlicet aquæ, in summa necessitate non negaturum. Nec frustra sperauit. Aperuit enim Dominus molarem dentem in maxilla asini, quam resumpsit in manus, & egressæ sunt ex eo aquæ. Quibus haustis refocillauit spiritum, & vires recepit. Nec contentus Dominus breui ac priuato beneficio, fontem ibi perennem esse voluit, cuius nomen esset, fons inuocantis de maxilla: ut deinceps antiqui beneficij memoria recens in omnem posteritatem.

ANNVS MVNDI 2882. SAMSONIS 3. ACHITOBIS 3. ISAI 2. EXCISÆ TROIÆ 12. TAVTÆI 12. Imperij Assyriorum 951. ANTE CHRISTVM 1171.

NON NULLA est coniectura Samsonem hoc anno factum esse Iudicem, tam Philisthæorum, quam Israëlitarum consensu, etsi priores duo anni ad ipsum quoque more solito referantur. Ea coniectura peritur ex cap. 15. extremo, ubi post insignem illam victoriam de Philisthæis ignominiosa clade affectis, additur eum iudicasse Israël in diebus Philisthinorum viginti annis. Quæ temporis nota, ne alieno loco, & sine causa posita sit, conuincimus tum Philisthæos quiescisse, ne si pergerent vindictam de Samstone querere, & ipsius gloriam, & sua damna eadem opera amplifacarent. Cum ergo virtutis, eximie præsertim, admiratio, beneuolentiam etiam in hoste conciliet, existimamus Philisthæos periculosum vindictæ desiderium, in amicitia, conciliandæ studium prudenter conuertisse: eamque amicitiam, qua totus vtrunque populus contineretur, pactis quibusdam conuentis deuinxisse. Qualia fuerint supremum ei magistratum tribuere, populo in eius gratiam tributa minuere; denique seruitutem facere leuiorem: neque enim nisi in morte Samsonis plane sublata est.

Horum autem pactorum coniectura inde accipi potest, quod Samson nihil sibi timens à Philisthæis, quos tantis affecerat detrimentis, non ita multo post in præcipuam eorum ciuitatem inermis, ut apparet, atque incomitatus adierit. Neque obstat quod ibi Philisthæi in eum hostiliter se gesserint: id enim barbarorum inconstantia, perfidiæque tribuendum est, qui in propriam vtilitatem intenti, illam quantumuis iurata fide antiquiorem habent. Denique nihil est absurdum in istiusmodi seruitute, iudiciariam tamen potestatem à Samstone in Israëlitas exercitam. Erat enim pecuniaria duntaxat à prioribus inducta Iudicibus, seruataque & in opinione magis quam in re. Quod enim vectigal regibus suis postea, id tum Philisthæis pependerunt. Annus proxime sequens est sextus Iubilæus Mosaicus, de quo anno 33. Othonielis egimus. Quem obseruatum fuisse, ex præfenti Reipub. satis tranquillo statu possumus suspicari.

Sub hæc ipsa tempora Eusebius contigisse putat, quæ Vlyssi circa Scyllam & Charybdim & Sirenas contigisse memorantur à poetis, sub multarum famularum inuolucro.

Samson viderur nunc factus iudex.

Eriam Philisthæorum consensu.

II. Eius rei coniectura.

Sextus Iubilæus Mosaicus.

Scylla & Sirenes.

ANNVS MVNDI 2884. SAMSONIS & ACHITOB I 5. ISAI 4. TROIÆ EXCISÆ 14. TEVTÆI 14. Imperij Assyrior 953. ANTE CHRISTVM 1169.

I. Anus. Sabbat 3.

ABBATICVM annum tertium supra quadragesimum notamus hoc loco, in quem commodum referamus rem à Samsonem in Gazæorum ciuitate gestam, quæ alioqui incerti est temporis, & à quibusdam mox à maxillari prælio creditur contigisse: quam nos in hunc annum distulimus, primò ne tam cito vitum summa in Repub. dignitate ornatum, oblitum sui faceremus. Deinde ne tam cito quoque Philisthæos promissorum contemptores, & ladium præcedentium immemores induceremus, qui noua Samsonem iniuria ad acerbiorè aliquam vltionem prouocarent. Nisi malis aliquid interim dissidij, inter vtrumque populum, exortum esse, aut barbarorum, vt ante dixi, accusare inconstantiam atque leuitatem.

Abit Samson in Gazam.

Abit ergo Samson in Gazam, & vidit ibi mulierem meretricem, ingressusq; est ad eam. Apparet ex hisce Scripturæ verbis, eum nõ lasciuiæ causa venisse Gazam, sed negotij poiis cuiusdam, quod dum exqueretur, occasio quoque lapsus iuueni data est, quamuis negotium publicum gerenti. An quoque data est Philisthæis vt patrum oblitum, eum comprehendere atque interficere statuerent; quoniam eo sublato, tuta sibi esse omnia credebant, neque fore qui vltionem, cædi perfidiosa debitam, reperere possent.

II. Ibi que obfidecur.

Cum ergo Gazæi rumore nuncio accepissent Samsonem se in ipsorum urbem intulisse, circumdederunt eum, positis in porta ciuitatis custodiibus, & ibi tota nocte cum silentio præstolantes, vt facto mane exeuntes occiderent, si quis tamen futurus erat, qui tam periculosum negotium in se reciperet. At Samson dormiuit ad noctis medium, quando diuinitus excitatus, & edoctus de imminenti periculo confurrexit, apprehenditque ambas portas fores, cum postibus suis & sera, impositasq; humeris suis portauit ad verticem montis, qui respicit Hebron. Apparet Samsonem non exisse per eam portam per quam intrauerat, & quæ in patriam eius recta ferebat, in qua erant excubiæ, sed per aliam, quæ ducebat in Hebron: cuius valuas postesque tanto impetu concussit, vt excussis seris, omnibusque repagulis, eas loco dimouerit. Abstulit Dominus mentem Gazæis istis atque iudicium, vt ad ianuas domus cohortem militarem non adhiberent; aut ignes potius in eam domum infesti non conicerent, vt cum modica scorti iactura, ipse quoque Samson conflagraret. Mirum quoque quod in omnibus vrbis portis custodes nõ adhibuerint. Quamquam fieri potest, vt in ea ipsa porta per quam exiuit, adhibiti fuerint, qui inopinati terrore miraculi, huc illucque pauidi diffugerint. Neque in tam populosa vrbe, vel vnus inuentus fuerit, qui portas vrbis in eorum ludibrium auferentem, impedire ausus sit, aut saltem abeuntem eminus telo petere, ne ille pro-

Exit cum foribus.

Et stupore custodum.

uocatus, abiecto onere turbinis instar in eos inuolaret, & manibus pedibusque protereret. Nondum enim exciderant animis mille viri, afini mandibula interempti.

ANNVS MVNDI 2889. SAMSONIS & ACHITOB I 10. ISAI 9. TROIÆ EXCISÆ 19. TEVTÆI 9. Imperij Assyriorum 949. ANTE CHRISTVM 1164.

Hoc circiter medio Samsonicæ administrationis tempore, quo trecentessimam iam numerabatur annus, ex quo cœperat arca Domini in Silo residere, existimamus coniugium Elcanæ cum Anna matre Samuëlis contigisse. Cum enim Samuël sub initia Heli ortus sit, vt suo loco dicitur, & plures annos Anna sterilis fuerit, cæque sterilitate satis cognita, noua vxor domum adducta sit, in remedium sterilitatis illius, non temerè, vt credimus, duodecim ferme annis hanc sterilitatem definemus, qui hinc ad secundum Heli annum numerantur; quorum medio in spatio Elcana cupidus prolis Phenennam duxerit, quæ multis iam filiis ac filiabus aucta est, priusquam Anna conciperet samuëlem suum, qui vtrumque parentem illustrauit. Fuit autem Elcana patria Ephraimita, de montanis tribus Ephraim, genere Leuita. Eius enim genus in primo Paralip. deducitur per Corè ad Isaac, & Caath, & Leui filium Iacobi Patriarchæ. Serarius existimat Annam fuisse vxorem primariam Elcanæ, instar Saræ, Phenennam autem secundariam, prolis tantum causa ductam, vt olim Agarem, Nihil ergo mirum Annam ab Elcana dilectam, eiusque lacrymas tristi commiseratione profectum. Sed de his hoc loco satis.

I. Elcanæ & Annæ coniugium.

II. Sabbat. 44 & 45.

ANNVS MVNDI 2894. SAMSONIS & ACHITOB I 15. ISAI 14. TROIÆ EXC. 24. TEVTÆI 14. Imperij Assy. 963. ANTE CHRISTVM 1159.

Existimamus hoc anno Elcanã, cum sextum iam annum ageret in coniugio, neq; vlla-

I. Elcana ducit Phenennam.

ex Anna prolem susciperet, eius sterilitate satis comperta, cupidum liberorum Phenennam duxisse, non sine Annæ consensu, fortassis & rogatu, sicut olim monitu Saræ Abraham duxit Agarem: & Iacob Rachelis & Liæ precibus victus Balam & Zelpham concubinas. Itaque maluit Anna onerari æmula, quam virum suam lugere orbitatem. Sterilis autem fuisse videtur: à natiuitate, Deo id ad suam gloriam, eiusque meritum permittente, vt fecunditatem lacrymis à Deo, votisque impetraret. Sed id vel maxime ad Samuëlis gloriam pertinebat, vt præter naturæ ordinem virtutemque nasceretur, in signum eximia ipsius virtutis atque sanctitatis, quales ferè omnes extiter, quos matres suis precibus impetrarunt, vt Isaac, vt Iacob, Ioseph, Ioannes Baptista, & is quem adhuc habemus Iudicem, Samson.

ANNVS MVNDI 2899. SAMSONIS 20. & vlt. ACHITOB I vlt. ISAI 16. TROIÆ 29. TAVTÆI 19. Imperij Assyriorum 968. ANTE CHRISTVM 1154.

I. Achitobi Pontif. obitus. Ioseph. 5. Ant. c. 12. Vltimus Samsonis annus, isque luctuosus.

POSTREMVM hunc annum sui Pontificatus habuit Achitob, eiusque morte ea dignitas in familiam Ichamaris, ad quã Heli pertinebat, qui proximo anno factus est pontifex, translata est. Eius autem res gestas, sicut & præcedentium, nox obscura recondit.

Ecl. 9. 10.

Postremus est hic quoque, idemque vigesimus principatus Samsonis annus, vitæ autem 39. iuxta ea, quæ in eius ortu dicta sunt postremo Aialonis anno; cuius anno sexto posuimus inchatam hanc sub Philisthæis 40. annorum seruitutem, quæ hoc quoque anno terminatur. Reliqua porro quæ de Samsonem sunt, facile vno anno capiuntur. Ad hanc igitur historiam, ingressu non latam, & progressu tristiore, exitu autem etiam funestam, non sine mœrore animi accedamus. Equis enim sine gemitu hominem tot Dei donis illustrem, vilis mulierculæ captiuum contempletur, cum ea turpiter conspurcatum, quæ digna sit, vt quasi stercus in via à prætereuntibus conculcetur; quæ sceta fraudibus, consuta mendaciis, plena hypocrisis ac proditione, ignominiosæ cæcitati, seruilis pistino, incircuncisorum ludibriis, crudeli denique morti victimam præparet dementatum Sar em.

II. Amat Dalilam, quæ, Philisthæis de proditione confert.

Samson igitur post Gazæos ignominiosè derisos, atque illusos, amauit mulierem nomine Dalilam, genere Philisthæam, conditione meretricem, vt res ipsa loquitur, quamuis eam quidam vxorem putarint. Ad eam venerunt principes Philisthinorum, vt illius opera Samsoni insidias struerent, & quod aperto Marte non poterant, per fraudem assequerentur. Ad eam clam veniunt, ne quid Samson, qui illuc ventitabat, persensceret; eamque facile & numero & autoritate sua, & quod caput est, ingenti pecunia in suam sententiam trahunt; mille quippe singuli & centum argenteos polli-

centur, id est quingentos singuli coronatos, & quod excurrit. Eius autem opera scire cupiunt, in quo habet tantam fortitudinem Non dubitant illi quidem in toto corpore membrisque omnibus, in ossibus, neruis ac musculis sitam esse fortitudinem istam: sed intelligunt maiore aliqua vi hæc omnia animari, idque sub signo vel conditione aliqua, qua posita vel sublata, vis illa maior & quam nemo ferre queat, adesse & abesse possit. Ex iis autem, quæ fecit mulier, quid promiserit intelligi potest.

III. Apparatus ad eam.

Conuentum est autem non solum de exculpando ex animo secreto illo amulero, sed etiam de irritando planeque tollendo, tum de collocandis opportunè in conclauis aliquo insidiis, de die etiam & hora, ne quomodo prædâ venatoresque alieno tempore concurrerent, aut venationis suspensionem darent. Ita autem laterent, vt nisi iussi digitum non progredenterent, nisi se & ipsos perditos vellent, re autè ex animi sententia succedente, nulla fieret in eo cõprehendendo mora. Ita conuentum, ita factum. Inuitatur ad epulas Samson, vocatur quoque ad excubiæ militaris manus, vt se per posticum in meretricis domum inferat, & in conclauis rei gerendæ accommodatum adrepat. Venit tempore miles, venit & Samson illa blandissimè venientem excipit. Quid multa, accumbitur, comeditur, bibitur, ridetur. Narrat ille rogatu mulieris Gazæi facinus, subsanat Philisthæos: illa maxillæ canticum canit, voce deliciosissima. Narratur & venatio vulpium, leonisque dilaceratio. Et illa sub hæc infert vnde illi tanta fortitudo, & in quo situm sit tam mirabile robur, quoque id modo frangi possit. At Samson adhuc mentis compos dolum dolo rependit, & mulierem semel, iterum, tertio deludit, cum excubitoribus, qui iam tertium, post diurnam moram, inanes atque irriti reuertebantur.

Samson Dalilam adit, eamque tertio deludit.

IV. Patefecit secretum importunitate mulieris victus.

Denique cum molesta esset illi mulier, & per multos dies iugiter adhareret, spatium ei ad quietem non tribuens, defecit anima Samsonis, & ad mortem usque lassata est. Ita captiuus tenebatur miser vt quamuis quotidie ad mortem usque affligi se videret, importunissimis mulierculæ præcibus & lacrymis, quotidie tamen ad eam ventitaret, neque ad impurissimum animal deserendum vim sibi facere posset, donec infelici laqueo collū infereret. Labat itaque hoc quasi ariete crebro Samsonis constantia, sibi persuadet nihil hic agi serium, mulierem curiositate tantum duci, non etiam versare dolos; & quæ hæcenus fecerit experiundi tantum causa fuisse; re cognita quietam fore, & sibi quietis locum daturam, alioqui ardentior semper & molestior fore. Dat ergo manus, & multa gemens, imoque trahens suspiria corde, cor illi suum omne patefacit per omnia sacra profanæque obseruans, atque oblectans, vt ne hanc rem vlli mortalium aperiret, quam ipse nimio eius amore & curiositate victus, diutius tacere non potuisset.

V. Proditus capitur à Philisthæis & excruciat.

Iraque videns illa, quod confessus ei esset omnem animam suam, quod illa ex modo dicendi eius affectu; extraordinario, qui foras erubebat facile didicerat, euocat Philisthæos, qui accepta pecunia quam promiserant, sapienterque re infecta reulerant, ad solitum insidiarum locum illapsi sunt. At illa dormire

eum fecit super genua sua, & in sinu suo reclinare caput, vocavitque tonsorem, ut caput totum commodius, ipsa illud sustentante ac moderante raderetur. Quo facto violenter excutiens & succussans Samsonem, ut qui profundi admodum somni esset, ut iam tertio probauerat, cepit abigere eum, & a se repellere, statim enim ab eo fortitudo discessit. Repellit à se ostendens quam constans syncerusque sit meretricius amor: quidque prius à Samstone, adversus veneticam illam, factum oportuisset: simul etiam Philisthæos aduocat, illo frustra opinante, suam sibi adhuc comam, atque fortitudinem adesse. Irrumpunt Philisthæi cum tumultu: quibus illa validè constringendum, statimque excæcandum tradit: quem illi duxerunt Gazam vincitum catenis: & clausum in carcere molere fecerunt.

VI. Gazam ducitur & in pistrinum conicitur.

Gazam deducitur ut ubi nuper triumphatorem egerat, eo victus vincitque contumeliosè duceretur, sique civium, excubitorumque Gazensium dedecus, in quos subsannantes retorserat oculos, summo dedecore ac probrosa cæcitate rependeretur. Insuper in pistrinum ferro onustus compingitur, ut asinariam verberet molam, & flagris stimulisque servilem in modum deformatur; manusque illæ lacerandis leonibus habiles, ferreis manicis languidæ cruententur: collum aureis torquibus ornatum, loris ac numellis atteratur. Ille interim altos crebroque trahens ex pectore gemitus, iustissimam Dei in se animadversionem agnoscit ac confitetur; & memor vnde exciderit, penitentiam agit, diuinam clementiam implorat, eique præsentem calamitatem in culpæ satisfacionem offert: sicque in gratiam illam recipitur, quæ iustificat peccatorem. Externa vero illa gratia & gratis data fortitudo, paulatim instaurari cœpit, sicut & cæsaries repullulare, itaque intra menses aliquot excrefcere, ut priori similis videretur.

VII. Ludit in templo Dagonis, & ibidem illudicitur.

Interim principes Philistinorum conuenerunt in vnum, ut immolarent hostias magnificas Dagoni Deo suo, & epularentur, sibi, Deoque suo de victoria gratulantes. Epulis autem exhilarati, ludis quoque indulgebant & cantilenis, quo spectat illud, quod supra de Sichimitis dictum est, ingressos illos in fanum Dei sui, & ibi inter epulas, & pocula maledixisse Abimelecho. Sic & Philisthæi iam saturi insultauere Samsoni. Eum enim de pistrino, hinc squallore & sordibus, inde polline ridiculum, educi iusserunt, ut ludos ex aliena calamitate captarent, sic ut partim luderet ipse, ut mox cum serio ageret, ludere putaretur; partim etiam ut à Philisthæis multipliciter illudetur, credentibus quo pluribus illum malis afficerent, hoc se maiorem à Diis suis gratiam iniuros, & acceptas ab eo iniurias cumulatis vindicatuos.

VIII. Samson inter columnas Domini rogatur.

Cum ergo Samson inter duas columnas staret, quibus tota innitebatur domus, factus ibi opprobrium hominum & abiectio Philisthææ plebis, & opere, ludo, vexatione fatigatus esset, rogavit famulum, qui regebatur gressus eius, ut permitteret eum ad columnas illas quietis causa reclinari, laxato scilicet paululum fune, quo medio corpore arctius stringebatur: nam reliquum corpus liberum erat ad ludendum;

ibi explorat columnarum crassitiem, atque instantiam, consilio interim suo, viribusque diffimulatis, oratione quam maxime supplici Dominum inuocat adiutorem. Domine Deus, inquit, memento mei, & redde mihi nunc fortitudinem pristinam Deus meus, ut vlciscar me de hostibus meis, & pro amissione duorum luminum vnam vltionem recipiam. Potuit utique vindictam experere, ac sumere de publicis hostibus populi sui, Deique ipsius, cum ipse summum gereret magistratum, ex quo sequebatur ut vindicare Samsonem, esset totum Israëliticum populum, cuius ipse erat caput, quique in illo grauissimam iniuriam acceperat, vindicare. Samsoni quoque fuit Dominus cum Philisthæis mentem non dedit, ut renatam cæsariam raderent in pistrino.

Facta oratione gemitus cordis potius quam vocis sono, apprehendens ambas columnas, alteramque eorum dextera, & alteram laua tenens, sicque brachiis in crucis morem extensis ait Moriatur anima mea cum Philisthæim. Concussisque fortiter columnis, crebroque brachiorum, humerorum, & totius corporis impulsu, quasi ariete aliquo alternatim verberatis, cecidit domus super omnes principes, & cæteram multitudinem, quæ ibi erat circumfusa. Quia autem in solario, superioribusque locis expectatores confederant, qui ad tria millia fuisse referuntur, precipitio contrucidati, confectique perierunt. Atque ita, rem bene disponente diuina providentia, tot tantorumque virorum cæde, ac clade, atque afflictæ res Philisthæorum, vix post annos plurimos excitandæ, corruerunt. Quin & iustum eis hæc clades à Iudæis, si illi viri fuissent, timorem incussit, ne non solum iugum Palæstinæ seruitutis excuterent, sed illud in eos potius vice versa transferrent, tota eorum regione vno impetu occupata.

Mortem autem sibi sine peccato acersuisset plerique Sanctorum tradidere. Ait enim S. Augustinus Spiritum hoc latenter iussisse, qui per illum miracula faciebat, cuius rei haud obscura sunt argumeta, quod Deum religiosè inuocauit, antequam facinus aggrediretur, quod diuini Spiritus interuentu solito id peregerit, quod illius zelo motus fuerit, cuius gloriam infideles dæmoni tribuebant. Quanquam, ut viri docti rectè animaduertunt, Samson non sibi manus intulit, neque inferre voluit, sed Philisthæis. Ex accidente autem factum est, ut occidens eos, ruinam ipse verare non posset, sicque communi cæterorum clade inuolueretur. Denique vitam suam diuinæ gloriæ, & libertati populi consecrando, & diuinæ inspirationi in tam difficili negotio consentiendo, non solum non peccauit, sed magno apud remuneratorem Deum præmio affectus est. Cuius rei locupletissimus testis est Paulus Apostolus, qui eum sanctorum concilio aggreget: nec deest ex sanctis qui eum martyrem vocet.

Ea clade ad Danitas Samsonis contribules, & Philisthæorum vicinos celeri fama perlata, Samsonis cognatos acciuit, ad eius corpus mediis in ruinis inquirendum, atque honorificè tumulandum in paterno sepulchro. Iure autem tñremur non solum cognatorum istorum pietatem atque fortitudinem, qui in hoc rerum statu ausi sint in Gazam descendere, & lipsana ab

IX. Etique cæcitate, cum vniuersa domo.

Ea clade seruitus finita est.

X. Num moriendo pericari.

Cognati eius mortui corpus recipiunt accipiant.

Idque mirum fuisse.

illis repetere; quos incredibili in se iracundia inflammatos non sine causa æstimare poterant sed multo magis Philisthæorum istorum facilitatem, qui in hominis tam male de se meriti corpus non atrociter scruierint, & manus à fratribus eius in grauissima recentissimaque; tot clarorum virorum iactura, luctuque temperarint. Sed lenitatem suam ille quem dixi timor, post amissa omnia publicæ rei columina, adeo ut in lucro ponerent, Israëlitas non in se armis infestis irruere. Iuuit & quædam regionum illarum in corpora mortuorum reuerentia. Adfuit denique singularis Dei in seruum suum providentia, quæ non permisit Philisthæos ferales inimicitias in illius corpus exercere. Cætera quæ ad clarissimi viri funus honestandum pertinent, & nominatim Christum Dominum in Samson multipliciter adumbratum, studiosus Lector, non sine fructu, ut spero, in Annalibus nostris inueniet.

ANVS MVNDI 2900. HELI IVDICIS AC PONTIF. 1. TAVTÆI 20. Imperij Assyr. 969. ANTE CHRISTVM 1153.

I. Heli fit Iudex & Pontifex.

Joseph. l. 5. c. ult. & l. 8. c. 1.

TRA functus erat Samson, honorificèque epultus, & cum eo terminata, & mirabiliter extincta seruitus Hebræorum, quæ eos Philisthæi 40. ipsos annos oppræsserant. Mortuus etiam erat tacita, atque ignota morte Pontifex Achitob, quando vtrique muneri suffectus est Heli, Aaronis, non ex Eleazaro, sed ex Ichamare filius. Quid autè causæ interuenirent, cum Heli potius quam Achitobi filius factus fuerit Pontifex Hebræi in negligentiam referunt filiorum Eleazari. Forte Sadoc Achitobi filius infirmiore adhuc ætate fuerit, & ad summi Pontificis functionem parum idonea, fortassis etiam moribus vulgo non satis probatis; cum è contrario Heli annum ageret octauum supra quinquagesimum, & moribus admodum placidis probaretur; opibus etiam floreret atque liberis, & alioqui in filiis Aaronis numeraretur, facile in eum vniuersi populi studia conspirarunt. Iudicaria quoque potestas eidem collata est: neque enim viro bellatore opus erat ad regendam Rempub. cum iacerent Philisthæi cæterique populi quiescerent. Genebrardus putat Heli, cum factus esset Iudex, Pontificatum quoque ad se transtulisse. Vtraque certe dignitate fuisse positum dubitari non potest. Deus, inquit Theodoretus, eum qui 40. annos duplici magistratus honore dignus fuerat habitus, erat enim & Iudex Pontifex, despiciens, locutus est cum paruo puero, quem spiritu prophetico afflabat.

II. Conceptus Samuelis huc pertinere. Ath. 13. 21. 1. Reg. 8. 15.

Pertinet autem ad hæc Heli principia Samuelis ortus, & quæ cum eo coniuncta sunt. Satis enim constat eum à morte Heli Rempub. partim solum, partim cum Saule administrasse annis 40. ut scribit Apost. quorum 18. Iosephus Sauli tribuit; Quoniam vero ipso anno quo electus est Saul, Scriptura dicit Samuelem seruasse. Tanto hoc senium erit probabilius,

quanto citius sub Heli ponetur natus. Si ergo dicatur hoc anno conceptus, & sequenti natus 39. annorum fuerit in morte Heli, quæ matua est ad pontificatum ætas; adde illis annis 20. annos gubernationis Samuelis, & duos filiorum eius, ut postea ostendemus, egerit 61. cum electus est Saul, rectèque dici potuit senuisse. Non potest autem dici natus sub Samstone. cum Anna, Heli iam Pontifice, rogauerit Dominum pro illo concipiendo.

Ascendit ergo hoc anno Elcana ad Sanctuarium in Silo, cum tota familia, sicut quotannis facere solebat, & quidem in solennitate Paschali, quando populus maxime in domum Dei confluebat, obtulitque hostias pacificas Domino, quarum pars quædam in altari succendebatur Deo, pars in iura Sacerdotum cedebat, reliqua offerentis erant de quibus coram Domino epulabatur cum suis. Deditque Phenenna uxori suæ, & cunctis filiis eius, & filiabus partes, victimarum. Annæ autem dedit partem vnam tristis, quia Annam diligebat, sed tristitia latebat in corde, vultu autem præ se ferebat hilaritatem, ut eam consolaretur in eius sterilitate. Dominus enim eo cluserat vuluam eius. Tristitiam augebat Phenenna æmula eius, & erat quasi vnguis in vlcere, quæ de sua fecunditate superbiens, suam illi sterilitatem exprobrabat; inuidia eius linguam acuite, quod videret Annam præ se diligi à marito. Eratque Phenenna culpa tanto maior, quanto diurnior, sic enim faciebat per singulos annos cum Silentem in domum Domini venirent: tantoque minus domi absit uisisse putandum est, per crebras iurgiorum occasiones, quæ inter æmulas mulieres existere solent.

III. Elcana Silentem venit. 1. Reg. 14.

Annæ tristitia.

Anna vero animi sui dolorem lacrymis suis aut lenabat, aut testabatur: Flebat, enim, & non capiebat cibum, erantque ei lacrymæ eius panes die ac nocte, dum dicebatur ei quotannis, & pene quotidie, ubi est filius tuus? At bonus Elcana vir eius, Anna, inquit, cur fles, & quare non comedis? & quamobrem affligitur cor tuum? nannquid non ego melior tibi sum quam decem filij? Sed & illud credibile est, Elcanam, si quando ad eum querelas Anna detulisset, verbis Phenennam, super linguæ suæ intemperantiâ, castigasse. Istarum autem lacrymarum finis fuit conceptio, ortusque Samuelis. Cum igitur Elcana dilectam sibi Annam consolatus esset, & ad comedendum inuitasset, comedit illa & bibit in Silo, in gratiam videlicet mariti sui, à quo se tenero affectu inuitari sentiebat, & concepta voti faciendi voluntate, vltimum coram Domino, & Sacerdote plotatura in Tabernaculum venit: ibique inuenit Heli sedentem super sellam, ante hostes templi Domini. Neque hostes erant, neque fores in Tabernaculo dum mansit in deserto, credibile autem est ipsum atrium Sanctuarij in Silo muro circumctum fuisse, ad cuius fores in atrio sederet cum Pontifex, ibique expectaret, an quis eo conuento opus haberet.

IV. Eam maritus consolatur.

Venit illa in domum Dei.

Eo venit Anna orationis causa, & de more in genua præciciens coram Deo, non longe à Pontifice, qui etiam orantis labia potuit obseruare, cum largo fletu orauit Dominum; adiecit & votum. Perit enim filium, & eum si impetraret, promisit Domino se illum eius famulaturus perpetuò mancipatum. Quamuis enim ut

V. Abiq; orat; & vouet.

Lenita, Dei cultui erat addictus, non tamen perpetuo, sed per vices: vouetque sub ratione tam parentis, quandiu puer foret in parentum potestate, quam ipsius filij, postquam iuris sui factus fuisset, quando votum de se factum & obseruare potuit, & antiquare. Ad famulatum autem adiecit & Nazareatum, qui conseruationem comæ, & abstinentiã à vino comprehendebat. Habes hoc in sancta muliere deuotionis exemplum; accipe nunc eximium patientiæ. Factum est enim vt Heli obseruaret os eius quod animi æstus sequebatur, & verba proferebat, quæ ad eius vnus aurem tantummodo pertinebant.

VI. Obiurgatur quasi ebria. Hom. 1. de Anna. Hic Heli aut potius famulus eius, vt habent Septuag. vsquequo Ebria eris; dicere paulisper vinum quo mades, & recede à conspectu Domini. Tempus suspicioni faucebat, quod enim, inquit Chrysostomus, omnes faciunt tempus relaxatiõnis, illa fecit tempus deprecationis, post conuiuium accurrens ad supplicationem, fontes lacrymarum emisit. Vidit ergo mulierem Sacerdos, incomitam fortasse, nam oratio solitudinem amat, alieno tempore, diutius sine voce preces submurmurantem; accedebat forte rubor in facie, nantes lacrymis oculi, capitis, manuum, ac brachiorum gestulationes; quales ingentes animi æstus non aduertentibus excutunt: itaque iudicauit temulentam: iudicio quidem falso, non tamen planè temerario; & fortè plerasque iam mulieres offenderat in istiusmodi culpa. Itaque existimauit sui muneris esse, eam in culpa, vt videbatur flagranti deprehensam, grauius obiurgare: si tamen ipse, & non aliquis potius filiorum eius, in quos erat indulgentior, mulierem honestam conuicio afficere, coram ipso Pontifice ausus est.

VII. Insignis eius patientia, & multiplex. Anna contra. Nequaquam Domine mi. Nam mulier infelix nimis ego sum; vinum & omne quod inebriare potest non bibi, sed effudi animam meam in conspectu Domini. Ne putes ancillam tuam, quasi vnam de filiabus Belial, quia ex multitudine doloris, & mæroris mei locuta sum vsque in presens. Vide quam multa modestiæ, & patientiæ argumenta. Primum mulieri iam mærenti ac perturbato animo noua ingerebatur afflictio, & quidem in loco vbi alij consolationem inuenire solent. Deinde mulieri, quæ nullo modo se isti culpæ affinem sentiret: Tertio quod conuicio atroci appetitur ac probroso, præsertim matronæ graui, atque honestæ. Quartò, quod non à Pontifice, sed à famulo, vt notat Chrysostomus, accipit iniuriam. Quinto quod pro scædo conuicio honorificam reddit appellationem. Sexto, quod neque iudicij temeritatem in Sacerdote arguit, nec Phenennam æmulam fontem doloris sui accusat. Denique ita neminem reprehendit, vt suam innocentiam modestè, prudenterque tueatur. Non enim solum cumulatè purgat ebrietatem obiectam, sed ostendit id vitij genus ad filias Belial pertinere, profligatæ scilicet vitæ vel pudoris.

VIII. Heli ei bene precatur. Quibus auditis Heli Annam, fausta precatus dimittit, dicens, Vade in pace, & Deus Israël det tibi petitionem tuam, quam rogasti eum. Sicq; modestia sua accusatorem vertit in patronum, vt ait Chrysost. Imo, vt ait Iosephus, in prænuncium futuræ fecunditatis. Valde enim probabile est illam optationem æquivalere pro-

phetica promissioni: idque non parum confirmat illa constantia atque æquanimitas, qua deinceps Anna fruebatur, de qua dicitur eius vultus non fuisse amplius in diuersa mutatos, neque alternis tristitiam atque lætitiã eius faciei infedisse. Abiit atque mulier ab orationis loco, rediit ad coniugem, reliquamque familiam, postridiæque surrexerunt mane, & adorauerunt coram Domino, quasi ei valedicentes, reuersique sunt: & vnerunt in domum suam Ramatha, ibique mox conceptus est Samuel. In Silo quippe, ob loci reuerentiam, diurnumque Sanctorum, à coniugio religiosè abstinuerunt. Natiuitas autem cadit in anni sequentis initia. Albam hoc anno conditam docemus inferius anno mundi 3387. quo euerfa est, ex quo consequens est eam annis 487. stetit, quod affirmat Dionys. Halicarnas. & conditam trigesimo ab euerso Illo, qui est annus præsens, primus Heli, & primus à morte Samsonis.

ANNVS MVNDI 2701.

HELI 2. VITÆ SAMVELIS 1.

TAVTÆI 21. Imperij Assyr. 970.

ANTE CHRISTVM 115.

NASCITVR ineunte hoc anno Samuel, cum inchoante quadragesimo seculo ab exortu rerum, vocaturque à matre Samuel, eo quod à Domino postulasset eum. Cumque de more ascenderet Elcana in Silo cum omni domo sua sacrificij causa, existimauit Annam secum ascensuram, ibique iucundius iam matrem factam epulaturam; at illa, cum bona coniugis venia, professionem differre maluit ad ablactationem infantis. Et rectè illa quidem. Nam si quadragesimo die delatus esset rursus domum reducendus fuisset, ibique nutritendus, donec ablactatus, & in Siluntem deductus ibi maneret iugiter. Adde quod quadragesimo die redimendus non erat, vt ceteri primogeniti, sed cultui diuino mancipandus, iuxta parentum votum. Et quamuis nullum interuenisset votum, hoc ipso quod erat Leuita erat Domino sacer.

Sed fuerit illa sane immunis à culpa, filij causa, certe purificatio, cui mulier subiacebat ex lege, sine culpa atque adeo sine scandalo vicinorum & cognatorum non videtur omitti potuisse. Ardicendum factam fuisse tempore suo purificationem, mensè Februariò, eaque perfecta domum reuersam, neque mox in Paschate eò cum viro redire voluisse: id tamen à Scriptura non fuisse narratum? An potius cum Tostato dicendum, legem purificationis ad mulieres Leuiticas non pertinuisse, sicut nec redemptionem primogenitorum; quia illa sacrificia purificatoria, erant iura debita Leuitis à reliquo populo, ideoque à Leuitis, in quibus erat Anna, non debebantur; id è que nec opus fuit eam illa de causa in Silo proficisci. Sicque nihil contra legem aut ædificationem peccauit

Samuel cepitur. Alba conditur.

I. Ortus Samuelis.

II. Anna cur non adierit Sanctuariu die 40.

in hunc locum 9. 26.

Quæ

Quæ cum Elcana Leuites non ignoraret, nihil de mandato legis obiecit vxori circa ipsius purificationem. Sed fac, inquit, quod bonum tibi videtur, & mane donec ablaetes eum.

ANNVS MVNDI 2903.

HELI 4. SAMVELIS 3.

TAVTÆI 23. Imperij Assyr. 972.

ANTE CHRISTVM 1150.

I. Samuel dicitur ad Sanctuariu.

ERTIVS est hic annus à Natiuitate Samuelis, idemque annus ablactationis fuit. An autem eodem in Silo delatus fuerit, vt maneret ibi iugiter, non satis constat quod ibi oneri potius futurus esset; quam vlli aptus ministerio. Dicendum nihilominus videtur Samuelẽ hoc ipso anno tertio decurrente ablactatum fuisse, & in templo oblatum, cum sacrificijs, quæ in textu memorantur; ibique Sacerdotum curæ commissum, deinceps perseuerasse. Diuturnior enim lactatio, medicorum iudicio, parum utilis, aut noxia potius censetur. Aiunt enim ex diuturniore illo cibo humidior ac tenuiore reddi pueros debiles, molles, ac stolidos. Porro triennij tempus plus nimio longum esse biennium vero esse legitimum, Plerisque etiam in locis infantes non vltra 18. menses nutritrici lacte nutriuntur. Ergo Samuel, qui eximia parentum cura nutriebatur, post duos annos & menses aliquot sub festa Paschalia abductus à lacte, & Siluntem à matre delatus fuerit, vt ipsa marito promiserat.

Fran. Vates. de sacra Philos. c. 83.

II. Statim post ablactationem. 95. in 1. Reg.

Ibi que à parentibus educatur.

1. Reg. 2. 19.

III. Oblatio Anoz cum puero.

Itaque S. Chrysostomus in homilia de educatione Samuelis, ait illum à prima statim pueritia, à matris mamma, ad spiritaalem mammam venisse. Theodoretus quoque, cum primum, inquit ablactasset eum, obtulit Deo, & cum co vitulum ei tempore æqualem qui pro eo sacrificatus est, Septuag. habent vitulum trimum. Quod valet ad refellendam opinionem eorum, qui non ante decimum aut duodecimum annum eum Deo oblatum putant, quos oportet dicere reductum domum ad annos aliquot. Cum tamen mater dixerit, Non vadam donec ablaetetur infans & ducam eum, vt appareat ante conspectum Domini, & maneat ibi iugiter. Vbi ablactationem, oblationem, & remansionem aperte coniungit, quæ ipsi ex proprio arbitrio distrahunt. Caietanus ita certum putat Samuelẽ triennem Domino fuisse oblatum, vt inde probet consuetudinem offerendi pueros eius ætatis Deo. Quod minus mirum est in pueris, cum puellas eius ætatis templo oblatas, ibique educatas, ex historia Præsentationis beatissimæ Virginis satis constet. Est autem credibile admodum, ibi eum parentum sumptibus educatum, dum aliquid ministerij in domo Domini exhibere posset, ne grauentur Sacerdotes. Idque innuitur ex eo quod mater quorannis statis diebus afferebat ad eum tunicam paruum Quæ ergo de vestibus paruulo prouidebat, quidni etiam sumptus prouideret in victum?

Detulit porro Anna secum vitulos tres, cum tribus farinæ modiis, & amphora vini, quæ omnia non solum sacrificio, sed conuiuio quo

que destinabantur. Vnicum enim vitulum immolatum Scriptura memorat: simulque oblatum Pontifici puerum, cum hac oratione matris. Obsecro mi Domine, viuunt anima tua, quæ sunt omnia verba salutantis ac bene precantis. Ego sum, inquit, illa mulier, quæ steti coram te hic orans Dominum. Pro puero isto orauit, & dedit mihi Dominus petitionem meam, quam postulauit eum; quæ est grata commemoratio accepti à Deo beneficij: addit & oblationem pueri ex voto debitam, idque non ad tempus aliquod, sed quandiu ei Dominus vitæ huius vsuram concedere voluerit; id enim verba illa significant. Idcirco & ego commodauit sum Domino, euntis diebus quibus fuerit commodatus Domino: id est, concessus à Domino ad huius vitæ vsuram. Sicque sancta mulier insigni se consolatione priuauit, vnigenito suo in perpetuum Domino consecrato. Sed Dominus impleuit quod Anna mox gratias simul agens, & prophetans prolucata est. Donec, inquit, Sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata est. Nam breui Dominus pro Samuele dedit ei tres filios, & duas filias, qui fuit etiam fructus Sacerdotalis benedictionis, qua Heli abeuntem vtrumque coniugem benedixit, dicens, Reddat tibi Dominus semen de muliere hac, pro fœnore quod commodasti Domino. Fœnus vocat Samuelẽ, qui tanquam pecunia fœneratitia fructum quorannis reddidit iis, qui eum Domino dederunt, è contrario Phenenna breui filios amisit, vt hinc Hebræi colligunt.

1. Reg. v. 5. cap. 1. 20.

ANNVS MVNDI 2905.

HELI 6. SAMVELIS 5.

TAVTÆI 25. Imperij Assyr. 974.

ANTE CHRISTVM 1148.

ADIT in annum sextum Heli Sabbaticus 46. quem hoc quieto rerum statu probabile est fuisse obseruatum. In hunc ipsum annum in quibusdam Eusebij libris refertur Heraclidarum, siue posterorum Herculis relictus in Peloponnesum: quæ est annorum Epocha à plerisque celebrata. Refertur & natus ab Ascanio Aneæ filio Iulus, ex quo Romana Iuliorum familia propagata est Regno autem Ascanij successit Siluius eius frater, propter teneriorem Iulij ætatem: sed illi postmodum regnum à populo confirmatum est, Iulio vero Sacerdotium attributum. Vide libro primo Dionys. Halicarnas.

I. An. Sab. bat. 46.

ANNVS MVNDI 2907.

HELI 8. SAMVELIS 7.

TAVTÆI 27. Imperij Assyr. 976.

ANTE CHRISTVM 1146.

D septimum Samuelis annum, quo infantis tempus expletur, non incongruè referre

I.

referre possumus initia ministerij Samuëlis. Nihil enim prius in re seria commode agi potest, nedum in sacro ministerio. Idque Scriptura ipsa innuit, quæ infantulum nominat, deinceps autem, cum ministerij eius meminit, puerum vocat. ^a Puer autem, inquit, erat minister in conspectu Domini, ante faciem Heli Sacerdotis in procinctu ad agendum quod ille inueneret, aut iuberet: & rursum ^b, Puer Samuel proficiebat atque crescebat. & placebat tam Domino quam hominibus. Quibus verbis pueri præclara indoles, & bona educatio, institutioque puerilis ostenditur. Ephod porro lineam quo indutus fuisse dicitur, erat amiculum superhumeralis, quo Leuitæ & Sacerdotes, quasi in signum clericatus, utebantur. Erat tamen aliud Ephodigenus, quo Laici quoque aliquando utebantur, ut de Dauide in translatione Arce legitur.

Interim autem Anna fecundatur & prole abundat, ut paulò ante dictum est: sed filiorum Heli improbitas, ac nequitia maiora in dies incrementa capiebat. Itaque à Scriptura primum in genere quasi impij & profani accusantur, dum vocantur filij Belial. Deinde multiplicis sacrilegij arguuntur, quod non acciperent sacrificio pacifico, quod lege præscriptum erat, sed quod à fuscina famuli Sacerdotis casu raperetur, quod tempus accipiendi legitimum præuenterent scilicet ante oblatum Domino adipem, carnem enim crudam capiebant & non elixam, ut lex ferebat, ut eam assarent arbitratu suo. Denique quod hæc non beneuole, sed per vim minasque acciperent; quæ omnia populum à sacrificando retrahebant. Accusantur tertio fornicationis & adulterij, quod mulieres, quæ religionis ergo obseruabant ad ostium Tabernaculi, quales erant eæ de quarum speculis Moyses fecit labrum æneum cum basi sua quæ quasi moniales, relicta vanitate seculari Deo famulari cupiebant: cum magno populi scandalo polluebant. Quæ hic à Scriptura memorantur, ut eorum inueteratam ac probrosam facinoram, cum præclaris Samuëlis initiis componantur.

ANNVS MVNDI 2911.
HELI 12. SAMVELIS 11.
TAVTÆI 31. Imperij Assyriorum 980.
ANTE CHRISTVM 1142.

I. **M**VLTA fuit atque diuturna filiorum Heli improbitas, sed mollis & tarda parentis castigatio. Ex serie porro sacre narrationis apparet hanc reprehensionem filiorum Heli, & rursum alteram viri Dei contra ipsum, quæ cap. 2. continentur, præcessisse diuinam Samuëlis vocationem, quæ tertio capite describitur. Cum autem Iosephus scribat Samuëlem exacto anno duodecimo prophetam agere cepisse, commodum visum est in hunc annum Heli 12. qui fuit vitæ eius septuagesimus, conferre reprehensionem eius aduersus filios suos, & in sequentem obiurgationem viri Dei aduersus Pontificem ipsum, ut deinde anno Sa-

muëlis decimo tertio, eiusdem Samuëlis vocationem collocemus. Cum ergo prædicta crimina publica essent, & crebris omnium sermonibus vsurparentur, ad Heli quoque rumore nuncio sunt delata. Ob quæ ille attonitus ac mœrens, erat enim alioqui vir bonus, ac timens Deum, ut sequentia demonstrabunt, non dubitabat cladem aliquam domi suæ, populoque imminere. Itaque seuocatis ad se filiis Ophni & Phinees inmolliore eos reprehensione arguit, quod ea perpetrarent quæ populum à Dei cultu auocarent, sicque in ipsum Deum peccarent, quem ludicem habituri erant & vltorem, nemine illis veniam obtinente. At isti, qui neque Deum timebant, neque homines reuerentur, non audierunt vocem patris sui, quia voluit Dominus occidere eos. Quasi impenitentia istorum, & negationis gratia: ad obedientiam, & conuersionem necessariæ, causa fuerit decretum Domini, de ipsis in tali statu interficiendis. Verum illud quia non causam, sed consecutionem significat, in hanc sententiam. Non audierunt admonitionem patris, neque conuersi sunt; ex quo factum est, ut Deus veller illos occidere. Quia isti vehementer peccauerant, ait Abulen. meriti erant ut sibi gratia negaretur & cor docile ad obtemperandum salutaribus monitis; ex qua inobedientia cum grauius deliquissent, mortemque magis promeriti fuissent, Deus eam illis inflixit.

Accusant omnes patres nimiam Heli in filios indulgentiam, quos lenibus tantum verbis arguere in magnis sceleribus satis esse duxit, cum post admonitiones & obiurgationes eos è conspectu suo eicere, à ministerio templi excludere, & iudicibus plectendos tradere, iuxta legem Domini oportuisset. Quæ est in primis S. Hieronymi ^b sententia, Theodoret ^c, & S. Ioannis Chrysostomi, l. 3. aduersus vituperatores vitæ monasticæ, ubi illum cum ipsis in æternum periisse significat. Sed ea de re in eius morte dicendum erit.

ANNVS MVNDI 2912.
HELI 13. SAMVELIS 12.
TAVTÆI 32. Imperij Assyrii 981.
ANTE CHRISTVM 1141.

I. **V**M Heli laxior esset in filiis corrigendis misit Dominus, hoc anno Sabbatico ordine 47. est enim 329. ab adita Chananitide, misit inquam qui corrigeret ipsum Patrem: sed quem, *virum Dei*, ait Scriptura; Prophetam videlicet aliquem illorum temporum, à nomine scriptisque incognitum. Is denunciat cladem imminentem familiæ Heli, quod mox quoque Deus per Samuëlem facturus erat, ut sapius, atque à pluribus admoniti Patris filij; corrigerentur. Quia in re Dominus suam simul bonitatem patefaciebat, simul etiam prophetiæ Samuëlis adolescentuli præstruebat fidem, cum inscius in ea vestigia incurreret, quæ vir Dei ante signasset. Principio autem exprobra-

II. Heli non filios suos. Frustra. III. Nimis indulgent. a. Deut. 11. 16. b. l. 1. m. l. 3. c. 9. 10. in Reg. I. Vir Dei diuinitus mittitur ad Heli.

antiqua in familiam Sacerdotalem beneficia, cuius posteri, ingrati, & dignitatis suæ contemptores facti, Deum grauius offendissent.

II. **Q**uem accusat. Inde nominatim accusat familiam Heli, quæ dignitatem Sacerdotalem vilem moribus suis reddiderit. Postremo addit multiplicem pœnam peccati, nempe abdicationem Heli & posterorum eius à summo Pontificatu: deinde vitæ breuitatem, Domino vim ac vigorem viuacis naturæ immatura morte præcidente, ut in Ophni & Phinee comprobatum est. Tertio amulationem & inuidiam qua affligendi erant posteri Heli, florentibus Eleazari filiis, quod contigit tempore Salomonis, cum reiecto Abiathare Sadoc factus est Pontifex. Denique ostendit filios Heli non solum à Pontificatu exclusum iri, sed magna insuper penuria premedos, adeo ut cogantur supplices fieri Pontifici, ut participent pani & pecuniolæ oblationum: in pœnam scilicet præsentis gulæ, & auaritiæ: quæ est sententia Hebræi textus & Græci. In vulgata vero habetur, filios Heli Sacerdotes venturos, & per medios deprecatores rogaturos, ut aliquod vitæ subsidium obtineant.

ANNVS MVNDI 2913.
HELI 14. SAMVELIS 13.
TAVTÆI 33. Imperij Assyrii 982.
ANTE CHRISTVM 1140.

I. **E**XACTO duodecimo Samuëlis anno, contigerunt ea quæ tertio cap. primi Regum continentur, de prima apparitione Domini facta Samuëli, ut Iosephus affirmat, Sanctique Patres consentiunt, Ignatius, Chrysostomus, Theodoretus, licet annum sancti pueri Iulius nominatim non designet. Addit tamen Scriptura circumstantiam temporis, quò Deus Spiritu prophetico afflauit Samuëlem, quando scilicet sermo Domini erat pretiosus, id est rarus, rarique erant Prophetæ, aut certe visiones eorum non erant publicè notæ, sicut mox Samuëlis fuit. Contigit igitur quodam tempore cum Heli iaceret in lectulo suo, & oculi eius præ senectute ita caligarent, ut clare videre non posset; & Samuël apud eum intra Sanctuarij septa dormiret: cum nox adhuc esset, utpote nondum extinctis templi lucernis, quæ cum tota nocte luxissent, mane extinguebantur, ut supra disputatum est. Contigit, inquam tunc ut Samuël nominatim à Domino vocaretur. Angelo vocem suam ita attemperante, ut vox Pontificis videri posset, qua ille expergefactus, ratus senem sua operâ indigere, ocyus ad eum accurrit, ut is certo disceret nihil hic ex composito geri, sed rem diuinam, ipsomet interueniente denunciari; & prius is, contra quem legatio mittebatur, mitti illum à Domino sciret, quam is cui mittebatur: quòd fuit diuinæ prouidentia, ut ex Annalibus clarius intelligatur, ex Ruperto Greg. & Abulen.

II. **E**uocatur dormiens. Promptitudo porro Adolescentuli eo laude dignior, quò illa ætas somni profundioris est, eiusque amantior. Nocte nihilominus intem-

II. Heli non filios suos. Frustra. III. Nimis indulgent. a. Deut. 11. 16. b. l. 1. m. l. 3. c. 9. 10. in Reg. I. Vir Dei diuinitus mittitur ad Heli.

pesta, nihil sibi in tenebris metuens, sapius vocatus, semper promptè surrexit, quamuis sapius spe sua frustratus esset, & iuerit, imò cucurrerit ad magistrum, & alterum parentem suum Heli. Cum ergo iam tertio vocatus esset surrexit impiger tertio, nec dubitauit tertio interpellare Sacerdotem; ratus satis esse illum toties sine necessitate fatigare, quam semel ignauia sua senis deesse necessitati. Hic Heli non inscius viarum Domini, intellexit quod puer nondum poterat suspicari, Samuëlem scilicet à Domino vocari. Itaque vade, inquit, & dormi. & si deinceps vocauerit te, dices, loquere Domine, quia audit seruum tuum. Abiit puer & dormit, Et ecce quarto, Dominus venit ad eum, nec vocat solum ut prius, sed stetit apprensus ei specie quadam aspectabili & illustri, ut in tenebris quoque cerni posset. Et Samuël memor præcepti, Loquere Domine, inquit, quia audit seruum tuum.

Hic Dominus Ecce ego facio verbum in Israhel, quod quicumque audierit, timient ambarum eius; ut contingit in clamore subito ac vehementi, Verbum intelligit cladem, quæ post 26. annos contigit, in qua deuictis Israelitis, Arca Domini à Philistinis capta est, & supra populi stragem, domus Heli funeribus repleta ac deformata est. Aliqui eam cladem intelligunt, quæ contigit in Nobe Cuius rei causam conicit Dominus in præmissam ab Heli correptionem filiorum suorum, qualem peccatorum atrocitas merebatur. Idcirco iurauit, inquit, domui Heli, quod non expietur iniquitas domus eius victimis, & muneribus vsque in æternum. Pœnam culpæ debitam intelligit non culpam ipsam, quæ legitimo dolore expiatur, pœna vero non item, quam omnino vult exolui, vel in hac vita mitius, vel seuerius in futura. Quæ cum Samuël accepisset, & à Pontifice iussus ei enunciaisset, Heli præclaram illam edidit vocem, quam plerique Patrum merito commendarunt, Dominus est, quod bonum est in oculis suis faciat. Quæ verba tanquam ab humili & contrito corde profecta, & ad diuinam animaduersionem accipiendam paratò, nemo satis laudare queat, adeo ut quidam ea ad remissionem pœnæ æternæ valuisse putent.

ANNVS MVNDI 2919.
HELI 20. SAMVELIS 19.
TAVTÆI 39. Imperij Assyrii 988.
ANTE CHRISTVM 1134.

I. **H**ELI octauum supra septuagesimum annum agens ætatis suæ, ad medium simul tempus vtriusque magistratus peruenit, in quod ipsum tempus Sabbaticus annus ordine 48 incurrit, est enim 336. ab Exitu ex Aegypto, quem sicut & præcedentem, & aliquot deinceps consequentes puto ab Israelitis, temporum fauente tranquillitate, fuisse obseruatum, negligentius fortasse, si eo quoque negligentiam Heli trahere placet. His porro annis res Israeliticæ quantum quidem scriptis proditum nouimus, cursum suum tenuerunt, filij

III. Denunciatio futuræ cladis. Heli humiliter acquiescit iustitiæ diuinæ. Chrys. Proo. cop. Theod. & recent. multi. I. An. Sabbat. 48. Etas Heli.

Heli constantes in malitia sua, Pater in lenti- tudine & molitie mentis & corporis, Samuel in virtute ac probitate.

Sequens annus habet Teutæi mortem, prin- cipis Assyriorum à Belo vigesimi octavi Africano, Eusebio 27. Sed Africanus 4. insuper an- nis auxit periodum regni eius, vt initio Teu- tæi diximus, sed multo maior est in sequenti- bus regibus inter vtrumque dissensio, vt mox dicemus.

ANNVS MVNDI 2921.

HELI 22. SAMVELIS 21.

THINÆI 1. Imperij Assy. 990.

ANTE CHRISTVM 1132.

TEVÆO Thinæum subiicit Eusebius in Assyriorum imperio, multum Georgio Syncello, & Scaligero non sine causa reclama- mantibus, quod quatuor Reges ab Africano in catalogo regum Assyriorum recensitos præ- termiserit, nimirum Arabelum qui annis 42. regnauerit, Chalaum qui 45. Anabum qui 38. & Babium qui 37. qui sunt anni omnino 162. At- que hoc, inquit Scaliger, pessimi exempli mem- oranda, ideo ab eo patratum vt regnum Teutami in Troiana tempora conueniret. Facinus profecto neque bono viro, neque homine Ecclesiastico di- gnum. Sic ipse. In homine tamen Ariano non absurdum, vt hominibus fidem fallat, qui fe- fellerit Deo. Temerarij tamen facinoris cau- sam non videtur Scaliger satis assecutus. Illi enim reges siue additi, siue prætermissi, cum Teutamum sequantur, eius tempora nihil mu- tant, siue à Belo, siue à Nino ducatur initium numerandi. Dicendumque potius erat veritum Eusebium, ne Sardanapali vel Arbacis regnum vltius produceretur, quam eius rationibus conueniebat. Vt sit sequendus est nobis Eu- sebius, vt alibi diximus, ne multis deinceps mutandis maior oriatur perturbatio tempo- rum, & maioribus damnis minora sarciamus. Ponendusque deinceps Thinæus cum annis suis 30. ita qui est Eusebio 28. est Africano trigessimus tertius.

ANNVS MVNDI 2926.

HELI 27. SAMVELIS 26.

THINÆI 6. Imperij Assyriorum 995.

ANTE CHRISTVM 1127.

EST hic annus Sabbaticus ordine 49. quo tempore Samuël sextum supra vigesi- mum agebat annum, demonstrabatque in dies maiora virtutis, ac diuinæ sapientiæ incremen- ta, vt verè de eo dicatur, Crenit autem Samuel, & Dominus erat cum eo; præ cæteris videlicet Is- raelitis, qui prophetiæ dono carebant. Cum is enim peculiariter esse dicitur, quos singulari aliquo dono afficit, vt Isaacum diuitiis, Iose-

phum prudentia rerum gerendarum, Gedeonem fortitudine, Samuelem prophetia, B. Vir- ginem animi corporisque puritate singulari. Nominatim autem de Samuele propheticam dono dictum est, non cecidisse ex omnibus verbis eius in terram, id est, non inania fuisse vel irrita. Quod non solum ad vaticinium contra Heli enunciatum pertinet, sed ad pleraque alia particularia, quæ in scripta relata non fuerunt, nisi vniuersè, vt mox dicitur.

Cæterum sub hoc tempus existimamus du- ctam à Samuele uxorem, breuique ex ea Ioc- lem primogenitum suum suscepisse, neque ita multo post etiam Abiam. Id vt maturius faciamus, iniecta pene manu, cogit nos Iudicis of- ficium, eis à Samuele parente impositum, & aliquandiu ab ipsis administratum ante quam Rex peteretur ab Israëlitis, quod post annos sex & triginta contigit.

ANNVS MVNDI 2933.

HELI 34. SAMVELIS 33.

THINÆI 13. Imperij Assy. 1002.

ANTE CHRISTVM 1120.

SEPTIMO Iubilæo Mosaico consecratus est hic annus. Est enim trecentessimus & quinquagesimus ex quo Hebræi Iordane trans- misso in Chananitidem sunt ingressi. Estque hic idem annus Sabbaticus ordine quinquagesi- mus. Nam in illo ipso numero septem, quin- quagies integrè reperiuntur. Vtrumque autem annum eadem opera fuisse obseruatum, suadet tam Reipub. tranquillitas, & vacatio ab ido- latria, quæ ex Scripturæ silentio colligitur, quam Samuelis, vaticiniis subinde clarescen- tis, apud Pontificem, totumque Israël auctori- tas.

Hoc enim tempore magnis apud vniuersum populum incrementis gloria Samuelis auge- batur. Nam multa ei diuinitus præmonstra- bantur, quæ cum Dei iussu populo enunciatet, & Dominus, qui aditum illi ad totius Reipub. gubernacula muniebat, euentis ipsis confirma- ret, merito eum totus Israël reuerabatur. Cum præsertim ad hanc Dei gratiam vitæ integri- tas, & inculpati mores accederent. Et cognouit, inquit Scriptura, vniuersus Israël à Dan vsque Bersabee, Samuelem verum esse ac fidelem Do- mini propheram.

Pluribus porro vaticiniis illustrem reddi- tum esse Samuelem illa verba significant, Et addidit Dominus vt appareret in Silo, quoniam reuelatus fuerat Dominus Samueli in Silo. Per- rexit nimirum Dominus sæpius in Silo Samuelem apparere, quoniam se ibi primum cœperat illi communicare, aut, vt in Hebræo est, con- spiciendum præbere. Addit Abulensis huius- modi oracula non fuisse in sacros relata codi- ces, quod vel ad Samuëlis gloriam, vel ad de- iectionem domus Heli nihil admodum perti- nerent. Addunt quoque Septuag. in plerisque editionibus, de Heli & filiis eius. Et Heli erat senex valde, nimirum nonagenarius, & filij eius euntes ibant, solita videlicet, & iam pridem tri-

progrediebantur

Coadiuto- res Heli.

progrediebantur via, & mala via eorum in conspectu Domini. Propter atatem autem Heli val- de prouectam, putat Iosephus, Phineem viuo ac volente patre, tanquam ipsius coadiutorem, Sacerdotio functum esse. Cedrenus quoque ait Samuëlem 38. anno Pontificatus Heli, Iudicis officio functum esse; quod si accipimus, id non ex officio, sed ex mandato Heli peculiari factum esse credendum est.

ANNVS MVNDI 2939.

HELI 40. & vlt. SAMVELIS 39.

THINÆI 19. Imperij Assyriorum 1008.

ANTE CHRISTVM 1114.

CELEBRIS est hic annus multisque rebus memorabilis. Eo quippe quartam Mundi atatem terminamus, quæ Iudi- cum in Hebræorum Republ. administra- tionem, ab ortu Mosis ad occasum Heli com- prehendit. Etsi enim Samuëlem non negamus Iudicem, summumque in ista Republ. magistratū. Eius tamen anni, cum non satis ab annis Saülis regis distinguantur, imo à D. Paulo, aliisque coniungantur, in eius initio Regum atatem duximus inchoandam, vt proximo anno dice- mus. Hoc ipso anno abducitur arca de Silo, ne- que ed deinceps reducta est. Denique hoc eodem anno Heli subita morte occupatus, gemino ma- gistratu post quadragesimum annum spoliatur, utroque filiorum misera morte improbam vi- tam terminante. Hæc quo modo contigerint breuiter cum Scriptura dicendum est.

Bellum gestū est à Philisthæis contra Israëlitas, & ab his semel iterumque infelicitè pug- natum: sed vt hoc omnino constet, de belli tamen huius causis non ita constat. Deus certè voluit peccata Heli & filiorum eius vlcersi, & iteratus in eos explere minas. Voluit & populi ipsius, apud quem idola priuatim habebantur, vt mox dicitur, & idolum Michæ apud Dani- tas non sine cultu seruabatur, vt alio loco dis- putatum est. Philisthæi vero hostili semper animo fuerunt in Hebræos, à quibus non dubita- bant omnem suam regionem iam pridem affe- ctari. Id autem odium morte Samsonis maxime fuerat exaggeratū, quando omnes eorum prin- cipes, & flos ipse populi, ac iuuentutis, templi ruina contrucidati fuerant atque extincti, vi- resque eorum ita accisæ, vt magno in lucro po- nerent, quod ab Israëlitis non inuaderentur. Cumque 40. iam annis necessitate magis quam voluntate se continuissent, & à repetenda vltio- ne de parentum suorum morte abstinuissent: instauratis iam apud se rebus, personisque, seipos ad vindicandam suorum cædem, & Deo- rum ignominiam excitant. Præsertim cum sibi rem fore intelligerent, non cum fortissimo aliquo Samsonem, qui quocumque pergeret, ter- rorem secum mortemque trahebat, & millenos bellatores macabat inermis & solus, sed cum molli, & cæcitate, & decrepito sene, qui ne in domesticos quidem suos retineret imperium.

Iraque apparuit bellum à Philisthæis, con- scribitur miles, educuntur copiæ, venitur ad

Aphec, locum non admodum à Silo distantem. Nam confecto prælio quidem eodem die venit in Silo, & acceptam cladem nunciauit. Israëlita- autè castra metati sunt iuxta locum, qui postea dictus est Lapis adiutorij, in monumentum acce- pti ibidem diuini auxilij. Quis fuerit dux belli huius non liquet. Copiarum autem numerus ex ipsa clade intelligi potest. Nam priore præ- lio 4. millia, posteriore 30. periere, præter fugiti- uos, captiuosque. Apparet Deum, qui victoriâ Philisthæis destinarat, terrorem Israëlitis in acie iniectis, itaque Terga vertis Israël Philis- thæis, quibus fugitiuorum tergo imminentibus; casa sunt in illo certamine passim per agros quasi quatuor millia virorum, & reuersus est ex pugna; fugaque populus in castra. Ibi que maiores natu de Israël nondum satis edomita superbia, que- runtur de Deo dicentes. Quare percussit nos Dominus hodie coram Philisthiim. Quibus ex verbis quidam colligunt Samuëlem Dei iussu nunciassè populo, vt arma sumerent contra Phi- listhæos, alioqui absurda videretur istorū que- rela, nisi Dei iussu arma suscepta forent.

At qui ista cogitant, nondum ineptissimam, planèque stolidam populi huius superbiam, & toties iteratas in deserto querelas, atque oblo- cutiones didicerunt. Nondum enim populus duræ ceruicis intelligebat se multorum magnorumque scelerum reos, perexiguas adhuc luisse pœnas, ad quas viam protinus ista querela pa- tefecit. Consilium enim ceperunt deferendi in castra Arcam fœderis. Recta vtique de auxilio Idiuno fiducia, si prius ipsi, & eorū Sacerdotes ad veram pœnitentiam confugissent; qua defi- ciente, pro consolatione, aut victoria, longè maiorem cladem acceperunt. Cum ergo Iudæi non viderentur sibi conscij criminis alicuius, cuius causa proximam cladem passi essent, sed eam absentis Arcæ tribuerent, quam sæpe olim in aciem auctore Moysè & Iosue tulerant, sug- gerentibus fortè Sacerdotibus dixerunt, Affe- ramus ad nos de Silo Arcam fœderis Domini, & veniat in medium nostri, vt saluet nos de manu inimicorum nostrorum. Misi ergo popu- lus in Silo, & tulerunt inde Arcam fœderis. Alla- ta est autem à Sacerdotibus, ideòque subditur; Erantque duo filij Heli, cum arca fœderis Dei, Ophni & Phinees: non sine magna cura & timo- re Pontificis.

Excipitur arca cum læta vociferatione Israëlitarū, peringenti fiducia exultantium, si fortè clamore suo ad arcæ præsentiam, vt olim muri Ierichuntini, ita nunc omnes Philisthæorū pha- langes corruerent. E contrariò Philisthæi timuere discentes, venit Deum in castra, siue Arcam putauerunt Deum, siue in ea residentem diui- nitatem, maximū præsidium Hebræis, magnam sibi timoris materiam aduenisse tradiderunt, memoria repetentes opera terribilia, quæ Deus Hebræorum olim fecisset in gratiam populi sui. Mox tamen resumptis animis, Confortamini, in- quiunt, & estote viri Philisthiim, vt scilicet mori fortiter, quam turpiter viuere malitis, & He- bræorum vicissim subiici seruituti. Cum enim infelicissima sit seruorum conditio, tum eorum maxime, qui serui sunt eorum, quibus ante do- minati fuerant.

Cum ergo Philisthæi magno animi ardore pugnant, & desperata pene victoria serui-

H h tarent

I. Obitus Teutzi.

I. Eusebius 4. reges Assyriorum præterit, & annos 162.

Scaligeri hallucina- tio.

2 An. m. 2803. Sofarmi 1. n. 11.

I. Deus cum Samuele.

46. 3. 21.

II. Ducit uxorem, & nascitur liberos filij eius.

46. 2. 12.

I. Finis quartæ atatis, & Arcæ in Silo, &c.

I. Annus Iubilæus 7. Sabbat. 49.

Gloria Sa- muelis.

1. Reg. 3. 20.

II. Varia eius vaticinia. Ibid. 21.

Act. 13. 21.

II. Belli causa ex parte Dei.

An. Orton. 22. n. 3. & Philisthæorum.

III. Pugna & clades prior Israëlitarum.

IV. Victij mur- tu. ant.

cap. 2. 3.

Et Arcam in castra deferunt.

V. Cum plau- su accipi- tur.

& hostium timore.

VI. Posterior

pugna & clades Hebræorum.

tutem morte propria redimere statuerent, ita pugnabant vt non multi caderent. E contrario Israëlita ex Arcæ præsentia facti animosiores, & fiducia in eius auxilio, diutissimè restiterunt, tantoque maiore numero à præualentibus Philisthæis cæsi sunt, donec desperata victoria, Arca propugnatoribus nudata, desertis castris, fuga ad sua se tabernacula receperunt, oppida videlicet & domos, in quibus habitabant. Nec fugerunt in castra, vt antea, quia agnita sua paucitate, nec ea tutari se posse sperabant, nec in iis prælium redintegrare, præsertim Arcæ præsidio ignominiosè priuati; nec sine causa Deum sibi infensum arbitrati. Nec crediderim cæsos in fuga Sacerdotes, sed in Arca Domini contra Idololatrias fortiter defendenda occubuisse, vt putat Abulensis; qui de eorum etiam salute minime desperandum existimat, quod tempus ad pœnitentiam satis diuturnum habuerint, & vitam in Dei gloria defendenda posuerint, qui fortasse à principio sibi fuga consulere potuissent.

Clades filiorum Heli.

2. 17. in c. 4.

VII. Clades in Silo nunciatur.

Hactenus clades, nunc quæ sunt eam consecuta videamus. *Currens autem vir de Benjamin, ait Scriptura, ex acie venit in Silo in die illa.* Illa ipsa videlicet die qua malè pugnatum est, & quidem in signum maximi incœroris aclusus, scissa veste, & puluere conspersus capite; citoque tota vtriusque lectu repleta est. Nimirum inuenis cum eiulatu ad portam vrbis omnibus prædiariis, & per vicus omnibus obuiss dicebat, Perimus, conclamatum est, Arca Dei capta est. Quæ singuli cum ingenti animi dolore excipientes, clamorem cum nunciis, nam alij super alios fuga lapsi eadem nunciabant, lacrymasque confundebant. Cum alij alios lamentabile nuncium edocerent, re tota pene momento peruulgata, vlulauit ciuitas vniuersa, inconditis clamoribus & confusis.

VIII. Heli pro Arca cinctus.

Interea Heli cuius vt oculi caligabant, ita & aures, vt sit obsurdesebant, sedebat super sellam contra viam spectans, eam scilicet viam qua iter erat ad castra, æstuans incredibili sollicitudine, non tam pro filiis, quos sciebat vna eademque die perituros, & merito credere poterat hanc ipsam esse decretoriam illam diem: neque pro populo, licet eius priorem didicerat cladem, infaustum posterioris omen, ac triste prælium; sed erat cor eius pauens pro Arca Dei; quam inuitus ex vrbe, populi voluntate dimiserat, reformidans, vt mens præsaga malorum est, ne forte Dominus Sacerdotum, & populi scelerebus offensus, eam in hostium potestatem venire pateretur. Etsi autem obsurdesebant aures, audiuit tamen sonitum clamoris, multis iam clarescentem locis, dixitque, *Quis est hic sonitus tumultus huius?* Et dissimulantibus fortasse domesticis, & fatalem seni plagam imponere formidantibus, adductus est coram illo ipse nunciatus, qui primum ciuitatem dederat in tumultum. *Ai ille festinans, & venit & nunciavit Heli.*

IX. Clades enunciatur.

Ego, inquit, sum qui veni de prælio, & ego qui de acie fugi hodie. Iam fugæ mentio delibata calamitatem, & personæ conditio narrationi præstruit fidem. *Cui ille ait, Quid actum est, fili mi? Fugit, inquit, ille, Israël coram Philisthim, & ruina magna facta est in populo: Insuper & duo filij tui mortui sunt Ophni & Phinees, & Arca Dei capta est. Cumque ille nominasset Arcam Dei, cecidit de sella retrorsum iuxta ostium, & fractis cervicibus mortuus est.* Decimo secundi mensis die, vt in Hebræorum Calendario notatum est. Is enim dies tot cladibus, funeribusque cumulatus, icuinio deinceps à ludæis celebratus est. Quod ad casum istum attinet Iosephus putat illum è sublimiori throno iudiciali cecidisse, vt mors ex casu sit probabilior. Sed probabilius est sellam fuisse satis humilem, quæ retro nihil haberet, quo casus à tergo prohiberetur: nec necessarius fuit semineci ex alto casus. Itaque ad tam triste nuncium linqui animo cœpit & corpore, cor eius elanguit, & frigidus sudore madens cecidit de sella retrorsum, & toto corpore in caput incumbente, contractus ac suffocatus est. Ne quis autem impatientiæ doloris hunc casum tribueret, illico Scriptura subiecit, *Senex enim erat vir & grandæuus, octo scilicet & 90. annorum, paulò antè dixerat, vt scilicet eum casum infirmitati corporis, non animi desperationi tribueremus.*

lithium, & ruina magna facta est in populo: Insuper & duo filij tui mortui sunt Ophni & Phinees, & Arca Dei capta est. Cumque ille nominasset Arcam Dei, cecidit de sella retrorsum iuxta ostium, & fractis cervicibus mortuus est. Decimo secundi mensis die, vt in Hebræorum Calendario notatum est. Is enim dies tot cladibus, funeribusque cumulatus, icuinio deinceps à ludæis celebratus est. Quod ad casum istum attinet Iosephus putat illum è sublimiori throno iudiciali cecidisse, vt mors ex casu sit probabilior. Sed probabilius est sellam fuisse satis humilem, quæ retro nihil haberet, quo casus à tergo prohiberetur: nec necessarius fuit semineci ex alto casus. Itaque ad tam triste nuncium linqui animo cœpit & corpore, cor eius elanguit, & frigidus sudore madens cecidit de sella retrorsum, & toto corpore in caput incumbente, contractus ac suffocatus est. Ne quis autem impatientiæ doloris hunc casum tribueret, illico Scriptura subiecit, *Senex enim erat vir & grandæuus, octo scilicet & 90. annorum, paulò antè dixerat, vt scilicet eum casum infirmitati corporis, non animi desperationi tribueremus.*

Hæc ergo Scripturæ defensio in causa Heli, illis non fauet, qui eum salutem æternam cum temporali vita perdidisse putauerunt, sed illis potius qui cum debita pœnitentia mortuum credunt; & merito, vt qui culpam reprehensus agnouerit, & diuino iudicio, tametsi seuerissimo, acquieuit, dicens, *Dominus est, quod bonum est in oculis suis faciat.* Accedit quod pœnas peccato suo debitas luit, dum filios quos contristare noluerat, perdidit, & Sacerdotio cuius abusum permiserat, spoliatus est, & vita quam negligenter traduxerat, violenter ab eo priuatus est, à quo non consurgit duplex tribulatio. Cum constet impios ac reprobos ducere in bonis dies suos; quia videlicet tota seueritas diuinæ in ipsos animaduersionis illis reseruatur in inferis. De filiis alia ratio est, cum eos Gregorius magnus in exemplum reproborum ponat, & eorum qui in impœnitentis cordis caliginè proiciuntur, quæ certissima via est ad damnationem æternam. Sed hæc in vtramque partem diligentius disputata, reperiet Lector eruditus in Annalibus nostris in hunc Mundi annum.

Neque hic funerum finis, *Nurus enim eius, uxor Phinees prægnans erat, vicinaque partui, & audito nuncio, quod capta esset Arca Dei, & mortuus esset locer suus, & vir suus, adde & Leuirum siue fratrem mariti sui, & 30. millia de populo in quo, vt honoratis familiis, plerique eam consanguinitate atque affinitate contingebant, incurruant se & peperit: idque non sponte sua, quasi mortem sibi accersens, aut partum abigere per vim cupiens, idcoq; subditur, *irruerant enim in eam dolores subiri.* Ex magnitudine scilicet insperatæ calamitatis, immensæq; tristitiæ cor eius obruentis, & omnia eius viscera conturbantis, acceleratus est partus, siue maturus, siue immaturus. Iosephus, ex traditione fortasse, ait eum septimestrem fuisse, & tamen vitalem. Abulensis ait eum mox cum parente periisse. In ipso autem momento mortis circumperæ, dixerunt ei obstetrix, & quæ eam circumstantabatur, *Ne timeas, quia filium peperisti; sperantes videlicet eam vires animamq; in læto nuncio recepturâ.**

X. Videatur saluus.

Nahum. 1.

ad num. 19. ad 38.

XI. Mors & abortus nurus eius.

Sed

Sed ea tota extra se posita, neque respondit eis, neque animaduertit quid illæ dicerent. Mox tamen paululum ad se rediens vocauit filium Ichabod, quasi inglorium, propter translata gloriam de Israël, vna cum Arca Dei. Et Heli de Heli, Iudice ac Pontifice breuiter cum Scriptura decursis, ad Samuëlem nouum Hebræicæ Reipub. principem gradum faciamus.

QVINTA MVNDI ÆTAS. quæ est Regum Hebræorum.

ANNVS MVNDI 2940.

SAMVELIS IVDICIS I.

ACHITOB PONTIF. I.

THINÆI 20. Imperij Assyrior. 1009.

ANTE CHRISTVM III3.

I. Spatia singularum mundi ætatum.

- 1. 1656.
2. 382.
3. 425.
4. 476.
2939.
5. 577.
6. 536.
7. 34.
4286.
4.

II. Quinta ætas Regum.

- 6.
7.

III. Quinta incipit à Samuële.

Ab solvitur aliquando, diuino fauente numine, quatuor Mundi ætatibus, alacriores aggrediemur ad quintam, si emensa iam annorum spatia, quasi respectantes, animo breuiter, cursimque; remetiatur. Prima itaque Mundi ætas, quam eius infantiam dicunt, Adami fuit, & primorum Patriarcharum; eaque 1656. annorum fuit. Alteram ætatem mundi, Pueritiam appellemus licet, quæ fuit Noë, & posteriorum Patriarcharum, & 382. annis definitur. Tertia fuit mundi Adolescentia, quæ ab Abrahamo exorsa, Abrahami dicatur, & filiorum eius; quæ vsque ad Legislatorem ortum anno 425. complectitur. Quartam Ætatem Mundi iuuenturem vocemus: ea Mosis fuit, & Iudicum Hebræorum, quæ 476. annis circumscribitur, quæ omnes simul iunctæ, egregie anno mundi quo quartam absoluius respondet.

Quinta ergo sequitur Virilis ætas, in qua corpus humanum pleno ac perfecto robore fruitur, sicut populus Israëlitarum sub Regibus suis. Davide in primis atque Salomone. Erit ergo hæc Regum ætas, atque habebit Davidem, Samuëlem & Saule regnum potius præparantibus quam inchoantibus, & ad solutam vsque à Cyro captiuitatem, per annos 577. protendetur, annis captiuitatis ad eandem ætatem relatis. Sexta demum erit Zorobabelis, cætorumque principum ac Sacerdotum, in Hebræici populi senectute, imo & orbis ipsius, tot iam imperiis, vbique terrarum collapsis, annisque cœnsetur omnino 536. Septima est Christi ætas, & tempus Euangelij, quam non iniuria Ætatem mundi decrepitam vocabimus, cum eam Euangelista Ioannes nouissimam horam vocet, Petrus Apostolus nouissima tempora, Paulus plenitudinem temporum. Quam diuturna vero futura sit isthæc ætas, in qua nos non vltra trigessimam quartum Christi annum progredimur, is solus nouit, qui nouit omnia. Nam octauam æternam fore, in cælis vel in inferis, omnes norunt, qui verum Deum norunt.

Congruum autem fuit Ætatem quintam, quam regum appellamus, ab initio magistratus Samuëlis ordiri, tametsi aliquot adhuc annis

Samuëlis inauguratio differenda sit; quoniam vtriusque tempore ægrè separari possunt: adeo vt Paulus Apostolus vtriusque annos simul extulerit, dum Saül tribuit annos 40. quos Eusebius quoque, & alij plerique eum secuti coniunxerunt. Quin & Philo in libro de Temulentia, Samuëlem, vti que propter simul regnantem Saulem, Regibus annumerare non dubitat. Incidit porro in huius quintæ ætatis & Samuëlis initium annus Sabbaticus ordine quinquagesimus primus, quem crediderim in communi populi luctu ac timore, annitente in primis Samuële, non negligenter obseruatum, vel placando diuino numini, qui ab ipsis cum Arca fœderis discessisse videbatur.

Mortuo porro Heli eiusque filiis, & Repub. Hebræorum, in vnus hominis interitu, Iudice simul ac Pontifice destituta, nullus admodum erat in vniuersis Israëlitarum tribubus, in quem populus oculos coniceret, quam in vnum Samuëlem, qui iam dudum propheta audiebat à Dan vsque ad Bersabee, & annum agebat ætatis pene quadragesimum: quos annos cum principe Reipublicæ familiariter traduxerat, vt nouus ad gubernationem populi accedere non posset. Adde quod, præter vitæ innocentiam, multis iam magnisque virtutibus in oculis omnium clarescebat. Postremo familiam regebat, vxore iam auctus & liberis, vt supra diximus. Ergo communis omnium suffragiis electus est Iudex. Quippe Scriptura testatur Samuëlem iudicasse Israël omnibus diebus vitæ suæ, à morte videlicet Heli, vsque ad electionem Saülis in regem, quo etiam regnante magna præditus fuit autoritate, vt suo loco dicitur.

Sed fuerit ne etiam Pontifex, necne, & si non fuit, quis tandem Heli demortuo in Pontificatu successerit, non leuis est dubitatio? Plerique ex antiquis Patribus crediderunt Samuëlem non solum populi Iudicem, sed Pontificem etiam extitisse, in quibus Sancti Ignatius, Clemens Romanus, Cyprianus, Chrysostomus, Augustinus, magnusque Gregorius, alique posteriores. Constat nihilominus Samuëlem non fuisse sacerdotem, nedum summum Pontificem, quoniam ea dignitas vni familiæ Aronis alligata erat, præterea nemini; ad illam autem Samuëlem non pertinuisse, ex Scriptura certo constat, ex qua id ipsum. S. Hieronymus, c. profiteatur, alique recentiores permulti. Idem tamen Hieron. in 1. ad Corint. vult Samuëlem diuino priuilegio factum esse Sacerdotem, qui & Sacerdoti successerit, & hostias obtulerit, & Sacerdos fidelis à Deo suscitandus diuinitus promissus fuerit. Sic Paulus extra ordinem factus est Apostolus licet duodenario illo numero non contineatur. Et in hanc sententiam interpretati possumus omnes Patres, qui Samuëlem vel Sacerdotem dixere, vel Pontificem.

Quærendus est nihilominus Pontifex in familia Heli: quoniam Pontificatus in ea persecuerat, vsque ad eiectionem Salomone Abiatharem, & Sadocem eius loco substitutum. Filij ergo Heli hostili ferro sublatis, ad eius nepotes deueniendum est. De filiis Ophni perperuum est in Scriptura silentium: filij Phinees duo reperiuntur Ichabod, & Achitob.

IV. Qui substituitur Heli.

1. Reg. 7. 11.

V. Non tamen in Pontificatu.

1. Paral. 6. 34. c. cont. Ioan. 1. 1.

Fuit extraordinarius Sacerdos.

VI. Achitob nepos Heli fuit Pontifex.

si vixit Ichaboth proximo anno natus, nullo modo ad Pontificatum idoneus fuit. Superest ergo Achitob primogenitus Phinees, qui ætate quoque ad eam dignitatem non immatura esse potuit, cum auum haberet duodecentenarium, & patrem, ut videretur, sexagenarium. Eum Pontificem agnoscunt plerique recentiores; sed ex rebus ab eo gestis, quæ in obscuro manserunt, agnosci non potest. Eius quippe luminibus claritas Samuëlis Iudicis & Prophetæ, obstruxit, qui ut ait Tornielus, ea quæ ad religionem pertinebant pene solus administrabat.

Quis autem fuerit status hoc tempore Reipub. Hebræorum, non est difficile ex ante dictis conicere. Nam humana prudentia rem æstimando, nisi Dominus Philisthæis mentem abstulisset, ne parva victoria vterentur, in summa illa trepidatione hominum & confusione rerum, de Reipub. Hebræorum actum esse videbatur: præsertim cum amissa Arca, diuino præsidio se spoliatis crederent. At Samuël cum magna in Deum fiducia populi curam suscepit, & in spem bonam exiit, remedia interim vndique circumspiciens. Illud autem palmarium fuit, quod huius occasione calamitatis, populum ad syncerum Dei cultum accendit, idololatria, aliisque vitiis, quæ per Heli negligentiam aut exorta fuerant, aut roborata, diligenter excisis. Denique munus omne religiosissimi atque sapientissimi magistratus executus est. Cuius rei iustissima coniectura duci potest, tum ex minime dubia virtute Samuëlis, tum ex iis, quæ de eo capite septimo postmodum referuntur.

Interea Philisthæi tulerunt Arcam Domini, & asportauerunt eam à lapide Adinorij, & quamvis in ea siue denudanda, siue tangenda parum religiose se gerent, nulla in eos plaga desæuit, tum quia Mosaica lege, quæ id seuerissime cauebat, non tenebantur, tum etiam quia mox eius præsentia satis vexandi erant, tam in Diis suis, quam in seipsis. Primum ne virtuti suæ tribuerent victoriam, non solum de Israëlitis, sed de ipsorum etiam Deo, quem Arca contineri putabant. Deinde ut afflictis malis ab ea violanda, metu grauiorum absterent. Denique ut eam cogenter remittere in locum suum, quam alioqui apud se retinere optassent, rati ea ratione Hebræos omni præsidio spoliatum iri. Geminum autem fuit Arcæ Domini cum Dagone certamen. Cum enim Deum suum quasi oblatione Arcæ honorare voluissent, & Hebræorum Deo quodammodo insultare, postridie inuentus est Dagon iacere pronus in terra, ante Arcam Domini, quasi eam inuitus adorare cogere, in signum debellandæ à vero Deo idololatriæ. Sed mox alterum certamen cum Dagone initum est.

Nam sacrificuli eius hoc animaduerso prodigio, & Dei sui honori consulentes, bene mane, priusquam ignominiosa Dagonis deictio vulgaretur, restituerunt eum in locum suum, sed ea luculentius redintegrata est. Nam die altera confurgentes Azotij inuenerunt Dagonem in terra curam Arcæ Domini; caput

autem Dagon, & dua palma manuum eius abscissa erant super limen. Porro solus truncus Dagonis, id est inferior pars in piscem deformata, remanserat in suo loco. Atque ita idolo mutilato, ignominia eius omnibus patefacta est, imo & in posteros propagata, dum limen templi sui pedibus non faudent attingere, sed transeuntes transiliunt, ut habent Septuag. Nimirum saltu in fanum suum profani ingrediebantur, eoque saltu iterato discedebant, ut hac stulta cæremonia lapsus multorum & cachinnus, non deuotionis sensus aliquis excitaretur.

Ipsos quoque Azotios diuina plaga percussit, eaque ignominiosa & pudenda; intestinorum enim exulcerationem passis, sedis morbus successit, intestino defluente, cum acri morsu doloris, in pœnam non solum Arcæ detentæ, sed nefandi criminis præposteræ libidinis, ut Rupertus & Glossa prodiderunt, qui morbus per eorum villas, pagosque vulgatus est. Sed accessit etiam altera plaga murium, à quibus non solum terræ fruges vastatæ, sed ipse quoque hominum extrales, dum subinde coguntur egerere, infestis moribus ac lethiferis imperitæ, ut Gregorius magnus, alique tradiderunt. His compulsi malis Azotij statuerunt Arcam à se dimittere, nec tamen remittere Israëlitis. Eam enim Palæstini, si modo impune possent, retinere cupiebant, & eius opera vicissim hostes suos affligere. Ergo congregati Satrapæ, ea de re deliberant: statuuntque, authoribus Gethæis, arcam per cæteras circumducere ciuitates, experturi an in illis sine damno locari posset. Sed malum consilium consulentibus pessimum fuit. Illis enim circumducentibus eam fiebat manus Domini per singulas ciuitates interfecionis magna nimis, eademque cum Azotiis patiebantur. Itaque in commune statuerunt dimittere Arcam Dei Israël in locum suum.

Cum igitur Arca Domini septem iam mensibus in regione Philisthæorum mansisset, domiti iam fractique plagis euocauerunt ad se Sacerdotes & diuinos, super negotio Arcæ remittendæ. Verebantur enim ne hac ipsa in re defectu aliquo admissio nouam sibi pœnam accerferent. Illi consulti negant eam sine muneribus & donariis esse remittendam, ut sic peccatum violatæ rei sacræ expietur, & sanitas restituitur expiatis. Munera autem decernunt quinque antos aureos, totidemque mures aureos iuxta numerum ciuitatum Palæstinorum, quorum donariorum sumptus, per vnnerum populum, congrua proportione distribuenterent. Ne autem Satrapæ isti difficiles sese in hac ignominiosa satisfactione præberent, vrgent eos Ægyptiorum exemplo, qui cum potuissent celeriter dimittendis Hebræis suam damna lucrifacere, multis afflictis malis, tandem dimiserunt eos. Denique ad tollendum omne dubium de causa cladis suæ, rem fortuito euentui committunt, arca plastro imposita, & ab indomitis vaccis trahenda.

Quæ res multipliciter mirabilis fuit. Nam nec vaccæ erant assuetæ iugo, ut timendum esset illas de eo excuriendo potius, aut confringendo laboraturas, quam de trahendo plastro, quod cum nouum esset difficiliter quoque traheretur. Adde quod nec iter norant, nec

VII. Reipub. & eius hoc tempore.

Emendatur à Samuële.

VIII. Philisthæi an impune Arcam contingant, &c.

Arcæ cum Dagone certamen.

IX. Posterior certamen.

X. Azotij & deinceps cæteri Philisthæi morbo le habiti ab Arca.

Quam recte viderentur.

Reg. 6.

XI. De modo remittendi deliberant.

XII. Reductio Arcæ multipliciter mira.

ductorem habebant, aut stimulatorem bubulcum, ut in triuo positæ, ut ait Iosephus, omnem aliam viam potius, quam legitimam adituræ viderentur. Et insuper vitulos habebant in stabulo, quorum mugitu retrahebantur domum, materno eas amore stimulante; & quidem vehementius, si prius matres aliquandiu secuti, abstracti sunt à matribus, & in stabulum reducti, iuxta Hebræicum, Græcūque textum. Ibant nihilominus in directum vaccæ, per viam quæ ducit Bethfames, habentes Arcam pro onere & auriga, ut ait Theodoret. neque ad dextram aut sinistram inconditè gradiebantur, ut solent indomita animalia, quæ trita orbitæ raro insunt, sed impetu capto, quò furor egit eunt. Ideoque Philisthæi eas sequebantur, tum ut id incommodum vitarent, tum ut de earum progressu, iuxta Ariolorum consilium, sententiam ferrent.

Rectè autem diuina prouidentia deduxit Arcam in terram Bethfames, quæ erat vrbs Leuitica, ut in eorum cura relinqueretur Arca, quorum erat rerum sacrarum custodia. Porro Bethfamitæ metebant triticum in valle, quod mense fere Maio contingebat, & eleuantes oculos suos viderunt Arcam, & gauisi sunt de tanto thesauro recuperato. Timuerunt etiam fortasse, cum à longe globum Philisthæorum principum sequentem viderunt; poterant enim & ipsi dicere.

Timeo Danaos & dona ferentes. Sed metus sine damno fuit. Venerant enim pacifici, & plane persuasi, se à Deo Israëlitarum castigatos. Plaustrum porro venit in agrum Iosue Bethfamitæ: & stetit ibi: diuino utique nutu, ut ibi mox sacrificaretur, loci commoditate inuitante, Erat enim ibi lapis magnus, & conciderunt ligna plaustrum, vaccasque imposuerunt super ea holocaustum Domino. Expressum non est à quibus id factum sit. Videretur autem factum à Philisthæorum Sacerdotibus, non Israëlitarum, siue quia victima erat contra præscriptum Mosaicæ legis: siue quia lapis ille altare non erat, sed prophanus lapis: siue quia ipsa phrasis hoc videtur exigere, cum enim scriptum sit, Leuita autem deposuerunt Arcam, significatur præcedentia non à Leuitis, sed ab aliis, puta Philisthæis, quorum erant vaccæ & plaustrum, fuisse facta.

Sequitur Bethsamitarum luctus; nam hic quoque extrema gaudij luctus occupauit. Percussit enim Dominus de viris Bethsamitibus, eò quod vidissent Arcam Domini, id est curiosè introspexissent in arcam Domini, ut ex Hebræo habetur, vel curiositate sola incitati, aut studio cognoscendi an Philisthæi aliquid intulissent, vel abstulissent. Addit Iosephus, non tantum visam, sed prophanis etiam manibus, cum Sacerdotes non essent, attrectatam. Occisi autem sunt septuaginta supra quinquaginta millia in toto illo populo. Non enim soli ciues in culpa fuerunt, sed plerique ex circumpositis pagis, qui certatim ad spectaculum insolitum confluebant, quandiu apud Bethfamitas Arca mansit. Id tempus incertum est. Nam si tantam eadem consideres, probabile est eam aliquot dierum, aut etiam mensium spatio contigisse, dum populus causam grassantis apud se mali minus animaduertit, donec morbis, mortibus, fune-

ribusque densatis, aperuerunt oculos, & de Arca à se dimittenda deliberarunt, & ciues vrbs Cariathiarim ad eam ad se adducendum euocarunt. Idque Samuële, atque Achitobo Pontifice conscio factum minime dubitandum videtur, ut mox dicetur.

Suscepit hoc anno Saül, qui post annos aliquot Rex factus est, filium, qui tam Esbaal, quam Isbofeth, appellatus est. Cum enim immediate Saüli successerit, & quidem quadragenarius, ut Scriptura testatur, oportet eum hoc anno primo Samuëlis esse natum, cum iam Saül esset trium liberorum parens, Ionathæ, Aminadabi, & Melchisuz, qui vna cum patre in montibus Gelboë interfecti sunt.

ANNVS MVNDI 2941. SAMVELIS 2. ACHITOB I 2. THINÆI 21. Imperij Assyriorum 1010. ANTE CHRISTVM 1112.

EXTREMO quidem anno superiore translata est Arca Domini in Cariathiarim; eius tamen hic primus annus dicitur, ut expeditior sit Chronologia, quæ annos obseruat exhibetque Iulianos. Celebris itaque est hic annus nouis Arcæ Domini sedibus, post repulsum à Domino tabernaculum Siluntinum. Ex quo enim è Silo abducta est, plurimos in Palæstina peruagata locos, indeque Bethfames, nullibi habuit fixam & constantem sedem, donec in Cariathiarim collocata est, ad annos ferme 50. Quando inde à Dauidè in ciuitatem Dauid translata est. Valde autem Iosepho assentior, hanc translationem non priuata vnus, aut alterius oppidi voluntate factam esse, sed Achitobi Pontificis, in primisque Samuëlis Iudicis & Prophetæ consensum, & vero etiam Senatus, & maiorum natu totius populi auctoritatem interuenisse. Quin etiam persuasum habeo consulum super eare Dominum, vel in Silo à Pontifice, vel alibi à Samuele Propheta, de Cariathiarim respondisse, & omnes tantæ auctoritati libenter cessisse.

Fuit autem hæc vrbs Gabaonitarum tempore Iosue, & tribui Iudæ primum tributa, mox forti Danitarum assignata est. Quare autem hæc potissimum vrbs assignata est ad tanti thesauri custodiam? An quia terminus erat tribuum Iudæ, Benjamin, & Dan, & pene in medio possessionis Hebræorum, quatuor miliaribus prope Ierusalem, quæ illi diuturnior parabatur sedes. An quia locus erat & natura, & arte munitior, & à Philisthæorum incuribus remotior? An metus nobiliores incesserat ciuitates, ne ipsis fortasse contingeret, quod proxime Bethsamitis, & paulò ante contigerat Philisthæis. An denique potius quia Cariathiarim nominatim à Deo electa est. Venerunt ergo viri Cariathiarim in Bethfames, & inde, communi omnium consensu, eductam Arcam, & humeris suis de more impositam intulerunt eam in domum Abinadab

XV. Isbofethi ortus.

2. Reg. 2. 10.

I. Arca delata in Cariath.

II. Quod illud oppidum, & cur Arcæ custodiæ electum.

2. Reg. 7. 1.

Eius custos Elcazarus Leuita.

III. Sanctuariū ē Silo in Nobe trās-latum. a in loco Heb. in voce Silo. b q. 1. 8 in c. 7.

c Ierem 41. 5.

I V. Ibi que ordinaria sacrificia peracta.

I Sabba. 52. obseruatus.

in Gabaa, qui erat collis eius vrbis, in quo erat hæc domus. Cum enim ibi non esset Sanctuarium, oportuit eam inferri in priuatam domum. Eius autem custodia præferunt Eleazarum filium Abinadabi Leuitæ. Neque alia sanctificatio intelligenda est, quoniam nullum eius ministerium circa arcam requirebatur. Itaque etiam mere laicus potuit huic custodiæ deputari, vt Obededon Gethæus.

Silo autem non solum Arcam non recuperavit hoc tempore, sed insuper etiam Sanctuarium amisit. Nam Hieron. a ait, tam Arcam Domini, quam Tabernaculum mansisse in Silo vsque ad tempora Samuëlis; Tabernaculum videlicet illud, quod à Mose factum fuerat. Translatum autem putat Abulensis b, per monitionem; alicuius Prophetæ, significantis Deum velle Tabernaculum ē Silo in Nobe transferri. Illud certe ibi fuisse constat, cum Saül eam vrbem vastauit, & toto tempore Samuëlis ibi mansisse, communis est multorum sententia; nec Prophetam monitorem quære oportet aliam à Samuële, cuius multa erat cum Deo familiaritas. Suasit insuper hanc translationem humana prudentia, ne forte Philisthæi deleris nuper quatuor & 30. millibus Israëlitarum, in Silo impetum facerent, & tabernaculum Arca, id est præsidio suo nudatum, & alioqui pretiosissimum auferrent. Et si autem deinceps Hebræi dicant Silo in solitudinem fuisse redactam, eius tamen incolæ in Scriptura c ad annos abhinc ultra quingentos memorantur.

Quoniam ergo Sanctuarium erat in Nobe, simulque altare holocaustorum, & thymiamatis, & mensa panum, & candelabrum, & reliqua facta supellex Sanctuarij, dicendum est ibidem ordinaria sacrificia fuisse oblata, cæterumque Dei cultum celebratum. Nam ibi erant Sacerdotes ministri Domini, non in Cariathiarim, vbi tamen sacrificia quædam extraordinaria offerri poterant coram Arca, & reuera oblata sunt à Bethsamitis, sine vlla cuiusquam reprehensione, & à Dauide dum transferret Arcam in domum suam: & poterant ad voluntarias hæc oblationes ē Nobe Sacerdotes euocari.

ANNVS MVNDI 2947. SAMVELIS & ACHITOB. 8. THINÆI 27. Imperij Assyror. 1016. ANTE CHRISTVM 1106.

ABBATICVS annus ordine secundus supra quadragesimum in hunc annum cadit, quem ritè ab Hebræis obseruatum facile adducor vt credam. Non enim ait modica erat authoritas Samuëlis apud vniuersum populum, etiam viuo adhuc & rerum portiente Heli, iudice simul atque Pontifice, aut exigua Samuëlis ipsius pietas, industria, zelus animarum, vt noller, aut non posset sibi subiectam Rempub. ad necessarios legitimisque ritus obseruandos adducere. Certe Iosephus ait illis 20. annis quibus Arca mansit in Cariathiarim,

totum populum voris & sacrificiis operam dedisse, magnamque religionem, & cultus diuini curam ostendisse: id autem quis dubitet in primis opera Samuëlis esse factum: quem Lyranus ait statim à morte Heli per totum Israël discurrere cœpisse, & docere populum, vt eum ad Dei cultum reduceret, & ad id excitrasset, argumento acceptæ cladis in morte Heli, & filiorum eius, & amissione Arcæ. Id autem fundamento Scripturæ nititur. a Ibat enim per singulos annos circumiens Bethel, & Galgala, & Masphath, & indicabat Israëllem in supradictis locis, & reuerteretur in Ramatha, ibi enim erat domus eius, ibi indicabat Israëllem. Egregio profecto boni Principis & pastoris exemplo, dignoque, in quod vtrique intueantur: vt ipsi quoque domi pascant gregem suum, & visitent etiam foris.

ANNVS MVNDI 2950. SAMVELIS & ACHITOB. 11. DAVIDIS 1. TROIÆ 80. THINÆI 30. & vlt. Imperij Assyriorum 1019. ANTE CHRISTVM 1103.

EST hic annus Mundani Iubilæi quinquagesimus nonus, & Thinæi Imperatoris Assyriorum trigessimus & vltimus, qui est Eusebio vigesimus octauus illorum principum, Africano vero 33. iuxta ea, quæ primo Thinæi anno diximus. Reditus quoque Heraclidarum, siue posterorum Herculis in Peloponnesum in præsentem annum, quippe octogesimum exciliæ Troiæ refertur, quam temporis notam placuit in Annalibus non præterire; vt pote à plerisque antiquorum vsurpatam, vt Plutarch. Clemente Alexandrino, Velleio, &c. Est porro hic annus Davidis primus quem ab Isai septuagenario genitum ponimus, iuxta ea, quæ anno vigesimo primo Baraci constituta sunt. Confirmatur autem hic annus, ex eo quod scriptum est a, Filium 30. annorum erat David cum regnare cœpisset. Trigessimus videlicet erat in cursu, cum mortuus est Saül, eique successit David, vt suo loco dicitur. Fuit autem filiorum Isai ordine septimus, vt est in 1. Paral. b vel vt est in 1. Regum c octauus; Eorum vnum non naturalem, sed adoptatum fuisse putant, re autem vera nepotem.

ANNVS MVNDI 2951. SAMVELIS & ACHITOB. 12. DAVIDIS 2. TROIÆ 81. DERCYLI 1. Imperij Assy. 1020. ANTE CHRISTVM 1102.

I. Dercyli regnum.

Sabbat 53.

I. Arca quædiu manserit in Cariathiarim. a 1. Reg. 7. b ad. 13. 21.

c 2. Reg. 6. 2.

d 1. Reg. 14. 18.

II. Itællæ requiescunt post Dominum opera Samuëlis. e in Tradit.

HINÆO successit in Assyriorum imperio Dercylus ad annos 40. In quo Eusebio Africano consentit, & his cæteri deinceps, in ordine autem illi perpetuo dissentiunt, non solum propter initium à Nino, vel à Belosumptum, sed etiam propter 4. reges ab Eusebio prætermisissos, iuxta ea, quæ primo Thinæi anno dicta sunt. Itaque Dercylus Eusebio est vigesimus nonus, Africano vero trigessimus quartus. Cogimur porro rerum, quæ ad institutum faciunt penuria, annos aliquot hoc loco transcurrere. Illud tamen obiter dixerim in annum ab hinc tertium, qui erit Samuëlis decimus quintus, annum Sabbaticum 53. incidere, quem annitente Samuele, ab Israëlitis obseruatum putamus.

ANNVS MVNDI 2960. SAMVELIS & ACHITOB. 21. DERCYLI 10. Imperij Assy. 1029. ANTE CHRISTVM 1093.

IGESIMVS est hic annus commorationis Arcæ in Cariathiarim, cuius nominatum Scriptura a meminit, propter comitia Samuëlis in Masphath, quo tempore non recte quidam opinantur Samuelem factum esse Iudicem Hebræorum. Sic enim Samuëlis & Saulis gubernatio non fuisset 40. annorum, vt Scriptura testatur b, sed vix 20. in quorum extremo mortuus est Saul. Falluntur quoque qui putant Arcam non ultra steterisse in Cariathiarim sed translata fuisse in Masphath. Mansit enim in domo Abinadab, vsque ad decimum regni Davidis annum, qui tum eam inde abducta deposuit in domo Obededon, vt scriptum est in 2. Regum c. Nec ibi nisi ad tempus deposita est. Nec abducta fuit ex Cariathiarim, nisi imminente aliqua necessitate, vt cum Saul pugnaturus erat contra Philisthæos d; semper enim ed reducebatur, vt disertè scribit Eucherius. Nec Scriptura asserit Arcam mansisse 20. tantum annis in Cariathiarim, sed vigesimum annum in cursu fuisse, ex quo ibi erat Arca, cum Samuel vniuersum Israël allocutus est.

Hoc ergo anno vigesimo ex quo Arca erat in Cariathiarim, requiescit, ait Scriptura, omnis domus Israël post Dominum. Requiescisse post Dominum dicuntur, ait Hieron. e quia abiectis idolorum sordibus. Domino se ad seruiendum toto corde tradiderunt. Septuag. aiunt reuersos esse ad Dominum, id est penitentiam egisse, idque non vigesimo denique anno à recuperata Arca, sed statim ab accepta clade in morte

Heli, vt plerique notarunt. Id tamen hoc loco memoratur, quia solemniter in conuentu publico, cum certis cæremoniis, profanus omnis cultus abdicatus, atque eiuratus est, diuinus autem firmiter stabilitus. Ait autem Samuel ad vniuersam domum Israël. Si in toto corde vestro reuertimini ad Dominum auferte deos alienos de medio vestri Baalim & Astaroth; a quibus nominibus Idolorum, quæ erant in Syria frequentissima, cætera quoque omnia intelligit; quæcunque ex causa retinerentur; Et quia non solum declinandum est à malo, sed faciendum etiam bonum, subdit, Preparate corda vestra Domino, & seruite ei soli, & eruet vos de manu Philisthim, quibus nimirum seruitis, & eam seruitutem tributo pensitando profitemini. Quæ verba, quia non notatum est vbi dicta fuerint rectè dici potest cum Lyrano & Abulensi, hanc fuisse quasi materiam exhortationum ad populum in singulis vrbibus, quas concionabundus singulis annis obibat.

Sublatis itaque idolis, & inclinata totius populi in Deum voluntate, indixit Samuel generalia comitia in certam diem, in Masphath ciuitate Benjamin, vt ibi publica & solennis fieret abnegatio idololatriæ, & reconciliatio cum Deo. Ibi hauserunt aquam & effuderunt coram Domino, in signum effusi penitus de cordibus suis amoris & cultus idolorum; idque publicè, & cum quadam veneratione factum, corpore ad Arca locum conuerso. Nec ea cæremonia contenti, ieiunauerunt in die illa, atque dixerunt, peccauimus Domino. Vides hic culpæ confessionem, & satisfactionem adumbratam ieiunio, atque abiectioe simulacrorum. Huius autem penitentia Samuel testis, imo Iudex fuit, & apud Deum populumque mediator; idèoque dicitur iudicasse filios Israël in Masphath. Addit Abulensis b, iis verbis contineri quoque reconciliationem personarum inter se, & controuersiarum diremptionem.

Cum autem hæc gererentur in Masphath, Sarapæ Philisthinorū ea de re facti certiores, rati que eos libertatis obtinendæ causa conuenisse, celeriter accitis, quos ad manum habebant, militibus, magnis itineribus ed conuolauerunt. Id dedita opera permisit Dominus, vt reuersos ad se, & sponte ab Idolorum seruitute liberatos, ipse vicissim à Philisthæorum potentia liberaret. Tam formidolosus nuncijs subito percussit filios Israël, ab armis, vt par est credere copiisque militaribus imparatos. Itaque confugiunt ad Samuelem, simulque c, Ne cesses, inquiunt, pro nobis clamare ad Dominum Deum nostrum, vt saluet nos de manu Philisthinorum. At Samuel non solum adhibet preces, sed etiam sacrificium. Tulit enim agnum lactentem vnum; & obtulit illum holocaustum integrum Domino. Quid est holocaustum integrum? num aliquando offerebatur non integrum? nonne Dominus odit rapinam in holocausto? Certe ipsæ temporis angustia, quas imminens hostis afferebat, suadent vt dicamus agniculum non diuisum in partes, vt moris erat, sed integrum; & forte cum pelle, pedibus, & intestinis in flammam iniectum, vt & locus sacrificij, & ritus eius, ac sacerdos ipse præter communem ordinem essent.

Eius exhortationes. a 1. Reg. 7. 3.

III. Indicit comitia in Masphath, & quæ ibi gesserit.

b q. 28. in c. 7. in fi.

IV. Philisthæi confurgunt contra Israëlitas.

c 1. Reg. 7. 8. 9. Samuel orat & sacrificat integrum holocaustum.

d Isai 61. 8.

V. Philisthæi diuinitus terrentur, ac vincuntur.

Dum ardet holocaustum, trepidatque metu populus, Samuel clamauit ad Dominum, non tam sono vocis, quam ingenti mentis affectu, & exaudiuit eum Dominus: & Philisthæis prælium inuentibus, aut potius in promiscuam Israëlitarum cædem iam iamque ruentibus, expedit arma sua Dominus, & insonat fragore magno super Philisthæos, & exterruit eos, cumque eos terror impulisset in fugam, cæsi sunt ab Israëlitis, qui egressi de Masphath, persecuti sunt eos, & percusserunt vsque ad ignobilem quandam locum nomine Bethchar. Vt autem intelligeretur non humanam, sed diuinam fuisse victoriam, Samuelis precibus & sacrificio impetratam, id ipse noua loci denominatione, protestatus est, qui Lapidè adiutorij appellari, ad memoriam accepti beneficii sempiternam. Huius porro victoriæ geminus effectus fuit, prior, quod quandiu Samuel Rempub. administrat, Philisthæi bellum redintegrare non sunt ausi: posterior, quod non solum sui omnino iuris effecti sunt, nec tributum ultra Philisthæis pependunt, sed amissas quoque ciuitates receperunt. Victoria enim vsus Samuel eas vel vi cepit, vel in deditionem accepit. Sed id ad sequentem etiam annum pertinet.

Effecta victoria, receptio vrbiũ & libertatis.

VI. Filij Samuelis Iudices.

Hoc quoque anno filij Samuelis Iudices in populo à patre sexagenario positi sunt. Nec potest hæc institutio ultra commodè differri. Cum enim ex eorum mala gubernatione populus occasionem acceperit petendi regem, oportet vt populus aliquanto tempore expertus fuerit eorum auaritiam & iniustitiam, vt querela probabilis & legitima videretur. Id ergo hoc & sequenti anno experti, tertio gubernationis eorum pertæsi venerunt ad Samuelem, & regem postularunt. Ne autem citius illos iudices factos dicamus, ordo narrationis scripturæ suadet, quem sine causa mutare non licet; suadet quoque Samuelis aras cuius subleuandæ gratia, gubernationis onus in filios ex parte derivatum est. Et apparet propria id eum autoritate fecisse, sine villo populi suffragio: erant quippe eius quasi vicarij, qui ex nutu ipsius & voluntate penderent, vt à patre eruditi, ei possent decedenti in summo magistratu, Deo ac populo annuente, succedere, & post vnam prouinciam rectè administratam, toti regno vtiliter præssent.

ANNVS MVNDI 2961. SAMVELIS & ACHITOB I. 22. DERCYLI 11. Imperij Assyri. 1030. ANTE CHRISTVM 1092.

I. Pax cum Philisthæis & eius conditiones.

Hoc quoque anno reliquias victoriæ Samuelis de Philisthæis, atque effecta persequimur, quod res tota, vt iam diximus, anno præterito non videatur confici potuisse, que crebras Iosephi expeditiones admittimus, siue vt videretur probabilius, accepta diuinitate, & maiore inde timore concepto, pax cum illis certis conditionibus inita fuerit; in quibus fuit restitutio ciuitatum, quas Philisthæi sustulerant Israëlitis, cum agris earum. Deinde remissum est Hebræis tributum, quod haud dubium est seruitutis argumentum, cum tamen Scriptura dicat Samuelem liberasse Israël de manu Philistinorum; quorum proxima etiam clades exigit vt Hebræi in hac pace melioris conditionis fuerint, quam Philisthæi. Et nunc quidem remissam est tributum, sed ea remissio, ipsaque pax exigui temporis fuit. Tertia conditio fuit vt aliqua Philisthæorum præsidia apud Israëlitas residerent, belli motibus impediendis. Et tale fuit præsidium in Gabaa Benjamin, quod Ionathas expugnauit. Denique vt ne fabros armorum haberent vt infra habetur.

Rebus ita cum hoste compositis, Samuel populi negotia liberius tractare cœpit, in iudicis conuentibus per certas vrbes iam dudum constitutis, ad populi commoditatem, vt certis anni temporibus ad singulos conferret sese, ibique populum iudicaret, reliquo autem tempore, si qua res vrgeret, populus ad eum veniret in Ramathã, vbi erat domus eius, & olim Elcanæ patris eius. Sed illud mirum, quod ibi edificauit altare Domino, cum ibi neque Arca esset, neque Sanctuarium. Verum cum esset Propheta merito creditur Deum id ipsi indulsisse, cum autem esset etiam Sacerdos extraordinarius, ibidem etiam sacrificare potuisse.

Interea filij Samuelis constituti Iudices in Bersabee, id est in sinibus regni ad meridiem, iuxta Idumæos, cum patrem longe absentem haberent, & Dei præsentiam non satis reuerentur, à via recta quam à patre didicerant, declinauerunt sectantes auaritiam, munera accipientes, & peruertentes iudicium, in gratiam eorum, qui eis, munera largiebantur, cum ne accipere quidem liceret ad iustè iudicandum. Nam & suspectus redditur aduersæ parti; & cum, à quo munera suscipit, pronum facit ad lites, dum expectat venalem sententiam. His ergo criminibus impliciti, promeriti sunt vt mox ipsi, & familia propria in perpetuum ea dignitate priuarentur, & aditum nouæ Reipub. administrationi aperirent. Est porro hic annus Sabbaticus 54. quem religio sit dubitare studiosè ab Israëlitis obseruatum, cum alter tantum ageretur annus à renouato cum Deo federe in Masphath, opera Samuelis.

Huc refert Eusebius initia regum Lacedæmoniorum, qui ab Aristodemo, vno de posteris Herculis exorti sunt, post eorum reditum in Peloponnesum, qui cum duos filios Lacedæmone reliquisset Procleum & Euristhenem, duarum regiarum familiarum authores fuerunt, quarum vtraque plurimos numerauit in Spartanæ reges. Vide Annales in præsentem annum.

Initia regum Spartanorum.

a. 1. Reg. 7. 14.

b. 1. Reg. 19. 19.

II. Samuel iudicat populum.

Edificata altare alio loco & sacrificata.

III. Filij Samuelis male legunt.

c. 1. Reg. 8. 3.

Annus Sabbat. 54.

IV. Initia regum Spartanorum.

ANNVS MVNDI 2962. SAMVELIS 23. SAVLIS REGIS 1. ACHIE, qui & ACHIMELECH PONTIFICIS 1. DERCYLI 12. Imperij Assyri. 1031. ANTE CHRISTVM 1091.

I. Ratio temporis Samuelis & Saulis.

a. 1. Reg. 13. 21.

II. Achias Pontifex.

b. 1. Reg. 14. 3. & 18.

c. 1. Reg. 21. & in iit. Psal. 33.

III. Maiores natu petunt regem.

VM Samuel Rempub. Hebræorum 20. annis solus administrasset, indeque biennio filios suos Coadiutores assumpsisset nec eorum gubernatio probaretur, populus regem optauit, & à Samuele petiit, qui hoc anno creatus, Rempub. viuo Samuele sexdecim annis rexit, & eo defuncto duobus; sicque vtriusque administratio ad annos 40. protenditur, quos eis Paulus attribuit, licet Saulem solummodo nominari, quod passim omnes fatentur interpretes, & Chronologi accuratiores, vt fusius in Annalibus docuimus. Hæc ratio temporis partim ex ipsa Scriptura sumitur, partim ex ipso tempore gestis rebus gerendisque necessario. Nam à morte Heli vnum circiter annum mansit Arca Domini rã apud Philisthæos quam Bethsamin, tum 20. annis in Cariathiarim, ante renouatum cum Deo fedus in Masphath. Inde secutum est bellum contra Philisthæos, quod annum explet vigesimum secundum, quo etiam tempore gubernatio filiorum Samuelis experientia probata, ac reprobata est. Reliqui sunt igitur octodecim Saulis anni, qui rebus ipsis aptissimè quadrant vt ex singulis annis intelligitur. Samuelem autem biennio ante Saulem mortuum esse suo loco docebimus.

De Pontifice porro probabiliter dicimus Achiam cum Saule ad regnum promotum Pontificatum etiam gerere cœpisse, Achitobo maturius extincto. Is enim sub Saulis initia memoratur in Scriptura pontifex, aut pontificis officium gerens. Et insuper verum esse oportet verbum Domini contra domum Heli, de immatura morte filiorum eius. Qui autem ca. 14. primi regum dicitur Achias filius Achitob, idem cap. 22. dicitur Achimelech filius Achitob, quod Hieron. in Tradit. affirmat. Quod si quis contenderet non vnum eundemque fuisse Achiam & Achimelech, sed fratres Achitobi filios, qui breui spatio alter alteri in pontificatu successerit, non esset id alienum à maledictione iniecta in Domum Heli. Prius tamen videtur probabilius, nomine Achis siue Achias in Achimelech dilatato, vnde Achis rex Gethæus inuenitur dictus etiam Achimelech.

Iam quod ad Regis creationem attinet, eam Samuel ab ipsa origine repetens, petitionem eius cum Authoribus suis, petendique causam, occasionem & locum, quo item modo peritio tam à Deo, quam à Samuele accepta fuerit, perspicuè declarat. Petunt maiores natu Israël quo nomine non seniores solum sed optimates comprehenduntur, ne forte Samuel eam petitionem iuuenili temeritati tribueret. Eosque apparet super tanto negotio inter se delibera-

se, & petendi causas inter se contulisse: deesse videlicet Hebræis belli ducem; regem eis præsidio & ornamento fore; Esse id diuinæ legi consentaneum, & vaticinijs Patriarcharum. Itaque congregati venerunt ad Samuelem in Ramatha, locum in quem ipse lustrata prouincia se conferebat, vbi quasi in hybernis, in propria paternaque habitabat domo: vbi frequenter populo ius dicebat. Venerunt inquam, non tam pertæsi auaritiæ vel iniustitiæ filiorum Samuelis, etsi illa eis occasio facta est, quam ambitioso regalis gloriæ desiderio incitati, & cæterarum nationum æmulatione saucij. Non nullo etiam à Rege Ammonitarum periculo permoti, vt ex sequentibus intelligitur.

Dixerunt ergo Samueli, Ecce tu sensisti, & filij tui non ambulant in viis tuis, constitue nobis Regem, vt iudicet nos, sicut & vniuersa habent nationes. Callida & meditata occupatione præcluserunt Samueli responsonem, dum in patre facultatem, in filiis voluntatem bene gerendæ Reipub. abesse contendent: & alioqui neque rem malam postulant, neque à diuinis legibus alienam; tamen si populo isti nouam atque insolentem. Neque petunt principem, qui nomine tenus sit Rex, sed qui iudicet populum, qui bello præsit, qui rogæ muneribus, militiæque moderetur, qui Rex eo iure sit, quo qui apud alias gentes optimo. Eoque facto non solum filios, sed patrem etiam pene exauthorant. Et si enim deinceps quoque creato rege iudicauit populum, scriptum enim est eum iudicasse Israël cunctis diebus vite sue non ultra tamen supremum gessit in Repub. magistratum, quando Rex illi fuit, cum maiore autoritate ac dignitate præpositus.

Verum vt iniqua non sit filiorum repudiatio præter omnem ordinem iuris, nulloque eis ad emendationem tempore concessio, in gratiam bene de Repub. meriti parentis, iniusta certe atque ingrata est Samuelis quam diximus exauthoratio, qui nihil in ipsos peccauerat, imo plurima ad hanc diem beneficia contulerat, & Rempub. difficillimis temporibus administrat. Verum Samuel, vt erat vir sanctus, propria & domestica iniuria modicè tangebatur. Ægre tulit tamen petitum à populo regem, quia sic aliquo modo se ab immediato Domini principatu subtraherent, & alium præter Deum introducebant, quem regem haberent & Dominum, præter eum cuius adhuc regnum sacerdotale fuerat. Itaque Dominus se abjectum queritur ab Hebræis atque derelictum. Cui consentiens Samuel, exprobrat populo quod dixisset. Rex imperabit nobis, cum Dominus Deus vester regnaret in vobis, & scilicet cum peculiari Dominio, singularem erga eos prouidentiam adhiberet. Aliter enim curam filij gerit pater, aliter magistratus.

Quamuis autem Samuel non leui mœrore, in tristi atque inopinato nuncio affectus esset, nihil tamen vir sanctus sibi imprudenter elabi passus est, nihil dixit aut fecit eorum, quæ cæteri mortales in huiusmodi casibus solent. Sed tacitus collegit se, & ad Deum orandum confugit. Nisi forte credibilis est non dimissos, plane sine responso hosce maiores natu, ne se contemptos putarent, sed eis quod erat in promptu, dixisse Samuelem, grauissimi esse momenti

a Samuele in Ramatha.

IV. Quæ corû petitio.

a. 1. Reg. 8. 5.

b. 1. Reg. 7. 15.

V. Samueli ipse Deo iniuria.

c. 1. Reg. 1. 2.

VI. Samuelis interim modestia.

hoc negotium, se rem ad Dominum delaturum & quæ ab eo didicerit cum fide relaturum. Sicque dimisso in alterum diē sine offensione populo, Dominum oravit ut voluntatem super hac re patefacere dignaretur. At Dominus afflictum seruum suum consolatur, simulque petitioni acquiescit. *Audi, inquit, vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi: non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Quali dicat, ferenda tibi est æquo animo iniuria, quam vides tibi cum Domino tuo communem.*

Quæ Deus consolatur. a 1. Reg. 8. 7.

VII. Dissuadetur populus proposito iuræ regio.

Quamvis autem acquiescat, si populus in ista voluntate perseveret, dissuadet tamen, hoc ipso quod ei ius regni renunciari iubet, ne pergat populus ignotam sibi accersere servitutem. Nominem autem iuris regni plerique intelligunt morem & consuetudinem Regum vtendi subditorum bonis, sine cuiusquam iniuria, si boni fuerint, sin autem mali, pro arbitratu. Sed hæc in Annalibus accuratè explicata reperies. Cum ergo hæc iura Samuel etiam in maius aucta populo renuntiasset, populi tamen sibi male consulētis pernicax rerum nouarum desiderium vicit Dei, & Prophetæ bene monentis suasionem. *Noluit enim, ait Samuel ipse, populus audire vocem Samuelis, sed dixerunt, Nequaquam, supple ista contingent, vel nequaquam acquiescemus consiliis tuis. Rex enim erit super nos, & erimus nos quoque sicut omnes gentes, & iudicabit nos Rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis.* Auertunt isti aurem & cogitationem à consideratione rerum à Samuele propositarum, & eam transferunt in res quæ ipsos in proposito, & propria voluntate confirmant: quod commune est omnibus, qui aliquid ex vehementi perturbatione desiderant opulenta matrimonia, lucra ingentia, supremas dignitates, atrocem vindictam, quorum æmo quid in hisce rebus mali sit considerat, sed ad id vnum, quod in eis amabile est, præceps ruit.

b ver. 1. & 20. Perstat in sententia populus.

VIII. Quam Samuel Deo renunciat.

Responsionem populi indicem fixæ & immotæ voluntatis, ius suum in regem aliquem transferendi, à quo pacis bellique temporibus suprema cum autoritate regatur, qui legibus humanis solutus sit, & à cuius voluntate senatus, conciliumque omne dependeat; hanc inquam responsionem Samuel, ut Dei interpret, ad Deum retulit. Populo autem consentiens Dominus, *Audi, inquit, vocem eorum, & constitue super eos Regem. Et ait Samuel ad viros Israel, vadat unusquisque in civitatem suam. Quali dicat, confecta res est, eritis voti composites, primo quoque tempore Dominus dabit vobis regem: quem, cum primum mihi patefecerit, accersam vos. Interim nihil vos moramur, valete. Interea Dominus secreto Saulem Samueli declaravit, & ab eodem seorsim ab omnibus vngendum curavit. Deinde autem in comitiis per sortitionem populo manifestum reddidit: quæ proximis octavo & nono capitibus continentur.*

ver. 22. Voti composites abeunt.

IX. Quomodo creetur Rex ex tribu Benjamin. c. 13. v. 8.

Genus porro Saulis & tribus videtur fidem prophetiæ Iacobi patriarchæ labefactare, à quo tribus Iuda regia prænunciata fuerat, non tribus Benjamin. Dicendum tamen perpetuum, regem tribui Benjamin à Domino præparatum, Saul non peccasset, ut dixit ei Samuel. Præterea vero eius inobedientia, statuit Deus in

tribu Iuda regnum perpetuum, idque per Iacobum vaticinatus est; ut disputat Abulensis. Dicit etiam potest nihil esse in hac historia discrepans à prophetia Patriarchæ. Non enim dixit nulla in tribu futurum regnum, præterquam in Iudæa, sed non auferendum de tribu Iuda, vsque ad aduentum Messie; cui non repugnat sceptrum ad annos aliquot in Benjamin aliavē tribu fuisse, ut non nunc solum, sed maxime post regni diuisionem contigit. Porro Saul, ad captum illius populi, electus est à Deo, externam primis specie commendabilis, quam interna virtus demissionis animi commendabat. Ipso enim Samuele teste, paruulus erat in oculis suis, quando caput in tribubus Israël factus est.

a 2. 1. 10. 6.

b 1. 1. 17.

X. Saul adit Samuel.

Occasio porro adici à Saule Prophetæ, fuit inquisitio asinarum per aliquot dies irrita, quæ à Saule cum famulo, patris illius iussu, fiebat. Quoniam ergo diuina providentia factum fuerat, ut quærendo ad oppidum Samuelis venirent, pridie monuit illum Dominus, fore ut postridie mitteret ad eum virum de tribu Benjamin, qui vngendus esset in regem. Cumque Saul de reditu cogitaret, quod frustra quærentur asinæ, & panis in viaticum deficeret, & pater Cis sollicitudine liberandus esset, monet famulus adesse prophetam, qui doceret quod quærebant, cumque Saul excusaret, quod non haberet, quod honoris causa offerret viro Dei, inuenta est in manu famuli quarta pars stateris, quæ 7. assibus gallicis respondet, quæ grati animi causa Prophetæ dari posset, post indicatam rem quam scire cupiebant. Ergo ingrediuntur civitatem Ramatha, cumque ascenderent collem eius, inuenerunt puellas à quibus didicerunt adesse Samuel, qui populum ad sacrificium epulumque inuitarat, qui mox adfuturus expectabatur, ut benediceret hostiis, quæ post sacrificium cedebant in cibum.

XI. Eorum occursum, & colloquium. c. 1. Reg. 8. 17. & 18.

Ascenderunt itaque Saul cum famulo in civitatem, cumque ad illius medium iam pervenissent, occurrit eis Samuel, qui domo egressus erat, ut ascenderet in excelsum, vbi tanquam in peramæno loco conuiuium celebrabatur. *Cumque aspexisset Samuel Saulem, Dominus dixit ei. Ecce vir quem dixeram tibi, ipse dominabitur populo meo.* Cum autem Saul propius ad prophetam sibi ignotum accessisset, *Indica, inquit mihi ubi est domus Videntis. At ille, Ego sum, inquit, Videns, Ascende ante me in Excelsum ut comedatis mecum hodie*, significat aperte se esse magistrum conuiuii hac loquendi formula; alioqui duas secum vmbas non ausus fuisse adducere, *Pergit, & dimittam te mane, & omnia quæ sunt in corde tuo indicabo tibi, quæcumque scilicet à me exquirere volueris. Facturus autem fidem de promissione generali, & de eius in regnum electione, quam proximè dicturus erat, antequam quidquam à Saule rogaretur, ostendit sibi notam causam, ob quam se in viam dederat. *Et de asinis, inquit, quas nudum tertium perdidisti, ne sollicitus sis, quia inuenta sunt*, quod mox quoque illi nunciatum est redeunti ad patrem.*

XII. Innuentur Sauli futura dignitas.

Conciliata itaque sibi fide per huiusmodi revelatione, illa statim potiora insinuat de principatu in Repub. sua obtinendo. *Et cuius erunt, inquit, optima quæque Israel? Nonne tibi, siue*

tua, & omnis domus patris tui? Optima quæque eius futura dicit, non quasi ablaturus sit singulis quæcumque placebunt, quasi id sit regij iuris, sed quod omnes populares suos, in singulis, quæ bona munerantur antecessurus sit, diuitiis, autoritate, honore, feruorum & famulorum copia, ædium magnificentia, vestimentorum gloria, vestigaliū amplitudine, insignium regionum decore, &c. quæ ait ex peruulgata principum consuetudine, in familiam eius esse redundatura. At Saul te inopinata percussus, incredibile putat hominem de minima Israëlitarum tribu & nouissima cognatione in regem eligi. Facile intellexit Saul obscurum alioqui sermonem, quod propinqua Regis creatio tunc sermonibus omnium iactabatur. Samuel autem, ut iam coniecturam aliquam promissionis suæ daret, eum in loco omnium honoratissimo collocavit, in capite omnium conuiuarum.

XIII. Conuiuatur cum propheta.

Comedit ergo Saul cum Samuele in die illa: sumptum autem cibo, id est cæna peracta, *descenderunt de excelso in oppidum in Samuelis domum, & locutus est cum Saule in solario, quæ nimirum ad Dei timorem & optimam regni administrationem pertinebant. Stravitque Saul in solario & dormiuit*, intellige cælum tum fuisse æstuosum, neque tamen conopæum regni candidato defuisse. *Cumque mane domestici surrexissent, & iam illucesceret*, excitauit Saulem Samuel adhuc quiescentem, *dicens surge & dimitte te. Et surrexit Saul, & egressi sunt ambo, ipse videlicet & Samuel. Cumque descenderent, & essent iam in extrema parte ciuitatis* (Erat enim tota ciuitas decliuis, utpote in colle sita, in cuius supremo vertice erat Excelsum, siue Bama, tum quasi medio in colle oppidum ipsum) ad cuius extremum cum ventum esset, *dic puerò inquit, Samuel, ut antecedeat nos & transeat, tu autem subsiste paulisper, ut indicem tibi verbū Domini.*

XIV. Qui fecerunt parat vñtionem.

Voluit Samuel femotis arbitris vngere Saulem, cumque amplecti, atque osculari, id eoque præmisit famulum. Ex quo etiam intelligere possumus hanc vñtionem nequaquam in media via, ut videri posset, fuisse peractam: sed ductum potius Saulem à Propheta in locum idoneum ac secretum. Qui enim famulum huius mysterij conscium esse noluit, quomodo in oculis ciuitatis eam vñtionem peregisset? Intererat autem communis boni neminem priuatæ huius inaugurationis esse conscium, ne reuulgata zelus inter proceres accenderetur, & Samuelem suspectum haberent collusionis cum Saule, qui diuinam eius electionem, de qua nihil adhuc publicè constabat, anteuerteret, facilièque Core aliquis extitisset, qui pro imperio, ut ille pro sacerdotio, in populo turbas excitaret. Itaque oportuit diuinam iussionem secreto impleri, dum publicè per sortitionem diuina Saulis electio appareret, quæ frenum ambitioni, & ori silentium imponeret.

XV. Inungitur Saul & cur non à Pontifice. a 1. Reg. 10. 1.

Dimisso famulo, & seorsim subsistente Saule, & in genua, ut par est credere, procumbente, siue ad recipiendum diuinum oraculum, siue ad sacram vñtionem pro inauguratione regni, *tulit, Propheta lenticulam olei*, id erat vas vnguentarium, ex lentis figura ita nuncupatum quod quidam aureum vel argenteum, alij eburneum, aut etiam fictile putauerunt, & effudit super caput eius, & deosculatus est eum, & ait:

Ecce unxit te Dominus super hereditatem suam in principem, & liberabis populum suum de manibus inimicorum eius, qui in circuitu eius sunt. Extraordinarij reges, quales fuerunt Saul & Dauid, alique nonnulli, ut Iehu & Azaël à prophetis inungebantur, quibus nota erat extraordinaria Dei voluntas. Ordinarij vero principes, putà ex successione legitima, à summo pontifice initiabantur, ut Salomon, Roboam, &c. & quidem oleo sacro siue vnguento, artificiosè composito, quo ipsi quoque pontifices, atque sacerdotes, & vasa sancta inungebantur, de quo in Exodo pluribus. Superiores autem illi oleo communi videntur inuncti, quamuis ex tempore à Propheta consecrato: quod de Saule Iosephus affirmat. Certe oleum sacrum diligenter in sanctuario conseruabatur: nec inde petere ad secretam vñtionem, sine multorum suspitione licuisset. Idemque de secreta Dauidis vñtionē dicendum est.

a Exod. 20.

XVI. Inungit, & osculatur, vt Dei vicarius.

Sicut autem Samuel tanquam Dei minister Saulem inunxit, ut illa verba docent, *unxit te Deus in principem*, sic etiam eiusdem loco osculatus est eum. Et unxit quidem eum, in signum diuinæ potentie atque auctoritatis illi communicatæ, quantum quidem ferre potest humana conditio: osculatus est autem eum non solum in signum mutæ benevolentie, sed diuini etiā in ipsum amoris, quo ille, tunc purus & innocens, plenus erat, ad mutuo eum amore profectendum. Et quoniam osculum est iudicium pacis, hoc etiam osculo significari vult Gregorius ad regis officium pertinere, pacem Deum inter & homines conciliare: adde etiam pacem cū populo suo, cuius caput & pater est, & quasi sponsus conseruare. Omitto alias cæremonias, quas consulti Annal. suggerent, præsertim quod tunc à Samuele non fuerint usurpatæ.

b m. 1962. n. 90.

XVII. Tribusque signis confirmat.

Cæterum cum Saul pro suo tum candore ac simplicitate, ad tam inopinatam dignitatem attonitus hareret, & erant plerumque Hebræi tardi corde ad credendum. Samuel illi tria signa dedit, quæ cum sibi diuinitus prænunciata, ex ipsis euentis certo cognosceret, de collata quoque sibi diuinitus Principis dignitate minime dubitaret. Erantque eo credibilia, quo pluribus erant circumstantiis definita. Primum fuit de occursum eorum à quibus auditurus erat inuentas esse asinas, quæ quærebantur. Alterum fuit de viris à quibus accepturus erat panes. Tertium de accipiendo spiritu prophetiæ in occursum prophetarum descendendum de excelso. Id autem futurum erat in colle Dei id est in Gabaa Benjamin, *ibi enim erat statio Philistinorum*: quæ ipsa erat patria Saulis, vnde & Gabaa Saulis postea appellatur. Idque confirmat non solum grandis natu patrus, quem ibi inuenit, sed multitudo etiam eorum, qui nouerant eum, qui animaduersa mutatione diuinitus in eo facta, disponebantur ad credendum, eum electum à Deo ad regnum, ad quod breui assumendus erat. Dicitur autem locus ille *Collis Dei*, quia & excelsus erat & ibi prophetæ Dei habitabant, ut ait Hieron. qui erant religiosi conuentus à Samuele instituti, latiusque propagati.

Spiritum prophetiæ vbi accepit.

c. 11. 4.

d in Tradit.

Non erant igitur isti prophetæ, quales vulgò celebramus, qui diuino lumine illustrati, aut occulta reuelabant, aut prædicebant futura, vt

XVIII. Et cuiusmodi prophetiæ. Isaias.

Ilaias, Jeremias, & Samuel ipse: sed viri sapientes, in lege Domini, diuinisque mysteriis exercitati, qui diuinas laudes celebrabant, vt David in plerisque psalmis, & focij Danielis in fornace. Neque celebrabant tantum recitando, sed canebant etiam, & ad musicos vocis modos adhibebant instrumenta musica, vt olim Maria soror Moyfi cum sodalibus, & deinceps qui cantores dicti sunt; quorum cum esset ingens copia, eos David in 24. classes distribuit. Hi ergo cum in templo, aliove religioso loco, praesertim sacrificij tempore canerent, dicebantur prophetare. Et in horum numero Saulem ad tempus futurum praedixit Samuel, cum ait. Et insiliet in te Spiritus Domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis, in virum alium.

Prædicat enim fore vt Saul repente imbuetur diuinitus spiritu quodam intelligentia, quo possit cum cæteris, qui huic studio pridem incubuerant, scienter & perite in psalmos, & Cantica prorumpere, quamuis hactenus eiusmodi scientia fuisset imperitus, quod est mutari in virum alterum; iuxta Abulenensis expositionem. Eum autem spiritum non per modum habitus permanentem habuit, sed transeuntem ac per modum actus, vt loquuntur in scholis. Non enim volebat Dominus eum esse prophetam, sed dare illi prophetiam in signum mutationis in eo factæ, ad quod sufficiebat semel prophetare. Itaque finito quamprimum actuali illo influxu desit prophetare; donec iterum post aliquot annos, insiluit in eum idem spiritus, cum adiret Samuelem ad comprehendendum Dauidem, & prophetauit, sicut & nuncijs, quos præmiserat.

Hoc vaticinium de tribus signis Samuel ita concludit, Quando ergo euenerint signa hæc omnia tibi fac quacumque inuenerit manus tua, quia Dominus tecum est. Quasi dicat, vide vt Deum loquentem audias, siue priuata inspiratione suggerentem, quid facto sit opus, in quoque negotio, siue intermedio sacerdote vel propheta. Cum enim nihil absque consilio faciendum sit, minimè omnium publica negotia, quæ magni momenti sunt in vtrâque partem. Itaque partim hac ipsa de causa, partim ad maturè docendum regem, ita ipsum solum esse legibus humanis vt Deo semper obedire debeat, sibi per ministros suos prophetas, aut sacerdotes loquenti, iubet eum descendere in Galgala, ad sacrificia Deo per sacerdotes offerenda, ibique Samuelis aduentum septiduum expectare, ad exquirendam, addiscendamque Dei voluntatem. Quod præceptum cum parum obseruasset, reprobatus est miser.

Ita institutus ac confirmatus Saul, cum auertisset humerum suum vt abiret à Samuele, immutauit ei Deus cor aliud, id est, interprete Theodoro, cum prius fuisset ingenio ac moribus rusticianis, spiritum regium accepit, spiritum fortitudinis, ac magnitudinis animi, & latitudinis cordis, quo subditos omnes recipere, ac confouere posset. Progressus didicit repertas aſinas, & paternam de se sollicitudinem: inuenit qui ad orandum pergerent, & se primitiis panum honorarent. Denique venerunt in Gabaa patriam suam, in qua erat collis Dei, & habitatio prophetarum laudantium Deum, qui Sauli urbem subeunti occurrerunt, cum qui-

bus & ipse, insiliente in eum spiritu diuino, cum omnium admiratione, prophetauit, sic vt proverbio daretur locus, si cui aliquando bonum aliquod præter expectationem, aut dignitatem contigisset, Num & Saul inter prophetas? Cessante autem influxu illo prophetico, venit ad Excelsum, vnde grex ille prophetarum descendit, ibi Deo gratias egit de collatis beneficiis, simulque gratiam postulauit Reip. bene administrandæ. Id enim loci illius conditio, & præsens Saulis virtus, cui cor nouum contigerat, & status Reipub. non satis tum liberæ, vel pacificæ facile persuadent.

Eo pietatis munere perfunctus, venit Saul domum, suisque super hoc prodigio admirantibus, dixit patrum Saul ad eum, & ad puerum eius, quò abiisti? Erat is Ner frater Cis patris eius. Illi autem id quod erat responderunt, ille se ad quærendas aſinas, quas cum non reperissemus, inquit, venimus ad Samuelem, qui scilicet, ignota cognosceret ac patefaceret. Nominato Samuele existimauit Ner se ad ipsum quasi fontem peruenisse prophetiæ huius aduentitiæ. Inquirat itaque ac scrutatur. Indica, inquit, mihi quid dixerit tibi Samuel. Totum ordinem rei gestæ scire desiderat: discit autem tantum quid de aſinis Samuel respondisset. Vltro scilicet declarasse inuentas esse: addidit etiam fortasse exceptum se fuisse conuiuio plurimumque honoratum. Quin etiam prædixisse illum, quos in itinere inuenturus esset, & fore vt in vrbis ingressu prophetaret. Hæc enim omnia publica erant, & poterant tacente Saule à famulo patefieri. De sermone autem regni tacuit, neque inunctum se in regè, neque signa sibi in eius rei confirmationem data, & nominatim prophetiam, quæ ipsos in admirationem traxerat. Quæ ipse vel propria demissione animi, vel inuidiæ metu, vel secreti fidelitate rexit.

Cæterum Samuel post aliquam dilationem, si forte studia populi regem ambientis refrigererent, statuit populum conuocare; vtique Deo annuente, sine quo nihil illi maioris momenti suscepisse certum est, & generalia omnium tribuum comitia in Masphath indicere, ad diuinam regis electionem agnoscendam. Ea prius indici per omnes tribus debuerunt, & idoneum assignari tempus, vt omnes quam minimo incommodo conuenire possent. Eam comitiorum indicationem, in proximum veris initium, hoc quoque anno factam putamus; quando etiam ex præscripto legis ad paschalem solemnitatem conueniendum erat: simulque vitabantur perfectiones hyemales; quæ plerisque vrgentur incommodis.

ANNVS MVNDI 2933.

SAMVELIS 24. SAVLIS 2. ACHIAE 2.

DERCYLI 13. Imperij Assy. 1090.

ANTE CHRISTVM 1090.

SECUNDVS hic Samuelis annus percelebris est, tum populi totius comitijs ad creandum Regem, tum bello Ammonitico, tum denique alijs in Galgala comitijs: res tota reli-

a Exod. 15. 20. 21. b 1. Par. 25.

c c. 10. 6.

XIX. Quam per modum actus accipit.

XX. Conclusio vaticinij Samuelis.

Accipit mandatum.

XI. Mutatur corde, & signa prænunciata experitur.

Venit in excelsum & orat.

XXII. Eiusdem domi cum Neræ patris colloquium.

XXIII. Samuel indicit comitia in Masphath.

I. Res anni huius, tempus & circumstantia.

quo decimo capite, vndecimo ac duodecimo primi Regum continetur. Et priora quidem comitia in decimum fere mensis Nisan indicij celebrarique potuerunt; quibus cito expeditis successit paschalis solennitas, quæ cum dies aliquot tenuisset, Dimisit Samuel omnem populum, singulos in domum suam. Sed & Samuel abiit in domum suam in Gabaa, & abiit cum eo pars exercitus. Idem fere post mensem, bellum à rege Ammonitarum suscitatum est, decimo octauo circiter secundi mensis die, tenuitque dies septem. aut ad summum octo. Clade autem Ammonitis illata, ventum est in Galgala, ibique conuenit omnis populus ad confirmandum Sauli regnum; quæ res ad festum vsque Pentecostes facile protraxit, quando primitiæ frugum triticeæ messis offerrebantur Domino. Quod festum illis significatur verbis. Nunquid non messis tritici est hodie?

Fuisse porro celeberrima hæc comitia ex eo facile intelligitur, quod agebatur res longe maxima & magnis studijs expetita. Ipsa quoque rei nouitas, & pristinae gubernationis forma commutanda magnam excitabat expectationem. Conueniunt itaque omnes tam ultra quam citra Iordanem à Dan vsque Bersabee, & conueniunt in Masphath, eoque probabile est delatam ad breue comitiorum tempus Arcam Domini, inuitante vicinia, & probante ex Hebræorum traditione Hieronymo; ad id tamen Scripturæ verba non cogunt. Comitiiis porro & sortitione opus fuit, vt qui electione diuina rex factus fuerat, à toto populo agnosceretur ac reciperetur. Deinde cum aliæ tribus ac familiae, nobiliores essent ac populosiores tribu ac familia Saulis, vt ipsemet ingenuè apud Samuelem fatebatur, nunquam ambo tanta inuidiæ ferendæ pares esse potuissent, nisi Deus ipse, qui sortes erat temperaturus, quem ipse elegerat in regem, sortitione minime suspecta, pateficeret.

Congregato vniuerso populo, Samuel qui ignota adhuc Saulis dignitate, omnium Iudex erat, & caput summi omnium principis nomine, ad populum orationem habuit, qua primum suam illi exprobat ingratitude, pro vt iam edoctus fuerat à Domino, cum ad eum retulit optimatum postulationem, qui sapientissimum moderatorem, & de ipsis grauissimis in periculis optime semper meritum, quasi malæ fidei, malæque administrationis conuictum, abdicent, & alio in locum eius, atque immediatam gubernationem suffecto, quantum in ipsis est, repudient. Deinde iubet populum omnem in tribus suas, familiâque distribui, locisque disungi, ne qua confusio contingeret; tum scripto adhibita, sic vt quot tribus ins habebant vt eligi possent, tot schedulæ propriis earum nominibus inscriberentur, ac complicarentur, & quidem omnino similes atque æquales. Quod ipsum in familiis domibus, ac viris in quaque tribu factum oportuit.

Prima tribuum sortitio facta est coniectis in sinum vel vnam tredecim schedulis, qua agitata in omnium oculis puerulus aliquis innocens, vt fit, iussus vnicam ex omnibus schedulâ educere, Benjaminiam eduxit, quo facto reliquæ omnes tribus, cum suis familiis domiciliisque, spe sua deciderunt. In tribu vero Ben-

jamin vltius ad familias procedendū fuit, & à singulis familiis siue cognationibus suæ schedulæ coniectæ sunt in vnam, ex qua familia Meri, inde domus Cis, postremo persona Saulis educta est. At ille rei futuræ conscius, pro sua modestia non aderat. Quæserunt ergo eum, ait Samuel, & non est inuentus, in familia scilicet, aut tribu sua, aut omnino in toto Israelitarum cœtu. Et consulto à Samuele Domino, an sponte sua venturus esset, an vero quærendus, & vbi. Respondit eum latere domi inter vasa, non domi propriæ, sed in qua Cis parer eius, & ipse ius habebat hospitij, in oppido Masphath: nam propria domus erat in Gabaa.

Misit Samuel, qui eum inde euocaret, ac deducerent in comitium. Stetit is in medio populi, & apparuit statura tam excelsa, vt vniuersos toto capite superaret; quem cum Samuel quoque hoc nomine commendaret, erupit fausta populi acclamatio, vitam illi de more ac felicitatem comprecantis. Additam mox etiam nouam inunctionem coram populo vniuerso admodum credibile est. Cum enim prioris vnctionis nulla sit hoc loco mentio, satis apparet tantam cæremoniam minimè fuisse prætermittam, quæ regè ipsum redderet augustiorem, & sine qua tota res satis frigida videretur, præsertim apud rudem populum, & ab externis signis plurimum pendente, & ipse rex, sine sacra vnctione, vnus de plebe haberetur. Cum ergo è republica esset nouum regem, alioqui neque tribu neque familia insignem, externo cultu honorari, & reddi cõmendabilè, etiâ oleo pōtificio è vicina Nobe petito vnctū fuisse non temerè affirmare possumus, Sulpiciū secuti, qui eā vnctione à Samuele factā putat, impositâque eius capiti manus. fusaque preces cum inuocatione diuini nominis, cæteraque omni celebritate, quam in Annalibus, si videbitur, leges.

Quod autem dicitur Samuel locutus ad populum legem regni, antequam eum dimitteret, videtur orationem habuisse de mutuis regis & populi officijs inter sese, vt regnum pacificè gubernetur & floreat, ne vel rex in populum tyrannidem exerceat, vel populus vim in regem, seditionemve moliat. Nam Gregorius magnus Samuel, inquit, coram rege ad populum loquitur, vt rex sciat à populo quid exquirat: sicut populus quid exhibere suis regibus debeat: quæ lex in libro scribitur, vt pro futurorum memoria reseruetur; coram Domino ponitur vt venerabilis habeatur. Dicit etiam posset scripta ibi quoque fuisse acta publica istorum comitiorum: vt posteri eorum modum, ac formulam à tanto viro profectam reuerenter susciperent, & imitarentur in posterum.

His ita transactis, Samuel qui populum conuocarat, eum quoque dimisit, annuente Saule, qui abiit domum in Gabaa ipse quoque, ibique pene ad priuatam vitam rediit, vt qui post vnum mensem boues de agro reuertentes sequeretur. Nihilominus abiit cum eo bona pars populi, quorum Deus corda tetigerat, ad illum honorandum, quem Deus suffragio suo ad supremum extulerat apicem dignitatis. Apparet autem eosdem hoc perfunctos vrbianitatis officio, ad sua quemque tabernacula reuertisse. At extiterunt quidem filij Belial improbi scilicet & ad seditionem parati qui dixerunt, Num

qui aberat.

V. Deducitur ad Comitium.

Ibi fors in eum cadit & iterum inungitur.

VI. Lex regni Samuelis quæ.

a in c. 16. 1. Reg.

VII. Dimituntur Comitium.

Quidam Saul con- temnant. c. 10. 27.

VIII. Qui pru- denter dif- simulat.

a c. 11. 12. 13.

b Prou. 20. 28.

IX. Bellum Ammoniti- cum, & ratio tempo- ris eius. c. 12. v. 12.

Cur nomi- natim con- tra Iabesit- as.

X. Qui obtin- tis induci- as aduent- Saulcem.

Idque pro- batur.

XI. Absente Saule res in Gabaa vul- garur.

saluare nos poterit iste, & desperunt eum, & non attulerunt ei munera, quibus suam in eum obseruantiam testarentur. Hos suspicari non temere possumus Ephraimitas, vt ex Gedeonis & lephte liquet historia. Forte etiam aliqui in his fuerunt de tribu Iuda, cui regnum præ cæteris promissum debitumque videbatur. Adde si videretur, ciues Iabesitæ, quibus cum imminerent Ammonitæ, nuncios non ad regem, sed ad vniuersos terminos Israël, auxiliij causa miserunt. Sed id mox viderimus.

Quamvis autem istorum filiorum Belial desideratum sit officium, Saülis tamen prudentia minime desiderata est: quippe qui intelligeret hoc stabiliendi regni tempus esse, non iniurias vlciscendi; ideoque dissimulabat se audire. Quin etiam aliquanto post, cum vindictam haberet in manu, parata de hoste victoria, & ad vindictam ab amicis incitaretur, non acquieuit, non ignorans thronum regium clementia roborari.

Interea ortum est bellum inter Ammonitas & Israëlitas, quod nouo Regi & gloriam, & populi beneuolentiam conciliauit. Ortum autem dicitur, quasi post mensem, à solutis videlicet comitiis, vt placet Abulensi. Sed quomodo post mensem ab electo rege venit Naas, cum eius aduentus causa fuit petendi regem, vt Samuël ipse testatur? Respondent Interpretes aliqui, eum bis venisse contra Israëlitas, sed priorem expeditionem non fuisse expressam, in qua vexauit Israëlitas, adeo vt ad regem perendum, qui pro ipsis bellum gereret, excitarentur. Quod autem nunc peculiariter Iabesitis imminet, & fœdus eorum & seruitutem tributariam videlicet, respuat, sed oculos dextros cuius omnibus eruere velit, eosque cæteris omnibus Israëlitis propinare deridendos, id videretur ad singularem aliquam Iabesitarum iniuriam, Ammonitis verbo, vel facta irrogatam, esse referendum; pro qua expianda hanc vltionem deponat Naas.

Tam tristi denunciatione territi Iabesitæ inducias septem dierum petunt, vt mittamus, inquit, nuncios ad vniuersos terminos Israël, & si non fuerit qui descendat nos egrediemur ad te, passuri quod libitum fuerit. Non sine causa miratur Abulensis nullam ab istis Regis fieri mentionem, quem tamen huius belli gerendi causa poposcerant. At dicendum videtur Iabesitas ad vnum Saulem per nuncios confugisse auxiliij causa. Nam Septuag. habent venisse nuncios in Gabaa ad Saulem, textus Hebræus Latinusque habent venisse in Gabaa Saülis: cur illuc primum, nisi ad petendum ab rege auxilium, & ex illius arbitrio cæteros conuocandos? Non nominarunt autem apud Ammonitam nouum regem, siue vt eum facilius improvida securitate lactarent, qui persuasum haberet eum nullo esse numero; itaque sibi rem fore cum ouibus pastore destitutis; siue vt facilius septem dies impetrarent, qui necessarij erant ad percursandas omnes Israëlitarum tribus. Quod autem Naas non grauate concessit inducias, nimiam fiducia, quod victoriam sibi exploratissimam putaret, tribuendum est.

Cum ergo legati venissent in Gabaa ad Saulem, isque tum casu abesset ab oppido, non potuerunt interea vehementissimi doloris causam taciti retinere, itaque dum ille rediret maiores

natu, & magistratus diuersi abierunt, breuique tota vrbis vulgata, plorataque res est, quia de imminente fratrum suorum calamitate agebantur. Interim aduenit ex agro Saül, qui in ipso vrbis aditu audito clamore, ploratuque, quos primam habet obuios, vt sit interrogat, remque ab ipsis prius accepit, quam à nunciis. Statimque animo vehementer commotus est, hominem spiritu fortitudinis & zeli diuinitus inuadente, vt qui nosset hanc vltionem ad se pertinere. Et assumens virumque bonem concidit in frustra, misitque in omnes terminos Israël, id est primarias vrbes omnium tribuum, cum hac interminatione. Quicumque non exierit, & securus fuerit Saul & Samuël, sic fiet bobus eius. Quæ pœna nec summa fuit, ne à principio seuerior videretur Saülis principatus, neque exigua cum omnes fere opes huius populi gregibus armentisque constarent. Prudenter quoque fit mentio Samuëlis, propter eximiam eius in populo authoritatem, vitæ sanctitate, & rerum gerendarum peritia comparatam.

Inuast ergo timor Domini populum, & egressi sunt de suis quisque locis in conductu ad conueniendum locum, tanta facilitate ac promptitudine, quasi vir vnus tantum euocaretur, vna omnes mente atque sententia. Locus fuit Bezec ad ripam Iordanis, vt is quamprimum traici posset. Eo congregata sunt intra sex dies de tribu Iuda 30. millia bellatorum, de cæteris autem trecenta millia. Pridie autem quam finirentur induciæ, remissi sunt nuncij ad suos, qui certum auxilium in posterum diem nunciarent. At ille læti hostem dissimulatione fallendum putarunt. Præ se tulerunt enim desperata sibi auxilia, seque deditio facere paratos, vt Ammonitæ nihil sibi metuêtes otio torperent, & incanti ipso die speratæ deditio opprimerentur. Dum ergo vna ex parte deditio, præda, mutilatioque; ex altera auxilia, victoria, commutatioque fortunæ Israëlita nocte, quam minimo fieri potuit motu, Iordanem transeunt, tribubus, quæ trans Iordanem erant, certe in loco expectare iussis,

Albescente cælo Saül copias omnes tripertito diuidit, vt tribus simul ex partibus nec opinantes Ammonitas inuadens, terrore, confusione, cædibus cuncta replet: mediam ipse partem reseruauit sibi, cæteris ad dexteram & sinistram castrorum hostilium partem, simul in orbem oppugnandam, abire iussis; quod abundante multitudine facile fuit. Saül ergo ingressus est media castra in vigilia matutina quando placidissimus somnus mortalibus blâditur: & priusquam satis expergiscerentur armæque turbidi conclamarent, punctim cæsimque conficiuntur, & qui alienos oculos effossuri erant, sua ipsi pectora perfodienda præbuerunt. Nec salus reperiebatur in fuga, quod in hostem vndique circumfusum incurrerent, quin etiam eodem ipso tempore Iabesenos vrbe egressos, omnia hostium munimenta, præsidiaque perripisse, in hostem non iam supplices, sed feroces furentesque; irruisse, etiam tacente Scriptura facile intelligitur. Si qui autem fuga, latebris, pretio mortem redimebant, ita dispersi erant, vt ne duo quidem simul inuenirentur, nedum turmatim effugerent.

At Saül, vt probabiliter tradit Iosephus, non contentus seruasse Iabesenos, in Ammonitarum regionem irruptione facta totam vastauit. Non tam

Saül nouo modo Israëlites ad bellum euocat. a. 1. Reg. 11. 7.

XII. Conueniunt ingentes copie ad conductum locum.

Hostis dissimulatione fallunt.

XIII. Eas Saül respertio diuidit.

Et hostem vndique circumfusum, & cædit.

XIV. Vastat Ammonitæ, Naas tamen euadit.

An regni David 17.

c. 11. v. 12.

Saülis mactuetudo.

XV. Regnum Saülis confirmatur in Galgalis. 1. Reg. 11. 14. 15.

Cum sacrificiis & epulis. 1. 6. Ant. c. 6.

XVI. Samuël coram rege probat innocentiam suam.

1. Reg. 12. 1.

XVII.

men probabiliter putat regem Naas in hoc bello cæsum. Nam 2. Reg. 10. mittit Dauid Rex legatos, ad filium eius Hanon, qui eum in recenti luctu de patris morte consolentur, quod supra 10. abhinc annis contigit. Tot ergo annis superstes fuit is, quem nunc mortuum Iosephus fabulatur. Hoste igitur Israëlitarum non cæso sed debellato, planèque domito, noui regis auspiciis, populus cui hæc victoria valde commendauerat Saulem, ait ad Samuëlem, Quis est iste qui dixit, Saul non regnabit super nos? date viros, & interficiemus eos. Quasi dicant, profiteantur, si audent, nomen suum, & illico iniuriam, & contemptum Regis, superbiam suam, seditionemque morte luunt. Ex quibus verbis intelligitur non magnam fuisse multitudinem istorum filiorum Belial. Quomodo enim exercitus maiorem partem populi ad mortem deponeret? At Saül non minore fortitudine quam hostem vicerat, vindictæ appetitum deuicit, iniuriam oblitterauit omnem, & victori Deo condonauit, nec permisit lætitiæ victoriæ, ciuili sanguine cruentari.

Samuël autem occasionem bene animati in nouum regem populi, non est passus sine vtilitate perire, sed populum ad confirmandum communi omnium suffragio Saülis regnum, factamque dudum electionem eius, excitauit, priusquam se inuicem disungerentur. Venite, inquit, & eamus in Galgala, & inuouemus ibi regnum. Et perrexit omnis populus in Galgala, & fecerunt ibi regem Saul coram Domino in Galgala. Apparet eò translata ad hanc celebritatem, Arcam Domini, quod suadet illud, & immolauerunt ibi victimas pacificas coram Domino. Apparet iterata omnia, præter sortitionem, vt arbitror, quæ in priore initiatione acta fuerant. Nam Iosephus, Ibi rursum, inquit, inspectante tota multitudine propheta vnxit Saulem sacro oleo, atque iterum regem consalutari fecit. Iteratis autem pacificis victimis, epulæ de more secutæ sunt, quas innuit Scriptor sacer, cum ait lætaturus ibi Saule, & vniuersos Israëlitas vehementer exhilaratos. Quæ autem sine epulis & ludis lætitiæ popularis?

Altera horum comitiorum causa fuisse videtur Samuëli, quæ ipsum propius attingeret, vt testimonium abstinentiæ & integritatis suæ, coram rege, ab vniuerso populo acciperet; simulque eo exemplo Rex ipse doceretur abstinentiam, ne populo iustam præberet occasionem querelarum. Noluit quoque populum intelligere, quanta esset regis authoritas, cuius se ipse iudicio sponte submitteret, in iis quæ ad Reip. administrationem perinerent. Hæc autem fuit eius ad populum coram rege oratio. Ecce audini vocem vestram, iuxta omnia, quæ locuti estis ad me, valet hoc officium, ad conciliandam Prophetæ beneuolentiam, & constitui super vos regem, vntione iam tertio iterata. Et nunc Rex graditur ante vos, vt petieratis, & proximo bello experti estis. Id autem nunc per commodè accidit, nam ego senis, & incanui, vt vltra laboriosis operibus pro Reip. par esse nequeam. Porro filij mei, quos accusastis apud me nuper, vobiscum sunt, non subterfugiant iudicium, rationem reddere possunt administrationis suæ, ætatem habent, ipsi pro se loquantur.

Me autem num parati estis arguere? qui conuersatus sum coram vobis ab adolescentia mea

vsque ad hanc diem, potuit idem de pueritia, & infantia dicere. Prouocat ergo eos ad publicè ipsum accusandum coram ipso Rege, qui nunc legitimus est totius populi Iudex: & nominatim crimina quædam exempli causa profert, vim, calumniam, auaritiam. Cum autem illi publicè innocentiam testimonium dedissent, transiit ad reprehensionem eorum, ob immutatam Reip. gubernationem, vt agnita culpa, veniam peterent & obtinerent. Cumque iam confessi essent nihil fuisse causæ ex parte Samuëlis cur abdicarent eum, ostendit multo minus causæ fuisse ex parte Dei, cur illi nolent immediate subesse, à quo tot beneficiis antiquis atque recentibus affecti essent, quorum aliqua cursum recententur; vt intelligatur potuisse Hebræos ab hostibus, sicut hætenus sine rege liberari.

Verum quia iam culpa erat admissa, nec integrum erat populo ad priorem statum redire, consolatur eos Propheta, docens quomodo nihilominus Deum possint habere propitium, quem habuerant suæ postulationi consentientem. Non vltro tamen ac sponte sua sic voluit Dominus, ab ea quippe mente eos renocare cupiebat propositis iis, quæ subditi à regibus pati solent, sed eorum postularis denique acquieuit, ita vt Dominus ipsis potius obedierit, quam ipsi Domino. Nihilominus, si timueritis, inquit, Dominum, & seruiueritis ei, nec aperum vobis. & iratum factis vestris reddideritis, eritis & vos, & rex qui imperat vobis sequentes Dominum Deum vestrum. Quasi dicat, ne existimetis vos, quia peccastis petendo regem, in eo retinendo in peccato semper fore: ideoque eum abiiciendum esse, si velitis sequi Dominum. Nam si Deo seruiueritis, & mandata eius custodieritis, poteritis cum rege vestro illi esse accepti. Sin contra eum offenderitis, sentietis & vos & reges vestri vlticem eius manum.

Nec verbis contentus Samuël, prodigio diuinitus edito populum contra Deum peccasse docet. Itaque clamauit ad Dominum, magno nimirum affectu, aut etiam sono vocis, statimque contenebrati sunt cæli, & nubes cum fragore dirumpi cœperunt, imbresque violenti decurrere. Cum enim miracula fierent, & in signum, oportuit etiam ordinarium modum mensuramque superari. Quibus visis auditisque, timuit omnis populus nimis Dominum & Samuëlem. Dominum quidem, cui tonitrua, imbres & tempestates famularentur, Samuëlem, qui illa tam facile impetraret: Dominum ne forte quæ erant in signum fierent in supplicium, Samuëlem ne qui fuerat accusator, fieret etiam peccati vindex, qui tamen ita perterritos confirmat, vt eum metum in detestationem vanitatis idolorum translatum velit, spondetque preces suas pro ipsis apud Dominum non defuturas, neque constantem suam, in ipsis recta docendis, laborem.

ANNVS MVNDI 2964. SAMVEL. 25. SAULIS 3. ACHIE Pont. 3. DERCYLI 14. Imperij Assyrior. 1033. ANTE CHRISTVM 1089.

Aggredimur tertium Saülis annum, quorū priores duos inoffenso pede deeurrit, adeo vt in iis puerile candorem & simplicitatē repræsentaret

Arguuntur mutata gubernationis ex parte Samuëlis.

Et Dei.

XVIII. Samuëlem populum consolatur.

XIX. Et prodigio edito peccasse ostendit.

I. Quales fuerint primi duo Saülis anni.

repretemaret, nesciam ambitionis ac fraudis, odij, inuidiæ, auaritiæ insolentem. Id Scriptura verbis illis affirmat, *filius unius anni erat Saul cum regnare cepisset, duobus autem annis regnavit super Israël. Sic enim erat innocens*, ait Hieron. *quando regnare cepit, sicut est filius unius anni*, & in eadem innocentia, duobus regnasse annis dicitur. Quam expositionem amplectitur Gregorius magnus, Theodoretus, Rupertus, Petrus Damianus, Procopius, Abulensis, Lyranus, alique passim recentiores. Duobus autem annis in illa simplicitate transactis, quibus satis habuit vitare electionis inuidiam, populum sibi conciliare clementia, & se aduersus obreccationes filiorum Beliai modestia propria, & Samuëlis autoritate tueri, cepit regio more se satellitio munire.

Cum ergo Saül circiter biennium regnasset, & haberet sibi fauentem populum, & in comitiis congregatum: nondum enim dimissum fuisse ex eo pater quod post militum electionem, dicitur dimissile populum in tabernacula sua, in eo conuentu de constituendo regi præsidio egisse videtur. Erat enim è dignitate regia, & publica utilitate vt regni caput tutum à subitis hostium incursionibus conseruaretur; neque tum denique ad arma conclamaretur, cum hostis iam in regni visceribus grassaretur. Ergo Saüli, & Samuëli, populoque vniuerso visum est, tria hominum millia in præsiidiis habenda esse, quæ in omnem euentum, semper regi essent ad manum, & communibus populi sumptibus sustentarentur. Neque enim credendum est, aut istos in sola fere armorum tractatione occupatos, suis vixisse aut militasse sumptibus, aut Saulem iis tum fuisse opibus, quamvis Ammonitica fortasse præda nonnihil auctum, vt tria militum in illa, præter domesticam familiam, diuisis sumptibus alere posset. Itaque hoc quoque in his comitiis constitutum est, vt tributum aliquid à populo in eorum stipendia solueretur, vt is regum iura paulatim inciperet experiri.

Electus est igitur flos ipse exercitus, quorum duo millia Saül in Machmis & in Bethel, mille autem commisit Ionathæ primogenito suo, in Gabaa Benjamin, vbi erat iam dudum statio Philistinorum: reliquam totam multitudinem, quæ erat 327. millium dimisit in tabernacula sua, tunc & Samuël in Ramatha videtur remigrasse. Cum autem Ionathas ætate florens & gloriæ appetens, cum millenis suis militibus egregium aliquid moliretur opus, ne frustra videretur arma ferre; & omnibus animi ex Ammonitica victoria non mediocriter succreuisent, oblata occasione aliqua, in stationem Philistinorum, quæ in eodem erat oppido, impetum fecerunt, eamque deleuerunt. Id scilicet fuit pacem cum Philisthæis abruptum, & iugum seruitutis prorsus excutere. Itaque præuidens Saül Philisthæos, re intellecta, statim ad arma conuolatus, ipse anteuertens, illico populum suum ad arma conuocari iussit: isq; hoc nuncio deleti præsidij, agnouit Philist. ab Israël cepisse contemni, qui antea valde formidabantur.

Itaque populus confluit ad Saulem in Galgala, qui eò descenderat, non vt iret obuiam Philisthæis, sic enim recedebat ab eis, sed vt Saulem mandato obtemperaret, qui ei, cum primū inueniret, mandat, vt in istiusmodi pericu-

lis veniret in Galgala, eò quoque se profecturum, vt sacrificiis placaretur Deus, isque suam patefaceret voluntatem. Philisthæi autem, isto Israëlitarum facinore irritati, ingentes omnino copias aduersus eos contraxerunt, tam peditem, quam ex equis, cutribusque pugnantium. In his autem copiis non paucos Tyrios militasse, ex eo conicere possumus, quod eos iam cum Philisthæis contra Hebræos pugnassee legimus apud Syracidem, cum hi in Masphat cum Samuële congregati essent. Ascenderunt autem in Machmas, vbi regem cum duobus millibus confedisse didicerant, vt eum comprehenderent, sed ille iam in Galgala descenderat, cum aliqua parte copiarum, ibi expectaturus Samuëlem.

Israëlita igitur cunctes se & numero longe pauciores, & prope inermes, gladiis certe lanceisque destitutos, vehementer animo consternati, partim trans Iordanem se in fugam dederunt, partim in speluncis, aliisque locis abdidērunt, quos ingeniosus timor latebris opportunos potuit inuenire, vt pars modica cum Saule remanserit. Cumque in horas cresceret timor, milesque deflueret, imo septimus iam dies adesset, non apparebat Samuël. Nimirum Dominus de industria permittebat totum pene exercitum diffuere, sicut olim in expeditione Madianitica, vt sibi victoria tribueretur, neque populus de rege suo insolesceret, & tanto magis erubesceret Philisthæi, cum a paucis & inermibus victi profligatiue essent; denique vt Saülis obedientia, patientiaque in re aspera probaretur. Quis enim explicet quantos animi æstus senserit Saül, dum hic videret exercitum suum in singula prope momenta diffluentem, inde hostilem exercitum, nemine obuiò à quo sisteretur, impunè toto regno volitantem. Hinc Samuëlem, quasi de industria, in tantis rerum angustiis, moras in Ramatha trahentem; inde apud se Achiam pontificem cum Ephod adesse, qui ex officio holocausta, & pacifica offerre posset; & Deum consulere; ob quæ præstanda tam diu Samuël expectaretur.

Ergo sub vesperam diei septimi, *afferte mihi*, ait Saül, *holocaustum*, id est hostiam holocausto consumendam, & *pacifica*, & *obtulit holocaustum*, non vtique per se, qui haberet apud se pontificem, vt ex sequenti capite patet, sed per ipsum, alioqui sacrilegij accusaretur à Samuële. Id tamen plerique censuerunt, patim ipsa Scripturæ phrasi, partim magnitudine pœnæ, quam mox propheta denunciat, persuasi. At contra sentiunt non solum recentiores interpretes, sed plerique antiquorum patrum, in quibus S. Ignacius, Hieronymus, Theodoretus, Procopius, Gregorius magnus, cuius est hæc oratio. *Tremens corde considerandum est quam breuissimi temporis expectatione neglecta repulsum sit. Si enim solo breuissimi temporis intervallo expectaret, quo obtulit sacrificium, securus iam regni sui robur obtinere potuisset. Et infra. Ecce septem diebus Prophetam sustinuit, sed dum præstolari eum in fine diei desit, gloriam tanta dignitatis amisit. Sic ipse. Grauitas autem culpæ, non ex nostro iudicio; sed ex diuino æstimanda est, cui visum est gratuiti doni priuationem, tali in donatore inobedientia respondere.*

Cum ergo Saül copleisset offerens holocaustum, ecce Samuël veniebat, & egressus est Saül

I. Reg. 13. 1.

II. Assumit sibi præsidium trium millium.

Populi sumptibus alendum.

III. Tripartito distribuitur.

Ionathas delet præsidium Philistinorum.

IV. Saül abiit in Galgala cum paucis copiis.

I. Reg. 10. 8.

Philisthæorum copiarum.

Erel. 46. 21.

V. Israëlitarum metus. 1. 13. 19.

Dei in eo confidit.

Æstus animi Saülis.

VI. Saül non per se sacrificat.

Cur à Deo repudiatur.

VII.

obuiam

Saül occurrit Samuëli & cur.

Ab eo que obiurgatur.

VIII. Cur stultè egisse dicitur.

Nihilominus rex perseuerat.

1. 13. 14.

IX. Vtique ad posteriorè culpam Amalecitanam.

Post priorem autem Deus eum pro rege habuit.

obuiam ei, vt saluaret eum: honorabat enim insigni sanctitate atq; autoritate vitum, à quo secundum Deum regiam dignitatem accepisset. Nunc autem verebatur ne ille succerneret, propter occupata ante aduentum suum sacrificia, ideoque hoc ipsum obsequio placare studuit, sed priusquam vlla inter se verba commutarent, siue diuina reuelatione, siue humana reuelatione Samuël didicit quod factum fuerat: ideoque non tam sciendi, quam obiurgandi causa dixit, *quid fecisti?* quare sacrificando anteuertisti aduentum meum? Saül autem animaduertens rem illi iam cognitam, excusat necessitatem, qua omnia iura legesque soluuntur. At Samuël *Stultè*, inquit, *egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui.* Volebat iam tum Dominus valere illud. *Qui vos audit, me audit.* Stultè autem egit, qui prudentia humana duntaxat res mensus, diuina consilia, in suam utilitatem disposita, improuisè peruertit, & paucularum horarum spatio, fructum patientiæ multorum dierum abiicit, ac perdidit: atque adeo exigui temporis impatientia, regia dignitate se posteritatemque priuauit.

Stultè egit, qui non cogitauit diuinam prouidentiam hoc negotium belli, Regni que sui moderari ad suam gloriam, regis & populi utilitatem, hostium dedecus & calamitatem. Credibile enim est Deum egregium aliquod facilius animo destinasse, si Saül cæca obedientia sibi imperare potuisset, *preparasset certe regnum eius super Israël in sempiternum*, vt ait Samuël, id est, in tempus valde diuturnum, sic enim sæpe vox illa in Scriptura sumitur; præuisa vero culpa Saülis, exiguis illud finibus circumscripsit, & illi Dauidem, eiusque familiam substituit. Non ait Propheta Saüli, regnum illico ipsi perituum, regiam enim dignitatem ad mortem vsque retinuit, eumque Dauid pro legitimo rege semper habuit, sed significat regnum eius non latè in posterum propagatum iri, neque magna incrementa capturum, qualia in Dauid & Salomone contigere. Addit tamen quæsisse Dominum sibi virum iuxta cor suum in ducem ac principem populi sui.

Abdicationis autem istius, & commutationis causam Propheta subiecit, *eò quod non seruaeris que præcepit Dominus.* Non fuit tamen prima hæc culpa causa integra & adæquata reiecti à Domino Saülis. Sed alia mox culpa ab eodem commissa est, quæ Deum quodammodo ancipitem in condemnationem Saülis, atque alternantem, in eius abdicationem penitus impulit: quæ videtur S. Gregorij in hunc locum sententia. *Rex Saul*, inquit, *non multo post demoliri Amalecitas præcipitur, vt si mandatum Domini eiusdem gentis cade perficeret, prioris inobedientia nexus enodaret.* Quin etiam Dominus post priorem hanc culpam, Saulem pro rege habuit, cum ad eum Samuëlem misit, qui bellum ei Amalecitarum iniungeret, cui frustra Samuël dari regni beneficium commemoraret, si eo iam priuatus esset. Voluit itaque Dominus indulgenter habere eum Saule, neque primam ob culpam eum exterminare, sed expectare vt malefacta benefactis obrueret. Verum ille semel ex recta egressus orbita, multo etiam longius aberrauit.

Tam tristi nuncio non potuit nouus rex non

ingemiscere, qui ad metas curriculi sui se peruenisse sentiret, cum vix dum è carceribus exiisset. Forte tamen commoti senis obiurgationem duntaxat existimauit; & comminationem potius patris, quam vaticinium prophetæ. Nihilominus *surrexit Samuël*, ait Scriptura, *& ascendit de Galgalis in Gabaa Benjamin*, & quidem non solus, quasi regi factus inimicior, sed cum Saule, & illa sexcentorum virorum manu, qui cum eo remanserant, eorum vt animos confirmaret, qui sciebant eum habere in manu fulmina, atque tonitrua, quoties illi Deum in eam rem orare libuisset; & ipse vice versa humano eorum præsidio vteretur. Idque peropportune accidit, habuerunt enim obuios Philisthæos, quibuscum pugnatum esse feliciter, illa verba significant. *Et reliqui populi ascenderunt post Saul obuiam populo, qui expugnabant eos, veniente de Galgalis in Gabaa in colle Benjamin.* Ibi que substituerunt tanquam in loco natura & arte munito, tam Philisthæorum studio, qui diu ibi in præsidio steterant, quam recenti Ionathæ industria, qui eos inde nuper eiecerat. Ibi autem non solum esse in tuto, sed mutuis etiam excursionibus Philisthæos fatigare poterunt.

Cæterum mirum est illud quod Scriptura subdit de fabrorum penuria in Israël vniuerso, & de non inuento gladio vel lancea in manu totius populi, præterquam Saülis & Ionathæ; cum tamen legamus factam manum Domini super Philisthæos cunctis diebus Samuëlis, coactosque reddere vrbes quas ante abstulerant Israëlitis. Respondeo videri antiquiorem istam seruitutem, & ad tempora Samsonis, aut Heli pertinere, idque modus ipse loquendi Scripturæ, si attendas, non obscure significat. Sed mirabilior est ista gladiatorum paucitas, præsertim cum præcedenti anno superatis Ammonitis magna vis armorum acquisita sit à militibus. Ideoque dicendum cum Tostato, Scripturam non loqui de vniuersis Israëlitis, sed de illis tantum sexcentis viris, qui cum Saule remanserant, vt ex ipso textu liquet. At mirum etiam est à diuina prouidentia factum vt abeuntibus armatis, soli inermes cum Saule remanserint, à quibus ingentes Philisthæorum copiarum, sicut nuper in Masphat, profligarentur. Deinde vt gladiis caderent ac lanceis, non carebant missilibus, si res eminus ageretur: aut si cominus, stipitibus duris, sudibusque præuultis.

Interea Philisthæi, qui confederant ad Machmas, vltieris progressi sunt inter Machmas, & Gabaa Benjamin, vt significant duo illi copuli, de quibus mox dicitur. Forte quia didicerant regem ingressum in Gabaa, vltra Machmas. Ionathas autem regis primogenitus, cui & sua dignitas, & ætas, conscia virtus, & seruitutis motus, & quod caput est, singularis Numinis afflatus animos faciebant, vndiq; circumspiciebat opportunitatem nobilis cuiuspiam facinoris. Itaque animaduertens in castris hostilibus loco, aditus propter faxa prærupta difficilissimi, sed hanc ipsam ob causam minus suspecti, minuscque custoditi, illac ad Philisthæos penerrare statuit, & Deo bene propitio, gloriosè aliquam hosti cladem inferre. Rem non ad patrè desert,

X. Saül tristic abir cum Samuële in Galgala.

Cum paucis.

I. Reg. 13. 15.

XI. Mira fabrorum & gladiatorum paucitas. 1. Reg. 13. 19.

XII. Philisthæi vltieris progrediuntur in terram Israël.

aut militare concilium, quos credebat tam audax, tamque periculosum facinus minime probaturos; impedituros potius, ac totum negotium disturbaturos; quia id erat aureo hamo piscari; sed ad adolescentem armigerum suum, factum fictumque ad principis sui mores atque voluntatem; quem ut inuenit consentientem aggressus est facinus, quod nisi diuinus afflatus regat, iure plenum temeritatis censeatur, ut in Annalibus diligenter explicatum est. Ionathae tamen omen omittendum non videtur.

7. 49. Ex afflatu diuino.

XIII. Num omen quæserit. i. 14. 8.

Ionathas igitur ex hostium verbis, captate volens diuinæ voluntatis indicium. *Eoce*, inquit, *nos transimus ad viros istos, cumque apparuerimus eis, si taliter locuti fuerint ad nos, manete, donec veniamus ad vos, stemus in loco nostro, nec ascēdamus ad eos. Sin autē dixerint, ascēdite ad nos, ascēdamus, quia tradidit eos Dominus in manibus nostris.* Sciebat Ionathas Deum etiā linguas hominum, imo & somnia pro arbitrio moderari posse. Ergo cum non plane ipsi circa hoc negotium de diuina voluntate constaret, petiit à Deo sibi aliquo signo declarari eius voluntatē: quo illico inspirauit ut ad verba hostis attenderet, & faceret quod illi monerent: hoc enim fore illi signū & missionis suæ, & victoriæ consequendæ. Deus autē excubitoribus ea verba suggestit, quæ illi Ionathæ, & armigero eius dicturi erāt. Itaque verba illa non fuerunt Ionathæ omen futuræ victoriæ, sed signum diuinæ voluntatis de inchoanda per ipsos victoria.

XIV. Apparet Philisthæis. i. Reg. 13. 6. i. 6. Ant. c. 7.

Cum ergo vterque apparuisset præsidio Philisthinorum, *En*, inquit, *isti, Hebræi egrediuntur de cauernis in quibus absconditi fuerant.* Apparuerunt autem sub auroram, ut ait Iosephus, cum consilium nocte intempesta captum esset. Sicque opinionem hosti dabant, Hebræos per noctem conuenisse, eosque pone sequi antesignanos istos. Oportuit certe hæc summo mane contigisse, ut Israëlita, re à Ionatha iam bene cœpta, ieiuni persequerentur hostem, & sub vesperam, præ inopia cibi, deficere dicerentur. Sed addit etiam valde probabiliter Iosephus, eos recessisse à loco in quo fuerant conspecti, & ex alio loco perreptando ascendisse. Si enim ex eo loco in quo fuerant conspecti, ascensum moliti fuissent, facile in ipso perreptandi labore, hastis & contis in præceps fuissent deturbati. Ergo dum aliunde ascendunt, euaserunt ad hostem, qui forte putabant Israëlitas, dum se deprehensos vidissent, ab ineptis destitisse, ad suosque irritò consilio reuertisse.

Tempus ascensus Ionathæ, & locus.

XV. Inuadit hostem attonitū, & cædis inicitium facit.

Ascensus difficultate superata, nihil moratus Ionathas aut armiger eius, Philisthæos vigiles, ad inopinatum Hebræorum aspectum obstupefactos, inuadunt, ac cædunt: tum proximos quosque forte semisomnes ad 20. interficiunt, accedente pauore de aliorū Hebræorū sequentium opinato aduentu. Deinceps autem totis in castris prodigiōsa strages consecuta est, dum suos ab alienis non discernunt, adeo ut terror ad tres illos prædonum cuneos supra memoratos pertraheret, & se ipsos quoque mutuā cæde conficerent. Accessit ad conturbationem maiorem, terræ motus, qui in Hebræo Latinōque textu, & Chaldaea paraphrasi habetur, ut Philisthæi sentirent, armatum quodāmodo in se certentem elementum, quod ingenti aliquo hianu, quasi aperto ore hostem populi Dei se ab-

Ipsi se hostes perimunt.

forpturum minaretur. Sed hæc plaga Philisthæorum, aduentu Saulis, & subditorum eius multo luculentior facta est.

Cum enim speculatores Saulis, qui erant in Gabaa, vidissent multitudinem, partim prostratam, partim huc illucque diffugientem, tam imponendorum, quam vitandorum vulnertum causa, rem ad Regem deferunt, qui de suo populo sollicitus, ignorans Philisthæos cædibus contra se mutuis scuire, quærit qui absint, & iniuncti in hostem irruentes, hunc tumultum excitant. Et repertum est abesse Ionatham cum armigero suo. Nam Ionathas in diuersa vrbe parte eam tutabatur. Eo nuncio commotior, iubet Dominum ab Achia pontifice, qui ibi tum aderat cum Arca Domini, consuli, quid Ionathæ ac Philisthæis factum esset, sed cum tumultus incretceret, nec promptum à Domino responsum daretur, *Contrahere*, inquit, *manum tuam*, id est desine precari, protensis enim manibus orabat. Timebat enim Ionathæ, cui quamprimum succurrere cupiebat. Ergo clausum tota vrbe, vicinæque regione conclamari iubet, ut omnes repente ad arma, nouo feruore concepto, concurrerent, & parietum iam inclinatio incumbentes, maiore illum ruina prosternerent.

XVI. Rem cognoscit Saul.

Consulit Dominum, & arma conclamant.

XVII. Augetur copiis vadique.

Illico itaque augetur copiis Saul. Nam præter sexcentos suos, & millenos Ionathæ, concurrerunt ad eos; non solum transfugæ, si qui fuerant, qui eam culpam in Philisthæorum capitibus eluere cupiebant, sed ij quoque qui apud Philisthæos habitabant ab aliquo tempore: maximè autem qui ex timore aufugerant, latebrasque petierant, sociauerunt se cum suis in prælio, & crescente vndique multitudine, quam pudor nunc ad officium, serum licet, extimulabat, factum est, ut quamprimum essent cum Saule quasi decem milia virorum. *Et saluauit Dominus in die illa Israël.* Vtique Dominus, qui Ionathæ animos ac mentem dedit ad inchoandam tantam victoriam, hosti pauore vires ac mentem eripuit, & cognatas inter se turmas manipulosque commisit; cuius benignitate fugatus ex Israëlitarum pectoribus pauor, desertæ latebræ, repetitus campus, erectus ad pugnam animus, viresque restituta, ut fugientes Philisthæos ignominiosis vulneribus sternerent.

XVII. Fugientibus instat, indicto ad vesperam vique ieiunio.

Prædictis porro copiis instructus Saul victoria vtendum ratus, suos omnes hosti fugienti instare iubet, omni mora, etiam sumendi cibi causa, interdicta, sed indicto ad vesperam vsque plenamque victoriam ieiunio, quod præceptum grauissima maledictionis pœna interposita sancit. Nec tamen prohibuit potum, quia sitis minus tolerabilis est quam fames, & minimam affert festinantibus moram. Cæterum hoc siue præceptum, siue iusiurandum, plerique Patres imprudentiæ ac temeritatis accusant, in quibus S. Chrysofost. Theodoretus, Procopius. Iosephus quoque, atq; adeo ipsi Sept. qui illum magna ignorantia peccasse tradunt quibus subscribit Lyranus. Probabilius tamen Abulensis, cui subscribit Caietan. atque Serarius, volunt præceptum hoc iustum fuisse atque legitimum, siue eius spectemus authorem legitima potestate præditam, siue eius obiectum minime violentum, imo facile hominibus milita-

An rectè.

ribus, laboribus, vitæque durissimæ affluetis, puta diei vnus abstinentiam, ritu toti populo in ieiuniis frequentato: siue denique intentionem ac finem, qui in magnam Dei gloriam, populique vtilitatem redundabat. Ac ne pœna quidem execrationis, aut mortis iniusta est in eos, quorum culpa de tot nocentibus supplicium non sumatur. Interim enim dum miles cibum parat ac sumit, hosti tempus euadendi præbet, & morti eripit eos, à quibus Dei populus graui mox seruitute opprimatur.

XIX. An rectè filium reum occidere voluerit.

Quod autem Saul Ionatham filium regni heredem, ob violatam legem occidere voluerit, merito Abulensis maxime laudi tribuendum putat, nedum illum propterea reum designati parricidij fieri patiatur. Certe si Ionathæ executiam innocentiam in hoc negotio, eam non plane illibaram reperimus. Nam & diuina fors eum culpabilem ostendit, & Dei non respondentis silentium, & totius populi abstinentis exemplum, & publica filij de patris lege, coram populo obmurmuratio; cum eius esset in primis patris obseruare mandatum, & illud populo verbis exemplo commendare. Eaque mens fuit S. Chrysofostomi, Tertulliani, Ambrosij, Gregorij magni atque Iosephi, ut in Annalibus ostendimus. Ecce quamuis Ionatham fateremur innocentem, posito tamen eum non temerè iudicatum à parente culpabilem, nullum peccatum fuit iusiurandum de eo puniendo edere: & contra maximus omnino ac laudatissimus in Saule iustitiæ zelus, qui naturalem in talem filium amorem vicit, eumque quantum in se fuit, morte multauit. *Videte*, inquit Ambrosius, *quanta apud Saulem regem fuerit religionis obseruantia, qui offensam Deum optauit etiam parricidio mitigare*; sed alios quoque Patres superioribus licet opponere, quos breuitatis causa hic præterimus.

Serm. 6. de Quadr.

XX. Vespere cessatur ab hoste persequendo.

Inclinante in vesperam die, & Israëlitis præ labore pugnae, citatque itineris vehementer defatigatis, *percuferunt enim in illa die Philisthæos à Machmis vsque ad Aialon*, quod iter octo horarum esse vult Adrichom. & præ inedia, & lucis inopia deficientibus, à pugna & persequendis hostibus cessaturum est; statimque versus est miles ad prædam, Philisthæorum prædonibus ereptam; necdum enim peruenerant in Philisthæam, à qua longe aberat Aialon, vbi substiterant. Tulerunt ergo oues & boues, & vitulos, & mactauerunt in terra non permittentes præ festinatione, & cibi desiderio, ut appensis carnibus sanguis in terram deflueret, sed statim membra in frusta discepta igni torrebant, sicque cum sanguine comedebant, legemque violabant. Quod ut accepit Saul prouidit ut mactatis supra grandiora saxa victimis, sanguis stillaret in terram, neque in artubus ipsis concreceret. Neque id peccatum peculiari animaduersione punitum est. Dominus quippe vsus est indulgentia erga populum labore fractum, nec satis ad ea quæ ageret, præ festinatione attendentem. Nec eadem fuit ratio Ionathæ, qui ita ex ignorantia peccarat, ut mox agnitum peccatum excusaret, & vicissim Legislatorem patrem accusaret. Ideoque nihil mirum si mox in sortibus solus Ionathas deprehensus est reus.

Disimulacè Domino.

XXI.

crificandum in gratiarum actionem pro adepta victoria, & quidem in loco ad quem vsque populum fuerat persecutus: imitatus lapidem adiutorij Samuelis, & altare Moysi, obrepta de Amalecitis victoria. Postquam autem exempta fames epulis, & desiderium persequendi Philisthæos, ratus eos fortasse aliquem in locum ex fuga confluisse, sicut olim Madianitas Gedeone persequente, & loco per exploratores cognito, facile opprimi posse. Quod cum populus victoria præsentem, epulisque factus animosior probaret, *Accedamus*, inquit Pontifex *huc ad Deum.* Nimirum Sacerdotes & Leuitæ cum Arca Domini magnis itineribus secuti fuerant regem, eundemque sub vesperam consecuti. Et appareret prædictum altare iussu Regis coram Arca fuisse excitatum, & ab eisdem Sacerdotibus sacrificatum. Consentit Rex monitioni Pontificis: ne forte Deus vellet eos præsentem victoria, quam Iosephus sexaginta millibus interfectorum definit, esse contentos: eumque iubet Dominum in hæc verba consulere. *Num persequar Philisthæum? si trades eos in manus Israël?*

Sacrificia gratiarum actionis.

Super altare coram Arca.

i. 6. Ant. c. 7.

XXII. Deus consultus tacet.

At Deus non dubio ita vel offensionis signo, nihil responderet. Quare vehementer commotus Saul, causam iubet inquiri, paratus Deo quanto vis cum damno suo, satisfacere: populum vniuersum congregat, sortitionem instituit, ut domino tacente sortitio prodaret reum. Quam fuerit autem cordi Sauli hæc indagatio, & admissi peccati punitio, docet illa eius vox: *Vinit Dominus Saluator Israël*, qui scilicet nos hodie liberavit à Philisthæis, *quia si per Ionatham filium meum factum est, absque retractatione morietur*; nedum quicumque alius mortalium impune id peccatum ferat. Negari non potest ingentem fuisse hunc zelum, sed fatendum quoque est hoc iusiurandum inconsultum fuisse ac præceps. Siue quia potuit Dominus non dare responsum nullo interueniente peccato, & potuit peccatum nequaquam tanto dignum supplicio interuenire, siue quia cadere potuit in personam, cui culpa huiusmodi condonanda esset; siue quia præter omnem iuris ordinem, ante examen & interrogationem, damnationis sententiam protulit; siue quia tum atroces minæ iureiurando firmatae valebant non ad patefaciendum, sed ad occultandum reum.

Zelus Saulis inconsultus.

XXIII. Rex sortitionem instituit.

Quod autem dicitur nullum ei contradixisse de omni populo, non fuit ea taciturnitas approbantium, sed alto silentio trepidantium, sibi que timentium. At reus silentium exercitius eius consensum interpretatus, sortitionem instituit, rem vtique ancipitem, ut quæ innocentem æque ac reum prodere possit, nisi Deus sortitionem iubeat, dirigatque fortes, quod hic apparet contigisse; cum nusquam eam ob causam reprehensus inueniatur. Orat ergo Saul Dominum ut in sortiendi det testimonium aut noxæ, aut innocentia & sanctitatis. Quid multa, educuntur fortes, & Ionathas indicatur reus. Cui Saul, Indica mihi quid feceris. Et indicauit ei, dicens, *Gustans gustani in summitate virga, qua erat in manu mea paululum mellis, & ecce morior.* Verba sunt lamentantis sortem suam, & de sententiæ, cum culpæ tenuitate comparatæ, aut iniustitia, aut acerbi-

Deprehenditur Ionathas.

tate conquerentis. Cui pater. *Hac faciat mihi Deus; & hac addat, quia morte morieris Ionatha,* Septuag. addunt *hodie.* Confirmat prius iurandum, quo se obstrictum putabat. Itaque in opere ipso, intentione bona conscientiam errantem secutus, laudabilis fuit.

XXIV. Ab exercitibus liberatur. *1. Reg. 14. 45.* Hic populus, qui iam ægre ferebat fortissimas super regem ipsum, eiusque primogenitum, Sauli apertè resistit, instigante fortasse Pontifice, & iurandum irritum proficiente. *Ergone, inquit, morietur Ionathas, qui fecit salutem hanc magnam in Israël?* Ipse enim principium fuerat & origo victoriæ: & eum cui eximia laus, & ingentia præmia debeantur, morte affici pro leuissimo delicto, eoque per ignorantiam admissio, iniustissimum putant. Itaque addunt, *hoc nefas est, uiuit Dominus si ceciderit capillus de capite eius in terram, quia cum Deo operatus est hodie.* Si quid ab eo peccatum est, singulari eius in populum uniuersum beneficio obruatur. Vides ut iurandum iurijurando opponant, & quidem mortifero salutare. Cum ergo vis parata videretur, cessit Saul non inuitus, eaque vi se religione solutum videri interpretatus. *Liberauit ergo populus Ionatham, ut non moreretur.*

XXV. Ad sua hortes redeunt. Recessit igitur Saul versus Gabaa ubi habitabat, nec persecutus est Philisthæos, veritus ne Dominus, qui in proximo silentio signum dederat offensionis, victoriam victis daret, victoribus eriperet. Minorque fuisset culpa non consulto Deo hostem persequi, ut rex ante instituerat, quam Dei consulti ominosum silentium negligere. Porro Philisthæi, obrecti tenebrarum amictu, abierunt in loca sua, non voluntate nocendi, sed facultate tunc quidem spoliari, dum ubi paululum respirarent, bellum infestissimum inimicissimè redintegrarent.

ANNVS MVNDI 2965.

SAMVELIS 26.

SAVLIS & ACHIE. Pontif. 4.

DERCYLI 15. Imperij Assyr. 1034.

ANTE CHRISTVM 1088.

I. Scriptura res Saulis continet.

1. Reg. 14. 47.

Eaque propter Dauidem narrat.

QUAE hoc & sequentibus aliquot annis in Hebræorum Repub. Saulis auspiciis gesta sunt perpaucis Scriptura complexa est: quæ tamen potius excitent, quam sciendi expleant appetitum. Hæc enim duntaxat sacris commendata sunt monumentis. *Et Saul confirmato regno super Israël, pugnabat per circuitum aduersus omnes inimicos eius, contra Moab & filios Ammon, & Edon, & reges Soba, & quocumque se uerterat superabat. Congregatioque exercitus percussit Amalec, & eruit Israël de manu Amalecitarum eius.* Quæ verba magnam utriusque remissam indicant, non aperiunt. Ut plane appareat, si quis attendat, Scripturam res Saulis non nisi propter Dauidem explicare, & quæ Dauidem non attingunt leui brachio percurrere. Itaque tantum bellum Amalecitarum ad abdicationem Saulis, & electionem Dauidis pertinebat, hic dicitur cum reliquis propo-

tum, resumitur postea fufius explicandum. Quæ autem deinde sequentur in hoc libro primo, Dauidis potius gesta sunt quam Saulis.

Accepta igitur Saul administratione regni eaque per cladem Ammonitarum & Philisthæorum probè confirmata per vicinos populos, & quidem, ut credere par est, prouocatus, victoricia signa circumtulit. Primum autem bellum quod hic à Samuele memoratur, est contra regem Moabitarum, contra quos quandiu, aut qua occasione pugnarit, incertum est. Felicitè tamen pugnasse Scriptura & Iosephus dubitare non sinunt. Bellum autem contra Ammonitas, quod in hoc catalogo secundo loco memoratur, dubium est an idem cum superiore sit, an potius diuersum. Nam illud nondum confirmato regno contigit, hoc autem non item. Et facile fuit Ammonitis regno ab hoste victore non deuastato, exercitum instaurare, & nouas Israëlitis, non impunè afferre molestias. Tertium bellum contra Idumæos à Saule gestum est, qui erant à meridie Israëlitis, ut illi ab oriente. Idumæi porro hostili semper animo contra Israëlitas fuerunt: Quæ tamen peculiare inimicitia Saulem inter & Idumæos extiterit, proditum non est. Eos tamen bello à Saule compressos hinc apparet, donec postea à Dauide perdomiti sunt. Nam eorum regionem occupare Israëlita diuinitus prohibiti fuerant, non item armis eorum iniurias propulsare. Non obstantibus autem perantiquis inter utrumque populum inimicitis, nullum adhuc inter eos bellum conflatum reperio.

Quartum bellum gestum est à Saule contra reges Soba, quæ erat regia vrbs Syriæ, ex qua Syria Soba, vel Sobadicta est, ad differentiam Syriæ Damasci. Vtraque sita fuit ad Septentrionem Chananitidis. Contra hos reges hoc primum loco à Saule, tum sæpius à Dauide pugnatum est. Quod autem hic numero multitudinis reges Soba nominentur, dubitationem ingerit, an successiuè contra reges in Soba regnantes, an simul contra plures Reges inter se fœderatos pugnatum sit. Prius magis placet, quia confœderati reguli, non reges Soba, sed Syriæ dicerentur: fuisse autem potentes reges Soba ex eo patet, quod serui Adazer regis Soba arma aurea dicuntur habuisse.

Quintum refertur bellum contra Philisthæos quod maximum, & quodammodo perpetuum fuit, qui Israëlitis ab occidente semper infestis fuerunt: & quamuis à Ionatha & Saule recens magna clade affecti fuissent, non multo post tamen ad ingenium redierunt. Integra quippe atque intacta remanserat eorum regio, Israëlitis victoribus ad ipsa ferarum latibula non peruentibus, sed ad proprios lares, propter diuinum silentium, remeantibus. Non videtur autem hic bellum gestum intelligi contra Philisthæos, aliud ab eo quod proximo anno explicatum est. Idque satis confirmatur ex eo, quod extremo cap. 14. scriptum est, fuisse bellum potens aduersus Philisthæos omnibus diebus Saulis: quasi cætera bella leuiora essent, ac minoris momenti; idèoque Saulem virorum fortium copiam perpetuo apud se habere studuisse. Sextum denique bellum contra Amalecitas gestum est, quod cap. 15. fufius exponitur.

Ad hæc circiter tempora, quibus Saul felicitè

II. 1. Bellum Saulis contra Moabitas.

2. Contra Ammonitas.

3. Contra Idumæos.

III. 4. Contra reges Soba.

IV. 5. Contra Philisthæos.

6. Contra Amalecitas.

V.

Bellum Rubenitarum contra Agarenos. 1. 1. Paral. 5. 26. 10. 18 & seqq.

Quæ causa illius.

VI. Iustum fuisse.

Vide Ann. n. 14.

VII. Victoria Israëlitarum, & præda ingens.

citer contra circumpositos pugnabat hostes, videtur referenda historia debellatorum Agaræorum, quam constat diebus Saulis contigisse. Et si enim incertus est annus, quo Rubenitæ, cæterique Israëlita, qui trans Iordanem habitabant, hoc bellum confecerint, expeditionem tamen, quam Dominus peculiari fauore profecutus sit, illi temporis merito possumus assignare, quo idem Dominus Saulem nondum à se abdicarat, sed cum eo populum eius singulariter protegebat, eique alias ex aliis victorias concedebat.

Exarsit itaque bellum inter Rubenitas & Agaræos & utrorumque socios, trans Iordanem ad Orientem habitantes. Id bellum quia iustum fuit ex parte Israëlitarum, ut mox dicitur, oportet eos à vicinis istis Agarenis aliqua ratione violatos. Cum enim ex rapto fere viuerent, facile est intelligere eos in Rubenitarum sortem impetum fecisse, prædæque abegisse, aut aliquam regionis ipsorum partem sibi vindicasse, aliæque simili ratione iniuriam fecisse: Israëlitas autem, armis, cum aliter apud barbaros, prædonesque non liceret, non solum rem suam recuperasse, sed alienam etiam sui iuris fecisse, hostibus male multatis, atque adeo pene interneccione deletis.

Iustitiæ porro belli huius, Scriptura ipsa non leues suggerit coniecturas, siue cum ait Rubenitas cum sociis inuocasse Dominum cum præliarentur, eumque habuisse adiutorem: Deus autem audit iniquitatem, nec fauet iniustitiæ, nec illi ab eo sperarent auxilium aut peterent, si in bello iniusto militare se crederent; siue cum hoc bellum vocat *bellum Domini*, quod scilicet manibus seruorum ipse confecerit & quibus ipsemet victoriam dederit, ut qui perexiguus Israëlitarum copiis, ingentem Agarenorum multitudinem subiecerit. Bellum autem iniustum nemo Bellum Domini sine eius iniuria appellare possit. Sed & bellum Domini fuit, in quo suos ipse vltus est inimicos & ditauit populum suum, qualia pleraque bella in Scriptura memorantur, quæ belli huius euenta sic explicat.

Præliati sunt contra Agaræos, & interfecerunt illos; & mox traditique sunt in manus eorum Agaræi, & uniuersi qui fuerant cum eis, quia Deum inuocauerunt cum præliarentur, & exaudiuit eos, eo quod credidissent in eum; nec inanis fuit oratio, neque fiducia, Ceperunt enim omnia, quæ illi possederant, camelorum 50. millia, & ouium ducenta & quinquaginta millia, & asinos duo millia, & animas hominum centum millia, cum tamen Israëlitarum essent tantum 44. millia, & 760. Sed in illis centum millibus maxima pars fuit imbellis multitudinis: nam bellatores fere in acie ceciderant, subdit enim, vulnerati autem multi corruerunt, fuit enim bellum Domini: in quo scilicet pro suis, ut sæpe aliàs, Dominus ipse pugnabat; habitaueruntque pro eis, non in eorum oppidis, sed tabernaculis; id est in locis in quibus ipsi subinde figebant tabernacula, provt loca, aut læta pascuis, aut prædæ opportuna videbantur. Possederunt autem ea loca usque ad transmigrationem suam: cum Theglath-Phalasar rex Assyriorum, regnante Phæse, abduxit eos in captiuitatem, post trecentos ferme ac 25. annos.

ANNVS MVNDI 2968.

SAMVELIS 29.

SAVLIS & ACHIE Pontif. 7.

DERCYLI 18. Imperij Assyr. 1037.

ANTE CHRISTVM 1085.

ELLA proxime à Scriptura memorata tres circiter Saulis annos occupasse, non temerè opinor coniecimus. Cum potentibus enim aduersariis bella non tam cito præparantur aut terminantur. Habebit autem hæc annus, qui est Sabbaticus 55. susceptum ab Israëlitis diuino iussu bellum contra Amalecitas, idemque totius populi eius interneccione terminatum. Bellum non deuictis solum Amalecitis luctuosum, sed ipsi quoque victori Sauli, & toti eius familie funestum. In eo quippe contracta est macula, quæ nullis Prophetæ lacrymis deleri potuit: sed multis deinceps criminibus eiusdem Saulis amplificata, ac deformata est. Hoc bellum sicut in prædicto catalogo postremo loco ponitur, ita post illa gestum videtur, consentaneè antiquæ illi iussioni. *Cum Dominus Deus tuus dederit tibi requiem, & subiecerit cunctas per circuitum nationes in terra, quam tibi pollicitus est, delebis nomen eius sub cælo.*

Ergo belli author Deus, denunciator, & quasi fecialis Samuël Propheta, Saul administrator eligitur, cuius fuit populi totius iniurias persequi, qui totius populi iniuriis affecti caput fuit. Ad eum mittitur Samuel, qui Dei nomine regi præcipiat, ut funditus exterminet Amalecitas. In qua denunciatione acceptæ à Deo regis dignitatis Sauli memoria refricatur, ut intelligat præsentem gloriam fidei erga Deum obedientia esse conseruandam, simulque tacitè moneatur, hac deficiente, illam quoque pestum ituram. Causa ex parte Dei fuit iustitiæ zelus aduersus Amalecitas, qui primi, nulla penitus iniuria lacessit, in Hebræos latronum in morem impetum faciebant, & extrema castrorum carpebant, male multantes eos, qui fame & labore confecti residebant. Ex parte autem ipsorum Amalecitarum, causa qua supremam cladem commeriti fuerant, fuit illa eadem culpa, & aliæ sine dubio grauiores, quibus, sicut & Amorrhæi, & Chananæi, stirpis deleri merebantur.

Præceptum autem Domini, & sententia lata contra Amalecitas hæc est. *Vade & percu-te Amalec, & demolire uniuersa eius: non parcas ei, & non conuipscas ex rebus ipsius aliquid, sed interfice à viro usque ad mulierem, & paruulum atque lactentem, bonem & ouem, camelum & asinum.* Vt olim Iericho, sic nunc totam Amalecitarum gentem, tanquam holocaustum diuinæ iustitiæ dicatur, consumi vult, nec quidquam humanis vltibus referuari: in exemplum terroremque mortalium, & nominatim in detestationem inhumanitatis in pauperes atque peregrinos. Itaque Saul, nihil moratus, præcepit populo, ut conuenirent in Galgala, ut ait Iosephus, secutus Septuag. & recensuit eos quasi

I. Summa rerum anni huius.

Deut. 25. 19.

II. Bellum Amalecitarum Sauli diuinitus demadatur.

III. In hæc verba.

Saul colligit copias.

agnos,

agnos, eadem facilitate quæ pastor numerat agnos, & inuenta sunt ducenta millia peditum expeditorum ad pugnam, & insuper decem millia virorum Iuda.

IV. Adic Amalecita. Collectis copiis venit Saul vsque ad ciuitatem Amalec, totius scilicet ciuitatis primariam, sub qua Romano more multa oppida, pagi, villæque comprehenduntur; ea fortasse fuit Heuila, quæ mox memoratur quasi initium victoriarum Saulis, cum dicitur percussisse Amalec ab Heuila vsque ad Sur, quamuis Heuila sit regionis aut solitudinis nomen, ab oppido aliquo mutuatum. Ad hanc igitur ciuitatem Saul retendit insidias in torrente. Simul etiam monuit Cineros viros religiosos, ab Amalecitarum moribus alienos, qui seorsim à populo in desertis locis habitare solebant, vt è medio Amalecitarum emigrarent, ne bellicus furor innocentes cum nocentibus, inscio atque inuito imperatore violaret. Hanc autem fuisse Dei voluntatem ex eo patet, quod de ipsis conseruatis nulla fuit Samuelis contra Saulem querela. Apparet autem eos ad alia eiusdem instituti cœnobio demigrasse.

V. Vincit, & regem capit. I. Reg. 15. 7. Bellum porro ipsum contra Amalecitas gestum vno verbo Scriptura complectitur. Percussit, inquit, Saul Amalec ab Heuila donec veniat ad Sur, quæ est è regione Egypti, quæ quondam fuit tota Ismaëlis habitatio, antequam Amalecitarum orti essent ab ipsius nepote Esau. Cardo porro belli in principe populi vertebatur, qui nisi veniret in potestatem Israëlitarum, potuisset aliquando per se suosque bellum redintegrare. Apprehendit itaque Saul, Agag regem Amalec vinum, siue is obsidione vitam pactus deditorem fecit, siue quod in adipali viro minus probabile est, in prælio captus ac seruatus est, vel avaritia, vel superbia stimulante, vt duceretur in triumphum, vt S. Gregorio visum est, eoque facit arcus ille, siue fornix triumphalis, quem Rex mox erexit. At non minus probabile est misericordia incitante fuisse seruatum, quæ plurimum est sententia; cui fauet tam parcendi vox, & personæ conditio; nihî enim est miserabilius, quam ex beato miser, & supplex ex regali fastigio.

VI. Populus prædam capit ex avaritia. At populum sine vlla dubitatione vicit avaritia. Is enim percipit omnium gregibus, & armentorum, & vestibus, & arietibus, & vniuersis quæ pulchra erant, nec voluerunt ea disperdere; quidquid vero vile fuit ac reprobum, hoc demoliti sunt. Habes hic transfusum Achani sacrilegium, in Saulem & populum eius; abstulerunt quippe omnes aliquid de Anathemate, & res Deo addictas, sacrilegia ducti avaritia reseruauerunt sibi. Ideoque exturbauit eos Dominus, in monte Gelboë, in primisque Saulem, qui seruando regem Agag, toti populo præiuit exemplo. Neque enim audiendus est Saul, cum ait Samueli pepercisse populum, vt immolaret Domino Deo. Nam in ea præda plurima erant, quæ non erant idonea sacrificio, & de idoneis vix pauca erant immolaturi. Parta itaque victoria, vastitate in Amalecitem longe lateque illata, multis vbique villis, pagis, oppidisque, multis domesticæ suppellectilis aceruis, recenti deflagratione fumantibus, multis omnium generis animantibus, atque adeo infantium, senum, foeminarum corporibus cœdè

laceratis, & tabo sanieque fluentibus exercitus. Hebræorum victor in patriam rediit, laxis & calonibus multam prædam longo ordine abigentibus.

Saul autem non venit domum in Gabaa Benjamin, sed in Carmelum, vbi erexit triumphalem, in monumentum victoriæ, indeque sacrificiorum causa descendit in Galgala, quod non dubitabat Samuel de more breui esse venturum, & nihilominus dum ille venit, maturauit offerre holocaustum Domino, vt ex sequentibus intelligitur. Quæ dum maxime fiunt, factum est verbum Domini ad Samuellem in Ramatha patria sua, vbi Propheta multus erat, præsertim ex quo Reipub. gubernacula in Saulem transtulerat. Factum est autem non statim atque culpa in Amalecitem facta est, sed cum Saul iam inde cum exercitu reuertisset. Nam noctu illi reuelatio facta est, & is summo diluculo ad Saulem iter arripuit, & cum offendit in Galgalis, eique renunciauit verbum Domini, quo dixerat, Pœnitent me quod constituerim Saul regem, quia dereliquit me, & verba mea opere non impleuit. Pœnitentem dicitur Dominus, quia ita se gerit, vt homines solent, quos facti pœnitent, qui illud dissipant ac delent, vt pacta, promissiones, amicitias: sic Dominus regiam Saulis dignitatem, propter mutationem in eo factam, qui de subdito Dei factus est defertor, & de obediente, neglector imperij.

Contristatus est autem Samuel tristi atque inopinato nuncio, veritus ne cuius prior culpa in Galgalis regnum labefactauerat, posterior plane conuelleret. Contristatus est super Saulis peccato, ex quo sentiebat reprobari hominem, quem ex animo diligebat, hominem electum à Deo, approbatum à populo, formidatum ab hoste, virum fortem ac bellicosum, naturam libertati & gloriæ populi Dei. Quod si etiam vidit eum ab æterna gloria reprobatum, tanto vtique vehementiore tristitiæ fluctu concussus est, tanto iustius, clamauit ad Dominum tota nocte: imo & tota reliqua vita sua, do peccati eius cum mœrore deducerentur ad inferos. Clamauit autem non mutaturus ille quidem Immutabile decretum, ipse enim mox fatetur Deum non mutari, neque pœnitentiam flecti, sed experturus an Dominus precibus suis Sauli veniam dare statuisset, nec simpliciter definisset in corde suo Saulem abdicare, sed cum conditione, nisi merita Samuelis ac preces interuenissent; sicut olim Moyses precibus sæpe Dominus vniuerso populo veniam dederat. Id tamen modo non didicit, sed postea cum perseveraret in luctu.

Post totius ergo noctis gemitus & clamores ad Dominum pro reconciliatione Saulis, summo mane se in viam dedit versus Galgala: quod didicerat regem esse profectum, vt ibi factis ipsis, si quo modo posset, Dominum Sauli placaret; nimirum regis vnus cæde, alterius obiurgatione; & prædæ quæ supererat consumptione. Venit ergo Samuel ad Saul, & Saul offerebat holocaustum Domino, vtique per manum Sacerdotum, alioqui id prophetica reprehensione minime caruisset. Offerebat autem de initiis prædæ, quæ attulerat ex Amalec, initia prædæ vocat quæ infra primitias, id est

VII. Saul adit Carmelum & Galgala.

Deus reuelat Samueli regis peccatum.

VIII. Samuel orat pro Saule.

Ignarus immutabilis decreti.

IX. Venit ad regem, sacrificantem.

our. 21.

optima

optima quæque, & digna quæ præ cæteris eligantur, & offerantur Deo. Audito aduentu Samuelis, ei fit obuiam Saul, simulque salutans ait, Benedictus tu Domino, impleui verbum Domini. Quasi dicat, bellum confeci, Amalecitas exterminavi, toti regioni vastitatem intuli. At Samuel eam vastitatem redarguens: Et quæ est, inquit, hæc vox gregum, quæ resonat in auribus meis, & armentorum, quam ego audio? nonne mugitus isti ac balatus refellunt orationem tuam? nonne illis hæc omnia funditus periisse oportuit, si Domino fuisset obtemperatum?

X. Saul culpam transferre, ac defendit. At Saul, quam statim à principio culpam fateri oportuit, & veniam à Deo postulare, culpam à se transfert in populum, quem ait prædam electam adduxisse de Amalecitis, vt immolaretur Domino, reliqua ibidem profligata fuisse: sicque omnia perdita esse Amalecitis, cum nonnullo fructu populi sui. Nec transfert solum, sed eam etiam ex intentionis bonitate defendit: significans fatius esse pecora Deo sacrificare, quam temerè, in bello iugulare: & Dei honori, vsuique hominum, res humanis vsibus à natura destinatas, addicere, quam nemini, nisi coruis, canibus & lupis profutura, disperdere. Sed inanis est ista defensio, & hominis iudicium suum atque voluntatem Dei mandato præferentis. Itaque Samuel tristem regi nuncium allaturus, eum seducit à turba, petitque ab eo, vt cum bona ipsius venia, sibi liceat ad eum, Dei contra ipsum referre sententiam; vt rei ipsius seueritas, leniore agendi ratione molliretur. Verum sequens oratio, tota ad seueritatem composita, aliam expositionem probabiliorem facit, in hanc sententiam.

XI. Quem Samuel vicissim accusat. Mitte hæc fabulas & excusationes tuas, & sine me loqui, quæ Deus ad me nocte hac de te locutus est. Nam etiam superius, cum tanto minor esset obiurgandi occasio, audiuit nihilominus à Samuele, stulte egisti, & quæ sequuntur. Eam vero auctoritatem Samueli apud Saulem multa conciliabant, senectus, vitæ sanctitas, prophetia, paternus in ipsum amor, regia dignitas illi collata, denique populi totius in eum veneratio. Postremo Prophetarum ex Dei mandato loquentium, & improbos principes obiurgantium seuerissimas legimus voces vt parentum in filios, aut magistrorum in discipulos parum obsequentes. Orditur itaque Samuel accusationem suam repetita memoria collatæ dignitatis humili, ac modicè de se sentienti, vt superbo & obsequij desertori iure auferenda intelligatur. Sequitur obiurgatio, propter non impletum Domini præceptum aduersus peccatores Amalec, id est viros insigniter improbos, quorum flagitia diuinam vindictam è cælo deuocaret. Qui tamen avaritia & importuna humanitate victus, tum nocentissimo regi pepercit, tum ad prædam versus fuerit cum populo suo.

XII. Nec tamen culpam agnoscit Saul. Quibus auditis Saul, ne tunc quidem culpam agnouit miser, sed telum propheticæ accusationis, clypeo falsæ negationis repellere conatus est. Imo, inquit, audiui vocem Domini: ita sane, sed audisti tantum, & ambulavi in via per quam misit me Dominus, expeditionem in Amalecitas suscepi iussus. Recte hoc quidem. Et adduxi Agag regem Amalec, illustre ac lucu-

lento victoria nostræ monumentum. At quis te insisteret regem huc adducere, & seruare, & non potius, Iosue clarissimi Imperatoris exemplo, pedibus conculcatum agere in malam crucem? hominem præ cæteris mortem commertum, in quem maxime volebat Dominus belli furorem defæuire, & quo plura habebat quæ perderet, plures subire animi corporisque cruciatus. Nam quod ad conseruatam prædam, nunquid vult Dominus holocausta & victimas, & non potius vt obediatur voci Domini? Docens videlicet ne sacrificiorum quidem causa diuinum præceptum negligi debuisset; nec potuisse hoc facinus bono illo opere, si tamen bono compensari: neque enim talia sacrificia grata esse Deo. Quomodo autem melior sit obedientia quam victimæ, & inobedientia idolatriæ exæquari possit, in Annalibus explicatum est diligenter.

XIII. Iustam porto huius sceleris pœnam, & congruam cum culpa proportionem subiungit Samuel. Pro eo, inquit, quod abiiecisti sermonem Domini, abiicit te Dominus ne sis Rex. Abiectionem enim abiectioni responderet, & humana superbia diuinæ deiectioni: & rectum est vt qui Deo non obtemperat, ei ab hominibus non obediatur, & qui se Deo exæquat, imo prudentiorem facit, dum eius mandata corrigit, cæteris hominibus, de regio culmine depositus, exæquetur. Num ergo sic abiectus à Domino Saul, penitus rex esse desiit? Respondeo quæstionem esse cognitione dignissimam, propterea que accuratius in Annalibus examinaram. Hic strictim dicamus Saulem, hac Dei sententia reiectum, amisisse ius regni, non enim dicitur abiectum iri, sed abiectum esse ne rex esset: regni tamen possessionem non amisisse, quia nullus erat alius rex, à Deo, vel Reipub. constitutus, nec ipse ea se dignitate spoliare tenebatur. Et conueniens fuit communi bono rerineri ab eo regni possessionem, qua sine grauissimis turbis spoliari non poterat: neque danum erat exemplum posteris insurgendi in reges suos quocumque prætextu; eosque exauctorandi.

XIV. Adde quod Danid, quem Deus regno destinauerat, adolescentulus adhuc erat & contemptus, vt qui neque aulam vnquam, neque castra viderat. Itaque aliquot anni erant illi necessarii, vt imperij rectæque gubernationis artibus instrueretur, vt populum & cognosceret ipse, & ad eo vicissim cognosceretur, & se illi egregiis facinoribus commendabilem redderet. Interim autem regni curator erat necessarius: quo munere nemo rectius fungi poterat, eo qui iam annos aliquot regnum ipsum feliciter, & quasi patrimonium suum studiosè, fideliterque administrarat. Vide itaque quantam hoc tempore iacturam fecerit Saul qui pro rege, regni procurator factus est, nec Dei ultra, sed Dauidis vicarius appellari potuit: qui ius ad regnum filiis suis funditus perdidit, qui acerbissimæ inuidiæ in regni æmulum factus est obnoxius; qui priuatus spiritu fortitudinis, factus est arreptitius.

XV. Nunc autem postquam intellexit peccatum suum esse longe opinione sua maius, siue ex ipsius natura, siue ex comparatione cum grauissimis peccatis, siue ex pœna, quæ illi erat annexa,

Rursum à Samuele refellitur.

a. n. 44. ad 49.

Et regno abdicatur.

Ius in eo amittit, non tamen possessionem iustis de causis.

a. n. 50. ad 51.

Etiam in bonum Dauidis.

Quantam nunc iacturam Saul fecerit.

XV. Agnoscit culpam suam, an ex legitimo dolore.

nexa,

nexa, timore concussus dixit ad Prophetam. Peccavi, quia pruaricatus sum sermonem Domini, & verba tua, timens populum, & obediens voci eorum. Adest peccati confessio, semel iterumque repetita, nec tamen audit, Transulit Dominus peccatum tuum, non morieris. Nimirum non ingenuit offensum à se, tam bonum erga se, tamque beneficium parentem, sed timuit duntaxat pœnam; ideòque pergit derinare culpam in populum, à quo timore in constantem virum cadente esset affectus, timuissetque ne ille in seditionem versus eum desereret, aut interficeret efferatus. Verum is, timor aut inanis, aut falsus fuit, debuit enim sperare Deum effecturum illi populum obsequentem, dum ipse obsequeretur Deo: præsertim cum illum in re non minus aspera expertus esset dicto obediens: cum nuper eius obstrictus maledictio, quamvis fame, pugna, cursu, diuturnoque labore fatigatus, ieiunus tamen vsque ad vesperam constanter perseveravit.

XVI. Aut potius ex humano timore.

Quid ergo hanc Saulis confessionem expressit? Timor pudoris, & ignominie publicæ, si forte Samuel, vti priuatim cœperat, eum coram senioribus populi argueret, & regno excidisse diceret, eoque testimonio, vt erat summæ in populo authoritatis, eum ab ipso auerteret, atque abduceret. Hinc illud, Sed nunc porta quasi peccatum meum: siue orando Dominum vt mihi ignoscat, & veniam impetrando precibus ac sacrificiis tuis: siue potius tolerando ac dissimulando coram populo, itaq; agendo, quasi integra essent omnia, & nihil in regno turbatum. Et ideo, reuertere, inquit, mecum, ad populum à quo paululum secesseram, vt tecum adorem Dominum, Timuit enim Saul, ne si Samuël quasi iratus, deserto regè aliorum abiret, populus aliquid mali de Saule suspicaretur: & ipse præter decorum solus rediret ad suos. Negat tamen Samuel se iturum cum eo: aut oraturum cum homine abiecto à Domino, & tanquam excommunicato, ne præsentia sua sacrilega peccatoris sacrificia approbare videretur. Quamuis autem mox cum ipso profectus sit, non tamen dicitur orasse, aut sacrificasse cum ipso: vt potius ad mactandum regem Agag, quam ad honorandum Saulem reuersus sit.

XVII. Saul Prophetam abire parantem retinet, cum scissio- ne pallij.

Repudiata itaque communionem orationis aut sacrificij cum Saule, conuersus est Samuel vt abiret in domum suam, ex eo loco, in quo præcedens colloquium habitum fuerat. Id paranti, Saul apprehendit summitatem pallij eius, qua & scissa est. Ea vis non tribuitur crimini Sauli, contumelia quippe caruit, & fuit qualis inter necessarios sæpe contingit. At nihilominus ad eum Samuel, Scidit Dominus regnum Israël à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te. Voluit porro Dominus hanc pallij scissionem, quæ ratione Saulis casu contigit, esse signum scissionis familie regie à toto regno, quod alioqui remanebat integrum; voluit etiam accipi à Samuele, & præcidi vt signum scissionis eiusdem. Ille nihilominus instat humiliter, atque vrget Samuelem, Peccavi, ait, sed nunc honora me coram senioribus populi mei, & coram Israël, & reuertere mecum, vt adorem Dominum Deum tuum. Ex quibus verbis agnoscitur parum syncerum fuisse re-

gis affectum peccatum confitentis. Samuel autem veritus, ne si afflicto regi nihil concederet, eum desperatione fractum ageret in furorem, & studiosum regni curatorem verteret in tyrannum: concedens aliquid de iure suo secutus est Saulem, priore omni sermone dissimulato. Adorante autem Saule Dominum, Samuel adduci ad se iubet Amalecitanum regem, nihil resistente, aut pro eo deprecante Saule, qui ei vitam fortasse sponderat, ne causam suam faceret deteriore. Et oblatus est ei Agag pinguis & tremens, vt qui sentiebat se orci victimam iam futurum, dixit enim, Siccine separat amara mors? vel vt alij, vere venit amaritudo mortis, quam vehementius reformidant viri deliciarum atque diuitiarum. At Samuel, Sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus, sicut absque liberis erit inter mulieres mater tua. Quo dicto dissecari eum iussit in frustra membratim, sed capite, vt arbitror, à corpore primum amputato.

XVIII. Samuel committatur Saulem.

& Agagem interfici iubet.

His peractis abiit Samuel in Ramatha; vbi erat domus eius, Saul vero ascendit in domum suam in Gabaa Benjamin. Et non vidit Samuel ultra Saul, vsque ad diem mortis sue, id est non eum addit officij causa, vel inuisit vt prius, etsi postea casu atque obiter viderit. Interim tamen iugebat Samuel Saulem, quoniam Dominum pœnitebat, quod constituisset eum regem super Israël. Prouidebat enim ex hac eius abdicatione multas in Repub. turbas: & bella ciuilia, inter eum & amulum eius merito formidabat. Itaque multis lacrymis & precibus gratiam Deum inter & Saulem redintegrare conabatur, ratus superesse adhuc aliquem venie locum: nesciebat enim immutabilem Dei sententiam à se pronunciatam fuisse, donec eum Dominus à luctu reuocauit, & ei destinatum successorem perfecit. Diuturnum porro fuisse hunc luctum illa verba Domini haud obscure significant, vsquequo tu leges Saul? vt propterea reliquum hunc annum ei tribuere possimus, & primam Davidis vnctionem in sequentem differre.

XIX. Digreduntur, & Samuel in lectu versatur.

c. 19. 14.

ANNVS MVNDI 2969.

SAMVELIS 30.

SAVLIS & ACHIE. Pontif. 8.

DERCYLI 15. Imperij Assy. 1038.

ANTE CHRISTVM 1084.

Quam diu Samuel la-xerit Saule. VAM diuturnus fuerit Samuelis pro Saule luctus, priusquam destinatum diuinitus successorem cognosceret, certò non constat: etsi non dubium est eum quandiu vixit de abdicati regis salute sollicitum, pro ea diuinam misericordiam multis cum lacrymis ac gemitibus implorasse, præsertim cum is odio Davidis maxime fureret, & in grauissima peccata rueret præceps. Prior autem ille luctus nonnullis biennij fuisse putatur. Ego mensis aliquot partim super ioris ann exeuntis, partim præsentis ineuntis satis esse

crediderim

I. Reg. 16. I.

crediderim horum temporum æconomia. Neque existimari pium ac misericordem Dominum sancti viri consolationem diutius distulisse. Itaque ne Samuël vltra irritò se luctu atque intempestiuo conficeret, ipsum ab eo amica reprehensione reuocat, vsquequo, inquit, tu luges Saul, cum ego proiecerim eum ne regnet super Israël? immobili videlicet atque immutabili decreto, regio illum magistratu abdicarim. Apparet enim Samuelem huiusmodi decreti ignarum, non solum pro venia culpæ Sauli obtinenda Dominum interpellasse, sed etiam pro priorè dignitate, eiusque omni iure redintegrando. Deinceps autem intellecta Dei definitione, super ea re profus obmutuit ne sciens & prudens cum diuina voluntate pugnaret.

II. Adfiscit successore eius, & ad eum iungédū mittitur.

in I. I. Reg. c. 23.

Et quo oleo.

Accessit etiam ad Samuelem penitus certior reddendum de abdicatione Saulis, declaratio electi à se noui regis, ad quem inungendum illum iubet accedere, eumque priuata, vt antè Saulem, cæremonia inaugurare. Imple, inquit Dominus, cornu tuum oleo, & veni vt mittam te ad Isai Bethlehemitam: prouidi enim in filiis eius mihi regem. Prima ipsa verba abundantiam gratiæ in Dauidem conferendæ aperte docent; non enim lenticula sumitur, sed impletur oleo cornu: quod notauit Rupertus. Et quoniam cornu vas solidæ firmitatis est, vtriusque regni differentia in duratione & firmitate demonstratur. Oleum porro nec vulgare fuit, frustra enim ex longinquo fuisset allatum, neque sacrum. Educendum enim fuisset è Sanctuario, quod in scio Saule fieri non potuisset, qui in omnes Samuëlis actiones erat intentus, maxime ex eo tempore, quod ei dixerat ipsum non vltra regem Israël fore. Apparet ergo fuisse vnguentum aromaticum, vel balsamum, quod Samuël apud se habebat, quodque in Bethlehem detulit.

III. In tribu Iuda, & familia Isai.

Pauci regno idonei.

Reges Dei vices gerunt.

IV. Samuël an excuset.

Mittitur autem ad Isai virum in tribu Iuda primarium, vt deinceps hæc esset regia tribus, iuxta Patriarchæ Iacobi vaticinium. Quod autem dicitur quæsisse, & inuenisse, & prouidisse sibi regem in filiis eius, non obscure significat perexiguum esse eorum virorum numerum, qui ad regnum, præsertim in populo Dei, recte administrandum idonei censerent. Tam multa enim Dei dona gradus ille tam sublimis exigit, tam eximias animi corporisque dotes, vix vt vnus in centum millibus, ad id munus, cum laude & communi vtilitate subditorum obeundum, satis aptus, instructusque reperiri possit. Nec vacat illa particula mihi. Pertinet enim ad indicandum reges mortales immortalis regis esse vicarios, illiusque vice populos, quali totidem illius familias administrare, cum obligatione ad reddendam apud eum rationem, cui se fatentur esse subiectos.

Et ait Samuël, Quomodo vadam? audiet enim Saul, & interficiet me. Non dubitat Propheta facile esse Domino, eum protegere ab omni periculo, sed doceri vult à Domino, quo se modo gerere debeat in hoc toto negotio: paratus vtique mori in exequendo mandato diuino, si sic ei videatur. Quod si humanitus sibi timuit, non dubium est, quin etiam timue-

rit domui Isai, quam ille funditus, tanquam maiestatis ream, si permisisset Dominus, euer-tisset; multòque minus Isai, vel Dauidi, quam Samuëli, quem parentis loco habebat, in tam inuidioso negotio perpeccisset. Modum ergo Propheta quæsiuit, & modum Dominus aperit, quo celetur veritas, & mendacium non dicatur. Vinulum, inquit, de armento tolles in manu tua, & dices, ad immolandum Domino veni. Id enim verum erat; primaria tamen intentio inungendi regni candidatum tacebatur. Sacrificium porro ad impetrandam diuinam gratiam futuro regi, pertinebat, & domesticò celebratis huius conuiuium conducebat. Notatum autem est superius, sacrificij locum non fuisse his temporibus plane definitum. Itaque ex mandato Domini extra Sanctuarium, & absente arca, quæ non erat in Bethlehem, licuit sacrificare.

Celare iu-berur veri-tatem sine mendacio.

Pergit autem Dominus, & vocabis Isai ad victimam, vt scilicet adsit cum suis pacifico sacrificio, deinde conuiuio. Et ego ostendam tibi quid facies, & vnges quemcumque monstrauero tibi. Non ergo agnoscebat Samuël Dauidem neque de facie, neque de nomine, vt sequens narratio perspicue docet, in qua regni candidatus multis interrogationibus à Deo subinde requiritur. Cuius rei causam affert Theodoretus, quia si recta ad Dauidem fuisset profectus, venisset in suspensionem ne res ex composito gereretur. Dum autem singulos ad septimum vsque interrogat, cognouerunt Deum esse qui hos quidem reiceret, illum vero eligeret. Sic ipse. Fecit ergo Samuël sicut locutus fuerat illi Dominus, venit in Bethlehem, à ciuibus cum timore atque admiratione excipitur, indicit sacrificium, cui alij astant, alij etiam ex eo participant, nimirum familia Isai: quam collectam Samuël de præsentis rerum statu edocet, de Saulis videlicet abdicatione, & electione vnus ex familia Isai, quem Deus ex omnibus elegisset, professus se venisse interregnum, & in omnes æquali propendere voluntate.

V. Samuël ignorat quæ sit vncturus, & quare.

Edocet fam-iliam Isai de rerù statu præfê-ti.

Omnis, inquit, mihi estis longe clarissimi. Parentem vestrum grandæuum fratrem agnosco ac veneror. Vos autem omnes tanquam filios meos amplector. Vestrum erit, si pacis amatores estis & fraternæ gratiæ, charitatisque cultores, si de conseruanda familia vestra, quam Deus vehementer honorare cupit, solliciti, de fratris honore diuinitus illi collato gaudere, sed gaudere tamen in sinu, donec visum fuerit Domino rem in vulgus efferre, & de Saule ipso, pro diuina sua prouidentia, disponere. Quæ cum Samuël magno animi sensu esset effatus, venerabundi omnes Deo sese, eiusque Prophe-tæ religiosa corporis inclinatione demisere, se, suisque omnibus illius arbitrio permisis, Rursus autem Samuël ad senem conuersus, Pro-misit Dominus inquit, ostensurum se mihi quid facerem, & mihi demonstraturum quemcumque vellet hoc à me oleo inaugurari. Ergo si videtur filios huc tuos coram Domino sigillatim, ordine ætatis sistito, & ego à Domino exquiram quem sui prærogatiua suffragij honorare velit.

VI. Disponit ad acquies-cendum di-uinæ elec-tioni.

Annuit Isai, & euocatum primogenitum, Eliabum nomine propius ad prophetam, qui paululum subduxerat se de circulo, adire iussit Qui statim oculis in cœlum manibusque

VII. Siftitur Sa-muëli Eliab nec eligi-tur.

leuatis, num coram Domino, inquit, est Christus eius? id est qui inungendus est in regem. Erat hic statura procerus, & oris habitu, decoro ac pleno dignitatis, vt ad regnum factus videri posset. At Dominus respondit, se externa hæc non morari, quæ homines, qui interiora non cernunt, magni faciunt. Recte autem putat Abulensis collocationem hanc omnem Deum inter & Samuelem externam fuisse, & vtriusque vocem ad circumstantes peruenisse, ne electionem hanc illi non à Domino factam, sed à Samuele fictam arbitrarentur, si nihil ipsi viderent, audirentve, quo illis fides fieret; ideoque neque electioni acquiscerent, sicut cum audirent missa diuinitus voce, reici se ac repudiari. Itaque fratres omnes cum parente conscij fuerunt electionis & vnctionis Dauidis. Neque timendum erat ne plures conscij rem vulgarent; illi enim soli erant conscij, quorum vehementer intererat rem taceri.

Collocutio externa Dei siue Angeli & Samueilis.

VIII. Cæteri sex ordine fiuntur, neque eliguntur.

Cum ergo Propheta reiectum dixisset Eliabum, cæteri producti sunt, ordine, atque improbati, nec tamen vllus eorum foras exiit, sed substituerunt omnes in eodem triclinio, vt viderent quem tandem exitum habitura res esset. Vnde mox Dauid dicitur inunctus in medio fratrum suorum: & Samuël de præsentibus loquens, Non elegit, inquit, Dominus ex istis. Demonstrando manu eos qui aderant. Cumque iam septem reiecti fuissent, ventum est ad octauum Dauidem qui domo aberat, quem Samuël ante prandium euocari iussit è pascuis vbi ouium curam gerebat. Pertinet hoc ad illorum temporum simplicitatem, cum honestissimis orti familiis oues pascebant, & quærebant asinas, & agebant bubulcos, & regibus offerebant panes in clitellis; aulica vanitate nondum in mores inducta. Apparet autem pascua non longius abfuisse: ne non satis vrbana esset ista retardatio prandij, ad serum iunioris opilionis aduentum.

IX. Dauid euocatur, adest, docetur, iungitur.

Adest atque introducitur adolescens non sine timore fortasse, certe non sine innata verecundia; & erat qui placere posset, erat quippe rufus, & pulcher aspectu, decoraque facie, & festinatio gratiam rubicundi coloris adiecerat. Et ait Dominus, non expectata interrogatione Samueilis, Surge, & unge eum, ipse est enim, quem prædixi tibi, quem prouidi mihi. Surrexit, vt sacram vnctionem maiore cum veneratione perficeret. Sed prius, vt par erat, eum tota de re breuiter docuit, iussitque diuinæ acquiescere voluntati. Quod ille, vt se ex noua admiratione collegit, quamuis obsequendi studiosior, quam imperandi, sibi denique passus est persuaderi, re tota diuinæ prouidentiae permessa, quæ sæpè parum idonea instrumenta mirabilium operum eligit; vt tanto magis intelligatur, Dei id opus esse, non hominis. Tulit ergo Samuël cornu olei, & unxit eum in medio fratrum eius. Sed & reliquas, vt opinor, cæremonias adiecit, quas prius in Saule vsurpauerat. Valebant enim ad conciliandam illi, apud maiores natu fratres, interquam quandam venerationem, qualem vulgo laici clericis deferre solent. Nec paternæ apud iuuenem adhortationis est oblitus.

X. Sequitur facta huius vnctionis effectus. Et dicitur Spiritus Domini à die illa in Dauid.

& deinceps. Non videtur accipiendus hoc loco Spiritus Domini, spiritus charitatis, aut gratiæ gratum facientis. Absit enim à nobis opinari hac primum die datum hunc spiritum Dauidi, de quo iam dudum dixerat Dominus, se in eo inuenisse virum secundum cor suum. Itaque rectè auctum dicemus hodie, & vehementer amplificatum in Dauid spiritum illum; primum autem datum non dicemus. Eodemque modo aucta ea dona, quæ principem illam ac primariam gratiam vel natura sua, vel Dei benignitate consequuntur. Plerique non male spiritum prophetiæ, alij fortitudinis intelligunt: vtriusque enim exempla in Saulis vnctione præcesserant. Ego sanè spiritum regium ac principalem libenter acceperim, rege videlicet ac principe dignum, qualem ipse postulabat cum diceret, Redde mihi lætitiã salutariã tuã, & spiritu principali confirma me. Spiritu qui hominem mutat in virum alterum, qui vitia corrigit, & plebeias virtutes, regias atque heroi-cas facit.

Dirigitur Spiritus Domini in Dauidem.

Et quis ille Spiritus.

Psal. 50.

XI. Quomodo perseverauerit in eo.

Hic ergo Spiritus Domini regius ac principalis directus est, siue insiluit in Dauid, quod significat diuinæ actionis promptitudinem, longe ab humana tarditate distantem. Perseueravit autem deinceps in Dauid hic spiritus. Nam siue illum accipiamus spiritum prophetiæ, qui natura sua lumen quoddam est spiritale transiens per modum actus, satis est vt eum perseuerasse dicamus, si is Dauidem subinde illustrarit, neque eum prorsus deseruerit. Spiritus quoque fortitudinis perseueravit in Dauid, sic vt viribus corporis ferè populares suos ætate supparet vehementer antecelleret, nec aduersis vnquam rebus præ animi mollitudine frangeretur. Denique regiæ illæ virtutes perpetuo cultæ, etiam in ætate decrepita floruerunt; quod satis intelligi potest ex institutione Salomonis in regem, & testamento quod apud eundem Salomonem edidit moriturus.

XII. Samuël domum redit.

Vnctione peracta reuersus est Samuël in Ramatha, locum habitationis suæ; nec enim diutius ibi eum demorari opus erat, ne qua inde suspicio nasceretur; nec Saulem adiuit, etsi fortasse non ignorabat illum consilio suo aut consolatione vehementer indigere, ob insidiam ei recens à Deo calamitatem. Verum diuino afflatus spiritu intellexit id Deo non placere, nec officiosum illum aditum, aut regi, aut prophetæ vtilem fore, si forte ille furens, in senem, tanquam in authorem calamitatis suæ, imperum faceret. Ex quo enim Saulem non viderat, spiritus Domini recesserat ab eo, & exagitabat eum Spiritus nequam à Domino immittus, aut permissus. A malo dæmone vexatum fuisse, communis est antiquorum Patrum, & recentium scriptorum sententia, qui melancholica corporis eius dispositione abuteretur; quæ cum per musicam harmoniam mitigaretur, dæmonis quoque eum affligentis actio, quæ se dispositioni corporeæ accommodabat, temperabatur. Ita de hoc Saulis morbo senserunt Iosephus, Tertullianus, Clemens Alexandrinus, Augustinus, Hieronymus, Theodoretus, Eucherius, Isidorus, Rupertus, Gregorius

Spiritus malus inuadit Saul.

Magnus

n. 52. & seg.

XIII. Nec statim agnoscitur.

lib. 6. c. 9. An.

Dauid ad pascua inunctus reuertitur.

XIV. Vbi exercet fortitudinis & pietatis officia.

Ecl. 47. 3.

Psalmodum author vnus Dauid.

a. An. m. 1969. num. 62. & seg.

Magnus, & alij plerique, quos in Annalibus retulimus.

Hoc regis malum non tam cito agnitum videtur. Primum quia soler dæmon studiosius occultare se initio, ne adhibitis diuinitus institutis remediis, exire compellatur. Deinde quia tam insolens est atque inauditum reges audire dæmoniacos, vt alia omnia tam ipse, quam domestici eius cogitasse putandi sunt, vixque tandem veram morbi causam agnouisse. Quia etiam vbi id primum domesticis persuasum fuit, non tamen cito ausi sunt tam turpem ac probrosam mali causam fateri. Significat etiam Iosephus, opem à medicis diligenter quæsitam, sed frustra, donec de perito excantatore cogitatum est. Reliquum ergo hunc annum cum ignoto morbo Saulem luctari patiemur. Dum Dauid reuersus ad pascua egregia fortitudinis opera perpetrabat, & prophetico spiritu plenus, spiritualia cantica psalmosque conficiebat, & modulabatur ad cytharam. Vtriusque testes idonei sunt Iosephus, Dionysius, Abulensis: & res ex ipsa Scriptura clarissima est.

Etenim insigni animi corporisque fortitudine præditus, in syluis, pecorumque custodia illa facinora perpetrabat, quæ ipsemet postea, non vanitatis causa, sed regis totiusque populi confirmandi gratia, certamen cum Goliatho initurus, publicè recitauit, de leonibus & vrsis à se interfectis, propriaque manu dilaceratis, quæ Syracides ita prædicat, vt id genus certamina Dauidis ludum appellet. Alia in desertis illis locis Dauidis occupatio fuit, Dei laudes prophetico spiritu, per cantica psalmosque, celebrare. Nam bonam psalmodum partem tunc temporis ab eo fuisse compositam, & res ipsa loquitur, & idonei Scriptores prodidere. Vtrum autem omnium qui extant psalmodum Dauid vnus dicendus sit author, an ad eiusdem gloriæ societatem admittendi sint alij, qui in quorundam psalmodum initiis inueniuntur inscripti, neque leuis, neque noua est disputatio, multis pro vtraque parte certantibus. Ego ad illos accedo libentius, qui psalmos omnes Dauidicos esse volunt, ceteros autem qui inscripti reperiuntur, fuisse cantores, vt eleganter differuit in procemio psalmodum S. Chrysostomus. Sed hac tota de re vide Annales a ipsos in hunc locum.

ANNVS MVNDI 2970. SAMVELIS 31. SAVLIS & ACHIE Pont. 9. DAVIDIS 20. TROIÆ 100. DERCYLI 20. Imperij Assyri. 1039. ANTE CHRISTVM 1083.

I. Saulis morbus agnoscitur. a. l. 6. An. 69.

titantis agitatione vexatio illa contingeret quæ rex furere plerumque, atque insanire videbatur. Sed & illa opinio à multis iam seculis vigeat; carminibus & excantationibus, dæmonum vim reprimi, maleficia cohiberi, & animi corporisque sanitatem posse reparari, idque in Ægypto in exitu Hebræorum tentatum, quamuis irritò conatu, testis est Sapiens. Ex ea opinione profecta est illa oratio seruorum Saulis. Ecce Spiritus Dei malus exagitat te, nemo enim potest hæc facere, quæ tu facis, nisi fuerit dæmon cum eo. Explorata itaque ægritudine, idoneum, iucundum, atque in promptu positum excogitatum est à nobis remedium, quo malum hoc curari vel mitigari certe possit.

a. Sap. 16. 7. 8.

Iubeat ergo Dominus noster, & serui tui qui coram te sunt quærent hominem scientem psallere cythara, vt quando arripuerit re Spiritus Domini malus, psallat manus sua, & leuius feras. Et quidem sacros hymnos, vt ait Iosephus, Neque enim nuda erat, & solitaria illa fidium contrectatio, sed sacri hymni & psalmi à Dauid canebantur ad lyram, vt simul harmonicis concentus noxiis & melancholicis humoribus degreuatam releuaret caput, simul etiam sacri hymni in Dei honorem à sancto iuvene decantati, dæmonum actionem Domino miserante reprimerent. Dæmon enim qui melancholica dispositione gaudet, eaque ad incitamenta peccandi abutitur, ea discussa, indirecte, & ex accidente, vel abigitur, vel impeditur. Sed præcipua huius remedij vis ex ipso psalte pendebat, qui multum gratia valebat apud Dominum, ad opem ægro diuinitus obrinendam.

II. Remedium in Psalte quaeritur.

Quomodo musica proficit arreptiuis.

Proposito grauissimi morbi remedio, eoque facili ac iucundo, illico Rex acquiescit, qui ne difficile quidem, & acerbum erat recusaturus, iubetque sibi prouideri de psalte quopiam egregio, qui lingua & digitis eximiam delectationem afferat, siue quia morbus & mætor ingens non poterat modica delectatione mitigari; siue quia reges assueti deliciis, exiguo lætitiæ obiecto, non tanguntur; quod ab assuetis, vt ait Philoſophus, non fiat passio. Hic vnus de aulicis, Ecce, inquit, vidi filium Isai Bethlehemitam scientem psallere, & fortissimum robore, & virum bellicosum, & prudentem in verbis, & virum pulchrum, & Dominus est cum eo. Hic nimirum idoneus erit, qui hoc munere, aliisque cum laude fructuque fungatur. Cæterum hæc eogia Dauidis, eius ætati vicenariæ recte conueniunt: Nam Scriptura passim iuuenes, à 20. annis & supra, viros bellatores vocat, & qui possint ad bella procedere. Sexdecim autem annorum ætati, quæ est aliquorum chronologia, quomodo conueniant ipsi viderint. Sed has ipsas, aliasque Dauidis dores aulicis æmulandas, habes in Annalibus non negligenter explicatas, quas hoc loco studium breuitatis cogit omittere.

III. Edocetur Rex de Dauid.

Eiusque dotibus eximii.

Misit ergo Saul nuncios ad Isai, vt Dauidem è pascuis euocatum, eò enim ex vnctione reuerterat, ad se mitteret: non vtrique ad perpetuam, aut diuturnam in aula commorationem, alioqui non misisset mox qui diceret patri, sicut Dauid in conspectu meo, sed probaturus an aliquid opis in eius fidibus cantuque reperiret. At Dominus eum volebat

b. 1970. n. 9. 10. 11.

IV. Euocatur ad Saulem.

Cur David in aula resideret ex Dei prouideria.

maturè in aula versari, quamuis in ea multa aduersa, atque aspera toleraturus esset, & certissima discrimina mortis aditurus, priusquam in destinati regni possessionem mitteretur. Idque necessarium erat: Alioqui ab aula, turbisque popularibus secreta virtus eius, necessariam in populo iactationem non haberet, neque hominum beneuolentiam, humano more sibi compararet, sine qua tamen neque regnum obtinere, neque occupatum retinere potuisset. Quid quod neque pacis, neque belli negotia, sine hac experientia facile disceret? Nec consentaneum fuisset illi prouidentia, quæ disponit omnia suauiter, & quæ volebat arumnis, herois sui exercere patientiam, ex desertis locis in ciuitatem regiam, ex caulis ad aulam, ex hara ad thronum, & thronum in purpuram, pastoritium petasum in regium diadema, repentinum, atque improuifum commutare.

V. Isai mittit filium ad regem cum muneribus.

Porro Isai mandato regis accepto, illico parandum putauit, ne si cunctaretur, regis ægritudinem leuiter ferre videretur. Sed noluit consueta temporibus illis vrbianitatis officia negligere. Misit itaque filium suum, non sine aliquo vestium cultu, & famulo socio, qui mox rem gestam referret ad senem, & misit cum asino panibus onusto, & lagena sine vtre vini, & hædo vno, quæ omnia in asinum imposta intelliguntur. David autem cytharæ suæ, qua regi laturus erat opem, minime omnium oblitus est. Venit ergo David ad Saulem, & stetit coram eo, munera nec spreuit rex, nam gratius est pulchro veniens ex corpore munitus. Itaque dilexit eum nimis, & factus est eius armiger, in prætoria videlicet cohortem allectus, ut ægro principi esset ad manum. Et forte tum contigit ut Saul aduentio furore corripere, & promptam acciperet à nouo medico curationem. Itaque bene de se iam meritum dilexit, & beneficium perpetuum esse voluit. Ideoque misit Saul ad Isai, internuncio vsus famulo, qui cum asino reuertebatur ad herum, dicens, *Stet David in conspectu meo; inuenit enim gratiam in oculis meis.*


VI. Cum bona senis venia.

Noluit filium, utique præ cæteris dilectum patri, nisi cum bona senis venia, qui ipsum fortassis illico rediturum putarat, apud se retinere diutius. Id autem facile intelligitur impetratum. Quidni enim in octo filiorum turba, vnus principi, ad honorificum & salutare ministerium concederetur, quod beneficij loco omnes ducerent, & studiosissime ambirent? Nec tamen Rex aliam præ se tulit iuuenis retinendi causam, quam quod is sibi gratus esset. Nam reges, cæterique viri principes nunquam videri volunt beneficium accepisse, & se alicui minori præsertim, debitorem fati mortis instar putant: imo beneficium cum accipiunt, conferre se arbitrantur. Remansit itaque apud Saulem David, sed non remansit diu. Et certo constat illum ad parentem fuisse remissum: quandiu autem remanserit, & qua occasione remissus fuerit, non certo constat. Torniellus putat decem circiter mensibus apud Saulem mansisse; ego crediderim sufficere multo pauciores, ut tanto probabilius sit anni sequentis obliuio Davidis in Saule.

VII. Causam...

Causam autem, qua occasione reuersionis ex illis scripturis colligere possumus.

Tribus maioribus filiis Isai, secutus Saulem, abiit David, & reuersus est à Saul, ut pasceret gregem patris sui. Sentiebat Saul Philisthæos, perperuos Israëliti nominis hostes, bellum contra ipsos meditari ac moliri ipse autem, qui quemcumque viderat virum fortem, & aptum ad prælium sociabat eum sibi: cum accepisset Isai plures habere filios, bello valde idoneos, eos à patre abducere voluit, sibi sociare. Tres natu maiores non inuitus concessit pater, sed eam simul occasionem accepit rogandi regem, ut ad se filium suum natu minimum remitteret, quoniam non cytharæ neque orij, sed turbarum ac belli tempus immineret, & illi plurimum, iste parum bello adhuc vrilis videretur. Saul autem, qui se dudum, diuina rem disponente prouidentia, morbo leuatum sentiebat, ratus nullo suo incommodo Seni gratificari se posse, qui istius vnus præsentiam, trium absentia redimere velle videbatur, in hanc permutationem non inuitus consensit. Porro etiam David ipse aulæ fugitans, & solitudinis amans significare, reditum ad patrem sibi gratissimum fore: aulicis, qui forte dolebant oculis, ob principis in eum amorem, non inuitis.



ANNVS MVNDI 2971. SAMVELIS 32. SAULIS & ACHIE Pontif. 10. DERCYLI 21. Imperij Assyriorum 1040. ANTE CHRISTVM 1082.

GLEBREM hunc annum reddit gloriosissima Davidis de Goliatho victoria, cum summo Philisthæorum dedecore, damnoque coniuncta. Interim enim dum is, ab aulicis turbis expeditus, moratur in pascuis, eiusque fratres adscripti militiæ, regia vexilla sequuntur, suscitatum, aut instauratum est potius bellum, Philisthæorum contra Israëlitas, quod mirabili illa clade sopitum fuerat, cui Ionathas initium dederat. Cuius instaurandi non alia videtur fuisse causa Philisthæis, quam immortale eorum odium in Iudæos, & ambitio in eos dominandi desiderium. Ut ex illis Goliathi verbis intelligi potest. *Si ego præualero vos serui eritis, & seruietis nobis.* Animus ergo erat reparatis hoc septennio viribus (nam clades vltima tertio Saulis anno contigerat) pro vno præsidio deleto, plura variis in locis constituere, Israëlitas ferro semel, auro & argento quotannis exarmare, & acerbam omnino stabilire seruitutem, si prius pro accepta clade, possent ingentem aliquam eis reponere calamitatem.

Occasio fortasse fuerit regis non ignota ægritudo, quæ spem victoriæ faceret de hostili exercitu, sub ægro capite militante. Domini autem in permittendo bello consilium fuisse videtur, Davidem reddere gloriosum, & primum illi gradum ad imperium sternere. Coguntur in eundem locum vtrinque

Qua occasione reuertus fuerit David ad patrem.

cap. 14. 1.

I. Philisthæi belum instaurant in Hebræos.

cap. 14.

Qua ex causa.

II. Conueniunt vtrinque exercitus.

Philisthæi petunt singulare certamen.

III. Fiducia Goliath, & roboris eius.

Is prouocat Israëlitas.

IV. Qui omnes stupent, ac metuunt nimis.

Et cur.

V. David venit in castra.

copiæ, & quoniam magnum habet ad victoriam momentum loci commoditas, vterque exercitus eum affectauit, vterque ad collem castra locauit: sic ut vallis esset inter eos. Dum autem vterque expectat, ut ab altero initium pugnae sumatur, ut qui prouocatur è superiore loco irruens in prouocantem, potiore conditione sit ad victoriam, nonnulli abiit dies. Interea venit in mentem Philisthæis bellum singulare certamine definire, eoque de alterutrius populi seruitute, vel dominatione pacisci; præsertim cum apud se haberent virum bellatorem, cui parem opponere, Israëlitarum castra omnino non possent.

Is fuit Goliathus gente Philisthæus, patria Gethæus, genere spurius, statura sex cubitorum & palmi, id est nouem pedum cum triente, robore tanto quantum necesse erat ei, qui cum tam graui armorum pondere pugnare posset. Nam ut taceatur de cæteris, ærea lorica erat ducentarum & octo librarum cum triente, ferrum autem hastæ viginti quinque librarum. Ex quibus clypei & cassidis, & ocrearum, & gladij pondus æstimandum est, & hominis robor, qui hæc non solum ferre, sed iis etiam facile vti pugnando poterat. Armatus etiam erat insigni superbia, quæ sui confidentiam, & omnium aliorum contemptum illi afferbat. Addit Iosephus pone secutam armatorum phalangem, coram qua fastidiosam spirabat arrogantiam, prouocans Hebræum aliquem ad singulare certamen, additis ex euentu pugnae conditionibus, quæ communem gentis consensum indicabant; neque enim aliter de seruitute eorum pacisci quantumuis impudens, ausus esset; aut illi certe eam toties iterari passi non essent.

Quæ cum ille verborum tonitrua profudisset, retro ad suos reuersus, gloriabundus militari more iactabat, *Ego exprobraui agminibus Israël hodie, ostendi eos ignominiosam timiditate exprobrabiles, qui in tot bellatorum millibus non inueniant vel vnum, qui totius gentis dedecus abstergat, & periculo suo cæterorum pudori medeatur.* Quæ cum quotidie iactarentur, nullius indignatio ingentem fortitudinem exacuit, ne Ionathæ quidem, aut Saulis, aut vllius eorum, qui postea fortes Davidis appellati sunt, Deo illis audaciam subtrahente, & insolitam insinuante timiditatem, dum adueniret is, cui eam ipse gloriam reseruabat. Itaque audiens Saul, & omnes Israëlita sermones Philisthæi, stupebant, & metuebant nimis. Quod in Saule minus mirum, à quo spiritus ille fortitudinis abierat. Mirum potius tot Israëlitas, neque publico dedecore, neque priuata gloria, neque promissis à Saule diuitiis, neque regio coniugio ad singulare certamen potuisse percelli. Nimirum vbi prima causa defuerit, secundæ nihil possunt.

Interea bellum ducebatur magis, quam gerebatur; quadragesimum enim iam diem Philisthæus ille mane & vesperi procedebat, insultando Israëlitis, & vnum aliquem ad certamen singulare prouocando: quo die David, missu patris, venit in castra, cum comiteatu domestico ad fratres, & munus

culis ad tribunalum. Et hinc facile intelligitur milites sibi de victu providere solitos, sicut stipendiis militasse sub proprio principe. Venit autem David ad vallum castrorum, quod Hebræis dicitur Magala, in quo militum sarcinæ seruabantur. Non inuenit ibi fratres suos, exierant enim ad locum pugnae, & suis quisque locis stabant ad pugnam parati, si forte hostis in vallem pugnaturus descenderet, ad quod mutuis se clamoribus prouocabant, nec tamen pugnam adhuc inierant, quia superueniebat Goliath exposcendo, & cum conuicio flagitando aliquem Hebræum ad singulare certamen.

Vociferatione militari, quasi pugnae præludio excitus David, derelinquens vasa quæ attulerat, sub manu custodis ad sarcinas, currat ad locum certaminis, ibique inuentos fratres interrogabat quomodo se haberent, & vicissim de patre respondebat eis. Cumque adhuc ille loqueretur eis, prodit de more Goliath, & suum illud quasi solenne carmen intonat; quod Davidi in rei nouitate admirationem, cæteris metum vehementem incussit. *Omnes enim Israëlita cum vidissent virum, fugerunt à facie eius, timentes eum valde, & videlicet fratres Davidis cum eis.* Hic David edocetur quid hostis ille ageretur, & quid præmij rex constituisset ei, qui illum occideret, & probrum commune deleteret. Cumque hic, qui à Dauide rogabatur, respondisset quod res habebat, veritus David ne non satis explorata narraret de regis edicto, & præmij victori propositis, declinauit ad alios, quos eodem modo interrogauit, addita etiam contemptim accusatione Philisthæi, quæ tacitam sui oblationem innueret. *Quis enim, inquit, est hic Philisthæus incircumcisus, qui exprobrauit acies Dei uentis?* quæ vox zelum in Dauide diuini honoris ostendit.

Cum ergo alij eadem confirmarent, & in opinionem venirent hunc è pascuis iuuenem, iuuenili ardore plenum, & Dei spiritu, cuius honorem zelabatur, robotatum, optare cum hoc Philisthæo inire certamen, id inter se mustabant. *Quod cum audisset Eliab frater eius natu maximus, loquente eo cum aliis, iratus est contra David; utique ex fraterna potius, licet paulo feruidiore, charitate, quam ex inuidia, & ait, Quare venisti? & quare dereliquisti pauculas illas oves in deserto? Ego noui superbiam tuam, & nequitiam cordis tui, quia ut videres prælium descendisti.* Superbiam accusat, quod multo fortiori æquare se audeat, & armorum insolens, temerè sibi de veterano milite victoriam pollicetur, nomine autem nequitia, astutam intelligi curiositatem, quæ specie visendi fratres, exercitum videre, prælio interesse voluerit. Cui David suauiter, *Quid feci? quid admisi criminis interrogando & audiendo? an forte loqui non licet?*

Nec tamen propterea ab incepto destitit David; quippe qui in corde suo sentiebat vires suggerentem Deum. Pro sua tamen modestia maiorem natu fratrem reueritus, ab eo paululum ad alium declinauit, eademque interrogatione vsus, idem responsum accepit. *Hac porro interrogatione non experebat fieri certior, cupiebat potius desiderium suum*

I. Reg. 17. 10.

VI. Adit locum prælij, & certamen addisit.

VII. Significat se optare pugna, & à fratre obiurgatur.

VIII. Perstat in sententia, & ad regem adducitur.

multorum ore iactatum Regi innotescere, quod & consecutus est, & ad Regem adductus, Non concidat, inquit, cor cuiusquam in eo, dum sibi metuit aut mihi, in glorioso isto Philisthæo, Ego seruus tuus vadam, & pugnabo aduersus eum. Cui Saul, non vales resistere Philisthæo isti, nec pugnare aduersus eum, quia puer es, hic autem vir bellator est ab adolescentia sua. Puerum vocat, etsi vigesimum primum ætatis annum agebat, vt recta Chronologia postulat: itaque figurata locutio agnoscenda est, talibus colloquiis vsitata: præsertim cum Saul & corpore grandis esset & ætate, David autem humilioræ statura; itaque mox non puer dicitur; sed adolescens. Et Sapiens ait eum pugnasse cum leonibus & vrsis in iuuentute sua; quæ pugna iam dudum contigerat.

vers. 42. Eccl. 47.3.

IX. Cui persuadet suum cū Goliatho certamen.

Cum ergo cerneret David regem sibi certaminis imparitatem obiicere, vires, experientiam, ætatem maiorem requirere, coactus narravit pristinas illas victorias suas aduersus vrsum & leonem, quas ad tempus illud retulimus, quo eas credimus contigisse. Ex qua narratione non vires modo corporis, sed magnitudo etiam animi, zelus diuini honoris, eximia in Deum fiducia, quo incitante se offerebat certamini, aperte cernuntur. Quæ rex admiratus, & simul intimè animo, ad bene tota de re sperandum affectus, ei fausta precatus, pugnam illi permittit. Ne tamen humanæ prudentiæ deesse videretur, armis suis iuuenem induit, patiente potius quam optante Dauide; quippe qui confidebat in Domino, se posse Goliathum sine armis superare, sicut nuper leonem & vrsum incernis confecerat. Accepit tamen arma, vt regi obtemperaret, qui eum probe armatum pugnare cupiebat, ne temerè fortissimum iuuenem obiecisse, ac morti tradidisse videretur.

X. Armis à Saule induitur, quæ & deponit.

Arma porro illa Saulis dicuntur, non quod ea rex gestare soleret, neque enim vllam habere poterant cum Dauide proportionem, sed quod ex regio armamentario deprompta essent: quæ tamen deposuit, quod iis propter insolentiam vt non posset: Deo ipso, qui inermem pugnare volebat, armorum fastidium ingerente. Accepit ergo David baculum suum, quem semper habebat in manibus, & elegit sibi quinque limpidissimos lapides de torrente; & misit eos in peram pastoralem, quam habebat secum, & fundam manu tulit, & processit aduersus Philisthæum, hoc ipso significans se admittere certamen singulare. Id facile agnouit Goliath, ideoque propius ad Dauidem accessit, cum armigero suo, qui clypeum de more præferebat, vt certius cognosceret quem tandem haberet pugne aduersarium, æmulumque victoriæ. Et animaduertens inermem adolescentem, nullo pugne apparatu formidabilem, in quo debellando pudorem potius, quam gloriam acquireret: & si quis forte casus opinionem eius, spem quamuis exploratam, fefellerit, incredibile dedecus incurreret, despexit eum, atque adeo indignatus est.

XI. Philisthæi maledicta & minæ.

Numquid ait ego canis sum, quod tu venis ad me cum baculo? & maledixit Dauidi in diis suis, dicens, Dij te male perdant, aut similia quæpiam in maledictione vrens. Adiecit etiam superbæ & formidabilis minas, Veni, in-

quit, ad me, dabo carnes tuas volatilibus cæli, & bestiis terra, quæ te trucidatum à me abiectumque, dilacerent insulptum. Cui vice versa David; tu venis ad me cum gladio, in quo confidis, & hasta, qua me confodias, & clypeo, quo te ipse tuearis. Ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, cuius præsidium multo est potentius omnibus armis tuis; cuius arbitrio & voluntate vincunt & vicuntur exercitus, qui Deus est agminum Israël, quæ tu hodie quoque probris, atque contumeliis affecisti: quem propterea vltorem iniuriarum in suos illatarum formidare debes. Quod ego iam tibi, quasi mali nunciij Propheta denuncio; is manu mea vindictam de te sumet, Et dabit te Dominus in manu mea, & percuciam te, & auferam caput tuum à te, & dabo cadavera castrorum Philisthæi hodie volatilibus cæli, & bestiis terra. Quæ apparet spiritu prophetico à Dauide pronuntiata, ita minæ eius in rem deductæ sunt, hostiles autem in ventos abiere.

Davidis fiducia, & denuntiatio cladis.

Interea Saul videns Dauidem egredientem contra Philisthæum, quærit ab militiae principe Abnere de qua stirpe descendat hic adolescens; quod cum ille ignoraret, rem ipsam Rex à Dauide ipso mox didicit. Sed mirum valde est Dauidem nunc ignotum esse potuisse Sauli, qui non ita pridem apud ipsum habitauerat, cytharam crebro coram ipso pulsauerat, denique armiger eius fuerat. Dicendum videtur plures causas huius ignorationis concurrere potuisse. Prima est S. Augustini, quæ plerisque probatur, mutatio scilicet in facie Davidis, barba copiosius, vt sit illa ætate, per octodecim circiter menses adnascenæ, ac magnam faciei partem prius nudam ac læuem obtegente. Addatur mutatio habitus; aliter enim in aula, aliter in pascuis induebatur: vestitu autem admodum mutato, cum modica faciei mutatione, facile quis non agnosci potest. Facilis quoque est in principibus viris obliuio, cum multos habent subditos, à quibus ad tempus aliquod inuisuntur, nec multo post tempore apparent. David autem nec diu in aula versatus est, nec facile apparebat ante Saulem, nisi cum is fiebat impos sui, & parum aptus ad homines dignoscendos. Nihil denique absurdi est dicere memoriam ac phantasiam Saulis, ex frequenti agitatione dæmonis, non nihil fuisse debilitatam.

XII. Saul inquit de Dauide.

Mira eius ignorantia, cuiusque causæ.

Sed reuertamur ad bellatores nostros, quorum prima fuit quasi velitatio verborum, ad iram cotem fortitudinis vtrique acuendam. Ad rem ergo extemplo ventum est; accingit se Philisthæus ad certamen, excedit arma, appropinquat hosti David quoque expedit arma sua. Educit enim è pera lapidem vnum, & in funda positum circumducit ad caput, vt impetu maiore ferretur, quem etiam cursus vibrantis augebat. Excussus toto conatu lapis, stridens diuerberat auras, & molientem arma Philisthæum, nec opinato vulnere in frontem ferit tanto impetu vt osse confrecto, lapis in fronte infixus hæreret, fractoque cerebro in faciem cruentum prosterneret, semiuivum, aut potius plane mortuum. Nam satis constat fracti cerebri vulnus esse lethale. Quamquam dici potest Goliathum ictu lapidis ita iacuisse prostratum, vt non statim animam ageret: ideoque

XIII. Venitur ad pugnam

David lapidem in fronte Goliathi.

ideoque cucurrisse Dauidem, vt eum plane conficeret, bisque interfectum dici, quod gemina quodammodo morte; ex gemino mortifero vulnere moreretur. Caput autem præcidit, tum vt hominis omnibus certior esset interitus, tum vt indeque in triumphum circumferri posset, ad Dei Davidisque gloriam, & vniuersi populi lætitiæ.

Eique caput amputat.

XIV. Philisthæi fugiunt, quos Israëlites persequantur. At Philisthæi prostrato eorum coriphæo, fracti animis se in fugam dederunt. Vice autem versa multum animi ex tali spectaculo Hebræis accessit, qui Consurgentes vociferati sunt, militari se clamore excitantes ad impressionem faciendam, & persecuti sunt Philisthæos, vsque dum venirent in vallem, quæ erat iuxta urbem Accaron, atque adeo vsque ad portas ipsius. Cecideruntque vulnerati de Philisthæis in via Saraim, & vsque ad Geth, & vsque ad Accaron. Septuag. & Iosephus priore loco habent Ascalonem, posteriore Accaronem: quæ vrbes non parum à se distant. Venientibus enim ex Ægypto prima urbium Philisthæarum occurrit Gaza, tum Ascalon, tertia Azotus, quarta Accaron, postrema Geth. Ex quo intelligi potest fugam valde lærè fufam, ac dispersam fuisse quod scilicet quemque aut impetus tulisset, aut spes euadendi, eò ferebatur, & strages tanto fuit maior, quo minus congregabantur ad resistendum. Cætorum numerus initus non est, fortasse quia plurimis in locis, nec parum à se distantibus cædes facta est. Eum tamen vel inuenit, vel excogitavit Iosephus: ait enim triginta millia cecidisse, duploque plures fuisse vulneratos: reuersos autem Israëlitas diripiisse castra hostium, atque incendisse.

1.6. Ant. c. 11.

XV. Davidis præda.

Deducitur victor ad Saulem.

XVI. Ionathas multis tribus amat Dauidem, s. 16. u.

plexus est. Anima Ionathæ, ait Scriptura, conglutinata est anima David. Amor enim animos vnit atque agglutinat, isque primarius est illius effectus, & dilexit eum Ionathas, quasi animam suam. Agnoscebat quippe in eo iuuentutis florem, sua ipsum sponte amabilem: oculorum, totiusque oris speciem ac dignitatem videbat, animi corporisque fortitudinem, omni prædicatione maiorem, digito ipso tangebatur, auditione ipse sua vsurpabat sermonum modestiam, hominis nihil ex tali, tantaque victoria insolescentis, sed gratiosissimo potius pudore verecundantis. Quid quod habitantem in eius pectore odorabatur ipsam Deum?

XVII. Aliæ amoris eiusdem causæ.

Nobilissimam præterea tribum Iudæ, ad quam pertinebat David, nobilem numerosamque familiam Isai non ignorabat. Quin etiam ex affinitate fratrem sibi eum fore, publico patris sui decreto, qui iam promissi reus esset, non dubitabat. Quid igitur mirum si Ionathas tot titulis amabilem Dauidem eximia charitate dilexit? Sed Deus quoque suauissimam ténertudinem præcordiorum instillauit in cor eius, qualis solet esse parentum in filios, vt Dauidem apud Saulem commorantem, fideliter forsitique tueretur, adeo vt eius amicitiam paternæ necessitudine antiquiorem haberet. Deinde cum similitudo sit amoris mater, multaque esset Dauidem inter & Ionatham similitudo, virtutis, studiorum, fortitudinis heroicæ, quam aduersus Philisthæos egregio vterque facinore probauerat, non potuit iude amor in Ionatha non efflorescere: qui cum mox agnitus esset à Dauide, nam factis ipsis mox à Ionatha patefactus est, mutuam in Dauide beneuolentiam peperit, vt perfecta inter vtrumque existeret amicitia, amore amorem procreante.

XVIII. Muneribus quoque testantur amorem.

Sed cum munera testes sint atque indices amicitia, imo & fomites ac tutores, Ionathas in signum intimæ beneuolentiæ, expoliavit se tunica qua erat indutus, & dedit eam Dauidi, & reliqua vestimenta sua. Potuit pretiosis amicis monilibus Imperij candidatus honorare, sed voluit quamprimum occurreret necessitati amici, quem ferre non potuit veste indutum pastoritiam, vulgo aulicorum haberi contemptui, itaque rhenone exutum, voluit in splendida veste fulgere, & quasi alterum Ionatham, quem vestibus exhibebat diligi, atque honorari: Ipsum autem Dauidem, cum se perpetuo in Ionathæ vestibus cerneret, eius vbique memoriam circumferre, & intelligere, se in animo Ionathæ penitus, intimisque visceribus, sicut in eiusdem vestibus, habitare. Neque hac liberalitate contentus, arcum suum manibus eius, & dorso pharetram, & baltheum renibus, & lateri gladium addidit, vt pastorem in virum militarem verteret. Cumque viri militares arma sua magni faciant, præsertim quæ sunt eximia bonitatis ac decoris, qualia sunt arma virorum principum, Ionathas armis suis Dauidi largiendis, singularem erga eum beneuolentiam demonstrauit, simul etiam iudicauit tam egregium bellatorem armis optimis ac decentissimis initiandum esse.

Datis ei vestibus & armis suis.

Nec satis esse duxit Ionathas tacitis hisce, mrisque rebus deuinciri animos ac conglutinari, verbis opus fuit, certisque cæremoniis, fœdus inuendum erat, initium est. Inierunt, ait

XIX. Et fœdere cum ipso inito.

Scriptor facer, David & Ionathas fœdus, diligebat enim eum, quasi animam suam. Itaque cupiebat vt quale fœdus existit inter corpus & animam eiusdem hominis, quam antiquum, quam constans & immutabile, tale apud ipsos perpetuo perduraret. Existimat autem Abulenſis ſeruatatas fuiſſe in hoc fœdere ſolemnes illas cæremonias occiſi animalis, diſſectique, & tranſitus ineuntium fœdus inter diuiſiones, & non pactum duntaxat iureiurando firmatum, quia cæremonia ille ad ipſam fœderis vim ac naturam pertinebant, ſine quibus non eſſet, neque diceretur fœdus, ſed pactum, vel promiſſio: fœdus autem perpetuo dicitur, tam ab vtroque ipſorum, quam à Saule, pactum vel promiſſio nunquam dicitur.

XX. Postremo conſuetudine vitæ.

Accessit poſtremo ad abſolutionem amicitia, mutua vitæ conſuetudo, Saul enim, vel ſua ipſe ſponte, vel annicente Ionatha, retinuit apud ſe Dauidem, nec conſeſſit ei vt reuertetur in domum patris ſui, ſicut antea. Et qui enim dudum armigerum ſuum eſſe voluerat, quod famuli cuiuſpiam, aut gregarij militis eſt munus, nunc poſt datum fortiſſimi viri experimentum, poſuit eum Saul ſuper viros belli, non vt princeps militiæ fieret, Abnere exauthorato, quem in ſua perſeuerante dignitate conſtat, ſed vt in quopiam inferiore magiſtrato, vices illius gereret, qui & grauis ætate, & dignitate regi patriuſis eſſet. Itaque egrediebatur ad omnia quæcunque miſiſſet eum Saul, vt qui & prudentia & fortitudine præſtaret, & ſupra ætatem virtutes duci neceſſarias conſecutus eſſet. Itaque cum Dauid apud regem grauoſus eſſet, & intima Ionathæ beneuolentia fruereſſet, facile id quoque conſecutus eſt, vt acceptus eſſet in oculis vniuerſi populi, maximè que in conſpectu famulorum Saulis. Sed hæc poſterius contigerunt, nunc ad Dauidis triumphum reuertamur.

XXI. Triuſphus Dauidis.

Fagatis itaque conſiſſique Philithæis, reuerſus eſt in ciuitates ſuas victor exercitus, læticia triumphans & ſpolijs diues. Erat nimirum in regio curru Saul, tum Ionathas, cum cæteris filiis regiis; inde Abner princeps militiæ, & Dauid publicæ huius lætitiæ fons & caput, veſtitu omnes ſplendido atque magnifico. Dauid in primis in veſtimentis armisque Ionathæ fulgebatur, & famulari manu inimicum in conto præferebat caput; omnes coronis redimiti, armis decori, inſigneſque palmis. Nec deerat multa in vinculis turba Philithæorum, viliffimæ deſtinata ſeruituti: turbæ hinc inde lituique læto clangore perſtrepebant, cum feſto ſonitu bellicorum tympanorum: quibus ex aduerſo in obuiis vrbibus occurrebant mulieres canentes, chorosque ducentes in occurſum Saul regis. Sed ecce in hoc triumpho publicæ lætitiæ, amaritudo Saulis amariffima. Accidit enim ad ipſius aures ingrata illa vox, Percuſſis Saul mille, & Dauid decem millia, quaſi intercalare carmen; quo ſignificabatur laudabilem eſſe Saulis operam in perſequentis hoſtibus, quæ mille hoſtium cædi conſerri poſſet, ſed facinus Dauidis multo eſſe laudabilius, decuplò que præſtantius.

XXII. Mulieres imprudentia peccarunt.

Qua in re mulieres hæc grauer per imprudentiam deſeruiſſe negari non poſſet, cum Saulem Dauidi & regem ſubdito compararunt.

Cum enim omnis comparatio, etiam inter pares odioſa eſt, & priuata de ſe exiſtimationi inimica, tum inter inæquales odioſiſſima, ſi minores maioribus æquentur; proſus autem euadit intolerabilis, cum minores maioribus, atque adeo ſupremo in gradu poſitis præferantur, quo modo ab iſtis peccatum eſt, cum ſubditus rege ſuo decuplo honorabilior proclamatus eſt. Itaque iuſta fuit ira Saulis, eoque iuſtior, quo ad maius eius damnum illa iniuria redundabat, regni videlicet amiſſionem. Vnde & dicebat, quid ei ſuper eſt niſi ſolum regnum; quaſi dicat. Cum illum prædicent decuplo me præſtantiorum, vti que & regno digniorum: illum ergo regem me exautorato conſtituent. Hæc autem tanto ingratiora fuerunt, quanto latius vulgata ſunt, & ad ipſos delata Philithæos. Cum tamen hæc inſcio, atque haud dubie inuito Dauid e iactarentur, iniuſta plane fuit regis in ipſum indignatio, vt rectè diſputat S. Chryſoſtomus: atque etiam inſulta, optimum enim atque innocentiffimum iuuenem, & de toto regno bene meritum, oportuit maioribus in dies beneficiis demereri, vt neque nocere veller, neque poſſet; quia neque improbus eſſe veller, neque ingratus.

Et Saul merito doluit, ſed immerito contra Dauid.

Hom. de Dauid & Saule.

XXIII. Quæ deinceps perſecutus eſt.

Huiusmodi ergo cantiunculis, Dauidicisque laudibus male ſaucijs Saul, non diu animi ſui dolore diſſimulauit, ſed cum vultu quamprimùm, ore, manibusque patefecit. Non enim reſiſtis oculis Saul reſpiciebat Dauid à die illa, & deinceps. Poſt diem autem ab hiſce canuſenis, & concepto in Dauidem odio, ſecuta eſt ſua præna nocentem. Inuaſi enim Spiritus Dei malus Saul, & prophetabat, ſiue vt vertit Chaldæus, inſaniebat, in medio domus ſuæ, & fanda infandâ; loquebatur. Sed non intra verba ſe continuit furor, ad furioſa facta prorupit. Cum enim Dauid intermiſſum repeteret miniſterium, pſalberetque manu ſua, ſicut per ſingulos dies facere conſueuerat, vel quibus furebat Saul, vel quibus animi gratia ipſum coram ſe pſallere iubebat, Saul lanceam, quam tenebat manu, in Dauidem contorſit, ratus ſe cum cum pariete conſixurum. Ergo ſciens & volens niſus eſt perſodere Dauidem, vt Scriptura teſtatur; Elegit autem potiſſimum hoc tempus ad ſcelus perpetrandum, exiſtimans intentionem ſuam ac voluntatem occultam fore, cum putaretur ab omnibus inſanire.

1. Reg. 18. 10.


XXIV. A telo Saulis ſemel iterumque diuinitus liberatur.

At Dominus, qui Dauidem ſingulari prouidentia protegebat, teli iactum irritum fecit. Declinauit quippe Dauid à facie eius. Quod animaduertens Saul, ceſſante mox furore diſſimulauit ſe ſcire quid contigiſſet, idque à ſe tentatum ægre ferre finxit, cum reuera doleret rem non fuiſſe perfectam, vt videlicet & odium vitaret ſuorum, quibus Dauid erat acceptus, & Dauid nihil ſibi ab eo timens, ſolito ſe illi more permitteret, quod & fecit; & Saul rursus eundem ludum ludere conatus eſt, ſed illuſus, atque expectatione ſua falſus eſt, Dauid e facie eius ſecundo declinante, vt ait Scriptura, & ſecundum iactum feliciter fallente. Idque non eodem die, ſed alio poſtea, ne Dauidem parum prudentem ſingamus, qui durante eadem inſania, aut vix finita, eidem ſe periculo temerè obiecerit. Itaque tum ſe à conſpectu Saulis protripuit, neque illi apparuit, donec ab eo reuocatus eſt, profitente

cap. 18. 11. Hebr. duabus vicibus.

huius

huius ſibi molitionem facinoris, extra ſe poſito contigiſſe. Quod iuuenis facile credidit, qui nihil ſibi eſſet conſcius, neque adhuc didiciſſet, quid fraudis atque perfidiæ ambitio parturiret.



ANNVS MVNDI 2972. SAMVELIS 33. SAVLIS & ACHIÆ Pontif. 11. DERCYLI 22. Imperij Aſſyr. 1041. ANTE CHRISTVM 1081.

I. Conſilia Saulis in Dauidem.

NOVVM inimus annum, occultis Saulis in Dauidem inſidiis implicatum. Cum enim vidiffet Rex Dauidem irritu conatu ſemel iterumque à ſe petitum, & inſaniæ præſidio meditarum facinus perſici nequiuiffet tum demum intellexit inimici ſui protectorem eſſe Deum, cuius ope à tanto periculo bis euafiſſet; itaque ſibi ab eo timere cœpit, non vim, opinor, aliquam ſibi ab illo inferendam, ſed ne penitus repudiata à Deo familia ſua, regnum in ipſum transferretur. Itaque cum certum ſibi eſſet illum perdere, & deſperaret à ſuis, à quibus vnicè diligebatur, rem conſici poſſe, proprium autem conatum cerneſſet irritum eſſe, ſtatuit aliena manu, ſub ſpecie honoris, illum perimere. Itaque qui mox ab occiſo Goliatho illum Centurionem eſſe iuſſerat, nunc Tribunum eſſe voluit ſuper mille viros, & inſuper filiam ei ſuam deſpondit vxorem, vt fortiſſimum iuuenem, atque in primis generoſum, in ea diſcrimina coniceret, in quibus aliquando periret.

1. Reg. 18. 5. 13.

II. Quam callida ex 4. capitibus.

Hoc illi conſilium merito viſum eſt callidiſſimum, & commodiſſimum ad rem quam agebat. Primum quia eadem opera amouebat eum à ſe, & tutum præſtabat ſe ab eius manu, ſi quid ille forte moliretur aduerſus occultum inimicum ſuum. Secundo ita hominem aliena manu perdebat, vt inſamiam mortis eius, atque adeo ſuſpicionem vitaret. Tertio honorabat iuuenem in teſtimonium integræ beneuolentiæ. Denique ſatiſfaciebat edicto ſuo de promiſſo coniugio filia victori Goliathi, & datam liberabat fidem, quam fallere omnibus quidem hominibus, ſed maxime regibus indecorum ac probroſum eſt. Quam autem prudenter ſe ac modeſtè in ea dignitate Dauid gereret, illa docent. Et egrediebatur & intrabat in conſpectu populi, nimirum expeditiones iuſſu regis ſuſcipiebat alacriter ac prudenter, & feliciter expediebat, ſaluo milite ſuo atque victore, quia Dominus erat cum eo, eiusque beneficio cuncta illi proſperè procedebat. Hæc eſt illa felicitas in Imperatoribus laudatiſſima, plurimumque expetenda. Itaque recte ſequitur, Omnis Iſraël & Iuda diligebat Dauid: ipſe enim ingrediebatur & egrediebatur ante eos, non quidem ante omnes, id enim erat munus principis militiæ, ſed ante millenos ſuos, quibus ſe plerique alij, cum bona tribunorum ſuorum venia, adiungebant. Itaque quod in perniciem Dauidis humana malitia excogitabat, diuina bonitas ac prouidentia in eius gloriam conuertebat.

Tribunus prudenter ſe gerit, ac beneuole.

Quo autem ceſſit conſilium Saulis ineundæ cum Dauid affinitatis? Spondit ei filiam ſuam primogenitam, quam, fidem fallendo, alteri dedit. Moxque dedit illi Michol filiam alteram vxorem, vt fieret illi in ſcandalum, & manibus Philithæorum periret, dum eorum præputia quærit, quæ, niſi illis occiſis, obtinere, non poterat. Ad Michol dilexit Dauidem, contra quam cupiebat pater, & fuit illi in ſalutem, & Philithæi in copioſiſſimam gloriæ ſegerem, dum eos conſilio & viribus incautos occupat: imparatos in pugna neceſſitatem conicit, reſiſtentes fundit, fugat, interficit. Et quantum, præclarè ſe gerendo, acquirebat gloriæ, tantum manuſerudine ſua ſibi beneuolentiæ apud æquos, iniquoſque comparabat. Verum quod ad priorem illam ſponſam attinet, ea iam Dauidi promiſſa fuerat non ſyncerè. Dixit enim Saul ad Dauid, Ecce filia mea maior Merob, ipſam dabo tibi vxorem, tantummodo eſto vir fortis & preliare bella Domini. In quæ illum temerè irruere cupiebat, vt ſe dignum talibus nuptiis oſtenderet, & periret Philithæorum manu, vt ibidem Scriptura confirmat.

III. Vt Saul ſe geſſerit in nuptiis filiarum ſuarum cum Dauid.

Dauid autem qui pro demiffione animi ſui nihil ſibi tribuebat, & candidè ex animo ipſe ſuo regis animum interpretabatur, ingens ſibi conſerri beneficium putabat. Itaque aiebat, Quis ego ſum, & quæ eſt vita mea, id eſt, quæ reſ à me geſtæ, aut cognatio patris mei in Iſraël, vt ſiam gener regis? Et par quidem erat ſubditum, & in familia ſua natu minimum, omnia ſua verbis abiicere atque extenuare. Sed par erat quoque regem promiſſi & iuſtitiæ non eſſe immemorem. Nam illam in acie vniuerſè promiſſerat, vt aliquem inducerat ad ſingulare certamen, induxit Dauidem, factus eſt voti reus, cunctatur, promittit ſecundo nominatim Dauidi, & vtramque promiſſionem irritam reddit. Cum enim adueniſſet tempus vt daretur Dauidi, data eſt Hadrieli Molathite. Quid cauſæ? non promiſſerat animo ſtandi promiſſis, & matrimonium celebrandi, ſed vt ille, ſpe coniugij tam illuſtris, præceps in pericula ruens periret, qua ſpe fruſtratus, reſiſit à promiſſis.

IV. Dauidis in illis candor, ac modeſtia.

Ad Dauid nihilo commotior quam ſi nullam accepiffet iniuriam, vt qui ex animo talibus ſe nuptiis indignum putabat, ſicut & verbis profitebatur ad alteram Saulis filiam animum requiſitus applieuit. Cum enim Michol ſorem ſuam alteri nuptui traditam videret, rem ad ſe pertinere putauit, & Dauidem diligere cœpit, nec amorem diſſimulauit. Et erat cur diligeret amore longe digniſſimum, ad quem ornandum virtus, ætas, forma, genus egregie conſpirarent. Hic amor cum patri nunciatus eſſet, placuit ei, & in furas nuptias mala ruſum intentione conſenſit, vt ſcilicet fieret illi in lapidem offenſionis, non quod reuera ea quidpiam mali machinatura eſſet, ſed vt ſpe illius potiundæ, dum Philithæorum plurimos occidere conatur, propter appoſitam à rege conditionem, occumberet. Micholem ergo à rege de more poſtulauit, ſiue ipſe per ſe, ſiue gratioſi cuiuſpiam amici, puta Ionathæ interuentu.

V. Animum applicat ad nuptias Micholis.

Reſpondet Saul ſibi perinde eſſe, vt in alterutra filiarum fiat gener ipſius, & quoniam

VI. Conſenſit.

prior

Saul in nuprias Micholis, sub conditione.

prior iam esset elocata, posteriorem eius vxorem fore. At Chaldæus, in vno duorum, inquit, eris gener meus, id est in dote danda, vel in præputiis; sed quia David excusavit tenuitatem suam, Saul elegit centum præputia Philisthæorum, quæ sibi intra dies aliquot, dotis loco numerarentur. Nec mirum videri debet dotem à genero sine marito peti, cum illa dari soleat ab vxore. Nam antiquitus maritus vxorem dicebatur emere, & maritum vxor, dicebanturque fieri per coëmptionem nuptiæ. Admittit conditionem David, seque ac suos ad eam quamprimum explendam comparauit, & priusquam dies assignati transacti essent, occisis ducentis Philisthæis, ducenta regi præputia numerauit, vt esset gener eius. Quo autem modo illi in Davidis potestatem venerint, proditum non est. Nec parum callida fuit Saulis petitio, qui non aures aut capita Philisthæorum petierit; Ne David cum suis prædonum more obuios offe-deret, quos tamen Regi diceret esse Philisthæos. At præputia in solis Philisthæis inuenturi erant, nisi regiones longinquas adituri essent, quod assignati temporis angustia non ferebant.

Quam admittit David, & expler.

1.6. Ant. c.11. & 13. 9.37. in c.18.

VIII. Dat Saul filiam Davidi, sed inuitus.

Iosephus & Abulensis existimant Saulem pudore compulsum, nec ultra tergiversari valentem dedisse filiam suam Davidi, negaturum alioqui, cum in promittendo nuptias nihil aliud spectasset quam interitum generi. Verum post iniuriam illi factam, in fallenda fide in filia natu maiore, ferrei esse oris existimauit, in hac quoque, tanto periculo coëmpta, perfidiosè agere. Itaque dedit illi filiam suam vxorem, vt mox tanto maiori scelere, viri innocentis, & præclare de se, totaque repub. meriti, & fortissimi iuuenis, & prudentissimi ducis, & generi, qui instar est filij, fieret perduellis. Itaque nuptiæ ex parte fœderi dissimulatione plenæ fuerunt: ex parte autem coniugis vtriusque, syncerissimæ. Nam Michol, quæ Dauidem ante dilexerat, nunc dilexit etiam vehementius, qui sui causantantum apud Philisthæos periculi adisset. Cui amori David egregiè respondebat, vel hoc nomine, quod ipsa quamuis genere præstantior & opibus, benevolentia tamen erga ipsum certasset prior, & maritum oportasset. Honorabat quoque, vt regis filiam, vt principis sororem, vt fortunis opulentiorum, vt causam dignitatis suæ.

Mutuis coniugii amor.

VIII. Præter spem Saulis.

Cæterum Micholis in Dauidem amor parentem sefellit, qui sperabat se habiturum illam perfidia suæ, crudelitatis administram & paternum amorem tanto antiquiorem maritali antelaturam: sed improba spe frustratus post contractam affinitatem, cepit magis timere David: vt qui haberet domi suæ filium ac filiam impense addictos illi viro, quem ipse capitali odio prosequeretur, & quoquo modo sublatum euperet. Nam quod hæcenus clandestinis machinatus erat insidiis, mox apertis odiis attentauit, vt sequenti anno dicemus.

IX. Excursio Philisthæorum.

Interim egressi sunt de finibus suis, principes Philisthæorum, proculdubio ad bellum, memores eorum quæ nuper apud ipsos David hostiliter perpetrarat. Fremebant nimirum occisos ciues suos: sed multo etiam vehementius indignabantur, cum casorum corpora præputio mutilata, quasi in ipsorum contumeliam & pro-

brum, animaduertebant. Itaque simili aliqua virorum fortium excursione suscepta Hebræis luculentam cladem reponere satagebant. Maxime autem imminabant Davidi, quem præsentium suorum malorum fontem agnoscebant & caput. Sensit id David, & à principio egressio- nis eorum prudentius se gerebat, quam omnes ferui Saulis. In odorandis scilicet, atque auertendis hostium consiliis, in locorum opportunitate occupanda, in parandis insidiis atque vitandis, aliisque id genus militaribus institutis. Quæ hoc erant admirabiliora, quo minus ea per ætatem callere, nedum patrare posse videbatur. Nec plura de hac vel excursione, vel bello memorantur, quo autem exitu finem acceperit non liquet. Non videbitur certe vltra hunc annum processisse, opera præsertim Davidis, cuius nomen celeberrimum factum esse Scriptura hæc ipso loco testatur.

A Dauidе gloriose re-primitur.

ANNVS MVNDI 2973.

SAMVELIS 34.

SAVLIS & ACHIÆ 12.

DERCYLI 11. Imperij Assy. 1042.

ANTE CHRSTVM 1080.

VERBAT in dies vehementius Saulem inuidia, & quot ad eum nuncij de re bene à Dauidе gesta contra Philisthæos perferebantur, totidem illi erant tormenta & crucces. Hærebat saltem ambiguus lætareturne atteri vires hostis infestissimi, spoliis ditari populum suum, pacem ac libertatem Hebræorum altiores semper radices agere, an tristaretur, quod illum, quæ sibi domesticum fingebat hostem, & scepro suo ac folio imminentem putabat gratia in vniuerso populo, gloria in omnibus gentibus in dies inualescere sentiret. Cumque duas in partes infelicis Principis animus distraheretur, hic tamen dolor illam læticiam absorbebat, quod priuata mala nos acerbius crucient, quam communia commoda consolentur. Hoc porro anno Saulis in Dauidem inuidia, atque odium erumpit foras: & quod ipse per sese, occultasque machinationes perficere non potuerat, Deo illi ad gloriam & benevolentiam conuertente, quæcumque ad eius perniciem parabantur, ascito suorum auxilio conficere omni ope conatus, vt sic plures indignissimi sceleris participes fiant, & cædes innocentissimi Iuuenis redundet in plures.

I. Misera Saulis inuidia.

Erumpit foras.

Quin & ipsum Ionatham optauit eiusdem facinoris administrum, quo & recentis affinitatis, & iam dudum inita amicitia fœdera violata conciderent. Nam locutus est Saul ad Ionatham filium suum, & ad omnes seruos suos, vt occiderent David. Cum enim adhuc ignarus esset mutui inter eos fœderis, non absurdè sperauit Ionatham hoc facinus per se suosve confecturum, quia ipsius maxime interesse videbatur mori Dauidem, qui patris regnum, ipsi tanquam primogenito debitum, videbatur occupaturus: iuxta illud Saulis. Omnibus diebus quibus filius Isai vixerit super terram, non stabili-

II. Domesticos, ipsamque Ionatham inuitat ad cædem Davidis. 1. Reg. 19. 1.

1. Reg. 20. 31.

lieris

lieris in, neque regnum tuum. Verum Ionathas antiquiore habuit fidem Davidi datam, & iuramentum firmatum, paterna benevolentia cum scelere copulata, atque adeo debito, ac sperato regno. Et huc quoque respexisse videtur Scriptor sacer, cum Saulis iussione memorata; subdit, Porro Ionathas filius Saul diligebat David valde. Vt propterea frustra id facinus sperauerit ab eo Saul. Sicut & filia sua, quam voluit oblitam suæ cum Dauidе necessitudinis, & intima charitatis, impotenti parentis cupiditati seruari.

III. Qui amicè ac prudenter se gerit.

Pertinet nihilominus repetita hoc loco Ionathæ in Dauidem dilectio, ad manifestatas ab eo Davidi paternas insidias. Querit, inquit, Saul pater meus occidere te. Non potuit pro amico aduersus patrem arma capere; nec debuit & amici, & innocentis incolumitati deesse: quod ergo proximum fuit egregiè præstitit, vt patrem à sententia deducere conaretur, & amicum moneret, vt studiosius salutis suæ curam gereret; & quidem proximo tempore matutino, quod eius cædi fuerat destinatum: se autem daturum operam vt pater abiret à priore sententia, & mandatum reuocaret; eaque de re quamprimum moneretur, vt è latebris emergeret: ita ab utroque constitutum, ita factum. Captauit Ionathas idoneam occasionem adeundi patris, eiusque in difficili causa factus patronus, Ne pecces, inquit, in seruum tuum David, quia non peccauit tibi, & opera eius bona sunt tibi valde. Et posui animam suam in manu sua, & percussit Philisthæum, & fecit Deus salutem magnam vniuerso Israël, vidisti & letatus es, nimirum nondum insonuerat illud fatale carmen, Percussit Saul mille, &c. concludit. Quare ergo peccas in sanguine innocio interficiens David, qui est absque culpa? Sic ille.

Et conciliat Dauidem patri.

IV. Quod præcunctis maxime poterat.

Valuit breuis sed elegans & accurata oratio ad mitigandum regem, valuit non solum æquitas causa amanter ac suauiter demonstrata, sed persona ipsa Ionathæ, qui cum esset quadragenarius, non indecorè monerat parentem senem, quique illi alioqui erat charissimus, & mediatorum agebat innocentis, nec se Davidi addictum, ac fœderatum præ se ferebat: neque id adhuc sciebat Saul, vt dixi. Nam postquam illi res innotuit, factus est implacabilis, & vehementius furens filium monitorem tanquam perduellem inuasit. Hæc ergo, & his similia cum audisset Saul, & animo etiam suo fortasse reputasset, eam quam parabat Davidi necem, ad maximam filia suæ iniuriam pertinere, placatus voce Ionathæ iurauit, viuit Dominus quia non occidetur. Vere vtrique iurauit ac syncerè, quandoquidem placatus erat. Periuus tamen postea factus est, quando mutata voluntate, licet Dauidе in sua innocentia perseuerante, omnem lapidem mouit vt eum interficeret.

V. Deducit eum ad Saulem.

His ita compositis, deduxit Ionathas Dauidem ad patrem, & fuit ante eum sicut fuerat heri & nudum tertius, aut, vt esse solent qui reconciliantur. Nec tamen ita fuit ante eum, vt in eadem cum rege domo habitaret; nam in propriis ædibus cum vxore habitabat, vt sequens docebit historia, sed eum subinde adibat, siue importunum hospitem repressurus, siue mandata bellica, vt tribunus, à rege accepturus. Verum hæc reconciliatio perexigui temporis fuit: vi-

gebat quippe intimis in præcordiis radix amaritudinis, quæ sursum facile geminaret. Nam cum iterum motum esset bellum Hebræos inter & Philisthæos, & his infestis armis Iudæorum fines inuadentibus, Egressus ad bellum David pugnavit aduersus Philisthæum, percussitque eos plaga magna, & fugerunt à facie eius. Quandiu autem durauerit hoc bellum, & quomodo gestum fuerit compertum non est. Illud certè satis constat, Dauidem cum publico omnium præconio, prudentiam & fortitudinem ducis ac militum eius prædicantium, ad regem esse reuersum: eaque re miseri Saulis liuorem redintegratum: & illi debitam pœnam, Deo dilecti sui Davidis iniuriæ vlciscente, rursus impostam.

Renouatū cum Philisthæis bellum, & cito à Dauidе sopitum.

Nam factus est spiritus Domini malus in Saul. Æquum enim fuit; vt qui diabolico inuidiæ vitio furebat in animo, diabolico etiam cruciatu in corpore insaniret. Sedebat autem in domo sua, & tenebat lanceam. Id illi erat pene perpetuum, adeo vt etiam in mensa, & in lecto lanceam suam haberet ad manuum; & apparet eam breuem fuisse, & à rege facile peritè; tractatam. Porro David psallebat in manus sua, coram Saule, vt improbi dæmonis vexatio mitigaretur: nec tamen imprudenter, etsi iam semel atque iterum inter psallendum mortis discrimen adierat. Cum enim ab eo tempore Ionathæ reconciliatio interuenisset, non debuit David præ se ferre eam sibi esse suspectam. Dicit etiam potest, Dauidem non nisi vocatum, in id periculum se coniecisse: vocatum autem non venire, neque ægritudini regis remedium afferre cum possit, id nimirum crimen videri poterat imminutæ maiestatis. Aderat itaque furenti Dauid, nec sibi minus à Saule quam à dæmone timebat, ne vel hic nescientis manum ad cædem impelleret, vel ille sciens, vt antea, ex deprauato habitu incautum hasta perfodere niteretur.

VI. Saul iterum vexatur eique Dauid adest.

Nec sine causa timuit, & Regis lanceam obseruauit; Nisus est enim Saul configere Dauidem lancea in pariete, sed declinauit David, non solum ab ictu lanceæ, sed etiam à facie Saul, lancea autem casto vulnere perlata est in parietem, & David fugit, & saluatus est nocte illa. Periculum enim erat ne eum statim à suis satellitibus interfici iuberet. Nec inane fuisse periculum res ipsa docuit: sed Davidi nox fuit ad fugam tam è regis palatio, quam mox à propria domo. Misit enim Saul mox à priore fuga satellites suos in domum David, vt custodirent eum, & interficeretur mane. Iussi sunt expectare lucem, ne ille per noctem inueniri non posset, aut aliquo modo e mentito habitu, renebrisque tectus dilaberetur. Exceptit ex fuga Dauidem Michol, & ab eo fugæ causam accepit.

VII. Et tantum non Saulis hasta perfoditur.

Ecce autem videt illico armatis obsessam domum, omnesque illius aditus, itaque facile intellexit eos ad capiendum Dauidem conuenisse, cumque cerneret eos illic excubias agere, nec conari in domum irumpere, conicere cepit eius comprehensionem & cædem in matutinum tempus differri. Fieri autem potest vt Ionathas sororem suam, per fidem aliquem famulum curriculò monuerit de periculo Davidis, priusquam satellites domus ipsius aditus

Qui domū fugit, ibique obsidetur.

VIII. Michol in eum officiosa.

obsiderent.

obfiderent. Itaque illa fidenter ad coniugem, Nisi saluaueris te, inquit, nocte hac, cras morieris. Egregius regie mulieris animus, quæ nec lamentis tempus, aut lacrymis terit, nec inani spe placandi patris, coniugem retinere saragit: nec noua coniux solatij sui, sed mariti amans, salutis eius curam gerit. Haud surdo narrata fabula; parat fugam Dauid, non dubitari potest quin ante fugam Deo se obnixè in tam præfenti periculo commendarit.

IX. Parat fugam Dauid.

Cum enim per fenestram obsessis milite ianuis, aufugiendum esset, facile erat excubitores sonum aliquem per fenestram labentis excipere, accurrere, fugam molientem comprehendere, ad regem deducere, repugnantem gladiis confodere. Constat certè in eo periculo constitutum Psalmum 58. composuisse, dum expectatur vt custodes ad ianuam Domino fauente sopiantur. Interim autem dum orat Dauid, Michol strenuè parat, quæ ad incertam fugam, diurnam fortasse, necessaria erant, autem ad fenestras attentam admouet, suspensio vestigio domum obit interior, & sub multam noctem explorat quid excubitores agant: mirum sentit silentium, nec voces loquentium, sed ronchos audit sterentium. Redit ad Dauidem suum, sopitos custodes nunciat, fenestram ad latus domus incustoditam ostendit, qua minimè omnium periculosus descensus tentari possit. Persuadet, & post vltimos amplexus confusaque lacrymas, in sporta fortasse per funem demissus euadit, custodibus, qui aditus tantum domus obsederant, sapienter elusis. Inde autem fugiens non in Bethlehem ad suos, vbi facile reperiri & capi posset, sed ad Samuëlem profectus est, quod nemo eum facile suspicaretur abiisse, vbi esset ab auia & hoste suo quam remotissimus, & vbi amplissimi viri autoritas eum redderet tutiorem.

Et per fenestram delabitur.

X. Michol simulachrum Dauidis in lecto collocat, & cur.

Michol autem vt plus temporis Dauidi ad elabendum daret, fallaciam ingeniosè commenta est, qua custodes ad aliquot horas dici detinuit. Tulit enim statuam, & posuit eam super lectum, apposuit & pellem villosam caprarum ad caput eius, quæ scilicet hominis iacentis cæsariem repræsentaret, & operuit eam vestimentis. Cum ergo nocturni custodes exeuntem ad multam diem frustra prætolari essent, retulerunt ad regem Dauidem non exire domo. Is misit illico apparitores qui raperent Dauid, & scilicet ad se perducerent occidendum. Hic mulier excusat mariti morbum; illum totam noctem inquietam atque infomnem exegisse: oratque ne afflictio detur afflictio, nihil esse in aliqua mora periculi, Dauidem regis voluntati, neque velle, neque posse resistere, qui sciret longas regibus esse manus. Redeunt isti ad regem, Micholis responsum referunt, ægrotare Dauidem: & habebat ægritudo, hoc rerum statum, non exiguam probabilitatem. Simulque spes dabatur non fugiturum qui morbi vinculis teneretur adstrictus.

XI. Fraus eius agnoscitur.

Ille nihilo placatior misit iteratò satellites, qui eum ad se in lecto deferrent, vt occideretur. Non iussit occidi in lecto, veritus ne fingeretur occisus, & morti eriperetur ab hominibus, qui eum minimè oderant. Hic videlicet fraus mulieris patefacta est, cum iam per tot-

internuncios multum temporis consumptum esset. Nimirum reiectus est lectus à satellitibus Saulis, & inuento Dauid ligneo, confusi circumspectabant se, & Micholem in re quamuis seria subridentem: moxque adito rege nouam metamorphosim nunciant. Ille iratus filiam accersit, vtique puniendam, nisi illa idonea sibi responsione consuleret. Quare, inquit Rex, sic illustrasti mihi, & dimisisti inimicum meum vt fugeret? Non excusauit ignorantiam harum inimicitiarum, vt parum probabilem, non coniugis amorem, quem rex indignatus fuisset paterno præponderasse. Sed excusauit metum, qui non solum in fœminam caderet sed etiam in constantem virum. Ipse locutus est mihi, inquit, dimitte me aliqui interficiam te. Atque ita officioso mendacio iram à se patris auertit, & eum seruis suis deridendum propinauit.

Et rex illustratur.

Dauid porro fugiens venit ad Samuëlem, vt dixi, vt apud eum lateret. Neque enim erat Sauli causa cur inimicum suum ad prophetam confugisse suspicaretur, vt qui nihil de eius inunctione didicerat; & maxima erat eandem ob causam Dauidi ratio, cur ad illum tanquam ad parentem, & diuinæ erga se prouidentie internuncium, ac ministrum accurreret, siue vt ab eo consolationem acciperet, siue vt per eum Dominum dubijs in rebus affictisque consuleret. Nunciauit autem ei omnia, quæ fecerat sibi Saul, ex quo illum, ob imprudentes mulierum cantilenas auersari cœperat, quoties illum gladijs Philisthæorum obiecerat, & nominatim vt ipsum vibrata lancea, semel, iterum, tertio pene perfoderat, & ad hanc denique nocturnam fugam, obuallata domo satellite, indubitata mortis metu perpulerat. Quæ oratio Samuëlis vtique luctum de Saule, si is forte resederat, copiosè renouauit, & ad consolandum ac protegendum fugitiuum suum paterno affectu incitauit.

XII. Dauid fugit ad Samuëlem.

Abierunt porro vterque in Naioth, quem collem quidem in vrbe ipsa Ramatha, alij in eius agro collocant, quam domum doctrinæ Chaldæus interpretatur, vbi Samuël docebat eos, qui mox dicuntur prophetasse, eorumque collegia agnoscunt Abulensis & Serarius. Vt facile sit intelligere hoc loco institutos adolescentes, qui in lege Domini erudiebantur, omnia moderante Samuële, qui ab aula strepitu semotus, ita Deo vacabat & sibi, vt in iuuentute recte informanda in primis sibi elaborandum putaret. Ibi Dauid requiem aliquam se iuuenturum putabat ad vacandum Deo, qui eum ad maiora certamina, turbasque destinaret, eoque permittente intra breue tempus cognitum est à Rege Dauidem apud Samuëlem in Naioth latere. Prædum enim elapsam è manibus Saul studiosissimè persequerabatur, exarsitque cupiditate illius capiendæ, imo rapiendæ. Misit enim lictores, ait Scriptura, vt raperent Dauid, & videlicet ad se volentem nolentem adducerent occidendum. Ac fortasse non impyè tulisset hanc suam charitatem Samuël, nisi Dominus vtriusque incolunitati mirabiliter prouidisset.

XIII. Et cum eo in Naioth, & quis ille locus.

Quod Sauli innotuit.

Lictores enim cum primum, viderunt cunæ Prophetarum varicinantium, & Samuëlem stantem super eos, factus est etiam spiritus Domini

XIV. Lictores prophetant, & quæ fuerunt

rit hac propheta.

I. Reg. 10. 10.

mini in illis, & prophetare cœperunt etiam ipsi. Prophetare interpretantur hoc loco Chaldæus, alijque docti interpretes, Deum laudare, sicut & superius recens inuncto Saül contigit, cum in cuneum prophetarum incidisset. Contingit autem dupliciter spiritus iste propheticus, diuino afflatu, sine vlla humana industria, Deo illustrante intellectum ad concipiendum; & voluntatem ad enunciandum per organa corporis diuina opera, atque celebranda. Id ipsum etiam studio humano contingit, alijs alios edocentibus; priore modo satellites isti, & mox Saül ipse prophetauit, posteriore discipuli Samuëlis. Ipse autem Samuël & Dauid, qui spiritu prophético iam dudum donati fuerant, eamque scientiam vsu ipso expoluerant, vtroque modo prophetasse dici possunt. Porro nuncij Saülis, non solum mente diuinitus illustrati, sed voluntate etiam ita immutati sunt, vt nec curarent Dauidem comprehendere, neque redire ad regem, vna in eis prophetandi & psallendi cura dominante.

I. Reg. 19. 21.

X V. Aliquot huius prodigij fines.

Dei potentia in intellectu, & voluntatem hominis.

XVI. Saül prophetauit inuitus præ suis nuncijs.

Spoliat se.

Quod cum nunciatum esset Saül, misit & alios nuncios: prophetauerunt autem & illi. Et rursum misit Saül tertios nuncios, qui & ipsi prophetauerunt: eademque opera docuerunt Saülem, ipsum pugnare cum Deo, qui eius conatibus præter omnem naturæ modum obstitit; & quanti etiam faceret Dauidem, in cuius salutem prophetiæ gratiam etiam in scarios profunderet, Diuinam quoque bonitatem, ac potentiam prædicabant, qui tam blande Saülem puniret in tanto crimine hærentem. Quique hominum intellectum & voluntatem ita regebat, vt sine vlla violentia velle omnino desinerent quod maxime volebant, Saüli videlicet obtemperare, & velle inciperent, constantèrque vellent, quod statuerant ante non velle. Nam posteriores nuncij statuerant non prophetare, sed Dauidem rapere. Et ne quam fraudem rex suspicaretur, ipsum quoque vel inuitum prophetare voluit, & Dauidem in ipsius, omniumque satellitum oculis impunè subsistere, & cum libuisset, impunè quoque discedere.

Sed Deus hoc mirabilius ostendit Saüli spiritus sui potentiam, quod eum sibi vehementius obstitentem, & improbæ voluntatis tenacem inuenit, diuinam enim in se vim, & citius sensit, & vehementius quam satellites. Citius quidem, quia cæteri spiritu prophético rapiabantur, cum ad conspectum Samuëlis & Dauidis peruenissent, ipse autem ex itinere prophetare cœpit, & diuinas laudes canere, factò enim super eo spiritu Domini, ambulabat ingrediens, & prophetauit vsque dum veniret in Naioth. Vehementius autem spiritu prophético impulsus apparet ex eo, quod illo incitante deposuit ipse vestimenta sua, quod alij non fecerant: maius quippe mysterium in Saüle agebatur, qui spoliando se vestibus regis, ei quem persequeretur, regnum se relicturnum significauit, teste Theodoro, Procopio, & Ruperto. Quod autem iacuisse dicitur nudus tota die, & nocte, de prædictis tantum vestibus accipiendum est; neque enim Samuël, & qui cum illo erant, tantam eius ignominiam ferre potuissent. Ille autem casus ad agitationem consuetam

mali spiritus referri potest: quæ ideo diuurnior fuit, quod illi mitigandæ Dauid operam non dedit, sed saluti suæ fugiendo consuluit.

Sequitur ergo deinceps fuga Dauidis de Naioth. Dum enim Saül diem noctemque iacer impos sui, abijt Dauid ad Ionatham, vt significat sequens Scripturæ narratio: in qua non sine causa putat Abulensis desiderari aliquam reconciliationem, quæ facta sit interuentu Ionathæ, ad quem Dauid querelam detulerat, quæ mox habetur in textu. Alioqui absurdum erat mirari Saülem, quod Dauid abesset à mensa eius. Absurda quoque excusatio Ionathæ de profectioe Dauidis in Bethlehem. Diceret potius. Quid miraris abesse hominem, quem tu toties interficere voluisti? cum nulla interuenerit reconciliatio, ex quo tu tot satellites misisti in Naioth ad eum comprehendendum? Itaque cum illo dicendum videtur querelam quandam priorem Dauidis ad Ionatham desiderari, cum reconciliatioe secuta, quæ cum esset suspecta Dauidi, conquestus est apud Ionatham, prout habetur in textu, Quid feci, quæ est iniquitas mea? &c. Eam querelam ac reconciliationem, quam nos in Annalibus vtrumque suppleuimus, in hac epitome candidus Lector desiderari patietur.

XVII. Dauid fugit à Naioth.

Abesse à textu vna reconciliatioem.

num. 43. ad 49.

Cum ergo non obstante reconciliatioe illa, Saül quereretur animam Dauidis, ratus sine cæde nihil à se boni sperari posse: ea perpetrata, læta sibi omnia, & tranquilla fore, eamque simulationem sentiret Dauid, ad fidam sibi anchoram confugit, & apud Ionatham de patre ipsius exoptulans, Quid feci, inquit, quæ est iniquitas mea, & quod peccatum meum in patrem tuum, quia queris animam meam? simulque tacitis coniuratorum in se nominibus perexit, quantum, à reconciliata nuperime gratia, capitis discrimen adierit. At Ionathas patrem excusat quantum potest, modo calumnias causatus, modo insaniam, ob quam non odio, sed commiseratione dignus sit. Cædis autem ipsius voluntatem ex eo confirmat, quod pater omnia sua cum ipso communicet, itaque istam quoque postremam coniurationem communicatum fuisse. Quod recte refellit Dauid, Scit profecto, inquit, pater tuus quia inueni gratiam in oculis tuis, & dicit, Nesciat hoc Ionathas, ne forte tristetur. Itaque inscio te tollar ego de medio. Et reuera in præsentissimo periculo mortis perpetuo verfor.

XVIII. Saül iterum coniurat in Dauid, qui propterea queritur apud Ionatham.

Persuasus Iouarhas magnitudine periculi, in quo versabatur Dauid, vbi satius esset inimum esse timidum, quam parum prudentem, percunctatus est qua in re illi opem ferre posset. Ille ex responso regis super absentia sua capere vult coniecturam de regis erga se animo, Ionathas totam rem ad se in agro latentem deferente. Quo autem animo esset nunc Dauid ex illa conclusione facile intelligitur. Fac ergo misericordiam in seruum tuum, quia fœdus Domini me famulum tuum tecum inire fecisti. Si autem est iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad patrem tuum ne introducas me, ab eo videlicet occidendu. Satius enim videretur ab amico quam ab inimico affici morte. Ille enim necessitate cogente, dum amicū lugens interficeret, cum luctu suo aliquo modo consolabatur; at inimicus dum interficeret cum

XIX. Et magno animi sensu.

gaudio inimicum, hoc ipso morientis pœna ex inimici lætitia nouo dolore cumulabitur. Cæterum in huiusmodi postulato agnoscenda est hyperbole, qua mortem suam vltro deposcit, ab eo qui eius non sit iudex. De qua dictum est à nobis alibi.

XX. Eum Ionathas consolatur.

At Ionathas, *Abstine hoc, inquit, à te, vt scilicet manu tibi amicissima cadas, vel in manum incidas inimici tui. Imo ne fieri quidem potest, per nostræ amicitia iura, vt si certe cognouero impletam esse patris mei malitiam contra te, quæ scilicet ad summum progressa, non potest expleri, nisi morte tua, non annunciem tibi:* sicque innocentia tuæ, nostræque amicitia potius feruam, quam iniustissimæ parentis voluntati. Illud quoque in oratione Ionathæ intelligitur, nunciaturum ipsum Dauidi, si cognouerit depositam à Saüle offensionem. Modus autem monendi clam Dauidis, siue rex durè, siue amicè responderet, fuit vt Dauid latente in agro iuxta saxum, cui nomen Ezel, siue in spelunca, siue in casa quapiam pastoritia, Ionathas ad eundem agrum, cum puerulo venires, & sagittis moneret, quas citra puerum, quem præcurrere iussisset, mitteret, si res Dauidis bene haberent, aut vltra, si secus.

XXI. Prodeunt ambo foras, & cur.

Exierant porro ambo extra urbem monente Ionatha, vt remotis arbitris iureiurando confirmaret se fideliter relaturum Dauidi, quoniam esset in ipso animo Rex: & vt renouaret prius initum cum ipso foedus: simulque declararet quæ de futuro ipsius regno sentiret, & propterea illi se, suaque omnia commendaret: quæ secretissima esse, ac ne à parietibus quidem audiri oportebat; denique modus mittendarum sagittarum declarandus erat. His ergo de causis ambo prodierunt foras, vt Deum vnum testem haberent eorum, quæ inter se tam in præsens, quam in futurum agerent. Superflua porro videatur hæc ænigmatica per sagittas locutio, cum nihilominus Dauidem Ionathas esset allocuturus, eique rem totam nunciaturus. Non fuit tamen superflua; per eam enim prouisum est in omnem euentum necessitati, si aut vltro ingerentibus se amicis, aut casu superuenientibus, non posset Ionathas ad Dauidis abituri conspectum, & complexum venire.

XXII. Dauid latebras in triudu petir, quidque ibi egerit.

Finito colloquio Ionathas domum redit. Dauid autem nonnullo comparato in tempus latebrarum comiteatu, festinus descendit in locum, in quo celandus erat, vti eum Ionathas monuerat, ibique mansit reliquo illo die, qui præibat calendaras, totumque diem calendarum, & postridie eius diei, & nocte sequenti, vsque ad tertium mensis diem, reputans quem tandem finem habitura erant hæc rerum suarum discrimina, si forte Saülis gratia desperata sit, quod sibi confugiendum, cui nusquam toto in regno ab improbi atque ingrati principis furor tutum esse liceat: quid patri aut matri, erant enim adhuc in viuis, quid fratribus, totique familiae futurum sit, in quos eadem tempestas videatur redundatura: quid dilectæ ac bene de se meritæ vxori; quomodo eius beneuolentia respondere queat, quomodo eiusdem honori atque incolumitati prouidere. Quid auxilij, aut præsidij ab amico Ionatha, quid ab Achimelecho pontifice, quid à Samuële propheta, quid ab amantissimis commilitonibus

expectari possit. Inde autem conuersus ad Dominum pernoctabat in oratione Dei: Psalmos meditabatur, quos deinde per otium scriberet, eiusque prouidentia se suaque omnia ingenti cum fiducia committebat.

XXIII. Saül in mensa requirit Dauidem.

Interim venerunt calendaræ, statuta sacrificia celebrantur, propitius sit Dominus, tubæ personant, læta conuiuia domesticos inter & amicos agitantur, mitior forte factus fuerit vel inter epulas Saül, & inter amicos honoratissime conuiuas, omnium offensarum memoria sopietur. Nihil minus. Sedit Rex in mensa primo loco, tum ad dextram sinistramque suo loco singuli, & apparuit vacuus Dauidi destinatus locus. Id vidit Saül, nec tamen causam rogauit, ratus cum immunditiam quampiam legalem contraxisse, ob quam nondum purificatus abesse cogeretur. Cum autem postridie rursus apparuisset vacuus Dauidis locus, quæsiuit de Ionatha Saül cur abesset Dauid, quem contemptim vocauit filium Isai. Respondit Ionathas, quod fuerat ab eodem edoctus, rogatum se à Dauid, vt excusaret apud regem absentiam suam, & excursum in Bethlehem patriam suam, & solenne sacrificium cum paterna familia.

XXIV. Excusationem Ionathæ excipit cum contumelia.

Eam excusationem Saül non solum cum ira, sed etiam cum procaci in filium contumelia excepit, vocans eum filium mulieris virum vltro rapientis, id est procacis & adulteræ, *numquid ignoro, inquit, quia diligis filium Isai in confusione tuam, & ignominiosa matris tua.* Conuictum est de triuio sumptum, hominis de face populi in iram concitati, neque suæ dignitatis, neque filij sui satis memoris, cui suam cum Dauidæ amicitiam exprobat, in contemptum paternæ beneuolentiæ à quo propterea nec filius dici debeat, neque æstimari; qui non sit inimicus inimico patris sui, nec odio prosequatur quem ille perditum cupit, in confusionem suam, cui ille regnum erepturus sit, & eum in ordinem redacturus. Vnde subdit, *Omnibus enim diebus, quibus filius Isai vixerit super terram, non stabilieris tu, neque regnum tuum.* Itaque, vt sublato pernicioso regni æmulo stabilis in regno tuo, iam nunc mihi, & adhuc eum ad me, quia filius mortis est. Significat non esse illum in Bethlehem, sed absconditum apud Ionatham latere, vnde illum & regis, & parentis iussu educere debeat, vt occidatur: ex quo intellexit Ionathas, definitam à Saüle Dauidis cædem, quod Dauid certò scire, opera Ionathæ, cupiebat.

XXV. Iratus Ionathas patrem deservit ieiunius.

Hic videlicet incaluit Ionathæ iracundia, flabello amoris excitata, & respondit patri, *Quare morietur? quid fecit? quid opus est incerta pericula, certo scelere redimere? Saül autem exandescens arripuit lanceam, quæ semper habebat in promptu, vt percuteret eum. Ionathas autem surrexit à mensa in ira furoris, quam patris odiū & furor in amicū & innocentem excitarat, & ieiunus eo die præ indignatione permansit, sed & insomnem duxisse noctem, in tanto mœrore pro amantissimo capite positam, facile est intelligere. Cum autem illuxisset mane diei tertij mensis eiusdem venit in agrum, vt illi cū Dauid conuenerat, cum puero & sagittis, quas iaculatus est longe vltra puerum, qui præcurrerat vt eas reportaret, & clamauit Ionathas post tergum pueri, vt exaudiret Dauid, qui sedulo attendebat,*

Adit Dauidem, & per sagittas monet.

ecce ibi est sagitta porro vltra te. Clamauitque iterum Ionathas post tergum pueri, dicens festina velociter, ne steteris. Quæ postrema verba ad solum puerum pertinebant, quem nolebat huc illucque vagari, aut vltra saxum progredi, vbi incideret in Dauidem, non autem ad Dauidem, quem nolebat abire, priusquam ipsum esset allocutus, quoniam id per solitudinem licebat.

XXVI. Colloquantur, ac sibi vale dicunt.

Cumque abiisset puer, cum arcu & sagittis in ciuitatem, surrexit Dauid à latebris suis, & cadens pronus in terram adorauit tertio: filium regis, maiorem natu amicum, & vitæ suæ conseruatorum, & osculantes se alterutrum flenerunt pariter, Dauid autem amplius. Vt qui plures habebat lacrymandi causas, & vt iunior teneriore Ionatham amore prosequeretur. Postremo valedicens ei, *Ionathas dixit, Vade in pace, quacumque intrauimus ambo in nomine Domini, dicentes: Dominus sit inter me, & te, & inter semen meum & semen tuum, usque in sempiternum,* firma scilicet maneat, & inuiolata subsistant. Deficiens ac decurtata oratio præsentis animorum commotioni valde congruit, imo & Dauidis silentium non patrem aut matrem, non fratres aut necessarios suos, non vxorem dilectissimam, non seipsum denique principi Ionathæ commendantis. Atrox animi dolor oppresserat os optimo iuueni, sed vehementissimus amor, omnia in corde Ionathæ loco Dauidis copiosè loquebatur: & ille vicissim tacitus operam omnem suam amico, familiae, amicisque eius prolixè deferebat. Adde quod modicè simul lugere licuit, quod vrgeret necessitas vitandi periculi, & molestis ab interpellatoribus timor.

XXVII. Dauid venit ad Pontificem in Nobe.

Digressus à Ionatha Dauid venit in ciuitatem Nobe ad Achimelech Sacerdotem, vt ibi in Sanctuario pro se Dominum consuleret; non fugit autem statim longius, siue quod fame premebatur, siue quod inermis erat, & facilius via breuis clam conficitur quam longinqua: ideoque etiam fortasse Pontificem potius adiit quam Samuëlem, cui iam semel periculū creauerat. An autem ad Achimelechū plane solus venerit, vt ait idem Sacerdos, an cum sociis, de quibus & Dauid hoc loco, & Dominus in Euāgelio locutus est, dico breuiter hoc loco. Dauidem quidem solū venisse ad Pontificem, socios tamen habuisse alio in loco, quibuscumque panes postmodum communicari: facile enim fuit Dauidi à digressu Ionathæ aliquibus amicis ac militibus suis occurrere, eosque sibi socios assumere, quos tamen certum in locum dimissos, noluit secum, vt res esset tectior ac tutior ad Achimelechum venire, apud quem dissimulatione vsus est, veritus fortasse ne ille re cognita, sibi suisque à Saüle timens, nullam opem præsentis eius necessitati auderet asserere, aut illum fortasse comprehensum furenti regi mactandum traderet: præsertim animaduerso apud Sacerdotem Doëg Idumæo.

XXVIII. Apud eum fugam dissimulat, & petit comineatum.

Fingit ergo commissum sibi à rege negotium, quod clam ac celeriter expediendum esset, itaque viaticū ab eo petit, & nominatim panes, & panes quidem accepit Sacros, laicorum defectu, alia tamen cibaria accepisse illa petitio, si quid habes ad manum probabile facit. Quomodo enim in Pontificia familia, nihil tum cibariorum repertum credamus? Certe

Doëg cum rem ad Saulem detulit, dixit Pontificem cibaria dedisse Dauidi. Panes autem sacri suadente necessitate permitti sunt Laicis, etiam non summa. Neque enim deerant tota in vrbe panes, qui à famulis Pontificis perquiri possent & dari Dauidi: neque ipsum tanta vrgebat abeundi necessitas, vt tantulo tempore profectio differri non posset. Quin ne de necessitate quidem interrogat Achimelech, sed illam adesse supponens, & alia impedimenta abesse: de eo quod probabilius erat inquit, de immunditia videlicet cum mulieribus. De qua certior factus, dedit illi sanctificatum panem. Quinque petierat, & de duodecim, qui forblati fuerant de mensa Domini, dimidium fortassis accepit, reliquis familiae suæ reueratis.

cap. 21. 10.

XXIX. Ibi Doëg causa reperitur.

Sed ecce casu oblatum ingentis mali seminarium. Erat enim ibi vir quidam de seruis Saülis, qui vt creditur, voti alicuius persoluenti causa, retinebatur in tabernaculo, nec erat de vulgaribus famulis, sed regis pastoribus præpositus erat, vir origine Idumæus, religione profelytus, qui mox rem omnem Saülis magno Sacerdotum malo patefecit. Prouisum iam erat de cibo, sed arma quodque necessaria erant. Itaque Dauid Achimelecho, *Si habes, inquit, hic ad manum hastam, aut gladium? Quia gladium meum, & arma mea non tuli mecum, sermo enim regis vrgebat,* adeo videlicet, vt ne domum quidem ad ea sumenda adire liceret, sed è vestigio migrare iusserit. Hæc quidem inceptæ fictioni consentaneè pertulerunt. Vera autem causa fuisse videtur, quod Hebræi rarius secum arma circumferrent. Ex quo illud fiebat, vt ea non sine suspitione acciperent. Notat enim Abulensis Ionatham & Dauidem quando consilij capiendi causa exierunt in agrum, inermes produisse, ne peregrè proficisci putarentur, idque mox deferretur ad regem. Eadem suspicio prohibuit ne, cum postremò Ionathas venit ad Dauidem, arma ad eum secum deferret, neque per alium miserit; qui fieret conscius latebrarum Dauidis, & secretorum vtriusque. Itaque necesse fuit tam egregium militem plane inermem, non sine pudore atque periculo, iter facere.

Dauid gladium Goliathi à Sacerdote accipit.

Hebræi arma passim non ferbant.

Et Sacerdos quidem Dauidi gratificari cupiebat; At cum non esset domui suæ, sed in Sanctuario, in quo non vasa belli, sed diuini ministerij seruabantur, Dauid autem ne tantillum quidem differre cuperet profectioem suam, vt qui probe intelligeret non leue sibi periculum ex mora creari, obtulit ei gladium Domino consecratum, quo pridem Goliatho ceruices fregerat, quod nullus alius adesset ad manum. Eum libens accepit Dauid, ratus se sicut in panibus sanctis, sic & in gladio sacro, à Pontifice, vrgente necessitate, lege solui posse. Præsertim si, vt Tostatus existimat, mutuum ad tempus accepit, moxque vbi alia arma consecutus est, eundem tabernaculo Domini restituit. Accepit ergo panibus & gladio, Dauid quamprimum è Nobe discessit, ne qua forte aura afflaretur ad Saulem, de Dauid in Nobe conspecto, statimque immisso armato milite comprehensus, ad Saulem trucidandus traheretur.

XXX. Gladius Goliathi Domino consecratus, ad tempus à Dauid accipitur.

Quo autem profectus est? Ad Achis Gethæū

David ad Gethæum regem proficitur.

in Palæstina regem; Audaci profecto consilio, siue Palæstinum cogites, hostem Israëlitarum infensissimum, siue Gethæum Davidi peculiariter inimicum, à quo Gethæus ille Goliath, gentis suæ decus, ignominiosè mactatus fuerat: qui denique totam Philisthæorum gentem crebris præliis cædibusque fatigauerat. Scyllam ergo adire vitandæ Charybdis gratia videbatur. Verum existimandum est hoc consilium non nisi annuente Domino, quem à Davide per Sacerdotem consultum fuisse constat, susceptum esse. Et sane cum ibi David statueret ignotus ad tempus aliquod degere, tanto id futurum erat tutius ac rectius, quo magis erat præter omnium opinionem. Facile autem fuit ibi ignotum esse, quoniam in Davide mutata erant omnia, ex quo ab eo visus fuerat, & dissimulatione magis agifque mutabatur. Denique si quo casu agnosceretur, cum illi Saül em infensissimum esse constaret, poterant talem sibi demereri bellatorem, qui Saülem, eiusque populum cladibus afficeret. Gethæi porro Goliathi mortem lugere poterant, iniquo animo ferre non poterant, nec Davidi nominatim succensere, qui in illo singulari certamine nihil fraudis aut perfidiæ admisset, sed virtutem potius prodidisset, quæ hosti quoque amabilis est, atque admirabilis.

& quidem prudenter.

XX XII. Solusne venerit.

Venit ergo David, ad Achis Gethæum regem, quem apparet à Davide præcæteris electum regibus, quod maiore quadam humanitate, & inaduenas facilitate præditus esset, & afflictam virtutem misericordia prosequeretur. Sed solusne, an cum aliquo comitatu? Solus opinor, idque fuit aptius ad latendum, sub specie obscuri militis, & egeni. Nec absurdum est existimare socios illos Davidis, intellectum eius consilium de Philisthæis adeundis minime probasse, siue periculo proprio, siue religione prohibito: præsertim cum domi non haberent Saülem aliquem quem timerent, & famem minore periculo se depulsuros sperarent. Quin & dissuasisse arbitror, iis fere rationibus quas paulò ante attigi, sed cum eum firmiter in sententia hæere cernerent, quam ut ab ea deduci posset, bene valere iussum, dimiserunt. Abit itaque solus David, suamque ab hominibus solitudinem, diuina præsentia colloquifque consolatur.

XXXIII. Introducitur ad regem.

Minime tamen credibile est temerè Davidem in regiam Gethæi domum irruisse, nullo deprecatore vsu; adisse potius aliquem de regis optimatibus, cui Dominum ipsum reddiderit gratiosum, præsertim cum iis præditus esset naturæ donis, quæ hominibus homines conciliant. Illi ergo dixerit virum se esse militarem, qui principibus viris libenter inseruiat, qui præcæteris sapientia atque humanitate præsent, qualem Gethæum regem esse didicerit: ei se suamque operam libenter oblaturam, si placeat ipsi gerendi negotij esse interpretem. Genere quidem se Israëlitam esse, sed exorta inter se ac tribunum offensione aliqua alium sibi ducem optare, cui arma sua, militiæque deseruiant. Cæterum nihil sibi fide antiquius vnquam vel fuisse, vel fore. Quid multa? placet, offertur, admittitur, & in regia familia, siue cohorte prætoria numeratur. Quam diu autem, id vero in obscuro est. Probabilis ta-

men videtur exiguo ibi tempore potius, quam diuturno substitisse.

Inaudierunt fortasse Gethæi, requiri à Saüle toto regno Davidem, nusquam illum apparere, varia variis de illo suspicantibus. Et quid si, ait aliquis, amissus ille David reperiatür apud nos? quid si ille ipse est, quem rex nuper ad suam cohortem allegit? & ad regem ipsum, Nunquid, aiunt, non iste est David rex terra? qui regis instar præerat militiæ Hebræorum? Nonne huic cantabant per choros dicentes, Percussit Saul mille, & David decem millia? quæ non tam affirmando, quam dubitando dicebantur. Siue autem illa serio, siue ioco dicerentur, timuit valde David, & stultitiam simulandam putauit. Cum enim prudentiæ nomine valde commendaretur David, & vir esset longe honoratissimus, minime omnium credi poterat illum esse Davidem, qui tam multipliciter insaniret. Nam & vultum distorquebat, ut contingit arreptitiis, & aliena loquebatur, & impingebat in ostia, & collabebatur inter aulicorum manus, & saluias quasi spumam mittebat ex ore, ut solent epileptici: quæ cum in conspectu regis ipsius agitaret, ab eo, cum suorum obiurgatione, reiectus est. At illi dolorem suum in innocentem copiosè refuderunt, ut ex Psal. 55. qui ad rem præsentem pertinet, intelligi potest. Inde autem liberatus gratias egit Deo, quæ habentur in Psal. 33. ut ex illius inscriptione patet.

XX XIV. In suspitionem venit.

Abit ergo David ex Philisthæis, quod desperaret ultra se ibi latere posse, & fugit in speluncam Odollam, bidui fere inde distantem: ibique apparet eum satis diu mansisse. Subdit enim Scriptura; Quod cum audissent fratres eius, & omnis domus patris eius descenderunt ad eum illuc. Tam sui causa, quam Davidis, propter quem à Saüle vexari cœperant; Alioqui enim temerè domum suam, suaque omnia deseruissent, ut vitam cum fugitio traherent in desertis locis. Elegerunt ergo exilium cum Davide: primum quod putarent etsi domi subsisterent, omnium nihilominus rerum damna, atque adeo vitæ ipsius, ab iniustissimo principe toleraturos, ut contigit Sacerdotibus, propter præstitum Davidi fauorem. Itaque rebus suis quantum fieri potuit secum assumptis, ad Davidem profecti sunt, omnem cum eo fortuna aleam subituri. Conuenerunt quoque cum eo, omnes qui erant in angustia constituti, vel potentum odiis, vel æqualium inuidia, vel suorum iniuria, vel periculis amicorum. Item qui ære alieno pressi carceres formidabant; Denique quicumque erant amaro animo, & vitam quavis ex causa iniucundam trahebant, qui ferè omnes in res novas intenti, quærunt occasionem emergendi è malis suis. Eorum autem opera parata vti potuit David, in vexatione sua suorumque longe iniustissima, ut se atque ipsos seruaret incolumes. Plerosque etiam de tribu Gad viros fortissimos sese hoc tempore aggregasse ad Davidem testis est primus Paralip. liber, & Abulensis in eundem locum.

& stultitiâ simulat.

& male accipitur.

XXX V. Abit è Philisthæis.

Ad eum cognati, aliqui multi confluunt.

An cum culpa Davidis.

cap. 12. v. 8.

ANNVS MVNDI 2974.

SAMVELIS 35. SAVLIS 13.

ACHIÆ siue ACHIMELEC. 13. & vlt.

DERCYLI 24. Imperij Assyrior. 1043.

ANTE CHRISTVM 1079.

I. Summa huius anni capita.

PRÆCEDENTEM annum spelunca Odollamitica cum Davide terminauimus, vbi ille in dies socios ad se confluentes excipit, aut præstolatur venientes. Præfens autem profectorem habet Davidis ex ea spelunca, ad regem Moabitarum, indeque iubete Domino, regressum in terram Iuda. Interea nunciatur Saüli Pontificis in Davidem humanitas, quam ille tam iniquo animo tulit, ut & Pontificem ipsum, & 85. Sacerdotes trucidari manderet, & urbem insuper vniuersam, vsque ad animalia, ferro flammæque deleri. Elapsus tamen est tanta ex cæde filius Pontificis Abiathar, qui ad Davidem, per fugium miserorum, confugit. Quæ omnia cap. 22. referuntur, & sigillatim breuiter à nobis explicanda sunt; adiectis etiam rebus ad Ceilam gestis, quas ad hunc ipsum annum existimamus pertinere.

II. David transit ad Moabitas cum parentibus & sociis.

Cum videret igitur David se satis valida iam cinctum manu virorum fortium, contra repentinos inimicorum suorum incursum, de parentibus iam senio confectis, (agebat enim Itai quartum supra nonagesimum iuxta chronologiam nostram,) cum alia imbelli turba, si qua fuit, in tuto collocandis consilium inuit, ut ea sollicitudine, ac timore liberatus, liberius cum suis posset huc illucque discurrere. Præsertim cum probe intelligeret, se in ea spelunca ab armis regis diu tutum esse non posse. Ergo vicina regna circumspiciens, Moabitas elegit apud quos parentes deponeret, tentata prius per nuncios Regis voluntate. Legationis autem erat ista sententia. Maneat oro pater meus, & mater mea vobiscum, donec sciam quid faciat mihi Deus: id est, ut videam quo statu & loco, diuina disponente prouidentia, futuræ sint res meæ.

III. A rege humiliter accipitur.

18. Ant. 6. 14.

& præsidio præficitur.

Ei postulationi cum Rex annuisset David è spelunca sua profectus est trans Iordanem in Masphath Moabitarum urbem. Duxit autem patrem suum ac matrem ad regis conspectum, à quo honorificè habitos ait Iosephus. Apud ipsum autem manserunt cunctis diebus, quibus David mansit apud Moabitas in præsidio, in quo à Rege collocatus erat, ut simul ipse cum suis à Saüle tutus esset, simul etiam Moabitas ab eodem tutaretur. Apparet id præsidium fuisse Masphath oppidum, quod speculum vertunt, quod ex ea quasi arce prospectus circumquaque pareret. Quamdiu autem ibi fuerit David, obscurum est, cunctos illos dies de quibus Scriptura loquitur, placet de mensibus aliquot accipere; nam de pluribus annis accipi non possunt, verante rerum sequentium copia, quæ nimis temporum angustiis coarctarentur. Arbitratur autem Tostatus Davidem ibi cum suis ex præda vixisse, excurrisseque in populos Moabitarum

inimicos, si quod iustum contra ipsos bellum erat.

Interim autem dum in eo præsidio commoratur David, cum quadringentis sociis, quos ex Odolla deduxerat, alij quoque ad eum tam de tribu Iuda, quam de Benjamin aggregati sunt, Venerunt enim, ut ait Scriptura, & de Benjamin & de Iuda ad præsidium in quo morabatur David, neque enim alibi legitur in præsidio commoratus David. Videntur autem fuisse adducetos: nam aliquanto post adit Ceilam cum sexcentis viris. Mouit Davidem inexpectatus hic militum globus, ignarum in amicis ne, an in aduersariis censendi essent; Nam Benjaminitæ tribules erant Saülis, Iudæ autem Davidis. Egressus ergo est David obviam eis, utique cum lecta suorum manu, siue in omnem euentum, præsidij causa, siue dignitatis: certo cogniturus, qua mente ad ipsum venirent, & exacturus fidem priusquam eos in suum præsidium admitteret. Si pacificè, inquit, venistis ad me, ut auxiliemini mihi, cor meum iungatur vobis, incamus synceram amicitiam. Sin autem insidiamini mihi pro aduersariis meis, quos ego nullo vnquam scelere violavi, videat Deus patrum nostrorum & iudicet.

IV. Noui socij ad Davidem confluunt.

1. Paral. 12. 16.

Davidis in ipsos prudentia.

V. Et singularis humanitas.

VI. Iubetur à Deo redire in terram Iuda, & cur.

VII. Paret David eximia cum Obedientia.

Mors parentum eius in Moabide. à Moabitis abiicit, neque periculum suum, si propius ad ipsum fontem tempestatum suarum accesserit. Nam statim sequitur delatum fuisse ad Saulem Davidem apparuisse cum suis. Est autem admodum credibile parentes Davidis ætate confectos in Moabitarum regione defunctos esse, quoniam nulla deinceps sit de illis mentio; eaque mors iam pridem matura suavi Dei providentiæ consentanea est, vt eadem opera David ingenti cura & sollicitudine, in crebris, quæ imminebant, locorum mutationibus ac periculis, & Isai cum vxore non minore molestia liberarentur.

VIII. Et Davidis in eos pietas. Clausit ergo David oculos senum, in medio fratrum suorum, ipsi illi hanc gratiam, quamvis natu minimo, non negantibus, quem vntum sciebant in regem, & quem iam dudum aut dominum habere cœperant, aut ducem: eamque morientibus nauauit operam, quæ à tali filio poterat expectari. Monuit videlicet vt in fide ac spe venturi Messie defungerentur. Felices ambo tali ac tanta prole, qui regibus omnibus, qui cunctis retro seculis, ante ipsum sceptrum tenuerunt, longo intervallo anteceluit, & omnibus deinceps regibus virtutibus heroicis præluxit. Felices inquam ambo, ad quorum commendationem id vnum sufficere videatur, quod electi à Christo Domino in progenitoribus suis, Dei populo regem Davidem ediderunt: sicut beatissima Virginis vnica fuit & summa gloria, quod ex ea natus est Iesus, qui vocatur Christus. Eo funeris officio perfunctus David cum fratribus ac sociis suis, venit in saltum Hareth, vbi, vt in saltu, multa erant loca latebris opportuna, & quæ ægre admodum ab exercitu regio adiri possent.

IX. Idque Saülis innotescit. Cum igitur venisset David cum suis in saltum Hareth, non potuerunt sexcenti viri ita latere, quin cito Saülis aures de eorum aduentu rumor afflaret. Quid enim latere diu potest hominem sollicitudine suspensum, suspicacem, omnia subauscultantem, ac perscrutantem? Erat is tunc temporis in Gabaa vbi habitabat, vbi erat collis siue excelsus locus, qui hic Rama dicitur, appellatio potius vocabulo quam proprio. In eo colle erat nemus quod Saül animi gratia conferebat se, & aulici eius cum eo. Cum igitur illuc ascendisset, cunctique serui eius circumstante eum, hastam manu tenens, siue regie potestatis insigne, siue animi commotioris indicium, ad seruos suos, plena acerbissimi doloris oratione, de ipsorum contra se coniuratione conquestus est, quod regi suo non patefaciant quid faciat quid inceperit David, vbi sit, quid consilij capiat, quo modo intercipi aut comprehendi possit; cum tamen à se præmia fidei ac laboris accipere possint, à Dauide non possint.

X. Præsertim de Ionathâ filio. Sed grauissimum querelæ caput Ionatham petit, quem proditionis accusat, quod hosti parentis sui faueat, adeoque cum eo fœdus aduersus ipsum inierit. Quam fuerit autem iniusta hæc Saülis vel accusatio, vel querela, accuratè in Annalibus disputatum reperies. Hic tantum breuiter cum Tostato dico, dupliciter contingere potuisse vt serui Saülis in gratiam Davidis contra Saulem coniurarent, aut defendendo cognitam Davidis innocentiam,

aut inuadendo Saulem quem in culpa esse constaret; prius iustum erat ac licitum. Sicut enim David iuste defendebat se, ac præstabat incolumem, ita poterant etiam alij huic iustitiæ fauere. Posterior autem coniuratio iniusta fuisset, ac plena perfidiæ; nimirum contra fidem principi datam, de ipso conferuando atque defendendo. Itaque si quis Davidi faueret ad nocendum Saülis, propter acceptas ab eo iniurias, aut ad eum regno exturbandum, mortifera se culpa obstringeret, sicut & ipse David.

XI. Et nominatim Ionathæ. Iniusta itaque fuit Saülis in Davidis socios aut amicos querela, in Ionatham autem iniustissima, qui ratione iustitæ cum Dauide amicitia, multo plura debebat pro tuendo innocentissimo amico facere, quam fecisse legatur; quem neque armis, neque copiis, neque consilio, neque pecunia protexisse reperitur. Illud autem de suscitato à Ionatha Dauide, vt vitæ aut regno Saülis insidiaretur, certissima calumnia est. Neque enim aliud quippiam egit David aut molitus est, quam se immeritè morti subtraheret, & furentis in se principis iram funestamque lanceam deuitauit. Neque aliud voluit Ionathas, quam Davidis innocentia, contra impotentem Saülis potentiam ac furorem patrocinari, & quidem verbo duntaxat, re autem ipsa, vt poterat ac debebat, egit nihil; sed sibi potius ac posteris suis, adiurando vehementius Davidem; consuluit. Quam culpam malim in errantem ipsius conscientiam, quam in amici neglectioem conferre. Sed vnde scire potuit Saül hoc Ionathæ cum Dauide fœdus, omnibus mortalibus ignotum præter ipsos duos? Videtur certe Saül ex suspitione amplificando id diuinasse; quia iam semel & iterum eius causam susceperat, & tam serio & constanter eius reconciliationi studuerat, quasi fœdus immortalis amicitia cum eo contraxisset.

XII. Doëg defert Achimelechum ad Saulem. Orationem Saülis triste silentium est consecutum, donec Doëg Idumæus factus est vnguis in eius vlcere. Vidi, inquit, filium Isai in Nobe apud Achimelech, filium Achitob Sacerdotem, qui consuluit pro eo Dominum, hoc supra tacitum fuerat, quod mox Achimelech ipse non negat, pergit, & cibaria dedit ei, sed & gladium Goliath Philisthai dedit illi. Quæ vt iste vere dixerit, malo tamen animo dixisse satis constat, & in eam partem, ipso dicendi modo detorsisse, quasi ea ex malo in regem animo à Pontifice facta fuerint. Neque enim alioqui Rex tanto furore in ipsum, eiusque familiam, ac ciuitatem vniuersam exarsisset. Sed ea fuit improbilissima hominis calumnia, qui perspicue vidisset, quam syncerè Achimelech se tota hac in re gessisset, & studium eius, non tam Davidi, quam Regis negotiis, quæ ille prætebat, gratificandi.

XIII. Accersitus cum suis venit ad regem. Ea accusatione Rex accersit Sacerdotem, omnemque eius familiam, quæ erat in Nobe, qui vniuersi venerunt ad regem. Et si enim vnum Achimelechum accusaret Doëg, exilissimavit tamen Saül omnes, illo autore, contra se coniurasse, qui esset omnium ipsorum caput. Cum ergo adessent coram rege, Saül primo statim orationis ingressu, iram suam aduersus Pontificem prodit, quem ne proprio quidem nomine dignatur appellare, sed contemptim audi inquit, fili Achitob. Cui humiliter Pontifex,

à quo accerbe obiurgatur. Presto sum Domine, si forte sermo dulcis frangat iram. At Saul contra, Quare coniuuastis aduersum me, & filius Isai, & dedisti ei panes & gladium, & consulisti pro eo Deum, vt consurgeret aduersum me, strueretque mihi insidias, vt hodie quoque videre est. Quæ oratio sapit hominem præ iracundia non satis compotem sui. Incipit enim cum contumeliosa appellatione, pergit cum falsa criminatione, & mox cum atrocissima innocentium condemnatione concludit.

XIV. Achimelech causam suam agit. Obstupuit tam inopinato istius nuncio Pontifex: vt primum autem rediit ad se, Et quis est inquit, in omnibus seruis tuis, sicut David fidelis, & gener regis, & pergens ad imperium tuum, & gloriosus in domo tua? facti primum æquitatem tuetur, excitatas vero Regis contra ipsum inimicitias sanctè profitetur sibi penitus inauditas. At Rex qui furore iracundiæ præoccupatus erat, & cupiebat terrificum exemplum statuere, in quod amici omnes, fautoresque Davidis, cum ingenti metu ac stupore intuerentur, nihil æquissima defensione mitigatus, nefariam in eum, totamque eius familiam, sententiam mortis intorquet, Morte morieris, inquit, Achimelech, tu & omnis domus patris tui. Et ait Rex emissariis qui circumstantabant eum, prætorianæ scilicet cohorti, regij corporis custodi, vt sacerdos interficerent, At illi noluerunt manus suas extendere in sacerdotes Domini. Tum Doëg nominatim iussus irruere in sacerdotes, trucidauit in die illa 85 viros vestitos Ephod lineo, quod genus vestis ecclesiastico, quod vocant, superpelliceo, responderet.

XV. Et oppidum Nobe vastari. Neque sic exlariatus est tyranni furor. Nam Nobe ciuitatem sacerdotum, percussit. Doëg iussu Saulis in ore gladii tanta crudelitate, vt non viris, non mulieribus, non paruulis, non lactentibus, non bobus, non asinis, non ouibus parcere. Mature tamen ex eius manibus euasit Abiathar filius Pontificis. Cum enim omnes euocati essent à rege, etsi nihil sibi conscij essent, suspicati tamen videntur regem sibi aliqua ex causa infensum, idque ex regis nunciis expiscari potuerunt, ideoque in omnem euentum censuit. Pontifex filio abeundum esse ad Davidem, cum Ephodo pontificio, si quid aduersi contingeret: interea quotidiano sacrificio ministerio domi operam daret, neque enim id casui, sed consilio tribuendum est. Ergo mature de suorum morte præmonitus, & de aduentu Doëgi ad disperendam ciuitatem, ad Davidem iter arripuit, secumque Ephod pontificium transtulit, vt ex capite seq. patet. Ad Davidem inquam, quem vnum habuit ad quem tuto confugerè posset, à quo frustra à Saule repetetur, quippe merito præ omnibus curam eius susciperet; quoniam Davidis causa ipsi omnia periissent. Et quoniam David erat ad Ceilam, quando ad eum peruenit Abiathar, prius de ea protectione dicamus.

XVI. Philisthai oppugnant Ceilam. Dum ergo hæc in Gabaa Saulis, & in Nobe contra sacerdotes, tanquam Davidis amicos perpetrantur, nunciatum est Davidi agenti ad saltum Hareth, Philisthæos oppugnare oppidum nomine Ceilam, & areas in quibus erant adhuc frumenta diripere. Nunquam enim illi à vexandis Israëlitis, nisi fracti cladibus, cessabant. Ea Philisthæorum excursio cum Davidi innotuisset, & ipsimet Ceilani opem à Dauide

suadente ipsius vicinitate, petiissent, & expedita militum manus, quæ cum ipso erat nihil æquè optaret, quam prædam excutere de prædonum manu. David quoque percuperet Ceilanis contribulibus suis opem ferre, consuluit Dominum, non vtique per Abiatharem, qui nondum ad ipsum venerat, sed per prophetam aliquem, illum fortasse, à quo iussus fuerat redire in Iudæam: ab eoque hoc responsum accepit. Vade, & percutes Philisthæos, & Ceilam saluabis. Itaque certus victoriae protectionem parat. Cumque ab aliquibus sociis rem humana prudentia merentibus dissuaderetur, consulto in eorum gratiam rursus Domino, iterum in Ceilam proficisci iubetur, cum iterata promissione victoriae.

XVII. Et abiit consulto Domino, & hostem clade magna afficit. Abiit ergo David, & viri eius in Ceilam, & pugnavit aduersus Philisthæos, non explicata credo acie, signisque collatis, nimium quippe impares erant exercitus, sed subita, & fortasse nocturna irruptione superuenit imparatis; Ceilanis interim eruptionem in eos facientibus, vt hosti contingeret quod Davidici timebant sibi, Et percussit eos plaga magna, & abegit iumenta eorum, & saluauit David habitatores Ceila, soluta scilicet obsidione, & pecoribus, quæ ipsi vel Ceilanis abstulerant, vel ex vrbibus suis ac pagis in com meatum militum suorum adduxerant captis, & in oppidum coactis. Eo facto prædones in prædam venere, Ceilanis libertas & salus, Deo & Dauide gloria, animus & præda militibus, confusio & clades obrigit Philisthæis. David autem cum suis victor in liberatam urbem ingreditur, cum communi omnium gaudio, & festa gratulatione, sed ea lætitia tristissimo nuncio cito diluitur.

XVIII. Abiathar confugit ad Davidem. Ecce enim Abiathar ad Davidem commune omnium afflictorum perfrugium, accurrat, simulque effusus in lacrymas & amplexus. O David, inquit, ô mi David, perdita mihi sunt omnia, dies vnus mihi parentes, cognatos, fratres, amicos, necessarios omnes crudelissimo scelere sustulit: vnus hominis iniustissimus furor hausit dulcissimam patriam, & ciues omnes, ne de minimo quidem criminè appellatos, omnibus fortunis euerfos morti dedit, & simul Ephod pontificium manu tenens; vix hoc sacrosanctum spoliū ex vnguibus Doëgi carnificis diuina miseratione ereptum est. Indequè tragediam omnem fideliter acceptam lamentabili oratione narravit, vniuerso exercitu in Doëgum fremente, & in Saulem grauiter indignante, Dauide autem seipsum quamuis innoxium etiam atque etiam incusante. Ego inquit, sum reus omnium animarum patris tui, Et, Sciebam in die illa, quod cum ibi esset Doëg Idumæus, proculdubio annuntiaret Sauli. Addit porro ad consolationem eius. Mane mecum, ne timeas, si quis quaesierit animam meam, queret & tuam. Quasi dicat, Erimus quasi anima vna, vt non possit alterutra sine altera periclitari. Sic erat animatus in amicos David, in Doëgum autem omnis huius tragediæ architectum, quo modo affectus fuerit docet psalmus 51. qui de hoc argumento scriptus est.

XIX. Saul moneatur de mora Davidis in Ceila. Dum autem aliquantisper in Ceila respirat, Dominus, qui in eo rebus aduersis exercendo, meritique vicissim cumulando totus esse videbatur, nouas ei à Saule turbas, nouos metus,

nouaque suscitatur fugas, Nunciatum est enim Sauli, quod Dauid venisset in Ceilam. Nimirum Saulis aulici, praecedenti eius querela incitati, ubique erant in insidiis, ut Domino suo in perniciem innocenti gratificari possent, & non cum eo coniurasse dicerentur. Ea re cognita Saul, Tradidit, inquit, eum Deus in manus meas quasi Deus sit fautor aut author scelerum, praesertim oppressionis pauperum, quae ingenti clamore Deum ultorem expostulat. Quare autem tradidisse arbitrare? quia conclusus est, introgressus urbem in qua porta & serae sunt, quas scilicet ego obserari iubebo, & fugitivum meum, haecenus impunè huc illucque volitantem, comprehendere, vinciri & ad me adduci, agendum in malam crucem: ne quis deinceps in regem suum superbia intumescat.

Precepit ergo Saul omni populo ut ad pugnam descenderet in Ceilam, ut specie pugnandi contra Philisthaeos, obsideret Dauid & viros eius. Ita populus uniuersus iussu regis ad arma conuocatur, quasi uniuersae Reipub. salus in vno Dauidе perdendo verteretur. Dauid autem, qui, ut prudentem virum decebat, ex cuius salute plurimorum vita, spesque omnes pendebant, non carebat amicis in aula, qui regis contra se gesta, consiliaque sublegerent, didicit ab eis clam sibi parari à Saule malum. Et si enim publicè parabatur exercitus, intentio tamen regis occulta erat, & cognita paucis. Ergo quam primam Deum per nouum pontificem Abiatharè consulit; duoque requirit, alterum an venturus esset Saul in Ceilam, responditque Dominus, venturum; alterum an Ceilani tradituri essent ipsum cum suis in manus Saulis, ne is urbem ipsorum euerteret, sicut Nobe, & respondit Dominus, tradituros. Ex quo loco recte colligit Theologi contingenti sub conditione futura, re ipsa tamen nunquam futura, sub diuinam cognitionem cadere, & ad eius quam vocant scientiam mediam pertinere.

Dauid ergo qui hunc aduentum fama praesenserat, & nunc edoctus oraculo certo sciebat, maturè sibi fuga consuluit. Surrexit enim Dauid & viri eius quasi sexcenti, & egressi de Ceila huc atque illuc vagabantur incerti. Itaque neque Dauid traditus est Sauli, neque Saul descendit in Ceilam. Nam nunciatum est Sauli quod fugisset Dauid de Ceila, & saluatus esset, quam ob rem dissimulauit exire, ne vulgo à Dauide diceretur illusus. Iram quoque suam dissimulauit in Ceilanos, qui non minus in culpa videbantur esse propter Dauidem urbe sua receptum, quam sacerdotes. Verum Ceilani Dauidem euocarant atque receperant propria necessitate compulsi. At sacerdotes illum recepisse videbantur ad euuandum, & armis ac viatico instruendum contra Dominum suum. Nec passus est Dominus excandescere Saulem in Ceilanos, sicut in sacerdotes & ciues Nobe; nam in hos pondus domus Heli, non in illos incumbere. Nec plura ad hunc decimum tertium Saulis annum pertinere arbitramur, ad decimum quartum transcamus.

XX. Et ad eum profectio- nem parat.

Quod Dauid consulto Domino discit.

Futura contingentia.

XXI. Et inde migrat.

Saul an iratus in Ceilanos.

ANNVS MVNDI 2975.

SAMVELIS 39. SAULIS 14. ABIATHARIS PONTIFICIS 1. DERCYLI 25. Imperij Assyrii 1044. ANTE CHRISTVM 1078.

ACHIMELECHO Pontifici superiore anno à Saule per summam crudelitatem interfecto, filius eius Abiathar naturae iure legifque successit, cuius hunc primum numeramus annum, neglectis aliquot fortasse mensibus, à quibus moriens pater suam in eum dignitatem tacito iure transtulerat. Neque tamen existimandum est cum Abulensi duos ab hoc tempore fuisse pontifices, Abiatharem apud Dauidem, Sadochum autem apud Saulem. Dicendum enim videtur, quod in Annalibus accuratè demonstrauimus, Sadochum ab hoc tempore non potuisse esse pontificem, nisi eum dicamus 85. annis gessisse pontificatum. Adde quod post annos 12. à Scriptura dicitur, puer egregia indolis: itaque nunc vix trium aut quatuor annorum fuerit. Si ergo nunc vastata vrbe Nobe, Sanctuarium à Saule in Gabaon translatum est, ut affirmat Abulensis, cura illius à Saule, non Sadocho puerulo, sed eius parenti Achitobo tradita est, ut ibi vicario absentis Abiatharis munere fungeretur. Nam agere omnino pontificem non poterat, qui Ephodo praecipuo insigni pontificio careret.

Natus est hoc anno Ionathas filius nomine Miphiboseth. Nam Scriptura teste quinquennis erat cum parens eius & auus in montibus Gelboe caesi sunt; vtroque progenitore nobilis fuit, obscurus tamen ipse per sese, & misericordiae potius quam inuidiae obiectum. Habuit autem patrum filium Saulis sibi cognominem, qui à Gabaonitis post annos 38. crucifixus est. Habet hic idem annus commorationem Dauidis in deserto Ziph, cum viris suis; eò enim quasi ad hyberna concesserat. Quanquam non destiterunt, praedonum in morem saepe huc illucque discurre, & modo his, modo illis apparere locis, ne satis constaret quo maxime loco degerent. Verum ut id remotiores populos diutius latere potuerit, Ziphæos tamen accolos diultere non potuit. Erat autem hic locus Idumæae vicinus, ut non mirum sit idem desertum & Idumæae, cui erat conterminus, & Iudæae, in qua reuera erat fuisse dictum. Sed id ipsum nomen Ziph monti quoque, & syluae, & ciuitati tributum reperies.

Quamuis autem tam abditus atque abstrusus lateret Dauid, quarebat eum tamen Saul cunctis diebus; nunquam videlicet deposuit voluntatem: ideoque semper intentus per se suosque in eam curam fuit, ut eum inueniret, donec fugiente Dauide ad Philisthaeos, desperauit de illo capiendo, interim autem nunquam tradidit illum Deus in manus eius, quamuis aliquando nihil propius factum fuerit, quam ut caperetur. Nimirum oportebat diuinam de eo voluntatem

I. Abiathar nouus pontifex.

An & Sadoch, vel potius eius in Gabaone quasi vicarius. 1. Paral. 12. 28.

1. Paral. 12. 23.

II. Ortus Miphibosethi filij Ionathae. 2. Reg. 21. 7. 8.

am. 3011.

Dauid in Ziphæo deserto.

Iosue 15. 25. vide Adric. in Ziph.

III. Frustra quaeritur à Saule. 1. Re. 23. 14.

Quid ibi cum suis ageret Dauid.

IV. Ionathas illuc adit Dauidem, renouatque foedus cum eo.

Eique regnum praenunciat.

V. Quomodo id Ionathas aut Saul scire potuerint.

1. Re. 15. 23. 26. 28.

VI. Ziphæi Dauidis latebras Sauli significant.

rem impleri, ideoque in ventos abire omnes Saulis in contrarium conatus. Interim autem in desertis illis Ziphæorum locis, dum socij Dauidis alij rumores hinc inde colligunt, ex aula praesertim, ut rebus prouideant suis: alij diuersa loca, fugae, cum restulerit, opportuna perscrutantur, alij victui necessaria quaerunt: Dauid ipse, quantum otij cura sexcentorum virorum militarium relinquebat, diuinæ orationi tribuebat, & suas ad Deum referebat curas. Et forte plures ibi psalmos conscripsit: id certe de 53. & 62. ex eorum inscriptionibus constat.

Interea Ionathas, per fidam aliquem Dauidis nuncium, didicit locum in quo is latebat, & ad eum, quamuis admodum parenti suspectus esset, ipso tamen inscio profectus est. Et Dauid vice versa per exploratores suos didicit Saulem egressum esse ex vrbe ut quaereret animam eius. Tam impotens erat ardor animi Saulis, ad reperiendum & comprehendendum Dauidem, ut egrederetur cum exercitu nesciens quo iret, sed foris paratus esset omnem in partem iter flectere, in qua praedam latere per venaticos canes suos subolfecisset. Ionathas autem abiit ad Dauid in syluam, & confortauit manus eius in Deo. Iussit videlicet bono esse animo ut qui haberet factorem & protectorem Deum. Et apparet sane Ionatham, qui ad amicum cibos & arma ferre non poterat, ne res innoresceret, pecuniis quibus illa pararentur non pepercisse. Dixitque ei, ne timeas, neque enim inueniet te manus Saul patris mei, & tu regnabis super Israël, & ego ero tibi secundus; sed & Saul pater meus scit hoc.

At vnde sciebat hoc bonus Ionathas? vnde sciebat & Saul? nunquid alter amboue prophetæ erant? At prophetæ fallum subesse non potest, quale fuit illud, & ego ero tibi secundus. An forte Dauid Ionathæ clanculum reuelarat auriculam de inunctione sua? Est id quidem minimè absurdum non tamen certum. Nec obstat quod subdit Saulem idipsum scire. Sciebat enim ex multarum coniecturarum concursu, populi communi benevolentia, filij cum eo foedere, & singulari Dei protectione in tot tantisque periculis, adeo ut ipse vltro Deum cum Dauide esse, & à se recessisse fateretur. Sed id vel maxime colligere poterat ex verbis Samuelis, qui ei dudum protestatus fuerat, ipsum à regno diuinitus abdicatum, illudque datum proximo eius. De se autem quod dixit Ionathas, subintellexit, si quasata aspera rumpam. Ex amantis porro affectu quasi indubitatum pronunciat, Dauide, ex diuino decreto, rege, se illi proximum fore: id enim sibi de Dauidis erga se benevolentia, ac bonitate pollicebatur. Eoque spectare videtur, quod foedus initum cum eo mox à Goliathi caede, & iteratum ad petram Ezel: nunc tertio confirmatur.

Ziphæi autem cum didicissent quanto desiderio ferretur Saul comprehendendi Dauidem, siue gratiam captantes, siue spe ingentis cuiusdam mercedis allesti, siue exortam aliq. am offensionem milites inter & rusticanos hosce viros vlturi: aut denique milites ex suis finibus expulsi, ascendunt ad Saulem in Gabaa, eique nunciant apud se latere Dauidem? hortantur ut eo cum exercitu descendat, nostrum

autem erit, inquit, ut tradamus eum in manus regis. Audax promissum ac plane temerarium. Iacturi enim erant rete ante oculos pennatorum, Dauid quippe, praeter exploratores suos, à quibus de omnibus temporibus monebatur, habebat apud se Pontificem cum Ephod, per quem de omnibus Deum consulere poterat, Nihilominus iniecta spes à Ziphæis exhilarauit Saulem, & ad faustam comprecationem induxit. Benedixit vos à Domino, inquit, quia doluistis vicem meam, miseri principis vestri moerore tabescentis. Susceptum ergo negotium agite diligenter, videte ne sequamini obscuram & incertam famam de loco vbi sit, habere testes oculos, perscrutamini accuratè omnia; num qui fallaces latebrarum aditus, num qui exitus ad fugam occulti. Est enim mihi res cum homine callido, qui cum sibi à me timeat, omnia accuratè circumspicit, & omnibus rite exploratis reuertimini ad me in rem certam, ut vadam vobiscum.

Non dicit quod eos reuerti velit, siue quia facile sciri potest vbi sit Rex, siue quia, ut ratio cinatur Abulensis, statuebat quidem Saul non prius migrare domo cum suis, quam Ziphæi rem exploratam reuoluerent; postea tamen cogitavit dum illi redirent, datum iri spatium Dauidi ad effugiendum, ideoque mutata sententia rectius fore duxit, ut Ziphæi lustrabundi praerent, ipse autem aliquanto intervallo sequeretur, ut illi statim inuentam feram nunciaturi accurerent, & è propinquo adducerent Saulis exercitum, ad omnes effugij aditus obstruendos. Et ne forte illi regem labore deterritum iri, & ab incepto destitutum putent, sicque isti irritato hoste & non sublato, malitiae suae debitas poenas luanit, Quod si etiam, inquit, in terram se abstruserit in altissimas inuectus caernas, perscrutabor eum in cunctis millibus Iuda, in qua ille lateret, ut vndique pullulent, vndique irruant in eum, & consilij fugaeque impotentem in manus meas tradant.

Hæc cum rescisset Dauid, pro sui ac suorum magnitudine periculi, primum ad Deum de more confugit, fuditque magna cum sollicitudine, animique feruore preces, quæ psalmo quinquagesimo tertio continentur, & spe salutis à Domino cūcepta abiit in desertum Maon partem deserti Ziph, quo eum Saul persecutus est cum suis. Ibi mons erat in longum porrectus, & ibat Saul ad latus montis ex parte vna; Dauid autem & viri eius ex parte altera. Veniebat videlicet Saul è Septentrione meridiem versus, & habebat à fronte rupem, Dauid autem eam habebat à tergo. Porro Dauid desperabat se posse euadere à facie Saul humanitus loquendo; nihil tamen de diuino auxilio desperauit. Festinabat autem eadere cum suis ne intercluderetur; Saul autem & viri eius in modum coronæ cingebant Dauid, & viros eius vt caperent eos, id est cingere parabant, totique in eo erant vt circumcluderent eos. Isti festinabant includere, illi festinabant praenire fugiendo clausuros: ibique sine dubio mox atrox pugna ad perurpendum, caedesque plurima vtrinque futura erat, nisi Dominus prouidisset, qui misso nuncio praelia diremit.

Dum enim vtrinque magna contentione res agitur, nuncius venit ad Saul dicens, festina-

Et operam suam ad eum comprehendendum promittunt.

VII. Saulis ardor in persequendo Dauide. 2. 27. in c. 23.

VIII. Maximum Dauidis periculum.

IX. cap. 23. 27



Cur Saul destitit nunc persequi Davidem.

Et veni, quoniam infuderunt se Philistinim super terram. Mirum omnino fuit Saulem, qui iam tot annos ardebat desiderio comprehendendi Davidem, & ad rem iam deduxerat, ut iam iamque comprehendendus videretur, re tamen infecta redire potuisse: & fuisse tantam causam, tamque atrox periculum, quod parua mora sustentari non posset, dum hæc tanta, tamque studiosè quæsitæ præda caperetur? Forte nesciuit Saul, qui utiq; non erat in primo agmine exercitus sui, & interiecta rupe Davidem cum suis non videbat, Davidem summo in periculo versari, & quamprimum captum iri, sed persuasum habuit diutius cum eo luctandum fore, si se ad obsidionem tolerandam comparasset, forte etiam temerè cogitavit ac credidit Davidem, qui nusquam apparebat, fuga iam sibi consuluisse, & suam ut apud Ceilam diligentiam elusisse, ideoque ultra progredi noluit, ne manifestius confunderetur, sed occasionem nunciij libens arripuit ad obtegendum pudorem suum.

X. Pugnat contra Philisthæos.

Reversus est ergo Saul desistens persequi David, & perrexit in occursum Philistinorum, quos dispersos & effulos in prædam oppressit Saul; didicerant enim eum abesse longius, & per deserta loca cum copiis in extremo regno versari. Hanc quippe illis occasionem irruptionis fuisse non temerè affirmari potest. Ergo Saul Philisthæorum opinione celerius superueniens, palantes plerisque, & præda impeditos occidit, alios male mulctatos in sua se latibula recipere coëgit; ipse victor in Gabaa ad hyberna concessit. David autem præter opinionem multorum, non tamen præter spem & fiduciam in Deum suam, servatus est, & servatus cecinitisse videtur cum suis in gratiarum actionem canticum illud Deo, Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israël, & quæ sequuntur, quadrant enim omnia vehementer. Hoc certe fuit unum ex maximis gravissimisque periculis, quibus unquam perfunctus est David, quod ipse grandibus tragicisque metaphoris describit atque exaggerat. Nec plura ad hunc annum referimus, qui fuit Sabbaticus ordine quinquagesimus sextus.

David gratias agit Deo. Psal. 123.

Annus Sabb. 56.

ANNVS MVNDI 2976. SAMVELIS 37. SAVLIS 15. ABIATHARIS 2. DERCYLI 26. Imperij Assy. 1045. ANTE CHRISTVM 1077.

Mirabile Saulis & Davidis certamen. 1. Re. 24. 1.

PERTVS David quanto in periculo versatus esset in deserto Maon, ascendit inde, & habitavit in locis tutissimis Engaddi. Quæ habitandi vox ad plures menses videtur pertinere, quibus tum bellum contra Philisthæos confectum est, tum Dominus requiem aliquam seruo suo Davidi dare voluit, sed qualem quis requiem in desertis locis experiri potest: donec iterum mirabile certamen & plane nonum exortum est, inimici contra amicum suum, & amici contra inimicum suum. Vnus odio certat & ferro, alter amore & obsequio debellarum

cupit. Vnus mortem inferre paratus est, & fortasse cruciatus: alter duntaxat metum, vel potius culpæ agnitionem suæ. Vnus regis dignitatis amittendæ aut metu, aut dolore totus extra se positus, fertur in alterum; qui eam ipsi & semini eius, quantum in se fuerit, conseruatam cupit. Vnus ardet studio abscindendi caput benefactori suo, alter percutit cor suum, quod oram clamidis eius esset ausus abscindere. Denique videbis hic Saulem excitantem subditos suos ad inuestigandum fugituum suum, cuius tota culpa est fuisse atque esse præstantem virum. Vice versa miraberis Davidem cohibentem amicos suos, ne deprehensum hostem infensissimum ferro confodiant, tametsi non ignorabat eo forte sublato, illico se regem fore. O subditum meliore principe dignum!

Porro quæ loca tutissima hic vocantur, prærupta intelliguntur & inaccessa, & perangusti aditus, ut habent Septuag. versus mare mortuum, ubi vrbs Engaddi palmis & balsamo quondam nobilis, quæ habet desertum vicinum sibi cognominem, frequens altissimis montibus præruptisque, itaque prominentibus ut ruinam minari videantur. Huc ergo ascendit David cum suis; neque enim prudentis fuisset diutius apud Ziphæos manere homines sibi nunc necessario inimicos, non enim exstimabant, qui Davidis mansuetudinem non norant, viam sibi vllam patere ad gratiam cum eo, re dintegrandam. Accedebat quod omnia locorum illorum latibula, seruis Saulis explorata essent, fortassis & occupata. At in Engaddi neminem habebat inimicum, & loca erant aduersariis inexplorata; quæ etiam natura sua erant impeditiora.

Interea Saul reuersus à persequendis Philisthæis, per nuncios didicit Davidem cum suis ad loca Engaddi se recepisse. Non male suspicatur Abulensis hosce nuncios fuisse Ziphæos, quibus Saul ex eorum deserto discedens dederat in mandatis, ut diligenter Davidis actionibus intenderet, puta an ex illis locis nimium iam sibi periculosis, planè recederet, quo iter intenderet, ubi subsisteret, quid agere, quid spectare, quid moliri videretur. Quæ cura atque inuestigatio non paucorum dierum fuit, ut de istiusmodi hominibus vagis, & de industria locum subinde mutantibus, & obseruantium oculos fallere ac turbare cupientibus, certa ad regem, & bene explorata referri possent. Cum ergo satis obseruando perspectum esset quoniam diuersis ex locis crebrius adirent Davidis socij, & munitissimorum locorum natura coniecturas omnes confirmaret, minime dubij regem adeunt dicentes, Ecce David in deserto est Engaddi. Quo cognito Saul assumpsit tria millia electorum virorum, qui à tertio regni eius anno destinati fuerant ad custodiam regij corporis, & ut essent semper ad omne regis obsequium parati, & cum iis perrexit ad inuestigandum David & viros eius, etiam super abruptissimas petras.

Et erat cur sibi David & cohorti suæ sexcentorum virorum timeret ab hisce copiis, quæ & quintuplo plures erant, & genere ipso præstantiores, electi quippe ex omni Israël, cum ad Davidem boni malis permixti confluisent. Illi rebus omnibus affatim instructi essent, ut imperatoriam

II. Desertum Engaddi. 1. Re. 23. 13. 14.

III. Ziphæi nomina Davidis latibula Sauli nunciant.

Qui eum rurlum persequitur.

IV. Iustus Davidis timor.

Preces ad Deum, & ingressus in speluncam.

V. Saul eandem subit.

De eius cæde consultatur.

VI. Egressum inclamat David.

Eiusdem ad Saulum oratio.

VII.

imperatoriam legionem decebat, isti ut fugitui ab omnibus pene rebus essent imparati. Proficiscitur Saul silentio, & hosti improvisus adesse conatur. Neque tamen Davidis aut amicorum sollicitudinem fefellit; nec defuerunt qui Ionatha, aut Michole satagente Davidem de præsentis periculo curriculo monerent. Quo ictus nuncio, David ad solita primum orationis præsidia recurrit; ut patet ex psalmo 56. qui ad hunc locum tempusque pertinere ex ipsa inscriptione dignoscitur. Saulis autem copiis appropinquantibus, David inspirante Deo, ingressus est in speluncam viæ propinquam, sed latebrosam atque obscuram, ut tanto ibi esset tutior, quanto magis erat præter expectationem, Davidem iuxta viam, & non in remotioribus spelæis latere, sed non potuit abeundo longius, oculos ex propinquo persequentium vitare.

Ibi dum expectat ut Saul cum copiis pertranscat, ventris necessitate adactus Saul eam adit speluncam, nec animaduertit præ tenebris militem in penetralibus latentem; etsi isti ingredientem vidissent, atque agnouissent. Propter amplitudinem quoque speluncæ facile erat Davidem misurare cum suis, nec à Saule audiri, præsertim cum foris multæ hominum turbæ multi currus & equites obstrerent. Hic David excitatur à suis ad Saulis necem, obtento vaticinio, de quo parum constat quando editum fuerit, id certe constat, ab eo non datum fuisse Davidi ius interficiendi Saulis, sed permissam facultatem, quam tamen sine scelere exequi non posset. Etsi autem ea cogitatio in illius animum irrepsit, diuina tamen succurrente gratia, eam mentem fortiter repressit, atque cohibuit, contentus chlamydis oram in testimonium rei gestæ præscindere: eoque facto regressus ad interiora speluncæ, dixit sociis nolle se regem occidere, & ab eodem facinore ipsos seuerè prohibuit. Quin etiam de abscissa à se chlamyde doluit, quod crederet se contra reuerentiam principi suo debitam egisse.

Porro Saul exurgens de spelunca pergebat capro itinere. Surrexit autem & David post eum, & egressus de spelunca clamauit post tergum Saul. Prudenter expectauit dum Saul abeslet longius cum suis: maxima enim pars eorum, ut afolet in huiusmodi locis atque periculis antecesserat & pauci eius latera stipabant, pauci quoque sequebantur, quia nihil à tergo timebatur, Clamauit quoque in auribus omnium, ut omnes intelligerent quanta esset lenitas & mansuetudo Davidis, erga tam acerbum hostem suum: ex eoque discerent qualis futurus esset erga subditos suos. Sed ipsam Davidis omni melle dulciorem audiamus orationem, quippe quæ felleum Saulis animum in dulcedinem conuertit. Vide primum ut mitissima atque honorifica salutatione & humillima veneratione infensi principis animum mitigare nitatur. Domine mi rex, inquit, Et respexit Saul post se, & inclinans se David pronus in terram adorauit. Deinde ita moderatur querelam suam, ut eius acrimoniam non tam in regem aures calumniis præbentem quam in maledicos ipsos calumniores deriuaret, etsi non ignoraret à quo fonte hi riuli proficiscerentur.

Quid illa probatio diuinæ in regem seueritatis,

qui vitam & regnum eius, illius ipsius arbitrio addiderit, quem ipse tam hostiliter persequatur, quam fortis & efficax; cum ipsius regis præsentis experientia nitatur, Ecce hodie viderunt oculi tui, quod tradiderit te Dominus in manu mea in spelunca. Deinde quam candida, & quam suavis est illa confessio. Et cogitavi ut occiderem te, sed pepercit tibi oculus meus, cogitasse dicit, non tamen statuisse, aut deliberasse. Hebraice habetur, Et dixit scilicet non nemo, quasi diceret, & reuera id dixerant socij eius, quos ipse accusare noluit, sed totam in se culpam retulit, quam misericors penitentia abundè deleuit, & reuerentia regis maiestatis. Dixi autem ego vicissim, non extendam manum meam in Dominum meum, quia Christus Domini est. Sed nomina hæc reuerentiæ sunt, & timoris, pergit blandius atque amabilius. Quin potius pater mi, vide & cognosce oram chlamydis tuæ in manu mea. Merito patrem vocat, qui ætate poterat esse pater, qui erat officio qui pater populi ut boni principes, audiebat. Erat quoque affinitate pater utpote socer, qui genero suo instar est patris. Et tamen tot nominibus pater, illi in hostem terriberrimum conuersus erat.

Ex tam evidenti autem abscissæ chlamydis argumento, manifestò colligit in sua fuisse potentate illum gladio nec opinantem perferdere, erat enim hoc illo facilius. Colligit quoque nullam nunc improbam contra ipsum in animo suo residere voluntatem, licet iam ab eo toties ad mortem quæsitus esset: multo autem minus ante resedisse, cum sua eum beneuolentia, beneficiis, honoribusque prosequeretur. Cæterum ne Saul tantam contra innocentem malitiam se impunè laturum speret, spondet Deum iudicem atque vltorem fore. Quantum postremo pondus ad frangendos Saulis amicos habet illa conclusio. Quem persequeris Rex Israël, quem persequeris? canem mortuum persequeris, & pulicem unum. Quanta demissio animi in tali viro apparet, ut se cani mortuo, & pulici comparet. Postremo autem inculcat Sauli metum ab vltore Deo, ad eiusque iudicium prouocat.

Quæ cum dixisset David, Saul, qui ob distantiam vix de facie illum nosse poterat, cum insigni animi motu. Nunquid vox hæc tua est, fili mi David. Filium vocat, qui audierat pater mi, simulque concussis seni visceribus, eleuauit vocem suam, & stetit. Tam iusta enim querela Davidis, & tanto cum affectu prolata, maxime autem tam insperatum immeritumque beneficium ab eo, à quo mortem hominum opinionone iustissimam accipere poterat, id vero eius animum fregit, & cum verissimis lacrymis dicere compulit, iustior tu es quam ego, id est iustus es tu, non autem ego, tu enim tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala. Iniustus est qui parem non reddit, cum possit bene de se merito gratiam, iniustior qui nullam reddit, & benefacta apud se patitur interire: quam iniustus ergo atque ingratus, qui malè factis beneficia remetitur ac rependit; Ea nunc saltem verbis prædicat atque ingerit, Et tu, inquit, indicasti hodie quæ feceris mihi bona, quomodo tradiderit me Dominus in manum tuam, & non occideris me. Quis enim cum inuenierit inimicum suum dimittet eum in via bona? incolumem abire permittet, cum potiore conditione fuerit? non utique

Breuiter explicatur.

Qui Saul Davidis pater.

VIII. Reliqua Davidis querela.

IX. Motus animi Saulis, & affectus.

Agnosce culpam suam, & Davidis innocentiam.

vulgares

vulgares homines; in David heretica virtute vitium in se imperium potuit exercere.

X. Eique a Deo bene precatur.

Hanc ergo tam singularem virtutem Davidis, tam illustri facinore proditam agnoscens rex infelix, si bene precatur a Domino, aut si manus, pronunciat dicens, Dominus reddat tibi vicissitudinem hanc, hoc opus gratie atque indulgentie erga me tuae, pro eo quod heretic operatum es in me. Sed oportebat etiam cum apud Saulem ipsum non carere mercede, abiecta penitus a se omni animi offensione in Davidem, eaque in benevolentiam ac benevolentiam conuersa, cum illi tantum se debere faceret, pro vita sibi conseruata, quam hostili lege ipsi eripere potuerat, vt impari se reddenda gratie agnoscat, & Deum remuneratorem merito requirat. Nam in bonis humanis nihil potest vitae comparari. Itaque ne si regno quidem illi cessisset, satis illi retribuisset, vt ait Abulensis. Sed vide singularem hominis imprudentiam in sermone exitu sub discessum suum.

qu. 25 in c. 24.

XI. Exigit ab eo iuramentum.

Et nunc inquit, quia scio quod certissime regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israel iura mihi in Domino, ne deleat semen meum post me, neque auferas nomen meum de domo patris mei. O principum inconsultissime: si certissime nosti Davidem post te regnaturum, quare frustra niteris vt eueras, aut labefacias inconcussum decretum Dei? cur tibi, tuisque beneficiorum largitate ac beneficentia non concilias? Quae te docet prudentia, cum sperare post mortem tuam, in familiam tuam tutorem beneficium fore, cuius tam familiam viuis bonis omnibus euerteris, in voluntarium exilium compuleris, cui eripiam vxorem alteri dederis ipsum durissima proscriptioe damnaris? Non auferet ille nomen tuum de domo patris tui, qui ei toties caput auferre molitus es? si id tibi de ineredibili virtute tanti viri polliceris, recte facis, si de meritis, genere, aut dignitate tua, stultè facis.

Saulis imprudentia.

XII. Iurat David de non delenda stirpe Saulis.

Nihilominus veritus ne quod noui reges aliquando faciunt, genus regum decessoris, quasi proprii regni amulum tollerent, iurandum a Davide petiit, & accepit. Quod tamen iurandum non impediēbat, ne si filij Saulis eo mortuo deliquissent, puniri possent; alioqui iurandum fieret propugnaculum licentiae, & improbitatis. Sed in omnem euentum retinebat Davidem ne periturus, audiret, si demortui parentis malitiam in filiis innocentibus vindicaret. Redintegrata porro hunc in modum amicitia, vno agnoscente culpam altero ignoscente, non tamen reditum est ad pristinam vice consuetudinem, neque ad eam Saul Davidem inuitauit, quod id se frustra facturum intelligeret. Saulis enim gratiam tam inconstantem toties expertus David, non potuit prudenter se illi permittere. Sed Saule reuerente in domum suam, David & viri eius ascenderunt ad interiora loca, quam esset ea spelunca, in qua proximè latuerant. Davidi autem ad reliqui anni quietem profuisse videtur tam insignis erga Saulem charitas, animique moderatio: nihil enim in Davidem ante mortem Samuelis, quae proximo anno contigit, molitum esse reperimus.

Requata amicitia non renouatur vice consuetudo.

ANNVS MVNDI 2977.

SAMVELIS 38. & vlt. SAVLIS 16. ABIATHARIS 3. DERCYLI 27. Imperij Assyri. 1046.

ANTE CHRISTVM 1076.

Curiosus est hic annus Samuelis sacerdotis summi, clarissimique viri sancte, quod libentius ante Saulis mortem commigisse plurimum sententia est, in primisque Clementis Alexandrini, & Iosephi in verborum Rufini, vt recentiores omittam. Memoratus autem est iuxta Chronologiam, quam initio pontificatus Heli constitutum, anno aetatis 77. iuxta magistratum 38. quem iuxta annos natus 39. De cuius morte ac sancte haec habet Scripura dominica. Mortuus est autem Samuel, & congregatus est vultus eius in Bethel, & plauerunt eum, & sepelierunt eum in domo sua in Ramatha. Apparet autem mortuum sanctissimum sanctum, morte magis animi quam annorum pondere degramatum. Et per se ipsum patet status, nec per se perturbatione Reipub. in suo capite vehementer agrotantis, a Deo petiisse, vt auferret animam suam, & transferret in locum pacis.

I. Vltus Samuelis & natio temporis. L. n. Sen.

Reg. 25.

II. Gemus eius ludae Saul & David.

Optat migrationem.

III. Mors eius & sepultura.

Duo illis summa capita doloris erant Saul & David, quorum vtrumque vt Dei vicarius in fastidium rerum humanarum euerat, & vniuersae causa iam pridem in luctu ingenti ac dolore versabatur. Saulem lugebat, non iam ne a regno Israelitarum excideret, sed ne a regno felicitatis aeternae poenitus excluderetur. Saulem lugebat, qui peccata peccatis accumularet, & a minoribus ad maiora gradum faceret in dies. Davidis etiam causa vehementius agebatur, quem videbat, ex quo inuentus fuisset in regem, cum perpetuis periculis, casibusque iuctantem, nusquam quietum aut tutum posse consistere, semper in fuga & latebris, semper in mortis indignissima discrimine versari, nihil se illi opis, nihil quenquam mortalium, sub poena noxae capitalis asserere posse. Hac ergo, atque his similia cum Samuel octauum iam annum apud Dominum lugeret; neque videret in tantis tenebris spem aliquam lucis; timeret potius luctuosam huius tragediae catastrophe, optauit celerem ex hac vita migrationem, quam a prima pene pueritia multis habuisset aduersis rebus exercitam.

Ergo cum septimum iam supra septuagesimum annum ageret, quinta aetatis anno 38. factus est voti compos, & multa filiorum, & discipulorum prophetantium corona stipatus, post egregia monita salutis circumstanti populo data, qui tanti viri iacturam in hac temporum perturbatione deplorabat, obdormiuit in Domino. Quod si forte morienti Saul affuit, apparet Prophetam ei proximam cum Davide reconciliationem gratulatum fuisse, enixèque orasse, vt eam vellet esse perpetuum; tum vt peccata sua reliqua vita plangeret, & elemosynis redimere conaretur. Quod autem dicitur sepultus in domo sua in Ramatha, id est in proprio maiorum suorum sepulchro, intelligendum

dum est in spelunca aliqua plura fuisse sepulchra siue conditoria propriis distincta notis, & in eorum aliquo Samuelem sepultum: alioqui eius ipsa secerni ab aliis, & transferri nequiuissent.

IV. Et traslatio magifica.

Legimus autem in Benjamin Iudaei itinerario corpus Samuelis in Ramatha, in synagoga custoditum fuisse; inde autem a Christianis translatum in Silo, magnumque illi templum excitatum, positumque in eo prophetae sepulchrum, oppido autem datum nomen S. Samuelis de Silo. S. quoque Hieronymus libro contra Vigilantium haeticum eius sacra ipsa magnificè honorata testatur, cum ex Iudaea ex oppido Silo, siue S. Samuelis de Silo in Thraciam sub Arcadio Augusto transferrentur triumphali pompa. Sed haec pluribus in Annalibus explicata reperies, sicut & egregiam atque multiplicem Samuelis cum Christo similitudinem. Illud tantum addo significare Scripturam singularem funeris huius celebritatem, qualem in funere Moysis, Aaronis, Iosue, aliorumque id genus heroum legimus; itaque neque planctus per dies 30. neque vniuersi populi, qui erat charissimus, lamenta defuerunt, vel aliquibus publico nomine de singulis vibibus in Ramatha venientibus, vel pluribus in locis magistratu ei iusta persolente.

V. Nuncij Davidis ad Nabalem.

Hoc ipso anno David legationem ad Nabalem cognomento Carmelum, illi propemodum funestam misit: nisi viri stultitiam vxor prudentissima correxisset. Rationem temporis sacrae narrationis series ipsa confirmat, quae hanc legationem morti ac funeri Samuelis coniungit: addit & notam aeterni temporis, quo tendentur oves. Quod ad locum attinet, dicitur David descendisse in desertum Pharan, meridiem versus. Id desertum maximum est, cuius extrema in terram Iuda, ac tribum Simeonis se porrigunt, reliqua pars per longissimos tractus tendit Aegyptum versus, & in multa partialia deserta tribuitur, puta desertum Cades, Sin, Sinaï, &c. prior autem illa pars continet desertum Ziph, & in eo desertum Maon, vt supra diximus. Itaque Septuag. pro deserto Pharan habent desertum Maon, in quo erat Carmelus mons, & ciuitas, in qua Nabal habitabat, multumque distat ab altero Carmelo monte tribus Issachar, qui ad mare vsque mediterraneum protenditur.

VI. Quis ille fuerit.

Erant autem Nabal potens & opulentus praevicinis agricolis, quippe qui ouium tria millia, & mille capras possideret, & scilicet boues, & camelos, & equos, & asinos non paucos. Oves autem nominatim a Scriptura memorantur, quod occasione tonsionis earum missa est ad ipsum a Davide legario, sed huic opulentiae iuncta erat inhumanitas, ob quam durus dicitur, atque adeo pessimus, & malitiosus, eratque de tribu Iuda, & de genere Caleb, socij quondam Iosue in exploranda Chananiide. Misit ergo ad eum David decem iuvenes, non qui armatas afferrent preces, sed qui Nabalis liberalitatem deferre possent, & eam si vsus ferret, a praedonibus tutari. Hi salutato peramanter homine, rationem afferunt & ius petendi aliquid, in frugnum gratitudinis conseruatorum gregum eius; ita vt nec ipsi quidquam de grege auferrent, & pastoribus pro muro essent contra latrocinan-

tium Arabum excursiones, quod David hoc difficilius a suis impetrare poterat, quod & carebant stipendiis, & alioqui egentes, obarati, & ex raptu viuere assueti, multo iam tempore vagabantur.

VII. Ab eo petitur liberalitas in Davidem bene de se meritum.

Itaque David officij egregie praestiti sibi rectè conscius ipsius eius pastores testes appellat, quamuis alioqui sub auaro hero querulos. Inherogai, inquit, pastores tuos, & indicabunt tibi; haec Davidis aequitas fuit: vide nunc eiusdem in petendo comitatem & mansuetudinem, erga hominem agrestem ac rusticum. Nunc ego, inquit, inueniant pueri tui gratiam in oculis tuis, in die enim bona venimus, laeta scilicet qua auctis bonis a Domino, & qua gratificari conuenit tenuioribus amicis ac fratribus tuis, quodcumque inuenierit manus tua, quidquid placuerit accipere, & seponere de rebus tuis, ad largiendum militi, qui non solum posita ad manum praeda, quamuis virgente fame abstinuit, sed etiam, quasi mercede conductus foret, ad conseruandas res tuas intentus fuit, da seruis tuis, & filio tuo David. Haec illi, pro quibus contumeliosam responsonem, & inurbanam reculationem acceperunt, pro asperitate morum Nabalis huius. Quae cum reuersi nunciaissent Davidi, iustam ipsius iram accenderunt; ita vt iuberet quadringentos viros arma capere in perniciem Nabalis & familiae eius; in qua cum permulti essent innocentes, non dubium est Davidem in hac voluntate peccasse, vt in Annalibus diligentius explicatum est: vt omittam deliberatam poenam, & male iureiurando firmatam, multo maiorem fuisse delicto.

Repulsam patitur, & vim parat.

VIII. Rem addicit Abigail, & remediū parat. n. 29. ad 34.

Haec dum parantur, vnus de famulis pastoribus, qui colloquio interfuerat, nunciauit Abigail aduentum nunciorum Davidis, & plenam humanitate petitionem, quam Nabal contumeliosè auersatus esset, quamuis ipsi bene de pastoribus gregibusque meriti fuissent in deserto; itaque iratos ad Davidem reuertisse. Quae cum accepisset Abigail festinauit malum sibi suisque imminens auertere, & offensum Davidem placare muneribus, eaque mitissima destinauit oratione condire, vt eadem opera vulneri, quod auaritia & acerbitas viri imposuerat, vxoris lenitas liberalitatem mederetur. Viro autem suo non indicauit protectionem suam, nec quidquam eorum quae facere, aut dicere stantisset, ne ille morosus moras iniiceret festinanti, aut rem totam fortasse disturberet, homo duræ cervicis, & praeposterè parcus, ac profusus. Praemissis ergo famulis cum muneribus, quae asini aliquot ferebant, ipsa quoque asinum strarum ascendit, & insalutato hospite abiit ad Davidem.

IX. Occurrit Davidi cum muneribus.

Cum autem descenderet ad radices montis Carmeli, David & viri eius occurrerunt ei, & iam erat in foribus clades, cum Abigail viso Davide appropinquante, de asino festina descendit, & prociat coram David super faciem suam, & adorauit super terram, & cecidit ad pedes eius. Nimirum David videns rectè venientem ad se mulierem, substitit cum suis, sicut & famuli qui eam cum muneribus praecesserant aut comitabantur, statimque illa summa haec argumenta demissionis edidit, & nixa genibus, In me sit, inquit, Domine mi haec iniquitas. Id est, si placet vlcisci, quod in te iniquè factum est, in

X. Eius ad eum placandum preces.

XI. Placatus David gratias agit Deo.

Abigail redit ad virum, cui rem facit.

XII. Nabal post decimum diem moritur.

me vlscere : veruntamen prius loquatur ait, obsecro, ancilla tua in auribus tuis, & audi verba famula tue. Incipit autem à consultiſſima accusatione mariti sui, quæ simul iustam Davidis accusationem fateatur, & labefactæ, simul Nabali contemptum conciliet in salutem ipsius, ne vir tantus, hominem stultum, iuxta nomen suum, ebriosum, decoris & honestatis expertem, hominem contemptu quam ira digniorem, quasi idoneum aduersarium sibi delegisse videatur.

Excusat deinde opportunè absentiam suam, ne huic iniuriæ affinis, aut eius conscia fuisse videatur, sed officiosam potius erga ipsum, ac liberalem gessisse voluntatem, vt res ipsa nunc probat. Tunc gratias agit Deo, & simul Davidi gratulatur, quod diuinitus prohibitus sit à fundendo sanguine innocente cum noxio, quæ gratulatio supponit Davidem assentiri iam petitioni suæ, vt verecundetur certam spem tam honestæ matronæ confundere. Inde subdit votum de inimicis Davidis, vt eiusmodi fiant, vt ab eo tuto contemni possint; vel vt illis contingat, vt in eius potestatem veniant sicut Nabal, à quo interficiendo, domoque eius euertenda, nemo illum, si velit, prohibere possit. Subditur liberalis allati muneris largitio, qua redimere cupit præcedentem viri sui culpam, quam quasi suam sibi tribuit, sibi ignosci, ac condonari precatur. Et quoniam parua hæc gratia reputari poterat triplicem illi à Deo mercedem pollicetur, regiam familiam, eamque fidelem ac stabilem, parem apud Deum gratiam aduersus inimicos suos, & conscientie propriæ tranquillitatem. Hæc autem omnia eum experientia probaturum significat, cum ait eum memorem fore ancillæ suæ, quæ hæc illi prædixisset.

David autem intimis affectus sensibus oratione Abigailis, diuinæ prouidentie gratias agit de suscitata hac muliere, cuius mitissima oratione flexus, à cogitato scelere abductus esset; tum acceptis muneribus pacificè eam remisit in domum suam, protestatus se in eius gratiam, iniuriam acceptam remittere. Venit autem Abigail ad Nabal, & ecce erat ei conuiuium in domo eius, quasi conuiuium regis, propter ciborum abundantiam & conuiuarum multitudinem, quamuis Abigail non pauca in munus sustulisset: vt intelligas, quod ante dixi, hominem præposterè parcum & profusum. Eratque Nabal propter ebrietatem hilarior, sapiens autem Abigail cedens vino, & agnoscens opportunissimum admonitioni tempus, distulit expositionem rei in sequentem diem; ne forte, pro innata acerbitate naturæ ac morum, ex nimio vini calore in furorem versus, ea faceret, quæ David facturus erat. Hæc autem cum mane accepisset, hæsit stupore percussus, sine sensu propemodum & motu, præ timore & apprehensione mali, in quod tantum non incidisset.

Non legitur Nabal Deo vel vxori gratias egisse, aut morum emendationem aliquam promississe. Quanquam ne diuturnior quidem ei ad emendationem vita superfuit. Cum enim pertransissent decem dies, percussit Dominus Nabal, sive peste, sive quauis alia plaga, & mortuus est. Ita videlicet Dominus famulum suum Davidem ab iniuria Nabalis, cuius & duritiam & inhumanitatem, & ebrietatem castigauit, Davidem autem à perpetrando facinore, ob quod

toto in regno male audisset, tanquam prædonum antesignanus atque sicarius, singulari fauore prohibuit. Ideoque lætatus est David, non de morte hominis, sed diuina iustitia, in se sine culpa sua vindicando, eique gratias agit.

Cæterum David animaduersa in Abigaile eximia virtute atque prudentia, quam etiam venustatis comitabatur decor, sublato iam impedimento contrahendi cum ea matrimonij, eam sibi optauit vxorem. Itaque expleto luctus tempore, quod duorum circiter aut trium mensium fuerit. (Nam matrimoniorum causa laxior erat apud Hebræos, propter vxorum multitudinem, atque diuortia) quo tempore expleto misit David nuncios ad Abigailem, qui ei nuptias cum Dauide offerrent: in quas illa non ægrè consensit, intelligens sed ad longe maiorem dignitatem, & multo melioris coniugis consuetudinem vocari. Itaque magna cum reuerentia, & animi summissione oblatum honorem amplexa est, & post præparata quamprimum ea, quæ sibi suisque puellis ad eam celebritatem necessaria erant, ipsa se in viam dedit, cum quinque pedisequis, vtique & cognatis, & famulis, & nonnullis de cohorte Davidis, nuptias principis sui cohonestantibus, & facta est illi vxor.

Sed & Achinoam accepit David de Israhel, quæ fuit nobilis ciuitas in tribu Iuda. Videtur autem positum accepit pro acceperat, Iosephus enim ait Achinoam prius ductam fuisse à Dauide, cui sententiæ fauet, quod Ammon primogenitus Davidis dicitur filius Achinoam, & vbi cumque de vxoribus Davidis agitur, Achinoam primo loco nominatur. Minimè tamen dubium est, quin Michol primum sibi vindicet locum, & tempore, & dignitate: sed sterilitas illi obfuit, ne cum cæteris censeretur. Eam porro Saul, in diuturna Davidis absentia, dedit Phalti filio Lais, qui erat de Gallim ciuitate tribus Benjamin. Nec caruit culpa non solum Saul, qui alienam vxorem alteri dedit, sed etiam Michol, quæ viuo marito, consensit in alterum coniugem, vel potius adulterum, factaque est simul duorum virorum vxor, contra legem naturæ, & rationem matrimonij. Nec dici potest Davidem à Michole repudiatum, siue quia id ius vxoribus nunquam fuit, siue quia Michol diligebat Davidem; itaque inuita alteri viro data est à Saule: cui coniugio, aut potius adulterio, ne morte quidem propolita, debuit consentire.

XIII. Abigail fit vxor Davidis.

XIV. Alia Davidis vxores Achinoam.

Et Michol, quæ datur alteri.

I. Quies Davidis breuis.

Saül redit ad ingeniū.

II. Ziphæonũ opera, qui producit Davidem.

I. Reg. 16. 1.

Eum Saül persequitur.

III. Castrametatur in colle Hachila.

Quod David ad discit.

ANNVS MVNDI 2978.

SAVLIS 17. ABIATHARIS 4.

DERCYLI 28.

Imperij Assyriorum 1047.

ANTE CHRISTVM 1075.

AD MIRABILIS Davidis in regem suum, quantumvis male de se meritum, mansuetudo & charitas non solum in præsentia lacrymas illi, & vocem veræ confessionis expressit, sed in aliquot etiam menses incensam illius interficiendi cupiditatem extinxit, vt ratio postulat, & silentium Scripturæ significat; quo tempore, quæ proximo anno narrata sunt, contigerunt. Cum autem beneficij memoria benefactoris absentia sensim obliteraretur, & interim viueret in pectore Saülis acerbissimus ille dolor amittendi regni in familia sua: & intelligeret tantum malum ex vnus hominis morte pendere, eoque sublato, tuta sibi, suisque omnia futura, persuasum haberet, sæpe de illo perdendo mentem subibat cogitatio, sæpe voluntas recurſabat. Quæ cum vulgo ignota non essent, Ziphæi eius cupiditati studiosus adfuerunt, & aliquo modo, alternantem, in deteriorem partem perpulerunt.

Ziphæi ergo sibi male conscij, & Davidis inimici vltro facti, futuram eius felicitatem sibi perniciosam fore arbitrabantur: itaque sibi & Saülis opportunè, venerunt in Gabaa, vbi habitabat Saül, à quo magnam etiam gratiam se inuituros credebant. Ecce inquit, David absconditus est in colle Hachila, quæ est ex aduerso solitudini, id est in extrema solitudine, ad partem illius dexteram. Quo accepto nuncio, non dixit Saül Ziphæis istis. Quid frustra turbatis quietem meam, dum mihi gratificari conamini? & suaderis ea moliri quæ fieri nequeunt, ea suscipere quorum improba est ipsa cogitatio? Quis nisi egregiè improbus mihi author sit, vt eius vitam extinguere cupiam, cui debeo meam? qui mihi oram vestis absceidit, cum posset caput? Non sic ille, non sic: neque enim tanta fuit in male sano capite sapientia. Surrexit, enim, & descendit in desertum Ziph, & cum illo tria illa milia virorum de electis Israhel, vt ibi quæreret David.

Et castrametatus est in Gabaa Hachila, id est in colle, siue excelso loco Hachila, vt inde circumſpicere vndique liberius, & hostem quantumvis in partem se mouentem videre posset. At David ex eo colle, inspirante Domino, iam migrauerat in interiorem solitudinem, ibique inaudiuit Saulem venisse in desertum. Qua de re cum dubius esset, qui non putaret fortasse Saulem oblitum esse accepti nuper à se maximi beneficij, per exploratores certissime didicit regem illuc venisse. Et surrexit David clam & propius venit ad locum vbi erat Saul, ex quo loco vidit tentorium, & agnouit id ad regem pertinere, eique in proximam noctem ad dormiendum præparatum esse. Vidit quoque illic vicinum Abneris tentorium; dicitur autem vidisse dormientes, etiam

laterent in tentoriis, siue quia reuera dormiebant, & ipse nullum ibi motum animaduvertebat, siue quia magnam populi partem circumfusam iacentem videbat, vt solent qui dormiunt ex itinere fatigari. Itaque factus animosior statuit ad ipsa castra Saülis penetrare, audaci plane facinore, & nisi ex diuina inspiratione defendatur, temerario; vt disputat Abulensis.

Venit autem cum Abisai suo ex sorore nepote, dimisso altero socio, vt tutius dormientium castra, & minore strepitu adirentur, præsertim cum ibi non esset pugnantium, sed sumendum signum duntaxat, Davidem fuisse in castris, & regem iterum in eius potestate venisse. Venerunt ergo David & Abisai ad populum nocte, nec ignes per castra decerant, & iam ante noctem loca notauerant dudum sibi nota. Et inuenerunt Saul iacentem, & dormientem in tentorio, & hastam fixam in terra ad caput eius, Abner autem & populum dormientem in circuitu. Tanta opportunitas loci ac temporis, ipsaque regis hasta, qua toties Davidem inuaserat, ad facinus inuitabant. Motus itaque Abisai, Davidi ad aurem infusus, Conclufit Deus inimicum tuum hodie in manus tuas, nunc ergo perſecutam eum lancea, in terra semel, & secundo opinus non erit. Non ausus Abisai tantum facinus iniussus aggredi, etsi putaret Davidem non alia de causa ad castra venisse, & desperatam crederet eius hominis sanitatem, qui tanto nuper accepto à Dauide beneficio, in benefactorem furere non cessaret.

Dedit nihilominus Deus eam mentem Abisai, vt rem ex interpretatiua voluntate Davidis non aggrederetur; sed peteret sibi permitti, quod David admirabili virtute negauit: & merito; quoniam nec ille eadem hanc perpetrare, neque huic cõsensum præbere poterat sine crimine, videlicet contra ordinem iuris, vt qui priuatus esset, nec vitam aduersus inuasorem tutaretur. Vt autem persuasum haberet Abisai Davidem eo animo loqui, iusiurandum adhibet, dicens, vini Dominus, quia nisi Dominus percussit eum, morte aliqua violenta, aut dies eius venerit, vt morte naturali decedat, aut in prælium descendens perierit, puta Philistæorum manu, propitiuſ sit mihi Dominus ne extendam manum meam in Christum Domini. Quo iureiurando factus est firmior in proposito, ad quod alioqui ex iure communi obligatur: vt quamuis millies Saül incideret in manus Davidis, nec vnquam ab ipso persequendo desisteret, nunquam tamen ipsi eum occidere liceret. Laudat Chrysoſt. hanc Davidis in Saulem indulgentiam, eique longe præfert qua vtuntur principes, erga eos qui olim eos offenderant, priusquam ad regiam essent euecti dignitatem, quorum ira superueniente regni gloria diluta esset, & tutum deinceps haberent pignus securitatis. Cum David sciret se dimisso Saule in grauiora quotidie pericula coniectum iri. Sic olim Rex Galliarum Ludouicus XII. cum ei suggereretur vt de iniuriis olim acceptis cum esset Dux Aurelianensis vindictam sumeret, sapienter respondit, Non esse Regis Galliæ vl-cisci iniurias Ducis Aurelianensis.

Nunc igitur, ait David, quoniam neque licet neque libet manum extendere in regem, & ea

9.5. in c. 26.

IV. Et venit ad eum dormientem.

Abisai paraturus occidere Saule.

V. A David prohibetur.

Et pro eo conseruando iurat.

VI. cap. 16. 11

providendum erat homini Deum timenti, tum vt sibi suisque occasionem eriperet declinandi ad idololatriam, quod facilius erat in vrbe regia, siue ad gratificandum regi, siue quia ibi splendidius idola colebantur; tum vt cæremonias legis Mosaicæ commodius obseruaret, vt ciborum delectum, circuncisionem, aliisque non pauca.

I V. Achis dedit Dauidi Siceleg. Sapienter itaque, & ex diuini spiritus instinctu, separatim sibi locum à rege petiit, & impetrauit. Dedit enim ei Achis in die illa Siceleg, & quidem non ad habitandum solum, sed vt in ipsius dominium cederet, idcoque subditur ex eo tempore Siceleg factam esse regum Iuda. Ex quo apparet eximia reguli huius liberalitas atque humanitas. Apparet & prudentia qui eo beneficio sibi deuinxit, ac confirmauit amicos, quique in extremo regni sui, habere voluerit propugnaculum virorum fortium, qui irruentium Iudæorum in Philisthæos arma reprimerent, & si quid rerum nouarum molirentur, id minore periculo quam in vrbe regia tentarent. Vtile quoque id Dauidi fuit. Nam hæc habitationis commoditas, multos ad eum allexit, qui à cauernis & desertis locis, in quibus ille cum suis adhuc vixerat, abhorrebant. Ergo plerique, qui eius innocentiam norant, & iniustam vexationem ægrè ferebant, & fortè auspiciis eius dudum militarant ad eum confugerunt, vt constat ex primo Paralip. Maxime autem videntur allekti verbis illis Saulis, quæ ille publicè fuerat elocutus. *Et nunc scio, quod cerissimè regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israël.* Plures enim orientem solem, vt aiunt, quam occidentem adorant.

V. An prædas egerit de Philisthæis. Mansit porro Dauid in Siceleg quatuor menses, & diebus aliquot, quibus, cum expedita militum suorum manu, prædas agebat. Sed an de Philisthæis, qui non erant de ditione Gethæi regis? Id significat Hieron. in tradit. quem sequitur Emmanuël Sa, & probabile facit mox congregatus vniuersæ gentis exercitus contra Hebræos, à quibus se multis excursionibus vexatos putabant. Cum enim prædones istos vel ex lingua ipsa Hebræos esse cognoscerent, & fugam Dauidis ad Achis ignorarent, putabant se à subditis Saulis eiusdem iussu vexari. Vnde nec querelas ad Gethæum regem deferebant, præsertim cum Dauid longius ab eo habitaret, & omnem operam daret ne agnosceretur. Et cum Achis vice versa nihil audiret querelarum, putabat omnino Israëlitas à Dauide vexari, qui nequaquam apud ipsum, vtpote hostem, sed apud Saulem conquererentur. Et credibile quidem est Dauidem, quantum tuto potuit, Philisthæos opprimere, nedum eos aliarum gentium spoliis ditare voluisse. Non minus tamen credibile est Dauidem hoc tempore à Philisthæis abstinuisse, siue quia Scriptura in enumeratione populorum, in quos incurfabat Dauid tacet Philisthæos: siue quia id à Dauide promissum fuerit regi, vt putat Abulensis, siue quia is fasque non sit iis nocere, quorum præsidio regaris contra hostes tuos, siue denique quia in crebris depredationibus facile oppidum Siceleg prædonum latibulum agnitum fuisset, & deletum cum habitatoribus suis.

VI. Quos depredatus fuerit. Designat autem Scriptura, definitque regionem, in quam Dauid impressionem fecerit, ni-

mirum regionem ad austrum Iudæ positam, ab ingressu deserti Sur Ægyptum versus, qui terrarum tractus latissimè patet. Totam enim Arabiam petram ac desertam amplectitur, in qua præter populos Gessuri, & Geizi, & Amalecitas quos Scriptura memorat, Idumæi & Madianitæ habitabant, Ismaelitæ, Agareni, & Cedareni. Quo autem iure hosce populos depredatus fuerit, imo & cædes, nullo sexus aut ætatis discrimine, apud eos perpetrarit, dubitatione non vacat, præterquam apud Amalecitas, contra quos lata erat, nec reuocata illa sententia, *Cum Dominus dederit tibi requiem, delebis nomen Amalech sub caelo, caue ne obliuiscaris.* De cæteris existimauerim Dauidem, qui apud se habebat Pontificem cum Ephod, cum quotidie de expeditione sua consuluisse, eoque profectum esse populabundum, quo Dominus per Sacerdotem dixisset excurrendum. Sicut nuper profecturus in Ceilam, Dominum semel iterumque consuluit, & bis responsum accepit; & iterum cum inde migraturus esset; & post hæc cum expeditionem suscipere, contra eos qui vastauerunt Siceleg, & cum eundem fuit in Hebron. Idem ergo de quotidianis istis excursionibus dicendum videtur.

VII. Vt regeret apud regem prædaram locum. Cum autem omnis generis prædam auferret, viros tamen aut mulieres non abducebat in seruitutem, sed necabat, ne fraudem Dauidis patefaceret, dicentes se non esse Israëlitas. Eodem modo in ea parte prædæ quam offerebat regi, providebat ne quid reperiretur, quod argueret alibi prædam, quam apud Israëlitas, esse collectam, puta idola aurea vel argentea. Ea enim ac similia, deponerentur in Siceleg, quæ reuertentibus, & venientibus ad regem in itinere occurreret. Achis autem lato ac sereno vultu, & eam serenitatem præda faciebat; *in quem, inquit, irruisti hodie?* Cui ita respondebat Dauid, vt is persuasum haberet se Israëlitas esse depredatum. Ipse autem non mentiando, veritatem dissimulabat, sine qua dissimulatione apud Philisthæos tuto habitare non poterat. Si enim sciuisset Achis nihil damni à Dauide Hebræis inferri, eum merito suspectum habuisset, ne præuaricatoriam aliquam moliretur prodicionem, & ne quietos populos Gethæis redderet infestos.

VIII. Gabaonitarum à Saule vexatio. Postremis Saulis annis contigisse Gabaonitarum vexationem, à Saule volente eos zelo non bono exterminare, ex Theodoro colligitur, qui inter culpam & poenam 40. annos interiecit: poena autem fuit fames, quæ sub finem regni Dauidis contigit. Zelus autem Saulis fuit, quod existimauit Iosue & Eleazarum, & optimates populi non potuisse vitam Gabaonitis dare contra diuinum præceptum, quo Chananaei omnes capite damnati fuerant, eorumque iusiurandum irritum fuisse. Itaque & illos peccasse, & posteros eorum, qui Gabaonitas permittebant viuere, peccati esse participes. Verum hic zelus nimium crudelis fuit, vt propterea Dominus domum Saulis domum sanguinum appellarit, & iudicij in re tanti momenti præcipitis. Existimare enim debuit maiores suos iuramenti religione præpeditos, non nisi consulto, & indulgente Domino conseruasse Gabaonitas; præsertim cum facti essent profelyti, & satis laborioso ministerio in taber-

Deut. 25. 19.

Nec inconfulto Domino.

VII. Vt regeret apud regem prædaram locum.

Causa dissimulandi.

VIII. Gabaonitarum à Saule vexatio.

Zelo iniusto.

naculo Domini in perpetuum mancipati. Nec tamen omnes occidit, populo vt appareret, ad misericordiam flexo, ac reclamante.

IX. Apparatus belli inter Philisthæos & Saulem.

Causæ bellitres.

X. Singuli reguli copias suas colligunt.

Dauid versatur in ancipiti.

XI. Quomodo defendi possit.

Factum est autem in diebus illis, quibus scilicet Dauid habitabat in Siceleg, sub tutela Gethæi regis, expletis iam quatuor in ea commoratione mensibus, congregauerunt Philisthæi agmina sua, vt præpararentur ad bellum. Conuenit videlicet inter Philisthæos bellum gerendum contra Israëlitas, & in singulis satrapis conscribendum militem, omniaque ad bellum necessaria præparanda, vt mox singuli reguli cum suis agminibus in assignatum locum conuenirent. Causam belli huius præter inueteratum odium, & immortales inimicitias inter vtrumque populum, facile inueniunt, qui putant Dauidem etiam contra Philisthæos à Gethæo rege remotiores excurrisse: putant enim istis excursionibus iacta semina maximi huius funestissimi belli. Alij communi quod dixi odio contenti esse possunt, addito desiderio redintegrandæ dominationis in Hebræos, quam illi iam pridem excusserant. Addunt etiam auctore Tostato, incitantem Deum, atque euocantem profanos istos populos ad Saulis, populique eius crimina vindicanda, & impedimentaregni Dauidis auferenda, Saulem videlicet & filios eius; quos Philisthæi hoc bello sustulerunt.

Cum ergo Accaronitæ, Azotij, Gazæ, Ascalonitæ, pro se quisque certatim copias suas pararent ad bellum, Rex Achis destinauit animo secum ad bellum ducere Dauidem cum suis multum præsidij in eius virtute collocans, multum fidei præcedentibus excursionibus tribuens, quas pro Philisthæis contra Israëlitas factas putabat. Nec destinauit tantum, sed Dauidi etiam denunciauit, dicens, *Sciens nunc scito quoniam mecum egredieris in castris tu, & viri tui.* Cui respondit Dauid: *Nunc scies quæ facturus est seruus tuus,* quomodo videlicet tibi sim obsecuturus, quam fortiter pro te pugnaturus. Sic enim ea verba Rex candidè interpretabatur, vnde & subdidit, *Et ego custodem capitis mei ponam te cunctis diebus,* fidei tuæ committam salutem meam.

Cæterum anceps est hic locus contra Dauidem, vtramuis in partem accipiamus, non leuis culpæ reus constitui videtur. Nam si ex animo promissit regi infideli fidelem operam contra Israëlitas, impius in Deum fuerit, & in gentem suam, iuuando idololatrias, Dei & populi eius capitales hostes; & insuper impugnator populi, cuius à Deo rex electus fuerat, atque ihunctus. Sin ex animo non promissit, mendacem eum & fallacem, & benefactoris sui proditorem fateamur necesse est.

Vt omittamus aliorum responiones, & nominatim Caietani, qui hoc loco in Dauidem acerbissimus est, & cui in Annalibus pro veritate accuratè respondimus, vt ratio postulabat dicimus Dauidem iu tam lubrico & ancipiti loco, ad Deum more solito recurrendo, se totum diuinæ ipsius prouidentia commisisse, certum exequi quod ille iussisset, siue pro Saule, siue pro Achis, nec defuit Dominus in hoc salo fluctuanti. Interuentu siquidem Satraparum curauit illum dimitti, vt cum bona Gethæi reguli gratia, neque pro ipso, neque contra ip-

sum pugnaret. Quod ad verba vero attiner, apparet nihil esse mentitum, quia reuera nihil certi promissit, licet Rex in proniorem significationem verba Dauidis acceperit. Ex quo etiam intelligitur eum non ad regis mentem sed ad suam, quæ ex diuina dispositione pendebat fuisse locutum. Diuinæ autem voluntati omnem in partem obsequi, non culpæ vlli, sed magnæ laudi tribuendum est.

Dum apud Philisthæos omnia vbiquè apparatu bellico circumsonant, res innotuit Sauli. Itaque animo pro periculi magnitudine vehementer æstuans, & ad auxilia diuina humanaque circumspectans, à Deo primum quid factu esset opus, scire desiderauit; Interim per Abnerem militiæ principem & tribuum duces exercituum suum congregauit. Et Samuelem quidem prophetam, quoniam Pontifex cum suo Ephod erat apud Dauidem, libenter aditus erat, sed iam alter ab eius morte agebatur annus. Itaque hoc per fugio carebat Saul: quanquam apparet ne in viuo quidem quidquam præsidij inuenturum fuisse. Cum enim Dominus implacabilem aduersus infelicem principem iracundiam suam silentio demonstrare vellet, ne per Samuelem quidem videtur illi fuisse responsurus: paternam tamen aliquam monitionem accepisset ab eo, vt, dum adhuc licebat, vtilius animæ suæ prudentiusque consulere. Sed iratus Dominus, Sanctos viros aliquando, prudentesque monitores principibus viris eripit; quo fit vt animi sui perturbationibus, & demonum perniciosis suggestionibus famulentur, & pereant.

Saul itaque aditus erat Samuelem, sed eodudum priuatus, ad Pythonissam confugit. Et hac de causa putant Hebræi, iteratam hoc loco mentionem defuncti Samuëlis; ad quem nihilominus, vt erat impos sui, ac vehementer perturbatus apparere aditus fuisse, cum consultus Dominus, neque per somnia, neque per Sacerdotes; neque per Prophetas, neque per Samuelem ipsum responsum vllum daret. Rectius autem interpretes nostri memoratam aiunt iterum Samuëlis mortem, eod quod de eius euocatione ex inferis opera Pythonissæ postmodum agendum erat. Eademque de causa, cum ostendendum esset cur huiusmodi mulierculæ difficulter inueniretur, memorauit Scriptor sacer egregium Saulis facinus, *quo abtulit magos & ariolos de terra,* eo videlicet tempore, quo non erat melior ipso in toto populo. Et hæc breuiter de belli apparatu dicta sunt, nunc de bello ipso dicamus, cuius historiam maioris lucis gratia, in decem dies duximus esse digerendam.

PRIMVS BELLI DIES. Primum ergo belli diem appellamus, eum, in quo Philisthæi regionem Israëlitarum ingressi cum copiis suis, in ea castra metati sunt, expectantes dum prælium collatis signis, infestisque mucronibus committeretur. *Congregati sunt Philisthæi,* ait Scriptura, *& uenerunt de Gaza, de Ascalone, de Azoto, de Accarone, de Getha,* singuli reguli cum legionibus suis. Cum enim Gethæum regem eo venisse constet cum Dauide, reliquos etiam quatuor prouinciarum Principes adfuisse merito credi potest: idque sentit Abulensis; & conici ex eo potest,

XII. Saulis de hoc bello sollicitudo.

Voluisse consulere Dominum per Samuelem

XIII. Mèrio mortis eius cur nunc iteretur.

XVI. Philisthæi ueniunt contra Hebræos. I Reg. 2. 8. 4

quod admodum imperiosè cum Achis loquuntur, vt postea dicitur, eique Achis vel inuitus parere cogitur. Fuisse porro immensas eorum copias, & vnum exercitum ex quinque conflatum, manifesto argumento conicitur, quod Saul etiam congregato vniuerso Israël, visis Philisthæorum castris, expauit.

XV. Vtrique castra metantur.

I Reg. 11. 8. Castra metati sunt autem circa ciuitatem Sunam, quæ fuit in tribu Isachar, prope montes Gelboë, vbi Saul collegit vniuersum Israël. Copiarum numerus perscriptus non est, apparet fuisse magnum, & forte non minorem, quam ante annos aliquot in bello Ammonitico, quanquam non pauci viri egregij iam defluerant ad Dauidem. Ita autem erant dispositi exercitus, vt Saul in Gelboë occuparet meridiam plagam, Philisthæi septentrionalem circa montes Hermon, vallis autem Iezraël esset vtrique exercitui interiecta. In eadem valle fuit etiam Aphee, cuius postea fiet mentio, ad quam vsque castra hostilia protendebantur, vnde nec eò progressi dicuntur.

SECUNDVS BELLII DIES.

XVI. Philisthæi castra sua obeunt inueniunt Dauidem cum suis. Postridie obeunt Philisthæi copias suas in millenos centenosque distributas, non singuli reguli singulas acies, sed omnes collecti vniuersas, vt ex eo colligitur quod plures simul Gethæum regem in causa Dauidis interrogant. Obibant autem vt Imperatores solent ordinandi, monendi, adhortandique causa, & fortuitis etiam casibus, euentisque prouidendi. Quæ videlicet causa fuit vt Dauid cum suis in exercitu Gethæi regis inueniretur in nouissimo agmine, vt solebant triarij milites, in quibus præcipuum robur exercitus, & spes summa victoriæ, quos facile vel ex diuersa dialecto, vel ex diuersa vestium armorumque forma nosse poterunt. Dixeruntque principes Philisthæi ad Achis, *Quid volum sibi Hebræi isti?* Respondit Achis, hunc esse Dauidem, cum manipulo virorum fortium, qui ad ipsum à Saule à multo tempore transfugerat, & fidem suam ipsi etiam atque etiam probauerat.

XVII. Eosque prudenter dimitti iubet. At Philisthæi prudenter inito consilio censuerunt, periculosum esse auxilium, hominis pessimè de Philisthæorum gente meriti, qui data occasione, arma contra eos conuersurus esset, pro quibus venerat pugnaturus. Vt ea satisfactione gratiam principis sui redimeret; prudenter quoque iudicantur non plane dimittendum, ne hostiles copias augerent hac præclara militum manu, quæ instar multorum millium esse posset, sed remittendum in Siceleg, vt ibi sedeat quietus, nec se prælio misceat. Hic autem mirificè se prodit diuina in Dauidem prouidentia, quæ Philisthæorum prudentia vitur, vt cum eius honore & vtilitate, à tam ancipiti, quem dixi, loco eripiatur. Nam mox cum honore à rege post publicam laudationem dimittitur in oppidum suum, ne contra alterutros iniuste pugnare cogatur. Vtilitas ex recuperatis omnibus suis, ac deuictis Amalecitis, qui Siceleg eo absente vastauerant, aperte cognoscitur.

XVIII. Achis Dauidem dimittit inuitus. Cum ergo videret Achis reliquos Sarrapas non permitturos Dauidem in suo exercitu militare, eum ostensè cum laude dimittit, iniuria interim quæ ipsi fieret, de ipsius fide dubitando, excusata. Dauid autem se inuitum

abire simulat, vt conceptam de se apud regem opinionem tueatur atque amplificet. Imo & conqueritur, ne alioqui tacite confiteri videatur, illos non sine causa male de seipso suspicari. Achis autem eum serio consolatur, veritus ne is offensus mali aliquid moliat. Denique in hæc verba dimittit. *Igitur consurge mane tu, & serui Domini tui qui venerunt tecum, & cum de nocte surrexeritis, & cæperit diluiscere pergite.* Ne si gregarij milites viderint vos recedentes, suspicentur exercitum nostrum dilabi, & animis deficere incipiant. Dauid autem regi obtemperans, & diuinæ circa se suosque prouidentia gratias agens, reditum parat in sequentem diem.

XIX. Saul visis hostiū copiis expauit. Dum autem Philisthæi lustrant copias suas, Saul inquem maximi belli cura incumberebat ex superiore loco montis Gelboë eadem copias contempletus, *timuit, & expauit cor eius nimis.* Nimirum mens sibi male conscia, & multorum criminum rea, imminentem à Deo vindictam præfagiens, intimis sensibus commouebatur, vt fontibus contingit in carcere, dum ad tribunal iudicis euocantur. Nec displicet Abulensis, dum ait Deum ingentem hunc timorem inieciisse in cor eius, vt ex eo moueretur ad consulendum Dominum de euentu belli, & imminente sibi morte cognita, ad Deum per vram pœnitentiam rebus desperatis rediret. Sed vltima illi fuit, vt talibus viris contingit, de animi salute cogitatio. Itaque nunc vere intellexit, quod olim ipse quoque fatebatur, Dominum à se recessisse. Ergo quibuscunque modis potuit, quæ fuit à Deo responsum super euentu belli, nec impetrauit. Nam neque in somnis rem cuiquam patefecit, neque per Sacerdotes quos magno numero trucidarat, neque per Prophetas, quorum præsentiam nihil reueritus, Dauidem innocentem rapere cupiebat ad eadem. Aberat ab eo Pontifex cum Ephodo suo. Ergo cum omnia oracula conticescerent, Deo iram suam in Saulem insolito silentio prodente, cum infimis precibus, lacrymisque eum placare oportuisset, peccata peccatis accumulans, ad dæmonum oracula confugit infelix, vt die quinto dicemus.

TERTIVS BELLII DIES.

XX. Diluculo huius diei tertij proficiscitur Dauid cum suis in Siceleg, & Philisthæi promovent castra in Iezraël versus Saulem, qui hodie quoque vrget responsonem à Domino, tanto studiosius, quanto magis periculum intendebatur, sed irrita fuit expectatio. Hoc ipso die clades in Siceleg Dauidis oppido ab Amalecitis illata est. Nam reliquiæ Amalecitarum, qui ad meridiem terræ Israël habitabant, Ægyptum versus aliquot iam Dauidis excursionibus afflicti, in omnem erant occasionem vltionis intenti. Eius ergo profectio cum rege Achis cognita, arma præcipites capiunt, & cum alia Hebræorum loca populantur, tum maxime Siceleg propugnatoribus vacuam, & multa præda refertam, eamque rebus & hominibus prius spoliatam, succendunt. Abducunt cum præda mulieres; sed & incolas quos ibi repererunt, nec quemquam interfecerunt captiuorum à minimo vsque ad magnum, sed secum duxerunt.

Quærit

XXI. Cur hanc cladē Deus permisit.

Quærit Theodoretus cur Deus permisit vt Israëlitarum vxores & filij abducerentur in captiuitatem? Et respondet vt reuerfi expeditionem facerent aduersus Amalecitas, & conuenienter diuinæ prædictioni, eos penitus perderent. Permisit ergo Dominus istam calamitatem, qui hanc Amalecitarum facem, male perpetuo pullulantem, & peius à Saule reseruatam, destinabat ad victimam. Sed effulsit hinc quoque mirabilis Dei clementia in Israëlitas qui non permisit quemquam virorum interfici, quos videlicet Dauid reliquerat ad oppidi præsidium, vt ratio postulat, neque mulieres à barbaris victorum more violari; cum non deesset recens Dauidis exemplum, qui captos viros mulieresque interficiebat. Mitigauit nimirum Dominus iustum, vt videbatur, barbarorum furorem, & patris vltionis vel memoriam, vel appetitum extinxit. Permittamus eos ouantes abire, dum Dauidem in eos infestum adducamus.

QUARTVS BELLII DIES.

XXII. Saul perseuerat respiciens. Prælium differtur.

Quartus aduenerat belli dies, cum Saul perseuerabat pulsando ad foras diuinæ miseratio nis, si forte Dominus eius constantia, & longanimitate flecteretur. Meminerat quippe se, præpropere agendo in Galgalis, magnam suis rebus securum inflixisse. Differebatur autem prælium à Philisthæis, quia Saul occupato superiore loco, non faciebat hosti pugnae copiam quam non poterat Philisthæus ex inferiore loco, nisi deteriore conditione occupare: sed ea non vltra biduum adhuc protracta est.

XXIII. Quidam Manassæi ad Dauidem deficiunt.

Hoc ipso tempore, aliqui de militibus Saulis, & quidem primariis ex tribu Manassæ, vel Philisthæorum metu, vel amore Dauidis à Saule defecerunt, & transfugerunt ad Dauidem, cum is ab exercitu dimissus, regrederetur in Siceleg: vt in 1. Paralip. legitur. Qui & mox contra Amalecitas ibidem pugnasse dicuntur cum Dauidem. Videntur autem hoc die quarto belli transfugisse ad Dauidem. Cum enim eum die tertio discessisse didicissent, postridie ad eum magnis itineribus se contulerunt, sicque perendie cum ipso pugnare poterunt. Numerus porro eorum dubius est, cum in Hebræo & Græco septem, octo in Latino numerentur, vnius nomine repetito. Venisse autem solos, aut cum perpaucis ex eo intelligitur, quod dicuntur præbuisse auxilium Dauidi contra latrunculos. At non plures sexcentis contra eos iuerunt ad pugnam, vt ex textu constat, & totidem ex castris Philisthæorum redierant. Oportet ergo numerum modicè auctum fuisse, vt in tota summa negligere tur.

QUINTVS BELLII DIES.

XXIV. Saul hodie Pythonissam adit.

Totis iam tribus diebus perseuerauerat Saul expetendo, expectandoque diuino responso, pro denique desperato, impatiens moræ ad Pythonissam confugit, vt eius opera à Samuele propheta quamuis defuncto, disceret qui futurus esset belli exitus, quod & obtinuit magno suo malo. Nam maiore inde tristitiæ fluctu deiectus miser, atque absorptus est, & ad reliqua peccata hoc nouum improbißimæ superstitionis adiecit. Ratio temporis perspicua est, hæc enim consultatio pridie mortis Saulis facta est, quod ex verbis Samuelis aperte con-

stat. *Cras, inquit, tu & filij tui mecum eritis.* Nimirum hodie profectus est in Endor ad mulierem, nocte eam consuluit, eadem nocte rediit ad castra, illuxit, pugnatum est, periit. Sexto autem die contigisse pugnam sequens narratio demonstrabit.

Iubet ergo Saul inquiri sibi mulierem maleficam, per quam de belli euentu dæmonem consulat. Quantumvis enim conatus esset improbißimam istam hominum facem extremis delere suppliciis, non dubitauit tamen euasisse aliquem ac superesse, mulierem præsertim: nam hic sexus leuior, curiosior, & sicut ad pietatem, ita & ad superstitionem, damnatasque artes propensior. Latent quoque facilius intra domesticos parietes, & facilius inueniunt quorum fauore occultentur. Hæc porro Pythonissa tartarei serpentis hospita, quæ ventri loqua à Septuag. dicitur, proprie ad necromanticam diuinationem pertinet, quæ dæmon vel per os recens mortuorum loquitur, vel pridem mortuus excitari dicitur ab inferis, & interrogantibus respondere. Verum cum non sit in potestate dæmonis suscitare mortuos dæmon sub illius mortui specie apparet, responderetque rogatus.

Non defuerunt impio Domini desiderio, serui ad omne obsequium parati, dixeruntque Sauli esse istiusmodi mulierem in oppido Endor, ad quam vt ignorus adiret, *mutauit habitum suum.* Noluit enim à muliere agnosci, ne illa se Pythonissam negaret, & diuinationem exercere nolleret. Noluit etiam innotescere exercitui profectioem suam, ne regis absentia illi timorem incuteret, multoque minus profectioem ad huiusmodi mancipium Sathanæ, ad vitandam infamiam, propterea quæ duos tantum viæ comites assumpsit, illos fortasse qui ei de muliere illa retulerant; fuerunt autem nulla interposita mora, cibi omnis expertes. Quamuis autem distet Endor à Gelboë quatuor fere horarum itinere, iuxta Adrichomij topographiam, apparet tamen tota die ambulasse longo vsos circuitu, ad vitanda castra Philisthæorum, quæ non longe aberant ab Endor; & ad eam nocte peruenerunt, vt exercerent opera tenebrarum. *Et ait illi Saul diuina mihi in Pythone.* Quod est, volo à te discere aliquid, ope Pythonici spiritus quo prædita es idque suscitato ab inferis eo, quem dixeris tibi: ideoque necromantem actura erat, non ventri loquam.

Respondet hospiti ignoto, callida mulier, sed ita, vt neque aiat, neque neget se huius artificij peritam, significans post Saulis hosce maleficos exterminantis seueritatem, nullos iam id genus artifices reperiri, & huiusmodi peritionem hominis esse captantis occasionem importandæ calumniæ innocenti. At Saul promittit illi adhibito iuramento, id impunè acturam. Quo iureiurando iterum peccat Saul, cum eo vtatur ad inducendam mulierem ad maleficium. Confirmata mulier, *Quem suscitabo, inquit, tibi?* Qui ait, *Samuelem mihi suscita;* eum enim putabat, pro antiqua eius in se beneuolentia, summæ suæ necessitati opem esse laturum. Id ab ea factum statim ostenditur, cum subditur mulierem viso Samuele exclamasse. *Nec dubium est eam vsam fuisse maleficis qui-*

XXV. De ea inquit à suis.

XXVI. Adit in Endor ignotus cū duobus sociis.

XXVII. Eius cum Pythonissa colloquiū.

buldant

busdam tribus, utpote maleficam. Illud potius dubium, & multis iam seculis controuersum, verene anima Samuelis apparuerit, an quid aliud eius loco, dæmonis artibus substitutum. Rem satis accuratè in Annalibus tractatam, hic paucis perstringo.

XXVII. Samuel non fuit excitatus à mortuis.

Dico igitur Samuelem in hac apparitione non fuisse excitatum à mortuis, neque corpus eius, quod ante biennium ab anima separatum fuerat, ei rursus per veram resurrectionem fuisse copularum. Neque id ad veram eius apparitionem necessarium est, satis enim est ut in aëreo corpore apparuerit, more angelorum, quos passim apparuisse legimus: neque eius resurrectio à quoquam asseritur. Animam tamen ipsam vere excitatam fuisse ex inferis, Scriptura docet, quæ toties hic Samuelem nominat, eaque in propria verborum significatione, nisi quid obstat, accipienda est, nihil autem obstat mox ostendetur. Cum autem Samuel hic de toto compositio accipi non possit, de anima accipiendus est. Eadem est sententia Sapientis in Ecclesiastico, Ambrosij, Augustini, Iustini Martyris, Iosephi, & aliorum Hebræorum, multorumque recentium, quibus Serarius & Delrio subscribunt.

cap. 46. 13.

XXIX. Sed apparuit anima in corpore aëreo diuina vi.

Neque tamen fatemur eam animam magice arte fuisse suscitatum: eam enim in animam iustam potestatem diabolo concedere, patres vehementer recusant, Tertullianus, Theodoretus, Augustinus, Isidorus, & alij. Quorum mens est diuina virtute atque imperio Samuelem animam Sauli apparuisse. Cum enim Pythonissa per consueta camina dæmonem aliquem sub specie Samuelis, quem requirebat Saul excitare vellet, præuenit Deus illum conatum, & animam Samuelis propria autoritate euocauit: quemadmodum exercent Balaamo maleficia sua, non dæmon; quod perditus ille quærebat, sed Deus impleuit os eius, & crebris repetitam Hebræi populi benedictionem, quam ille dare volebat, extorsit. Nec propterea Deus arti magicæ subseruit, sed eam suprema impedit potestate. Vnde mulier videns rem præter opinionem suam contigisse, & verum non fictum Samuelem excitatum, admirans exclamat. Præsertim cum eodem Samuele indicante, agnouisset eum à quo rogata fuerat, esse Saulem, à quo sibi, tanquam ab exterminatore magorum vehementer timebat. Egressa est autem cum Saulis sociis, ne conscij essent secretorum Regis. Nam absoluto Regis cum Samuele colloquio, ingressa dicitur ad regem.

XXX. Saul cum Samuele colloquitur.

Saul autem cum Samuele agnouisset, inclinavit se super faciem suam in terra, & adorauit. Quæ summissio partim præsentis Saulis calamitati conueniebat, partim statui Samuelis ad aliam vitæ conditionem, longe hac præstantiorem translati, nec tamen adoratio de cultu iustis accipienda est, sed de ea quæ sanctis Dei iustis debetur. Nihilominus Samuel irato si quis illi sine vlla honoris appellatione, Quare inquit, suscitaueris? Sancti post obitum sunt in pace, neque aduentibus casibus perturbantur: sed locutio ad viuendum modum apta est, quæ in quietari, cum molestis atque ingratissimis negotiis implicantur. Dominus quoque ratorum more, non respondit cum

interrogaretur à Saule, & respondit cum non interrogaretur: venerat enim dæmonem interrogaturus, non Deum. Sed hæc responsio nullam ei consolationem attulit, sed magnum tristitiæ incrementum, ac supremam rerum desperationem. At Saul excusat importunam euocationem, cum eius causam in præsentem transfert rerum suarum angustias, in quibus nullum à Domino, à quo desertus sit, inueniat leuamentum.

Respondet Samuel frustra interrogari se ab eo, à quo Deus recesserit, neque enim potest propheta Deo tacente loqui. Addit & causam derelictionis eius, non adæquatam illam quidem, sed primam, indulgentiam scilicet in Amalecitas, quam deinceps multa grauiora crimina sunt secuta, quæ propendentem in ruinam præcipitarunt. Porro denunciat actum esse de regno, à quo diuinitus sit abdicatus, in gratiam Davidis æmuli eius; actum esse de victoria, imo & de ipsius ac filiorum eius vita actum esse: ut rex videns desperata cætera, ac nec vitam quidem retineri posse, de salute animæ suæ cogitaret, & pro ea Samuelis ad Deum preces exposceret. Quod autem non aperte promiserit veniam, neque ad eam petendam inuitarit, id diuino decreto, quod tum Samuel videtur non ignorasse, tribui potest, quod Deus præuifa, quam vocant suprema impœnitentia, sententiam in eum mortis æternæ coniecerat. Potuit tamen semper ac debuit ad Deum recurrere per pœnitentiam; alioqui sine culpa desperasset, quod absurdum est. Quod autem denunciat eum cum filiis postredie secum fore, ad patrem mortis conditionem referendam est, non ad similitudinem felicitatis & quietis.

XXXI. Denunciatio proxima cladis.

Ad tam tristitia Samuelis nuncia vsque adeo percussus est Saul, ut pene exanimatus sit. Videtur enim linquente animo, & deficientibus corporis viribus deliquium passus in terram toto corpore corruisse, dicitur enim, Statimque Saul cecidit porrectus in terram. Nam post exhibitam Samueli venerationem, erectus steterat, nunc autem metu & desperatione fractus corruit, præsertim cum membra & defatigatione, & cibi defectu languerent. Hic mulier, audito, ut apparet, strepitu corruentis, & Sauli ac sibi timens ingressa est ad eum, quæ prius, ut dixi, egressa fuerat, sed & socij irruerunt in destinatum illum maleficiis locum, & eleuatum de terra lecto imposuerunt, & coegerunt ad sumendum cibum, quo ipsi quoque valde indigebant: eoque sumpto eadem nocte in castra reuersi sunt, ut nocturna profectio lateret, non hostes solum, sed etiam suos, ne absentiam regis fugam interpretantes, debilitarentur animis, & fugam potius quam pugnam capefferent, & nihilominus inulti & ignominiosè perficerent, & maiori fortasse cum clade. Saul autem eam pugnam fortiter adiit, in qua certo sciebat sibi esse moriendum, & quam salua honestate, & officij sui debito vitare non poterat. Atque vtramque vltimus progressa non fuisset inconsulta regis fortitudo.

XXXII. Saul exanimatus, & sumpto cibo redit ad suos.

Hoc ipso die, qui tertius fuit à discessu Davidis à castris, peruenit David cum suis in Siceleg: neque tamen totos tres dies in itinere posuisse putandum est, sed duos & initiu tertij, ut detur tempus rebus, quæ hoc ipso die ab eo

XXXIII. David venit cum suis in Siceleg.

Plagunt accipiã cladē

factæ sunt. Amalecitas autem illata oppido vastitate, quam diximus, pergebant itinere suo, & quidem lente, utpote grauari præda, & soluto à metu animo, rati tridui itinere abesse prædæ vindices, eosque occupatos ad plurimos dies; itaque vix triduo, cum omni præda sua tantum promouerunt, quantum David cum suis non toto vno die, quamuis non recentes, neque integri, sed ex itinere fatigati, confecerant. Cognita ergo clade planxerunt omnes vehementer, sed David in primis, siue quia plus cæteris vnus amiserat, siue quia aliorum iactura, & querelæ in eum redundabant. Quoniam vero non decebat fortes viros calamitatem suam duntaxat plangere, & malis remedium non quærere, paremque, aut maiorem prædonibus plorandi causam non reponere, id in primis cupiebat David, confortatus in Domino Deo suo, & spe plenus amissâ recuperandi, etsi ignotum erat omnibus, qui essent hi latrones, quam multi, quodnam gentium sere recepissent cum præda.

XXXIV. David consulto Domino latrones persequitur. 1. Reg. c. 30. 8.

Quia tamen David in promptu habebat Abiatharem cum Ephodo pontificio, per quem Deum consulere, petit ab ipso: An auctore Deo contra prædones illos profecturus sit, & quo euentu. Et ad vtrumque respondit Dominus, Persequere, inquit, absque dubio enim comprehendes eos, & excuties prædam. Apparet etiam petiisse quinam essent hi prædones, ut inde intelligeret, quod iter ipsis flectendum esset. Abiit ergo David cum sua sexcentorum virorum manu, simulque progrediuntur vsque ad torrentem Besor, qui erat sub finibus tribus Simeonis paulò vltra Gazam, ibi quidam lassifubstituerunt. At David toto è numero quadringentis magis expeditos atque alacres elegit: cæteris ad torrentem cum sarcinis derelictis, ad quos, si res posceret, possent se tanquam ad castra recipere. Torrente transmissio dum latronum semitas inuestigant, incidunt in virum Ægyptium fame semianimum, quem cibo refectum acceperunt itineris ducem, ea tamen conditione, ut eum viuum postea, liberumque dimitterent. A Dauide enim timebat; quod se vnum de prædonibus fuisse fatebatur, & ab hero, quod hosti dux fuisset in perniciem Domini sui.

XXXV. Et ducem Ægyptio comprehendit, & caedit.

Nihil cunctatus David iuravit Ægyptio, qui eos deduxit quo promiserat; Erat autem is locus amœnus, extra viam publicam, quem apparet indicatum Ægyptio ab hero suo, ut si reualuisset eo se conferret. Ibi discumbebant illi super faciem terræ ad cœnandum; festumque diem celebrandum, gratias agentes Diis suis: itaque & in Hebræo tripudiasse leguntur. irruit autem in eos David cum cohorte sua, & percussit eos à vespere vsque ad vesperram alterius diei, qui fuit sextus belli dies. Nec dicitur pugnasse David, totus labor fuit vino madidos, cibo distentos, tripudio fatigatos, huc illucque palantes obruncare, intercipere fugientes. Et non enasit ex eis quisquam, nisi quadringenti viri adolescentes, qui ab ipso cædis initio ascenderant camelos, & fugerant. Et hæc de quinto belli die.

XXXVI. Hoc quoque Amalecitas in deserto Pharan, quam Israëlitis

in montibus Gelboë. Illi fugitantes, quemque tulerat impetus, oppressi, atque obrutati sunt, vsque ad vespem, loca comòditate fauendi Davidi ne euadere possent, occupato mox loco, per quem illi quadringenti euaserant. Qui modus loquendi Scripturæ significat infinitam pene multitudinem ferro Israëlitarum absumptam, incolumi ad vnum tota Davidis cohorte, & integra tota hostium præda, iis tantum exceptis, quæ fuerant epulis absumpta. Ut illi mutuo accepisse potius, & conseruasse, quam rapuisse videri possent. Terminata vespere cæde, medios inter cadauerum aceros victores sterere, & cibo refectis artibus quieuerunt, receptis iam tum ab vnoquoque vxoribus liberisque.

die cæduntur Amalecitas.

Dum hæc in solitudine à Davidicis contra Amalecitas geruntur, Philisthæi in valle lezraël, & in montibus Gelboë feliciter contra Israëlitas pugnarunt: quam pugnam tantabreuitate Scriptura tradit, ut nec initium pugne, neque ordinem eius agnoscere liceat. Pugnasse dicuntur Philisthæi contra Israël, non vice versa quasi vtrò innadentes hostiles copias, dum hi satis haberent sustinere impetum irruentium. Et apparet non sustinuisse diu statim enim sequitur. Et fugerunt viri Israël ante faciem Philisthæim, & ceciderunt interfecti in monte Gelboë, tam ante fugam, quam in ipsa fuga: quæ de gregariis missibus intelligi possunt: sed mox ad triarios, & prætorianos ventum est in quibus apparet fuisse Saulis filios, & cum illis fortiter pugnando cecidisse ante ora parentis. Quod verbis illis significatur. Irruerunt Philisthæim in Saul & in filios eius, & percusserunt Ionatham & Abinadab, & Melchisua filios Saul: quos Saul non subduxerat à prælio, licet sciret in eo perituros, ne quoniam perituri erant indecora morte perirent. Et quoniam ob parentis peccata moriebantur, in eius oculis cæsi sunt ad maius doloris, & desperationis eius incrementum. Sed iam ad luctuoram miserrimi Saulis mortem veniamus.

XXXVII. Et Israëlitas à Philisthæis.

& nomina tim filij Regis.

Extinctis cum prætoribus na cohorte, & omnibus amicis Saulis, atque domesticis, tribus regis filiis, totum prælij pondus versum est in Saulem, quod eo viuò ac libero non videbatur perfecta victoria Philisthæis contigisse. Itaque audacissimi eorum ac pugnassimi ad eum, vel in potestatem redigendum, vel interficiendum concurrunt. Saul autem qui hunc globum pene iam solus sustinere non poterat, se dar in fugam, quamuis nullum haberet receptaculum in castris, quæ hostis iam occupauerat; sed fugientem consecuti sunt viri sagittarij, & vulneratus est vehementer à viris sagittariis, & quidem, ut ait Theodotius, in parte quæ est prope iecur; nec vno tantum vulnere affectus est, sed pluribus; Nam à Scriptura dicitur iaculis vulneratus; & à Iosepho gradatus vulneribus: quando facinus postremum demeritæ ac crudelitatis plenissimum suscepit. Videns enim actum esse de se, de filiis, de regno, in summam rerum omnium desperationem adductus, honori tamen suo consultum voluit, ne hostes ad mortis suæ calamitatem, etiam ignominiam, ac dedecora illusionum adiungerent.

XXXVIII. Philisthæi Saulem inuadunt, & fugientem vulnerant. cap. 31. 3.

1. Par. 10. 3.

Itaque ad armigerum suum conuersus Euginia, inquit, gladium tuum, & percute me: forte

XXXIX. Deniant

Ad propria cadem de potest armigeri sui manum. An is fuerit Doeg. Saul se ipse confodit. l. 2. Reg. c. 1. Saulis desperata salutis.

veniant incircumcisi isti, & interficiant me illudentes mihi. Ne illudum interficiant. Non mirum est armigerum istum gladium habuisse in vagina reconditum: erat enim hæc fuga non pugna, nec gladii cominus pugnabat, sed eminus sagittis. Hunc armigerum plerique Hebræos secuti, Doegum fuisse non absurdè censuerunt; Erat enim vnus de primariis Saulis seruis. Nec dubitabat Saule mortuo se Dauidi meritas pœnas de delatione sua, & Sacerdotum iniustissima cæde, deque vastata ciuitate Nobe quamprimum daturum. Sed eas pœnas miser non effugit, sed in multo grauiore commutauit. Laudandus tamen est hic armiger eo nomine, quod etiam in re desperata, & rogante rege, & mortem beneficij loco accipiente, regi suo manus inferre noluit, præ summa in regiam personam reuerentia. Cum ergo armiger tantum facinus auerfaretur, nec temporis angustia Sauli permitterent alium quærere carnificem, arripuit ipsemet gladium & irruit super eum, eoque vulnere perfossus interiit, vt adiutore Amalecita non fuerit opus, vt communiter omnes sentiunt, licet ille Amalecita id apud Dauidem affirmarit.

Quod cum vidisset armiger eius, videlicet quod mortuum esset Saul, irruit etiam ipse super gladium suum, & mortuus est cum eo. Quibus verbis Scriptura significat quid fecerit Saul, quem in cæde sibi inferenda imitatus est armiger. Itaque similis illi & genere mortis fuit, & causa moriendi, iactura videlicet præsentium & desperatio futurorum. Cum ergo constet Saulem propria fuisse mortis authorem, & administrum, nulla autoritate, nullo iure, nulla inspiratione diuina, minime dubium est eum in seipso interficiendo grauius deliquisse, & quidem grauius, quam quouis alio mortalium occidendo: maiorem quippe erga se charitatem qui que habere, atque exercere debet, quam erga quemuis alium. Constat quoque desperationem de diuina bonitate, aut salute propria scelus esse maximum, & si vltimum fuerit, ad æternam miseriam aditum esse certissimum. At Scriptura prioris vitæ criminibus addit, quod non sperarit in Domino, propter quod eum interfecerit, & regnum transfulerit in Dauidem. Sed hæc vberius in Annalibus ipsis in vtramque partem disputata reperiet Lector eruditus, si cui hæc contractiora videbuntur.

SEPTIMVS BELLIDIES. Is vbi primum illuxit, ad spolia prædamque conuersi sunt Dauid, & quadringinti socij eius, & non solum amissa recuperarunt, exceptis tamen iis, quæ vel incendio deflagrarant, vel in cibum potumque cesserant, sed omnia etiam, quæ illi variis in locis rapuerant, acquisuerunt, sicque vehementer locupletati sunt. Nominatim autem sit gregum mentio, & armentorum, quæ milites ducebant ante faciem suam dicentes, hæc est præda Dauid. Sic illi Dauidi gratulabantur, quem nudius tertius tantum non lapidibus appetuerant. Ita vulgus hominum pro diuersis rerum successibus commutatur, prosperis effusi sunt in laudem ac beneuolentiam: in aduersis manus armant lapidibus, ora maledictis. Quod autem ad prædam acquisitam attinet, dicimus cum Abulensi cessasse obligationem restituendi prioribus dominis, quæ Amalecitæ rapuerant, quia enim prouocati fuerant ab Hebræis, iure humano rectè irruerunt in eos, & facti sunt legitimi domini prædarum. Dauid autem iure diuino inuadens in eos, vitam ipsis eripere potuit & fortunas, & iustum earum acquirere dominium, eaque deinde pro arbitrio distribuere amicis suis. Sed hæc distinctius habent Annales atque elegantius.

Ventum est ad eos, qui substerant ad sarcinas, iuxta torrentem Besor, quibus primum redditæ sunt vxores liberique. Cumque præ se ferret Dauid velle se prædam cum illis ex æquo diuidere, erupit querela quorundam id ægre ferenti um, quod non videretur æquum eos qui à pugna subfuerant, participes esse prædarum. At mitissimus Dauid, Non sic facietis, inquit, fratres mei, de iis qua tradidit nobis Dominus, & custodiuit nos, & dedit latrunculos, qui eruperant aduersum nos in manus nostris. Quasi dicat, Cum Dominus tam liberalis in nos fuerit, non est æquum, aduersus commilitones nostros, nos esse tenaces, & nihil male commeritos, nostra à nobis illiberalitate distrahere. Non audiet vos quisquam super sermone hoc. Æqua enim pars erit descendens ad prælium, & remanens ad sarcinas. Rectè omnino. Vtrique enim ad nutum Imperatoris sunt parati, sicut & qui pugnant, ad eius imperium, primo aut secundo, aut postremo loco pugnant. Cum ergo in hac expeditione Dauidis, aliqui necessario custodiæ sarcinarum deputandi essent, & contigisset aliquos esse fatigaros, isti potius huic militari ministerio sunt adscripti: itaque ipsi quoque in bellatoribus censendi, ac munerandi fuerunt. Idque deinceps vim legis obtinuit.

Hoc ipso die belli septimo dum Dauidici spoliabant Amalecitas, Philisthæi vicissim spolia detraherent Israëlitis. Cum enim ad vesperam vsque vel pugnatum esset, vel persequendis fugientibus laboratum, nec vltra quiquam hostium vel in viuis, vel in armis appareret, ad curanda corpora sua Philisthæi conuersi sunt. Facta autem die altera venerunt Philisthæi, vt spoliarent interfectos, & innenerunt Saul & tres filios eius iacentes in monte Gelboë. Non fuit difficile viros principes vel ex armorum & vestium specie, vel ex frequenti aspectu cognoscere. Mirum est potius ex tot militibus, qui

XLII. Præda Dauidis de Amalecitis.

An rectè acquisita.

XLIII. Diuiditur cum iis qui ad sarcinas substerant & iure.

XLIV. Philisthæi spoliabant Israëlitas, & Saul fit eorum ludibrium.

l. Reg. 31. 8.

solent in præliis circumstare principes, non exitisse vnum aliquem, qui Saulem & filios eius aut statim, aut saltem intempesta nocte Philisthæorum furori, & irrisionibus eriperet, cum tamen Rex infelix hostilia probra, & decora deuotans, suum ipse vltro accelerasset interitum. Cernitur vtiq; hac in re diuinum iudicium, vt is peculiari ignominia puniatur, qui ignominia vitandæ causa peccauerat. Inuento enim Saulis cadauere, præciderunt Philisthæi caput eius, & spoliauerunt armis & miserunt in terram Philisthæorum per circuitum, vt annunciretur in templo idolorum, & in populis.

Hoc eodem die cum latè vulgaretur accepta clades, videntes viri Israël qui erant trans vallem & trans Iordanem, quod fugissent viri Israëlita, è prælio scilicet fusi fugatique, & quod mortuus esset Saul & filij eius, reliquerunt ciuitates suas, & fugerunt, veneruntque postea, Philisthæi & habitauerunt ibi. Quomodo non fugerunt potius, qui intra vallem erant, in qua commissum est prælium, quam qui ab ea longius aberant, imo & trans Iordanem erant? Dicendum hic trans pro transitu poni, vt ex Hebræo textu, Græcoque liquet. Hi autem viri erant Issacharitæ, quorum in sorte erat tota ea vallis, quæ vsque ad Iordanem porrigebatur: qui cum prælio propiores essent, primi ruinæ sonitum audierunt, primique fugerunt, & huc illucque dispersi sunt. Deinde qui erant prope Iordanem, & quasi in transitu eius, fugerunt & ipsi, nominatimque ciues oppidi Bethsan, quæ dimidio milliario aberat à Iordane, eamque vacuum occupauerunt Philisthæi, & corpora Saulis, & filiorum eius è muro ipsius suspenderunt. In fugitiuis autem istis fuit ille nuncius, qui Dauidi cladem in Siceleg die tertio nunciauit, quem Hebræi filium Doegi putant.

OCTAVVS BELLIDIES. Hic est secundus dies nunciij Amalecitæ pergentis ad Dauidem. Secundus item Dauidicæ reuertionis à recepta præda, ad quem diem pertinere arbitror Dauidicæ prædæ distributionem. In quo etiam, sicut aliquot sequentibus, apparet caput Saulis, per Philisthæorum vrbes fuisse circumlatum, corpus autem eius, & filiorum à Iabesitis sublatum. Ingentem porro fuisse hanc Amalecitanam prædam ex eo æstimari potest, quod non solum oppidum Siceleg, prædis Dauidicis refertum vastauerant, secumque abstulerant, sed multa quoque loca illi vicina, quæ ad tributum Simeonis pertinebant, populati erant; aliæque loca in montanis Iudæ, quæ ad Calebi posteros pertinebant. Multa denique oppida Philisthinorum, qui in bellum contra Saulem profecti fuerant, eandem fere vastitatem ab Amalecitis acceperant. Denique prædæ magnitudo ex eo vrbium catalogo colligi potest, quem Scriptura subiicit, ad quas sua prædæ portio missa est, quæ singulas non oportebat indignas esse quæ mitterentur. Quamquam rectè dici potest non solius Dauidis fuisse hæc munera, sed sociorum etiam eius. Sed magna pars ad Imperatorem & iure ipso pertinuit, & amicorum liberalitate delata est. Illa enim verba, Misit dona de præda senioribus Iuda proximis suis, significant solis Iudæis Da-

uidis contribulibus fuisse missa. Illa quoque loca, in quibus latuerat Dauid cum suis, erant in tribu Iuda, ad quorum habitatores munera missa dicuntur. Nihilominus non omnia vel loca, vel oppida quæ numerantur in textu ad tributum Iuda pertinuerunt, nec omnes socij Dauidis Iudæi erant. Itaque dicendum videtur longe maximam partem ad tributum Iuda missam esse, aliquam etiam partem ad cætera loca, quæ in eodem catalogo descripta sunt. Primaria porro causa mittendi fuit, ne ingratus esset Dauid contribulibus suis, à quibus annis aliquot subsidia acceperat, cum in desertis locis versaretur cum sexcentis viris, quos tam præda, quam amicorum liberalitas sustentabat. Conciliabant quoque hæc munera animos hominum, vt facilius via, ad diuinum de Dauidis regno decretum exequendum sterneretur. Denique voluit amicos hac liberalitate exhilarare, & confirmare in posterum, si res ferret, benefaciendi voluntatem. Pendebat enim animo super exitu belli præsentis, veritus ne si victor euaderet Saul Philisthæos adigeret ad sibi reddendum Dauidem, sin vinceretur ne Philisthæi victores, qui ipsum è suis castris eiecissent, eum tota sua regione exterminarent.

Superest hoc die egregium Iabesitarum facinus aduersus Saulem & filios eius. Cum enim aliqui Israëlita qui fuerant tardiores ad fugam animaduertissent Philisthæos, qui Bethsan habitatoribus desertam occuparant, ex eius muro corpora Saulis & filiorum eius suspenderit, ingenti dolore tam insolentis spectaculi affecti, abierunt & ipsi trans Iordanem, & Iabesitas tota de re certiores fecerunt. At illi ad testandam suam in Saulem beneuolentiam, & accepti beneficij memoriam, quando Naas rex Ammonitarum eis dextros oculos erere statuerat, & à Saule magnificè liberati fuerant, statuunt abeundum in Bethsan primo quoque tempore, tollenda de muro corpora, auferenda trans Iordanem, & honorificè apud se tumulanda. Oblulerunt se plerique, omnes viri fortissimi, qui hoc ipso die pomeridianis horis de Iabes profecti, sub noctem traiecto Iordane, nocte Bethsan peruenerunt, vt quod erat in primis periculosum nocte conficerent. Et viderunt cadauer Saul, & cadauera filiorum eius de muro Bethsan, & traiecto rursum Iordane cum defunctorum corporibus, venerunt Iabes Galaad, & combusserunt ea ibi. Id mono die belli factum est, ad quem transeo.

XLV. Israëlita diffugiunt, & qui maxime cap. 31. 7.

XLVI. Summa rerum huius diei.

Ingens ex Amalecitis præda.

XLVII. Quibus missa à Dauidè munera.

XLVIII. Iabesita rapiunt Saulis & filiorum cadauera.

XLIX. Eaque tecliuunt apud se.

ca. 10. v. 12. Philisthæi domum reperiunt.

& quibus de causis.

XLVIII. Iabesita rapiunt Saulis & filiorum cadauera.

XLIX. Eaque tecliuunt apud se.

ca. 10. v. 12.

Philisthæi domum reperiunt.

qui etiam sublata suo iniussu corpora iniuria loco accipere poterant, & expetere ultionem. Verum illi quam primum domum repetiisse videntur, illius instinctu, qui eos ad sumendam tantum de Saule ultionem cuocar.

L. Ieiunium supra defunctos.

Id porro ieiunium vltro susceptum est à Iabesitis, & sine obligatione aliqua. Non enim vel lege, vel consuetudine aliqua Iudæi ieiunabant in funere principum, sed sponte aliquando, & quantum, quoque modo videbatur. Itaque David pro Saule & filiis vno die ieiunavit, sicut & in Abneris militiæ principis cæde. Ieiunavit autem tristitiæ demonstrandæ, & funeris honorandi causa. Septem vero diebus iuxta numerum dierum induciarum inter ipsum & Ammonitam, intra quos à Saule liberati fuerant. Miseri regis funus, & Ionathæ filij eius, Dauidem imitati, in Annalibus planximus, vbi epitomen vitæ vtriusque, sub titulo Epitaphij studiosus Lector inueniet.

INITIA REGNI DAVIDIS, ET ISBOSETHI FILII SAULIS.

L. I. Sex reliqui menses & tempus regni Davidis.

QVÆ circa hunc vltimum Saulis annum narrata sunt hæcenus, sex fere mensibus contigerunt. Reliquis autem sex mensibus, & septem insuper annis David regnavit in Hebron, & propterea tribus, & triginta in Ierusalem, vt est in cap. 5. secundi Regum, vbi nihilominus 40. tantum annis regnasse perhibetur, neglectis sex illis mensibus sicut in 3. Regum, & 1. Paral. negliguntur, & ad 40. Saulis cum Samuële referuntur. Itaque & nos quoque primos illos sex menses, quibus reuera regnavit, & propter quos hic notamus initia regni eius, omitemus, & primum regni Davidis annum proximo anno numerare incipiemus. Eodemque modo Isbosethi annos cum Dauidicis componemus, quamuis ille Abneris opera, mox à parentis morte in Israël regnaverit. Et hi quoque sex menses implebunt trigésimum Davidis annum, vt ineunte trigésimo primo regnare cœperit, sicque accuratè conuenit chronologiæ nostræ illud, *Filius 30. annorum erat David cum regnare cœpisset.* Sed iam ad reliqua, quæ Saulis mortem consecuta sunt, transeamus.

3 Reg. 2. 11. 1. Paral. 29 27.

Initia Isbosethi.

2. Reg. 5. 4.

L. II. Nuncius de morte Saulis.

Primus occurrit nuncius ad Dauidem de Saulis morte perlatus, qui ad eum nono die belli, & quarto prælij peruenit, cum quo secundus Regum liber inchoatur. David ergo de cæde Amaleuitarum reuerfus, mansit biduo in Siceleg. Quamuis incendio deformata, neque enim alibi apud Philisthæos iniussus subsistere ausus fuisset, ne Philisthæorum iras ac suspiciones accenderet. In die autem tertia, apparuit homo veniens de castris Saul, veste confissa, & puluere conspersum caput. Quod ipsum, non inconsulta fugientis temeritas traxerat, hostile videlicet oppidum, sed prudens Dauidi, quem illic esse non ignorabat, gratificandi consilium. Et vt venit ad Dauid, cecidit super faciem suam, & adorauit, regiam in Dauidis maiestatem agnoscens, Saule mortuo cum filiis suis; apertius etiam mox agiturus regni in Saulis oblaris. Rogatus autem vnde venisset, ait, *De castris Saul, inquit, Israël fugi.* Iam vox fugientis nunciat, sicut & lacera

vestis, & puluere conspersum caput. Fugit quoque populus ex pralio, & multi corruentes è populo mortui sunt, sed Saul & Ionathas filius eius interierunt.

Perculit Dauidem vehementer hic nuncius, prudenter tamen continuit sese, donec rei veritatem certo didicisset, ne frustra se tristitiæ & lamentis daret. Rogatus ergo adolescens vnde hæc sciret, ait se casu venisse in montem Gelboë, & inuenisse Saulem incumbentem super hastam suam, eius scilicet mucrone in proprium pectus infixo: ab eoque rogatum, vt perliceret inchoatam cædem, ne imminente hosti ludibrio esset, ipsumque eius imperio paruisse, ne diutius ex mortifero vulnere langueret; vt scilicet videretur, non ex malitia peremisse regem, sed ex misericordia moribundo opem tulisse. Valere id poterat ad leniendum Dauidem, sed multo magis illa quæ subdit. *Et tuli diadema, quod erat in capite eius, & armillam de brachio illius, & attuli ad te Dominum meum huc.* Non erat vtiq; tum diadema in capite regis, quod hostem in se vehementius accenderet, sed galea potius, qua protegèretur. Verum Hebræi, qui aiunt Doë gum fuisse armigerum Saulis, aiunt illum hæc apud se habuisse, dedisseque filio, Dauidi perferenda, si quo modo in Davidis gratiam se his muneribus insinuare posset. Sic illi, quæ subsistere quoquo modo possunt.

L. III. Confirmatur.

Regis insignia ad Dauidem feruntur.

Auditis hisce nunciis David apprehendens vestimenta sua scidit, quem socij eius studiosè imitati sunt, ei iam quasi regi mox futuro gratificari cupientes; sed habebant etiam plerique amicos & cognatos, quorum casum poterant lamentari. Post primos autem gemitus, & lacerationem vestium, obiurgat David nuncium de regia cæde, quam à se patrâram fatebatur, à qua ipse perpetuo abhorruerat & statim ab aliquo adstantium iussit interfici, pro regia, quam diuinitus acceperat, autoritate, præsertim Amalecitam, morti cum tota gente diuinitus addictum. Etsi enim ei merces debebatur pro nuncio, pœna tamen pro culpa interfecti regis eidem debebatur, cui tantum crimen impetranti, obtemperare non debuit, nec fieri particeps peccati eius, crudeli misericordia, quæ illi celeriore aditum ad æterna supplicia patefecit. Sed hæc controuersia plenius in Annalibus exponitur, in postremo Saulis anno.

L. IV. Luctus Davidis pro clade, & nuncijs cædes.

n. 179. 180. 181.

Occiso Amalecita planxerunt omnes, & fleuerunt, & ieiunauerunt usque ad vesperam, super Saul, & super Ionatham filium eius, in quibus, vt populi principibus, populus ipse quodammodo capite truncatus videbatur. Sed nominatim David lugubre carmen edidit ad cohonestandum funus vtriusque: qui in defendenda patria contra capitales illius hostes fortiter pugnando occidissent. Et habitu vterque, quæ iure meritoque laudarentur. Sed funestissimus Saulis exitus, imo magna regis vitæ pars, totam eius commendationem corrumpit. At Ionathas princeps gloriosissimus, primogenitus regis, imperio populi Dei, si parentis peccata sinerent, destinatus vera laude dignus fuit. Nam si laudari à laudato viro gloriosum est, certe diligi à sancto, & Deo lecto viro, qualis erat David, maximum est virtutis, grauissimumque testimonium. Neque sane mirum Dauidem inter & Ionatham eximiam coaluisse amicitiam, quam multiplex diuino

L. V. Planctus & ieiunium diuinum.

Ionathæ laus.

n. 185. ad 190.

L. VI. Eius filius claudus ex casu.

diuinorum donorum inter vtrumque similitudo copularat, formæ inquam ac fortitudinis, mansuetudinis, & obedientiæ, fidei in amicitia ac demissionis animi, iustitiæ ac benevolentia singularis, quæ studiosus Lector in Annalibus diligenter explicata reperiet.

Hoc ipso tempore, quo Saulis familia summa calamitate afflictâ in monte Gelboë, ac postrata est, non leue etiam domi malorum incrementum accepit. Ionathæ siquidem filius ætate quinquennis, nomine Miphiboseth, per nutricis imprudentem festinationem, debilis pedibus effectus est. Dum enim trepidus nuncius cladem in Gabaa vulgasset, verita mulier ne videntes victoria Philisthæi in Gabaa properarent, totam Saulis posteritatem deleruri, commissum sibi puerulum, neci vt putabat eruptura, in tutum aliquem locum transferre properat: sed dum incautus cum puero festinat, cum eo corruit; quo ex casu luxatis, aut conquassatis cruribus, claudus in reliquam vitam effectus est.

DECIMVS BELLII DIES; reliquisque annis.

L. VII. David Dominum cõsulit iuberetur ascendere in Hebron.

Lamentationis officio perfunctus David, interim dum ieiunatur vsque ad vesperam, præfens enim populi rectore carentis status omnem respuebat moram, Dominum consulit, an de Siceleg ad aliquam de ciuitatibus Iudæ deberet ascendere; ad ineundam scilicet adeundi regni viam, ope tribus Iudæ, quam sibi amicam atque obsequentem fore non sine causa sperabat; cum & ipse ad eam pertineret, & plurimos eadem ex tribu secum haberet socios sibi additissimos, quorum opera ceteros conciliaret sibi. Consuluit autem per Abiatharem pontificem, quem secum quintum iam annum habebat cum Ephod pontificio. Responsum autem accepit, vt in Hebron ascenderet, ciuitatem illustrem ac munitam, & tum metropolim tribus Iudæ, multorum Patriacharum habitatione & sepultura celebrem. Ascenderet autem, vt ibi regni sedem constitueret, dum Iebusæ penitus Hierosolymis exterminarentur. Ascendit ergo cum sociis, singuli cum familiis suis, & manserunt in oppidis Hebron, quæ scilicet ex ea tanquam metropoli pendebant, ac regebantur. Neque tamen ita deseruit Siceleg, vt Achis liberalitatem repudiaret, eique id hospitium renunciarit, cum constet id oppidum deinceps ad regnum Iudæ pertinuisse: sed credibile est Dauidem emigrantem aliquod in ea præsidium reliquisse.

& retinet Siceleg sibi.

L. VIII. Apparatus ad regnum Davidis in Iuda.

Cum primum substitit Hebrone David, venerunt viri Iudæ, & vixerunt ibi David, vt regnaret super domum Iudæ. Admodum brevis est, ac præcisa ista Scripturæ narratio. Consilia enim gerendæ rei tantæ, causas, occasionesque præmittit, & lectori ex probabilitate, considerato præfenti rerum statu, coniectandas relinquunt. Apparet socios Davidis plurimos ex tribu Iudæ priuatim in suam sententiam de constituendo Dauidem rege adduxisse, eosque mox conuenisse, & confertos Abiatharem adiisse pontificem, ad diuinum oraculum consulendum. At ille nihil cunctatus. Nihil, inquit, videtur opus esse consulto Domino. An nescitis constitutum

à Deo Dauidem regem populi sui? Eundem à Samuële, viuo adhuc Saule, Dei iussu in medio fratrum suorum fuisse inunctum in principem Israëlitarum. Id ille idem Propheta, neque semel, neque obscurè testificatus est. Hoc Saul ipse certissimè sciebat, & in multorum milium corona Dauidem ipso audiente professus est. Idem sciebat ac profitebatur Ionathas, & se Dauidi secundum in regno esse cupiebat, ac sperabat.

Neque vero timendum est ne qua familia Saulis iniuria fiat. Regnum accepit Saul electione diuina, accipiat & David, quando eius tribui ante sexcentos annos à Iacobo patriarcha destinatum est regnum. Atque vti nam postrema hæc clades, multos nobis viros reliquisset, in quorum optione nutare posset electio. Nunc autem circumferte oculos in omnes tribus atque ciuitates, & videte numquem inuenire valeatis, qui Dauidi sapientia, & prudentia rerum gerendarum, qui communi omnium benevolentia, qui rerum gestarum gloria, qui vitæ innocentia, qui felicitate bellorum, qui morum suauitate, qui nobilitate generis cum Dauidem certare possit. Quæ cum ille dixisset, inclinavit videlicet Iudæorum animus, communisque insonuit clamor depositum Dauidem regem. Quod cum illi per Pontificem, ceterosque proceres innotuisset, Diuinæ electioni sibi iam dudum per Samuëlem, à quo primum fuerat inunctus, denunciata, & præfenti populi voluntati acquiescens, secundo inunctus est in regem à tribu Iudæ, vti que eiusdem Pontificis ministerio, sperans reliquas tribus prærogatiuam Iudæ breui secuturas: & fecissent, nisi Abneris æmulatio, pro familia Saulis obstitisset, vt mox dicitur.

His ita peractis, nunciatum est Dauidi egregium Iabesarum officium in Saulem ac filios eius; quam ille occasionem prudenter arripuit ad legationem ad eos mittendam, vt eos sibi conciliaret. Cum enim sciret imperium sibi in omnes tribus diuinitus destinatum, Iabesitas qui trans Iordanem habitabant, erantque fortitudinis laude clari, sibi conciliare voluit, sperans eorum exemplum non parum ponderis habiturum, ad reliquorum animos erga se inflectendos, vt & suauius diuinum decretum executioni mandaretur. Ideoque non solum eis bene precatur, dignosque indicat, quibus Dominus ipse benignè faciat, & se quoque memorem tam sancti erga defunctos officij fore pollicetur; sed addit quoque se electum, vinctumque in regem à tribu Iudæ, omnium videlicet maxima, atque nobilissima, ne eos pigeat tale exemplum sequi.

Et res erat in procliu; nisi qui viuo Saule princeps militiæ fuerat, fuisset impedimento. Nam Abner siue imperium sibi maluit quam Dauidi, & Isbosetho rege se regnaturum sperauit, Dauidem autem rege se in ordinem redactum iri credidit, siue Dauidem odio habuit, ob acrem & publicam male custoditi regis reprehensionem, siue constanti in Saulem fide, & in eius familiam, ad quam ipse pertinebat amore incitatus est, Isbosethum eius filium regem constituit, trans Iordanem, in regione Galaad, oppido Manahim, quod Latine redditur castra, loco ab

L. IX. Annitente vt videtur Pontifice.

2. Reg. 2. 4.

Acquiescit David, & inungitur iterum.

L. X. Gratularum Iabesitis, & quare.

L. XI. Rex alter ab Abnere creatur.

hostibus remotiore ac tutiore; atque ita schifmati in Hebræo populo initium dedit. Erant porro in Galaaditide labefactæ, non longe à ciuitate Manahim; quod videtur ab Abnere factum, timente ne hi ad Dauidem deficerent, à quo scire potuit legatione tentatos, quod in iis aut retinendis, aut amittendis non leue duxit esse momentum ad summam rei. Circumduxit autem per alias quoque tribus, easque ad Isbosethum pellexit, adeo vt sola tribus Iuda sequeretur Dauidem.

2. Reg. 2. 10.

LXII. Isbosethi ætas, & regni duratio.

De Isbosetho porro Scriptura tradit eum fuisse quadragenarium cum regnare cœpit, nimirum natus est primo Samuëlis iudicis anno, & statim à patre mortuo factus est rex, sed illud mirum quod dicitur duobus annis regnasse. Videtur enim tamdiu regnasse super Israël, quandiu Dauid in Hebron super Iuda: id est septem annis cum dimidio. Nam statim eo mortuo venerunt Israëlita ad Dauidem, cumque constituerunt regem super omnes tribus. Neque probabile est illud quinquennium, quo Hebræorum chronicum vacasse ait regnum Israël. Nam id neque cum Scriptura, neque cum huius temporis, quo Philisthæi victores Hebræis imminabant, conditione, consentit. Adde quod initio capituli tertij longa dicitur facta concertatio inter domum Saül & domum Dauid, quod de biennio satis commodè dici non videtur. Illi autem anni duo quibus regnasse dicitur, de tempore ante illam concertationem accipiendi sunt, vt Tostatus rectè interpretatur. Idque Scriptura innuit, quæ statim subdit concertationis initium: nec asserit eum duobus tantum annis regnasse, cum exclusione temporis longioris.

ANNVS MVNDI 2980.

DAVIDIS & ISBOSETHI 1.

ABIATHARIS 6.

DERCYLI 30.

Imperij Assyriorum 1049.

ANTE CHRISTVM 1073.

I. Duo reges apud Hebræos, & vterque legitimus.

REARIS iam ante sextum circiter mensem duobus summis vnus eiusdemque populi principibus, vterque rem suam, vt credere par est, non tueri solum, sed etiam amplificare conabatur, nec tamen alteruter iniustus regni possessor erat. Nam Dauid diuina primùm electione, tum primariæ partis populi voluntate rex creatus erat, atque inunctus. Isbosethus autem, vt legitimus Saülis filius, ad regnum paternum successione primùm, & iure gentium obtinebat, deinde maximè partis populi voluntate, eiusdem regni administrationem adierat; nec de diuina electione Dauidis, quæ clam facta fuerat, ei satis constabat. Preterea ei regno cedere aliqua religio non erat. Cum ergo principes ipsi bonæ voluntate regni possessores essent, tanto magis vtriusque populi partem à pecca-

to immunem fuisse putandum est.

Porro Dauid, qui apud magnam populi partem ignaram diuinæ electionis, minus iuris ad regnandum habere putabatur, tanquam rex in schisma te aut seditione creatus, in magna certe perturbatione Reipub. propter acceptam à Philisthæis cladem, vt regnum suum stabiliret, & in omnem euentum haberet semper ad manum milites expeditos, ingentem militum numerum, quos ei partim numerosissima tribus Iuda suggererat, partim aliæ tribus, quæ cum sibi ducem, etiam viuo Saüle delegerant, & constanter ei adhæserant, certas in classes distribuendum putauit, siue vt confusio in multitudinè vitaretur, siue vt pluribus præfectis honorandis locus esset; quoniam multi de tribu Benjamin, & Gad, & Manasse, & maxime de tribu Iuda ad Dauidem iam ante aliquot annos venerant, qui prius centenis millenisque præfuerant, quos decuit à Dauide, vel grati animi nomine honorari.

I. Dauid ordinat militiam suam quamobrem.

1. Paral. 11. 13. 20. 21.

III. Rrrio temporis.

2. 27. n. 7.

Factam autem sub hæc regni Davidis initia distributionem militarem, tum ratio ipsa docet, vt ex dictis patet, tum Asaëlis fratris Ioabi præfectura. Præfuit enim quartæ turmæ, vt constat ex 1. Paral. At mortuus est tertio anno Davidis regnantis in Hebron. Ergo ante annum tertium hæc præfecturæ fuerant constitutæ. Fuerunt autem numero duodecim, prouincio mero mensium, vt certus numerus apud regem singulis mensibus in armis esset; nec graue cuiquam esset mense vno domo abesse, cui mensis vndecim tractandis domesticis negotiis superessent. Itaque duodecim turmæ constitutæ sunt, à principio quidem minore numero singularæ, sed quæ quotidie crescebant, donec stabilitus est numerus singularum 24. millium, quæ constanter perseverauit. Singulorum præfectorum catalogum, & ordinem habes in 1. Paral. Explicatum autem in Annalibus hoc anno. Vbi & Davidis prouidentiam leges circa redditus regios, tam tributorum, quam prouentuum, quibus certos præfecerat quæstores, quæ diligentia hoc tempore inchoata, suam in dies capiebat absolutionem: quod de Davidis quoque consiliariis dici potest.

1. Paral. 11. 22.

1. Paral. 27. 1. 6.

Davidis quæstores.

2. 27. 32. 1.

In iis eminebat Ionathan patruus Davidis, tum Iahiel doctor filiorum regis. Tertius numeratur Achitophel, qui postea defecit ad Absalonem. Quartus fuit Chusai, quem Scriptura vocat amicum regis, ob singularem in eum Davidis beneuolentiam: & quem Septuag. *ερασιππος* vocant, galli dicunt, *mignon ou fauory*. Quintus fuit Ioiada filius Banaï, viri in Scriptura fortitudinis laude clarissimi, qui & Dauidi fuit à secretis. Fuit autem Ioiada Achitopheli proximus opinione prudentiæ, sicut & Pontifex Abiathar, quo Dauid utebatur ad consulendum Dominum, eratque in consiliariis regis, merito dignitatis suæ facile primus. Proximus autem à Dauide in re bellica fuit Ioab, eius ex Saruia sorore nepos, eiusdemque militiæ princeps, Exeruit porro Abiathar munera pontificia in Hebrone ciuitate, etsi Arca adhuc erat in Cariathiarim, interim dum Sadoc in Gabaone ad Tabernaculum, quasi vicarium Pontificis ageret.

IV. Davidis consiliarij, alique præfecti.

2. Reg. 23. 2. 3.

1. Paral. 11. 25.

ANNVS MVNDI 2981.

DAVIDIS & ISBOSETHI 2.

ABIATHARIS Pont. 7.

DERCYLI 31. Imperij Assyriorum 1050.

ANTE CHRISTVM 1072.

I. Hebræorū quies.

Davidicæ familiæ incrementa.

2. Reg. 3. 7.

II. Sex filij Davidis, eorumque matres.

2. Reg. 3. 2. 3. 4. 5.

2. Paral. 3. 1.

III. Reliqui filij suscepti in Hebron.

3. Reg. 1. 5.

2. Reg. 6. 23.

VI hic quoque annus inter vtrumque Israëlitarum regem quietus, quiescentibus etiam diuina prouidentia perquam opportunè Philisthæis, & populo Hebræorum tempus colligendi se, ac resumendi ex clade & pauore animos imprudenter concedentibus; quos facilius erat, nunc in duo regna distractos opprimere, quam sub vno principe, armis probe animisque iunctos labefactare. Possumus autem ad hunc annum merito referre incrementa, & quasi interiora firmamenta Davidicæ familiæ, quæ in multiplici eius prole consistit. Idque haud obscure Scriptura significat, cum ait in longa concertatione familiarum Davidis & Saülis, Dauidem profecisse semper, & factum seipso robustiorem, domo Saülis quotidie decrescente: in cuius rei probationem recenset filios, quos Dauid in Hebrone suscepit, quibus ipsius familia roborabatur, simulque Dei in ipsum beneuolentia ostendebatur, cui in filiorum multitudine benedicebat.

Etsi autem quo quisque anno natus sit certo definire non possumus, sed tantum sex filios Davidi Hebrone natos esse: non temerè tamen existimari potest, duos filios de duabus vxoribus hoc circiter anno natos esse, Ammonem primogenitum de Achinoa Israëlita susceptum, & Cheleabum, qui alibi dicitur Dahiël, de Abigaile dudum Nabalis vxore. Suspiciari autem licet vtramque harum mulierum, & tardè parere cœpisse, & cito desisse. Nam quietus hic annus est ex quo Dauid duxit Abigailem, Achinoam autem aliquanto ante duxerat, vt supra diximus: & tamen nunc primum peperere, neque deinceps vlli earum liberi memorantur. Quæ causa fuerit Dauidi, vt tertiam duceret vxorem, nomine Maacha, matrem Absalonis, & Thamaris, filiam regis Gessur, qui dictus est Tholmai: qua affinitate voluit fortasse æmulo suo Isbosetho vicinum aduersarium suscitare, erat enim prouinciæ Gessur vicina Manathem, vbi regnabat Isboseth, aut certe sibi amicum in omnem euentum quærere. Quæ ratio suadet vt hoc anno, aut etiam præcedente, hæc nuptias coaluisse credamus, muliere in religionem Hebræorum transente: itaque de hoc coniugio cum alienigena nunquam reprehensus est Dauid.

Quartus Davidis filius fuit Adonias filius Haggith ignotæ mulieris, sed Adonias vir non ignotæ ambitionis, vt ex initio tertij Regum constat. Quintus fuit Saphatia filius Abiral; obscura mater, neque notior filius. Quod ipsum de sexto Ietrahæ, cuiusque matre Eglâ dici potest; quæ quia nominatim dicitur vxor Davidis, Hebræi Rabbinæ eam asserunt fuisse Micholem, quæ prima omnium fuit, ac nobilif-

simâ sed Micholis sterilitate refelluntur, quam aliquando peperisse nunquam satis probant, cum Scriptura id aperte neget. Ignobilis potius fuit mulier Eglâ hæc, neque alia re quam coniugio Davidis illustris; quæ ne propter tenuitatem concubina putaretur, nominatim dicta est vxor. Nisi forte peculiaritèr à Dauide dilecta fuit, sicut à Iacobo Rachel, quam is peculiaritèr appellauit vxorem suam. Prætermissa porro est Michol in hoc catalogo, etsi primum merebatur locum, tam ordine temporis, quam dignitate, quia non fuit propositum hoc loco recensere Davidis vxores, sed filios; obiter autem eorum matres adiunxi, ne eadem omnes matre geniti putarentur. Cæteram Davidis familiam, ex aliis Scripturæ locis petitam, vide in Annalibus.

Michol a Eglâ fit.

Geb. 44. 27.

ANNVS MVNDI 2982.

DAVIDIS & ISBOSETHI 3.

ABIATHARIS 8.

DERCYLI 32. Imperij Assyriorum 1051.

ANTE CHRISTVM 1071.

VO Reges in eodem populo non diu pacificè vixerunt, sed biennio duntaxat, qui sunt anni duo, quibus dicitur regnasse Isboseth, super Israël, prius scilicet quam bellum inter vtrumque excitaretur. Exacto igitur à Saülis morte biennio, Abneris opera inter Israëlitas & Iudæos civile bellum exarsit. Abner enim qui tribus vndecim habebat in potestate, cum Isbosethus nomine tenus rex esset, aggressus est Dauidem bello petere exitum infelici: prælio duodecim militum, quasi totidem gladiatorum paria initium dederunt, cum casu contigisset vtrumque militiæ principem, cum valida militum manu, regni fines obire. Prior egressus est Abner cum suis de vrbe Manaim, Gabaonem versus, vrbem tribus Benjamin, sed Iudæ conterminam. Egressus quoque est Ioab cum Davidicis de ciuitate Hebron, siue casu lustrans tributum Iuda, seu potius de industria. Cum enim accepisset Abnerem traiecisse Iordanem, venit ipsi obuiam, si forte Davidis regnum attentaret. Occurrerunt autem sibi iuxta piscinam Gabaon.

I. Initium belli ciuili.

2. Reg. 2. 10.

eiisque occasio.

Scriptura porro non obscure significat non fuisse mentem Abneris bellum gerere contra Dauidem: quod non dubitabat irritum fore, vt qui sciret electum à Deo in regnum populi totius, idque audisset Saulem coram exercitu suo contentem, & experientia didicisset singularem esse militum propensionem in Dauidem, quos cerneret vix ac ne vix quidem prudentia atque autoritate sua, aut fortunarum suarum periculo, aut necessariorum consuetudine retineri, quin ad partes Davidis se conferrent. Nam cum ante mortem Saülis, tum maxime hoc biennio, *per singulos dies*, vt Scriptura testatur, *veniebant ad Dauid ad auxiliandū ei*, usque dum fieret grandis numerus, quasi exercitus Dei. Ergo pro sua prudentia sibi faciendum putauit, vt quod postmodum futurum

II. Abner dissimulante opat pacem.

1. Paral. 11. 22.

erat necessitas mature occuparet, & gratia fieret ac benevolentia: ita tamen, vt in querendo scedere nullam necessitatem, aut timiditatem prae se ferrent.

III. Idque declaratur, & probatur. His coeucturis non leuem confert probabilitatem quod Abner prior ex vrbe Manaim egreditur, & venit versus Dauidicos, nec hostiliter irruit, nec Ioabum ferociter alloquitur, sed amice compellat prior, quasi captans amicitiam, sic vt ambo iuxta eandem piscinam considerent. Praeterea Abner inuitante inceptatur certamen, ludusque appellatur, quod non hostium inter se hoc certamen foret, sed commilitonum in eadem palaestra se rudibus exercitum. Maxime autem prodit praedictam Abneris voluntatem eius cum Azaele colloquium. Recede, inquit, noli me sequi, ne compellar confodere te in terram, & leuare non potero faciem meam ad Ioab fratrem tuum. Non potero videlicet amice colloqui cum eo, & pacis tractare negotium, propter animum eius, caede tua exacerbatum. Postremo alienam a bello, & pacis amicam Abneris voluntatem, indicat illa vox eius ad Ioab, vsquequo non dicis populo, vt omittat persequi fratres suos? verum mors Azaelis ipsius consilia disturbauit.

IV. Abner ludum offert militarem. 2. Reg. 2. 14 15. Ergo cum vterque militiae princeps vicini confedissent, Abner fiduciam ac fortitudinem militum suorum prae se ferens, Surgant, inquit, pueri, & ludant coram nobis. Gladiatorium intelligit ludum, sed apparet ipsum desiderasse, vt ludus si non sine sanguine, certe sine caede finiretur. Acquiescit Ioab, & duodeni ad certamen descendunt, itaque ludunt, vt omnia duodecim paria mutuis confossa vulneribus interierent. Quo facto, ait Iosephus, exercitus etiam conflixerunt, & post acre certamen partes Abneris succubuerunt. Incaluerunt nimirum vtriusque militares animi, viso suorum sanguine, vt suorum mortem vtrique si possent viciscerentur, & incertam adhuc victoriam, dubiamque fortitudinis laudem suo exercitui promerentur. Fugatusque est Abner cum suis: quem cum Asael feruentius persequeretur, monitus est ab Abnere, vt alium sibi quaereret aduersarium: quod cum ille contemneret, & gloriam sibi de capto militiae principe ambiret, auersa ab eo hasta confossus interiit.

V. Abner fugatus finem praelij petit. & obtinet a Ioabo. Prostrato Azaele, Abner prope cum suis versus collem vnum progrediuntur, ibi locum ad resistendum capturi. Interim autem Iudaei accelerabant iter, instabantque vndique fugientibus. Qui autem transibant per locum illum, in quo iacebat Asael, subsistebant ingemiscens super immatura morte summo loco nati adolescentis. Alia ex parte Ioab & Abisai fratres Azaelis, ignari caedis eius, persequerentur Abnerem, qui eminus viso Ioabo, Num, inquit, vsque ad internecionem tuus mucro desinit? Significans canendum esse receptui, & hostibus, qui sunt re ipsa fratres, dandam esse elabendi viam. Et haec erat postulatio hominis victoriam cedentis aduersario: qua cessione contentus Ioab, vsuit Dominus, inquit, si locutus fuisset, mansisset populus persequens fratrem suum: & qui haecenus multos persequendo fugientes posttrahit a principio sine caede & sanguine recessisset. Tam facilis Ioabi consensus in diremptionem praelij, non obscure docet

Ioabum ignarum adhuc fuisse mortis fratris sui Azaelis; alioqui acrius etiam institisset, studio parentandi manibus fratris sui, ipsius sanguine percussoris.

VI. Qui canit receptui. Insonuit ergo Ioab buccina, & stetit omnis exercitus, nec persecuti sunt ultra Israel, neque inierunt certamen, contra globum illum, qui ad collem cum Abnere sese receperat: quod etiam referri potest ad reliquum tempus regni Isosethi: neque enim vllum deinceps praelij eius legitimus contra Dauidem. Nunc tamen vtrique gladiis in vagina reconditis, Israelitae trans Iordanem, Iudaei Hebronem tota nocte profecti sunt. Et defuerunt de pueris Dauid edcem & nouem viros, excepto Azaele, qui scilicet fuit vigesimus. Serui autem Dauid, & percusserunt de Benjamin, qui & mortui sunt, partim in ipso vestigio, partim postmodum ex vulneribus acceptis. Tuleruntque Asael, & sepelierunt eum in sepulchro patris sui in Bethlehem. Delatum videlicet fuit ea nocte cadaver in Bethlehem, deinde cum funebri pompa sepultum, Ioabo interim vtrionem de Abnere meditante. Est porro hic annus Sabbaticus ordine quinquagesimus septimus.

ANNVS MVNDI 2983. DAVIDIS & ISBOSETHI 4. ABIATHARIS 9. DERCYLI 33. Imperij Assyrior. 1052. ANTE CHRISTVM 1070.

I. Mosaicus ubilaeus 8. hoc anno Mosaicus Iubilaeus ordine octauus, iuxta ea quae statuta sunt Othoniellis anno 33, quos a Dauide in tribu Iuda studiosè obseruatos, religio sit dubitare. In altero regno obseruatos fuisse, non habeo vnde ambigam, vel asseuerem.

II. Concertatio inter regias familias. l. 2. Reg. c. 3. 1. Pertinet autem ad hunc annum & sequentes aliquot longa illa concertatio inter vtramque familiam regiam, quae initio capitis tertij memoratur. Exorsa enim anno proxime praeterito, ad illud tempus propagata est, quo occiso Abnere, quo vno Saülis familia nitebatur, & postmodum Isosetho ipso, tribus omnes vnanimi consensu venerunt ad Dauidem, & eum vniuersi populi regem constituerunt, quod octauo Dauidis anno contigit. Concertatio itaque fuit, sapiusque iterata certamina, vt seditio potius quam bellum, etsi bellum in Hebraeo vocatur, dicenda videretur. Et irritatis semel vtriusque animis, crebris excursionibus & velitationibus certatum est, saepe ventum ad manus. Sed ea praelia sigillatim explicare Scriptura noluit, illud contenta dicere, Dauidem profecisse, & semper seipso robustiorem factum esse, domum autem Saülis quotidie decreuisse. Significans in diuturna illa concertatione, frequentibusque praeliis, Dauidicos plurimum superiores euasisse.

III. Quibus rebus Saülis familia modo nitebatur. Et si autem Dauidis familia regnumque roborabatur in dies, multis ad eum quotidie confluentibus, eiusque victoriis crebrescentibus, familiam tamen & regnum Isosethi non leuia firmamenta fulciebant. Primum ius regiae successione, quod pro Isosetho pugnabat. Secundo populi in Saulem & Ionatham beneuolentia, pro innato popolorum in legitimo principis amore ac veneratione, quodque priuatum ipsi multum essent amabiles, vt Dauid in funebri eorum carmine fatebatur; praesertim egregia in hostes fortitudine, & in suos beneficentia. Hinc illa, Quomodo ceciderunt fortes in praelio, &c. & filia Israel super Saulem flete, qui vestiebat vos coccino in deliciis, qui praebat ornamenta aurea collui vestro. Tertio zelus aliarum vndecim tribuum aduersus Iudam. Nam vnanimi ad vndecim transire aequius videbatur, quam vice versa. Quarto tribus ipsa Beniamitica, quae iam erat in possessione regiae dignitatis, & viris fortissimis abundabat, itaque omnium vltima sese ad Dauidem aggregauit; prominata scilicet inter vicinorum mulatione. Haec ergo longam inter regias familias concertationem fouebant.

IV. Res anni huius. EXTVM iam annum regnabant in Chananitide reges duo, cum Abner princeps militiae Isosethi, diu cunctatus, tandem foedus iniiit cum Dauide. Sed priusquam res plane confecta esset, Ioabi insidiis interceptus interiit. Eam mortem Dauid indignissime tulit, & homicidam execratus, defuncti funus multo honore luctuque, cum populi totius approbatione, profecutus est. Nam Isosethi mortem ad sequentem annum pertinere arbitramur. Sed singula cum diligenti breuitate inspiciamus. In ea concertatione quam superiore anno descripsimus, exorta est ingentis, siue occasio siue causa dissidij, ex quo Israel vniuersus, Abneris opera sese dediturus erat Dauidi, eumque pro rege, abdicato Isosetho, agnitus, nisi caedes illius importunissimo tempore, Dauidis negotiis incommo distigisset. Occasio tollendi schismatis haec fuit. Fuerat iam dudum Sauli concubina, siue eam libet interpretari vxorem secundariam, siue pellicem, quam cum Abner pro potestate sua, quasi solum legibus sibi accepisset, eaque abusus esset Isosethi, rem minime ferendam ratus, & vultu & oratione seueriore Abnerem obiurgauit. Siue enim eam habere voluit vxorem, vt inde ius quoddam ad regnum acquireret, vt postea Adonias ambiendo Sunamitidem Abisag: siue eam propter pulchritudinem voluit habere pellicem, vtrumque merito Isosetho displicuit: alterum enim ad regni amissionem, alterum ad graue ipsius dedecus vergebat.

ANNVS MVNDI 2985. DAVIDIS & ISBOSETHI 6. ABIATHARIS II. DERCYLI 35. Imperij Assyrior. 1054. ANTE CHRISTVM 1086.

V. David conditionem accepit. nec peccati Abneris, qui populum a rege suo vindictae cupiditate auertebar, particeps fuit. Suo enim iure vsus est, qui sciebat se diuinitus electum ad hoc regnum, quod propterea potuit sibi, sine Isosethi, aut cuiusquam iniuria, vindicare: neque Abnerem ad peccandum induxit, sed mala eius voluntate bene vsus est, ad obtinendam rem suam. Caeterum cum dilectam haberet, & bene de se meritam coniugem, quae tum erat in alterius viri potestate, & quam haecenus recuperare non potuerat, in foederis conditione posuit, vt sibi Michol redderet. Repetebar autem eam, non solum ob mutuum inter eos amorem, sed ne illam diutius in adulterino coniugio, cum proprio dedecore, & Dei iniuria, viuere pateretur. Misit autem ea de re nuncios, non ad Abnerem, etsi is eam poterat Dauidi reddere, & rege & Phaltiele inuitis sed ad regem, vt id honoris & regi & Micholis fratri deferret; vel vt ne offensiones inter Isosethum & Abnerem multiplicarentur, si hic de regis sorore pro arbitrio, sine regis consensu, disponderet, & consilia inter Dauidem & Abnerem citius innotescerent, quam oporteret.

VI. Rex postulationi acquiescit. Hoc accepto nuncio Isosethus, non, tam aequitate postulationis commotus, quam veritatis ne hanc causam Dauid acciperet, vi eam & armata

III. Grauius in eum irascitur, ac regni defectionem minatur. Abner autem irae impotens, neque regiam reuerentiam maiestatem, neque culpam suam agnoscentem, asperioribus etiam verbis regem increpare ausus est, audacem quippe nimia in regno potestas reddebat, quod eius vnus praesidio nitebantur. Nunquid, inquit, caput canis ego sum aduersus Iudam hodie? id est. Num ego res nihili sum in hoc regno tuo, quod ego totum contra Dauidem sustento humeris meis; & potui in illum transferre, nisi miserus essem tui? Et tu nec hanc quidem gratiam mihi reddidisti, leuem vt culpam tacitus condonares. Haec fuit quasi acceptae iniuriae exprobatio, & ingrati tudinis aduersus regem perquam iniusta accusatio, siue quia arrogans atque inuerecunda aduersus Christum Domini: siue quia benefactorum suorum improbum exigebat praemium, peccandi impunitatem. Nec tamen his contentus, minas ingerit iureiurando firmatas, de regno eius in Dauidem transferendo.

IV. Eamque mox nuncios ad Dauidem. Ad haec Isosethus nihil ausus est respondere praesertim metu, intelligens se imprudentia lapsus, qui intempestiue hominem reprehenderit, nec cogitauit quantum spei esset ad perficiendum quod inceptabat: nec viderit minora mala, quae emendari sine maiori damno non possunt, esse toleranda. Porro Abner minas statim in rem conferre coepit. Nam certus populum, militiamque ratum habituram quod ipse vellet, quam primum nuncios misit ad Dauidem, qui ei nomine suo regnum Isosethi offerrent, profitentes terram promissionis vniuersam ad ipsum pertinere, eius liberalitate, cuius est terra & plenitudo eius. Deinde vt amicitiae foedus Dauidem inter & Abnerem postularent: nonnullae enim inter eos, vt diximus intercesserant similitates. Apparet etiam eos quae sunt isti amicitiae consentanea postulasse, puta primaria quaedam in regno, quod in eum transferebat, officia, vel dignitates.

V. Sed Michol repetit, a rege. Daud autem latus conditionem accepit: nec peccati Abneris, qui populum a rege suo vindictae cupiditate auertebar, particeps fuit. Suo enim iure vsus est, qui sciebat se diuinitus electum ad hoc regnum, quod propterea potuit sibi, sine Isosethi, aut cuiusquam iniuria, vindicare: neque Abnerem ad peccandum induxit, sed mala eius voluntate bene vsus est, ad obtinendam rem suam. Caeterum cum dilectam haberet, & bene de se meritam coniugem, quae tum erat in alterius viri potestate, & quam haecenus recuperare non potuerat, in foederis conditione posuit, vt sibi Michol redderet. Repetebar autem eam, non solum ob mutuum inter eos amorem, sed ne illam diutius in adulterino coniugio, cum proprio dedecore, & Dei iniuria, viuere pateretur. Misit autem ea de re nuncios, non ad Abnerem, etsi is eam poterat Dauidi reddere, & rege & Phaltiele inuitis sed ad regem, vt id honoris & regi & Micholis fratri deferret; vel vt ne offensiones inter Isosethum & Abnerem multiplicarentur, si hic de regis sorore pro arbitrio, sine regis consensu, disponderet, & consilia inter Dauidem & Abnerem citius innotescerent, quam oporteret.

VI. Rex postulationi acquiescit. Hoc accepto nuncio Isosethus, non, tam aequitate postulationis commotus, quam veritatis ne hanc causam Dauid acciperet, vi eam & armata

armata manu repetendi, hoc præsertim tempore, quo sentiebat Abnerem, columnen & protectorem regni sui sibi infensum: à quo etiam suspicari poterat hanc contra se instrui, pararique occasionem, ad se de solio regio deturbandum, nihil negare ausus est, aut contra dicere; sed misso quamprimum nuncio ad Phaltielem, qui Micholi pro viro erat: qui sororem suo nomine reposceret, iussit eam restitui, & David legitimo marito reddi. Quam ille reddidit inuitus, cuius rei clarum indicium est, quod eam abeuntem *sequebantur plorans*. Sed hic ploratus aliquanto post contigit. Interim enim dum Michol discessum parat, & perpetuum à Phaltiele diuortium, is quantum potest cunctatur in dimissione dilectissimæ coniugis, si tamen coniugis, Abner qui mox eam deducturus erat ad Davidem, susceptum negotium maturat.

VII. Congregat enim seniores Israël sub specie cuiuspiam negotij militaris, quod hoc belli tempore satis magnam habebat probabilitatem, ad eosque orationem habuit, cuius hæc fuit sententia. Ipsos dudum desiderare habere Davidem regem, ut vnus esset vnus populi princeps, vnus politici corporis vnus caput; & quidem huiusmodi caput, quod Deo acceptum esset, & idoneum ad populum Dei de Philisthæorum manu liberandum. Huiusmodi esse Davidem, de quo editum sit oraculum, quod eam libertatem polliceretur. Ne videretur proditor, ait Caiet. vindictam in Isbofetum exercet, specie exequendi diuinam voluntatem. Quid reponsi accepit ab Israëlitis hoc loco non dicitur; rem tamen toti populo placuisse ea mox verba demonstrant; *Et abiit ut loqueretur ad David in Hebron, omnia qua placuerant Israël, & vniuerso Benjamin*. Scorsim ponuntur Beniamitæ, quia cum iis scorsim, & post habitum aliorum consensum actum est, quod hi peculiariter in Saulis familiam affecti essent quæ regiam dignitatem in suam tribum intulisset, & eam præ cæteris primariis dignitatibus honoraret. Ipsi tamen Beniamitæ, viso decem tribuum consensu, manus dederunt, qui primum rogati, Davidem fortasse repudiassent.

VIII. Abner itaque cum maiorum natu, & eorum qui autoritate in omnibus tribubus eminebant consensum in regnum Davidis, & abdicacionem Isbosethi obtinuisset, & Michol ad perfectionem parata esset, assumptis viginti viris sibi familiarissimis, quos Abneris contribules fuisse, & de tribu Beniamini significat Iosephus, venit ad Davidem in Hebron. Porro iter susceptum fuisse specie Micholis ad Davidem deducendæ perquam probabile videtur. Etsi enim Abner, ut diximus, nihil Isbosethum formidabat, anceps tamen est natura sua huiusmodi negotium, nec sine aliquo integumento fieri amat. Quamuis enim iam populi consensum haberet sciebat tamen vir prudens leui momento populi voluntates in alteram partem reflecti posse. Ergo specie deducendæ mulieris, se in viam dedit, cui se comitem adiunxit Phaltiel vsque ad oppidum Bahurim in tribu Benjamin, vbi ab Abnere regredi iussus, domum reuersus est. Ipse autem nuptis paranympus vxorem marito deduxit, atque restituit.

IX. Venientem Abnerem David cum magna be-

neuolentiâ significatione accepit, quod & dilectam sibi vxorem longo ex intervallo restitueret, & vndecim tribuum pacificam subiectionem sua opera impetratam deferret. *Et fecit David Abner, & viris qui erant cum eo, & videlicet nouæ etiam coniugi conuiuium*. Quo tempore cum Abner ea cumulatè præstitisset, quæ David ad iungendam cum eo amicitiam postularat, ratio postulat vt cum eo intimæ amicitiaæ fœdus inierit, eique primarium in regno suo locum promiserit, fortassis etiam militiæ principatum: ne vir tam bene de Davide meritis, deterior foret apud eum condicione, quam apud Saulem: tantò præsertim & ætate & meritis, & rerum gerendarum prudentia, Ioabò melior, atque præstantior. Id certe Ioabum timuisse sequentia demonstrant. Quoniam autem, præter hoc priuatum fœdus, publicum cum populo congregato requirebatur, in quo noui regni conditiones sancirentur, mutuaque iuramenta, hinc fidelitatis, & obedientiæ, inde protectionis & beneuolentiæ palam ederentur, *Surgam*, inquit Abner, *et congregem ad te Dominum meum regem omnem Israël, & quasi fecialis ineam tecum fœdus, & imperes omnibus, sicut desiderat anima tua*. David autem non tantum fecit illi abeundi potestatem, sed honorificè etiam aliquo vsque deduxit.

Hactenus res bellissimè procedebat, cum Ioab partim studio vindicandæ fraternæ cædis partim metu ne se in ordinem redacto, Abner princeps militiæ à Davide fieret, omnia perturbauit. Cum lenim Abnere dimisso, Ioab cum militari manu, redisset ab excursionem quadam, magnamque prædam de latronibus Amalecitis reuexisset, didicit quæ David Abneri fecisset, vtque eum honorificè dimisisset. Adit ergo regem, eumque fiducia consanguinitatis, insignitum audacia, malitia, atque confidentia increpat, præ se ferens zelum regis ac regni eius. Et quamuis certus esset Abnerem interficere, adit tamen regem cum querela, quasi se hosti decipiendum præberet, vt vel hominis cædem impetraret, vel si id minus à clementissimo principe obtineret, dum propria ipse autoritate illam perpetrasset, persuaderet sibi rex Ioabum, non propriam iniuriam vl cipientem, sed regis studentem commodis, Abnerem sustulisse. Nihil Rex impudenti ac falsæ accusationi respondit, siue ille se raptim è conspectu regis, non expectata responsione, subduxit, siue rex dandum iræ locum censuit, quæ ex bono zelo, sicut non secundum scientiam, profecta videretur.

XI. *Egressus itaque Ioab à David misit nuncios post Abner, qui eum regis nomine reuocarent*. Neque enim decebat Ioabum, talem ac tantum virum suo nomine accersere, neque fortasse suspicione caruisset insidiarum ista reuocatio. Ergo regis nomine reuocatus, reflectit iter Hebronem versus; quo cum peruenisset, inuenit Ioabum expectantem ipsum ad portam vrbis, & cum inter se amicè consalutassent, seducit Abnerem Ioab ad interiora portæ, fingens se remotis arbitris nomine regis ipsum alloqui velle, & percussit illum ibi in inguine & mortuum est in vtriusque sanguinis Asael fratris eius. Nec aulus est solus Ioab exequi meditarum scelus, vt timida est in ipso articulo facinoris improbitas sed

2. Reg. 3. 16. Michol discessum parat.

Etiam Beniamitis, v. 19.

1. 7. Ant. ca. 11.

Eum David peramanter accipit. 2. Reg. 3. 20.

Et priuatum cum eo fœdus inicit.

Et publici curaturus reuertitur.

X. Ioab turbat omnia.

Davidem obiurgat.

XI. Reuocat Abner: m nomine Regis.

Eumque cum fratre obruncat.

6. 3. v. 36.

XII. Eam cæde David ferrægerime.

Idque publice præ se fert.

XIII. Vt se palæca de cæde purget.

XIV. Cur eam non vlciscatur.

assumpsit soeium fratrem suum Abisai, vt paulò inferius Scriptura commemorat. Atque ita qui prodicione abducebat populum ab Isbosetho, prodicione abductus à via sua perimitur. Asaëlem in inguine percusserat, ipse ibidem perfossus interiit, vt eius quoque libido punita intelligeretur, & qui per vindictam deserebat regem suum, per vindictam à vita desertus est.

XII. Vulnus hoc grauissimum Davidis animo vulnus infixit, quippe qui probe intelligeret magno publicæ rei detrimento eam cædem fuisse perpetratam. Dolebat male turbari bene susceptam ab Abnere regni totius coniunctionem, ideoque tanquam de tota Repub. bene meritum lamentabatur. Dolebat principem virum regio sanguini coniunctissimum, prudentiæ & fortitudinis laude clarissimum, regnoque suo vtilissimum, contra voluntatem suam, contra ius gentium morte sublatum, & proditoria cædis inuidiam in se deriuari: existimante populo Ioabum, nisi rege iubente vel conscio, id scelus non fuisse aggressurum; ex quo fiebat vt animi Israëlitarum ab ipso vehementer abalienarentur, & ciuile bellum magno vtriusque patris damno recrudesceret. In quorum remedium sapientissimus David primum publicè protestatus est mundum se esse ab hoc crimine, eo quod se incio perpetratum esset. Secundò diuinam reis vltionem vel imprecatus est, vel prædixit, vel quid mererentur ostendit. Tertio pro Abneris morte laceracionem vestium, & publica signa doloris indixit. Quarto publicis solemnibusque exequiis ipsum honorauit, adeoque ipsemet super ipsius tumulum fleuit, & inscripsit epitaphium, æternæ memoriæ in Scriptura consecratum. Adiecit postremo ieiunium vsque ad solis occasum.

XIII. Hæc autem omnia facta sunt vt omnes intelligerent Abnerem à Davide fuisse dilectum, eiusque mortem ab eo ægerime ferri, nedum eius auctorem fuisse, vel conscium. Nec excidit ab expectacione sua. Omnis enim populus, qui funeri affuit, & regem comitatus est, viditque eum plangentem, sequentem feretrum, Ioabum eiusque familiam grauibus execrationibus obligantem, denique mortem lacrymis, manibus, ieiuniisque prosequentem, vehementer probauit, quæ fecit rex in conspectu populi totius, persuasumque habuit scelus incio rege fuisse perpetratum. At, inquires, si verus fuit iste dolor, si veræ lacrymæ ac querelæ Davidis, quare debito supplicio in reos non animaduertit? Responsionem verba sequentia continent. *Ego autem delicatus & vinctus rex. Porro viri isti filij Saruie duri sunt mihi. Retribuat Dominus facienti malum iuxta militiam suam*, quasi dicat infirmior sum nunc, quam vt possim pœnas de illis exigere, sed Deus exiger.

XIV. Existimauit ergo David non esse nunc è publica re, & regno vix coalescente hosce fratres ad pœnam commertam rapere; neque per ipsum stare. Nam cum sine periculo scelera punire potuit, non neglexit vltionem; vt cum è vestigio iussit interfici, qui Saullem nuper, & sequenti anno Isbosethum occiderant. Accedit etiam ad excusacionem Davidis; quod non dabat impunitatem sceleri, sed differebat pœnam, interim dum illi operam regno vtilem nauare poterant. Nam regno probe constituto

mandauit Salomoni, vt de Ioabo pœnas lumeret.

Ad hunc porro annu Dercyli 35. refert Eusebius celebrem illam Codri Atheniensium regis mortem, qui anno regni sui 21. in bello Peloponnesiaco seipsum morti tradidit, vt suis, iuxta oraculum Apollinis Delphici, victoriam relinqueret.

ANNVS MVNDI 2986. DAVIDIS 7. ISBOSETHI 7. & vlt. ABIA THARIS 12. DERCYLI 36. Imperij Assyrior. 1053. ANTE CHRISTVM 1067.

EPTIMVM & vltimum egit hunc annum David in Hebron, Isbosethus autem septimum & vltimum in viuis, improborum hominum coniuratione nefaria. Eius mortem in hunc annum distulimus, quoniam septem annis eum regnasse docuimus, præter sex illos menses, quos cum Saulis annis copulauimus. Abnere porro trucidato, cito ad Isboseth de illius cæde perlatus est nūcius. Nam viginti illi viri, qui Abneris comites fuerant, eo occiso quamprimum ad regem suum contulere se, remque illi totam exposuere. Eo accepto nuncio contractus est animo Isboseth, & *dissoluta sunt manus eius, omnisque Israël perturbatus est*. Et ille quidem perturbatus est, quia cæso Abnere succisi erant nerui omnes roboris eius; isti autè, quia amiserant interpretem, & quasi moderatorè reconciliationis suæ. Etsi enim primarij quique à quibus pendebat populus, de singulari Davidis mansuetudine & fide bene sperabant, timebant tamen Ioabum & Abisai ne ab eis per insidias obruncarentur; præsertim cum eos etiam Davidi formidabiles, non sine causa suspicarentur.

Sed eam perturbationem alia maior excepit Isbosetho rege à duobus sicariis perfidiose interfecto. Peruulgata enim Abneris morte, & omni populo ea de causa perturbato, singulari ita oculis in publicam rem coniciebant, vt suis rebus prospicere studerent, animaduertentes Saulis familiam in certum interitum ruere. In his duo in primis fuere, qui nuper Abneris vestigia sectabantur, quos ille viuens in consilium adhibuerat, vtpote viros fortes ac primarios, & regiæ cohortis, latera regis cingentis præfectos, hos enim latrones hoc loco Scriptura nominat, in Hebræo principes turmarum dicuntur. Hi ergo Davidis gratiam ambire, eamque sicut Abner, eximio aliquo beneficio demereri studuerunt. Crediderunt autem non posse maiore, quam si æmulum regni eius tollerent. Id facinus vt commodè perficerent, captauerunt tempus, quo quiescente rege, eius quoque custodes quiescebant, in domo quisque sua; aberant certe, & quamvis adfuissent, nemo erat qui ducibus suis turmarum principibus, in rege quocunque tempore adeundo, negotium faceretur. Aderat pro omni custodia vna muliercula purgans triticum; sed ea ipsa dormitabat.

Codri regis Athen. mos.

I. Isboseth cum populo turbatur ob cædem Abneris.

2. Reg. 4. 2. 1.

II. Consilia Rechab & Baana de cæde regis.

vers. 2.

Ergo

III. Rem conficent, & fugiunt ad Dauidem.

Ergo sicarij hi duo Rechab & Baana sanguine & scelere fratres, ingressi sunt domum latenter specie mercatorum tritici, quoniam rex de suis redditibus frumenta vendebat, vt ait Rabbi Salomon, & regem in lecto suo dormientem confoderunt, & mortuum capite truncarunt, vt caput, certissimum mortis argumentum, ad Dauidem deferrent. Itaque eo sublato abierunt per viam deserti tota nocte. Sed & sequenti die ambulauerunt. Erat enim longum iter à Manahim vsque ad Hebron, quanta fere est latitudo totius Chananitidis. Significat autem Scriptura, sicarios istos proxima nocte à parato facinore non ausos fuisse quiescere, sed statim magni sceleris conscios, magnis itineribus, ne à seruis regis eos persequentibus comprehenderentur, perque desertas vias ad Dauidem contendisse, apud quem non solum tuta sibi omnia, sed honorifica etiam & beata, eius virtutem ex sua malitia metientes, stultè pollicebantur.

IV. Eorum ad Dauidem oratio.

Et attulerunt caput Isboeth ad Dauid in Hebron, dixeruntque ad regem. Ecce caput Isboeth filij Saulis inimici tui, qui querebat animam tuam. Et dedit Dominus Domino meo regi ultionē hodie de Saul, & de semine eius. Pluribus etiam rem totam ab istis narratam, ex Dauidis responsione perspicuum est. Vide autem vt loco salutationis omnis, oblato scelerato munere, regem sibi conciliare student. Et ne in defunctum, imo per iniustissimam prodicionem trucidatum à subditis principem, eundemque innocentem mansuetudinē Dauidis viscera commouerentur, ei odium à patris eius persona conflare conantur, filij Saulis, inquit, inimici tui, neque hoc satis, qui querebant animam tuam, quoniam nihil habebant isti, quo ipsam Isboethi personam redderent odiosam Dauidi. Et quoniam non ignorabant Dauidem plurimum diuinæ prouidentia tribuere, se quasi ministros diuinæ prouidentia faciunt, ne si aliter quam ipsi cupiunt, Dauid hoc factum accipere voluerit, diuinæ prouidentia repugnare videatur. At volebat quidem Dominus delere familiam Saulis, sed vtendo aliena malitia, quam iustè permisisset, qui propterea non minus peccabant.

V. Ab eo iubentur occidi.

Itaque Dauid iustissima indignatione commotus in sceleratissimos parricidas, Viuit Dominus, inquit, qui eruit animam meam de omni angustia, quoniam eum qui annunciauerat mihi, & dixerat, Mortuus est Saul, qui putabat se prospera nunciare, tenui, & occidi eum in Siceleg, cui oportebat mercedem dare pro nuncio: quanto magis nunc, cum homines impij interfecerint virum innoxium in domo sua, super lectum suum, (non) quaram sanguinem eius de manu vestra, & auferam vos de terra? videtur hic abundare negatio. Vide autem vt mitissimus Dauid sapienter dissimulet iniurias Saulis erga se, diuinam commendans in se prouidentiam, que ipsum ab eis sine vlla sua culpa eripuerit: simul etiam eorum crimen ex eius circumstantiis exaggeratum, morte dignum pronunciat. Itaque statim iussu Dauidis gladijs confossi interfecit, & manibus pedibusque præcisit, in media ciuitatis platea, iuxta fontem in cruce. Isboethi autem caput Abneris sepulchro conditum est. Iosephus autem ait eos exquisitissimis tormentis cruciatos

fuisse, significat viuis manus pedesque præcisos à carnificibus; non absurde. Voluit enim Dauid hoc publico de nefariis hominibus supplicio, ab omnibus intelligi, se nullo modo huic cædi affinem fuisse, sicut neque Abneris morti: ne populus ab eo fieret alienus tanquam ab eo, qui tyrannicis artibus sibi viam muniret ad regnum.

Reliquo anno Hebrone celebrata sunt maxima celeberrimæque comitia tribuum, ad constituendum Dauidem regem super vniuersum Israël; quod & perfecerunt: sicque impleti sunt septem illi anni cum dimidio, quos Dauid Hebrone regnasse perhibetur. Itaque ad hoc maxime tempus referuntur illa verba 1. Paral. c. vbi recensitis qui hæctenus partim viuo Saule, partim regnante Isboetho. ad Dauidem confluabant, subdit. Per singulos dies veniebant ad Dauid ad auxiliandum ei, vsque dum fieret grandis numerus, quasi exercitus Dei. Neque sane mirum defluxisse paulatim omnes ad Dauidem. Nam Abner, & Isboetho interfectis, nihil erat in domo Saulis, quod eos retineret. Dauid autem ex altera parte plurimum excitabat vniuersos ad amorem sui; multis quippe iam annis probata fuerat virtus eius, tam in prosperis, quam aduersis rebus, ex quo gigante illo quasi per ludum prostrato, victoriam populo suo pacemque pepererat, vsque ad hoc postremum septennium, in quo cum crebra Abneritas inter & Dauidicos velitationes contigissent, Dauid Deum secum esse, secumque pugnare, ipsa victoriarum felicitate docuerat.

Ergo cum nihil admodum retineret vnderim tribus, quin vna voce cum Amasa dicerent. Pax tibi, o Dauid & pax adiutoribus tuis: tui sumus, te enim adiuvat Deus tuus: Venerunt illæ quidem vniuersæ ad Dauidem in Hebron, vt illum regem constituerent, vt scriptum est in 2. Regum c, sed quo vel ordine vel numero venerint, ex 1. Paral. f addiscendum est, vbi cum explicatum esset quinam ex diuersis tribubus hæctenus ad Dauidem conuenissent, transit ad eos, qui hoc denique tempore, Isboetho mortuo, ad eum venerunt, vt caducam regni hæreditatem transferrent ad ipsum. In qua enumeratione videtur scriptor sacer rationem habuisse vicinatis. Nam à tribu Iuda, in qua septimum iam annum regnabat Dauid, exorsus, inde venit ad Simeonem, qui Iudam ab occasu tangebatur, & Benjamin qui à Septentrione. Inferit tamen sacerdotalem tribum, quæ magna ex parte in tribu Benjamin, cum Arca Domini residebat. Tum sequitur aquilonem versus Ephraim, qui Benjamin, adhærebat; inde dimidia tribus Manasse, Issachar, Zabulon, Nephthali, Dan & Aser. Deinde transmissio Iordane, percenset duas illas tribus Ruben & Gad, cum dimidia tribu Manasse.

Horum porro numerus exactè iniri non potest, propter tribum Issachar, cuius numerum Scriptura prætermisit. Summa tamen numerorum, qui distinctè positi sunt à Scriptura, ascendit ad 339. millia octingentos, & viginti duos. Quibus si addideris viginti millia Issacharitarum ex Iosepho 8, sient 359. millia, 822. Omnes isti viri bellatores expediti ad pugnam corde perfecto venerunt in Hebron, vt constituerent regem Dauid, super vniuersum

VI. Comititia pro creando rege Dauid. b 2. Reg. c. 5. v. 5. c c. 12. v. 22.

Cunctis paulatim ad eum confluentibus.

VII. Veniunt ad Dauidem tribus vdecim. d 1. Paral. 11. 18. e cap. 5. 1. f. c. 12. 22. 23.

VIII. Maximo numero.

g 1. 7. An. c. 2.

Cum cruciatu & publica infamia. a 1. 7. An. cap. 2.

a 1. Par. 11. 10.

Maximoque consensu omnium. b 1. Par. 12. 38.

XI. Eorumdem electio, & rationes eligendi. 2. Reg. 5. 1. 2.

In Annal. m. m. 2969. n. 45.

X. Non linguæ dederunt suffragiū, sed optimates. 1. Par. 11. 3.

Fœdus iniur.

Dauidis Sanctuarium.

XI. 2. Reg. 5. 1. 1. Par. 11. 3.

Israël. Horum autem omnium præcipui fuerunt, qui dicti sunt fortes Dauid, qui adiunxerunt eum vt rex fieret super omnē Israël. De quibus alius erit dicendi locus. Effuderat porro Dominus in gratiam Dauidis, spiritum pacis & concordia in vniuersum Israël, vt omnes eadem mente, eademque sententia vellent Dauidem regem, neque qui præsentis aderant tantum, sed & omnes reliqui ex Israël vno corde erant vt rex fieret Dauid. Pro quibus suffragiū ferabant præsentis, conscij voluntatis eorum.

Congregati porro regnum Dauidi in hæc verba detulerunt. Os tuum sumus & caro tua. Hæc quoque, & nudius tertius cum adhuc regnaret Saul, & tu eras. qui educebas & introducebas Israël. Tibi enim dixit Dominus Deus tuus, tu pascis populum meum Israël, & tu eris princeps super eum. Quibus verbis tria continentur argumenta, ob quæ populus Dauidem eligat in regem. Primum quod nullū habeat generis impedimentum, vt qui non solum sit Israëlita, sed ex ea tribu cui iam pridem à patriarcha Iacobo destinatus esset principatus. Alterum est quod regendæ Reipub. belli que gerendi peritia, atque experientia præditus sit. Tertium quod diuinitus sit electus in regem Israëlitarum, cuius videlicet voluntati nefas sit non obsequi. Illa porro verba, tu pascis populum meum, &c. non habentur totidem verbis enunciata diuinitus. Sed cum didicisset populus Samuelem diuinitus reuelasse Dauidi, eum fore totius populi principem diuersi diuersis verbis eandem sententiam referebant. Itaque aliter ea nunc populus, aliter supra Abner, aliter superius Abigail, & Saül ipse, & Ionathas retulerunt. Addere poterant vitæ innocentiam, ætatem florentem paci belloque idoneam, & maxime spiritum illum principalem, de quo alibi diximus.

Cæterum de immensa illa multitudine, vitanda confusione gratia, electi sunt tributim cõmuni suffragio alioqui viri primarij, qui nomine omnium cum nouo rege fœdus inirent, de quibus videntur accipienda illa scripturæ verba. Venerunt ergo omnes maiores natu Israël, de singulis videlicet tribubus aliquot electi, ad regem in Hebron, reliquis per suburbia, pagosque dispersis, & inuit Dauid cum eis fœdus coram Domino. Assumpto videlicet Deo in testem, populus spondit Dauidi fidem & obedientiam, quam subditi regi suo secundum Deum debent. Et vicissim Dauid, eodem authore & teste, pollicitus est, se populum fideliter ex Dei legibus, & recta ratione gubernaturum, & contra inimicos eius omni ope protecturum. Illud autem coram Domino, etsi idem possit esse quod publice in oculis omnium, aut Deo in testem assumpto, placet tamen coniectura Tostati excitatum à Dauide quoddam Sanctuarium & altare in Hebron, dum regnante Isboetho, non liceret populo liberè adire tabernaculū, quod erat in Gabaone, & Arcam fœderis, quæ erat in Cariathiarim, oppido utroque tribus Benjamin. Non enim videtur Dauidis pietas ferre potuisse, vt tot annis cultu diuino careret, quem etiam Pontificem cum Ephod apud se haberet, quem etiam crediderim in veste pontificia, quasi Dei gerentem vices, huic fœderi interuenisse.

Inito fœdere, secuta est vnctio. Sequitur enim, vncturumque eum regem super Israël, iuxta

sermonem Domini, quem locutus est in manu Samuelis. Vnctur Samuel Dauidem iussu Domini, vt esset Rex loco Saulis: eaque vnctione ipse in populum ius acquiserat. Vnctio ergo, quæ hoc tempore facta est, fuit ad repræsentandam, approbandam, & confirmandam illam: neque ad conferendum ius nouum, sed ad stabilendum antiquum, quod ei tunc Deus per Samuelem dederat, quam confirmationem, & approbationem tribus Iuda superioribus annis inchoauerat.

Vnctionem excepit conuiuium, triduo Dauidis sumptibus celebratum, iuxta illud, Feceruntque ibi apud Dauid tribus diebus comedentes & bibentes, & merito cum comitia in eius gratiam, & gloriam celebrarentur. Ne autem grauaretur Dauid sumptibus, tanto populo triduo nutriendo, & quidem vt in regis conuiuiis, copiosè atque magnificè, dicendum est plurima munera publice priuatimque nouo regi oblata fuisse, quibus onus expensarum non parum leuatum est. Idque Septuag. haud obscure significant, qui dicunt Zabulonitas venisse auxilio Dauidi, non vacuis manibus, quod de aliis quoque tribubus intelligi potest: præsertim de tribu Iuda, quæ cæterorum quoque donaria collegit, ac præparauit, vt est in extremo capite duodecimo primi Paral.

ANNVS MVNDI 2987. DAVIDIS 8. ABIATHARIS. PONTIFICIS 13. DERCYLI 37. Imperij Assyrii 1056. ANTE CHRISTVM 1066.

ELBRIS est hic annus Hierosolymorum arce noui regis auspiciis expugnata. Eam expugnationem in hunc annum coniecimus, quod eisi statim ab inauguratione Dauidis suscepta est expeditio, vt Iosephus & Tostatus affirmant, & ratio ipsa confirmat, quæ persuadet Dauidem prudenter vsus commoditate congregati populi, eiusdemque alacritate: nihilominus, admodum probabile est munitissimam illam arcem, & rebus omnibus iam pridem ad ducendam oppugnationem instructam, non cito in Dauidis potestatem venisse. Ergo sub extremum annum septimum regni eius obsessa est Sion, octauo denique expugnata. Hanc expugnationis longinquitatem suadet tum locus ipse natura munitissimus, & vndique propemodum inaccessus, tum industria & studium pertinax Iebusorum in vno eo loco omni opera muniendo, & propugnando, ex quo pendebat non solum eorum salus, sed supremus etiam interitus vniuersæ gentis. Itaque armis, viris, comætu, propugnaculis egregiè instructa Sion, quadringentos ipsos annos restiterat Hebræis, & nunc omnes Dauidis conatus, non sustentabat solua, sed etiam irridebat.

Rex itaque Dauid, qui Hierosolymam rebus omnibus opportunissimam, in regni sedem iam dudum destinauerat, cum primum totius

Vnctio Dauidis tercia confirmat priores.

Conuiuiū tridui. 1. Par. 12. 39 40.

I. Ratio temporis obsessæ, & expugnatae arcis Sion. 1. 7. Ant. c. 2. In 1. Paral. 11. post. 9. 9.

II. Consilium Dauidis de ea occupanda.

populi

populi Hebræorum constitutus est princeps, nihil habuit antiquius, quam vt eius ciuitatis arcem, quæ erat quasi iugum, totius populi Dei ceruicibus impositum, in suam redigeret potestatem. Id consilium cum omnibus optimatibus placuisset; electi sunt ex omni populo qui diuturnæ oppugnationi necessarij videbantur, cæteri ad sua quisque loca dimissi, etsi omnes à principio venerint cum Dauide Hierosolymam, vt Scriptura testatur. Mons porro Sion, quæ superior Hierosolymorum pars fuit, & ciuitas superior dicta est, non fuit tota in Iebusæorum potestate, sed illius tantum suprema pars, quæ dicta est arx Sion, & mox ciuitas Dauid. Quamvis enim totus mons Sion iunctus reliquæ ciuitati, diceretur arx Hierosolymorum, ipse tamen per se sumptus, erat instar oppidi, habebatque versus occasum locum eminentiorem, qui erat arx Sion ex qua exigendus erat Iebusæus: totam autem inferiorem ciuitatem Iudæi tenebant; cuius reclarum argumentum est, quod ante annos sexdecim, Dauid Goliathi caput detulit Hierosolymam.

2. Reg. 5. 6. Mons & arx Sion.

2. Saül. 10. 1. Reg. 17. 54.

III. Cum ergo copiarum Dauidis Hierosolymis con-sedissent, misit Dauid nuncios ad Iebusæos, qui eos ad deditionem, æquis, vt fieri solet, conditionibus inuitarent. Sed Deus, qui eos deleri volebat, non dedit eis gratiam, vt veniam humilitate mererentur, sicut de maioribus eorum etiam scriptum est. Nam loci firmitate & munitionibus confisi, non solum deditionem recusarunt, dicentes per nuncios Dauidi, *Non ingredieris huc*, sed contempserunt etiam, atque irriserunt, dicentes solos cæcos & clausos adhibitos ad defensionem arcis suæ, satis esse ad irritandos omnes eius conatus. Quo ludibrio excitatus Dauid præmium proposuit summæ præfecturæ, vt ait Iosephus, ei qui primus euasisset in arcem, & istos propugnatores per ludibrium positos inde deturbasset. *Ascendit igitur primus Ioab, & factus est princeps.* At enim iam erat militiæ princeps Ioab, qua dignitate ne priuaretur occidit Abnerem. An qui militiæ princeps erat in regno Iudæ, nunc in duodecim tribubus obrinuit militiæ principatum? quem fortasse Dauid hac occasione cupiebat in quempiam alium à Ioabo, qui ei grauis erat, transferre.

Dauid præmium proponit inuadenti.

2. Reg. 5. 8. 1. Paral. 11. 5. 1. 7. Ant. c. 25. f.

IV. Modus capte arcis.

Iebusæi deleri funditus.

Quid Arcuna.

IV. Quo autem modo capta fuit? omissis Rabinorum fabulis, dicendum videtur factum vndique à fortibus Dauidis assultum scalis ad prærupta saxorum applicatis, interim dum reliquis exercitus telis certatim propugnatores à propugnaculis summoueret, & è scalis Ioabum primum ad summum muretorum peruolasse, tum subinde alios, atque alios, donec non tam numero pares, quam viribus superiores euaderent. Occupata arce facile est intelligere omnes qui in armis erant, & quicumque irruenti militi occurrerunt, interfectos esse, cæteri quoque qui latebant, deprehensi cum cæcis claudisque, iuxta antiquam Dei iussione, aut ferro aut precipitio perire, vni Arcunæ paritum ait Iosephus. Existimauerim potius hunc Iebusæum factum esse profelytum inter Hebræos, & translato domicilio in monte qui Moria dictus est, habitasse, deinde eum locum Dauidi, ad

ædificandum altare Domino, vendidisse: in omnes autem qui in arce reperti sunt, sine vlla exceptione scuitum. Deinde etiam Dauidem statuisse, ad vltionem temerariæ iactationis istorum Iebusæorum, & ad perpetuam rei memoriam, vt nunquam liceret cæco vel claudo intrare in arcem Sion. Quod decretum inter Hebræos vulgatum ad alia quoque transferebatur.

2. Reg. vlt.

Sione ab impurorum hominum, omniumque idolorum sordibus à Dauide perpurata, arcem ipsam in propriam habitationem delegit, vocauitque ciuitatem Dauid ad perpetuum victoriæ monumentum. Hoc porro anno ceptam fuisse arcis, & regis Dauidis, & muretorum Sionis ædificationem rationi consentaneum est. Neque enim Dauid pro sua prudentia dubitare poterat, quin Philisthæi, cæteri que Israëliti nominis hostes, & suo à Dauide periculo, & calamitate Iebusæorum, & Israëlitarum felicitate excitati, quamprimum sibi populoque suo negotium facerent, Itaque primo quoque tempore manum operi admouit, vt hoc validissimo præsidio contra eos inuinitus esset, & suam familiam, admodum iam numerosam in tuto collocaret. Fuit hoc opus sane magnum & operosum. Habuit enim murus Sion, vt Villalpando placet, per totum circuitum longitudinem 35. stadiorum, arx autem ipsa nouem stadia cum dimidio, in cuius medio regium palatium excitatum est, sed ille murus opere firmissimo, palatium autem etiam eleganti constructum est, Tyriis artificibus adhibitis, qui postea Salomonis quoque ædificiis operam nauarunt.

V. Ciuitas Dauid constructa.

Amplitudo Sionis & arcis.

ANNVS MVNDI 2988.

DAVIDIS 9. ABIATHARIS 14.

DERCYLI 38. Imperij Assyriorum 1037.

ANTE CHRISTVM 1065.

T R E N V R hoc anno vrgetur murus montis Sionis, Ioabo militiæ principe annitente, ex regis mandato: vrgetur & ciuitas Dauid & regia, præsertim cum late spargere in vulgus Philisthæos fremere, quod Dauid rex factus esset, à quo merito sibi malè metuebant, eumque cum populo suo, vt nuper Saulem, perditum cupiebant. Id illis verbis Scriptura significat. *Audierunt Philisthæi quod vnxisset Israëlita Dauid in regē super Israël, & ascenderunt vniuersi, vt quærerent Dauid, cum eo pugnatu.* Quandiu enim inter se pugnarunt reguli duo, facile patiebantur intestinis inter sese discordis consumi, dum tributa interim ab Israëlitis penderentur. Nunc autem cum accepissent alterum regulorum, post amissum militiæ suæ principem, vitam quoque cum regno amisisse, populum autem vniuersum maxima multitudine Hebronem confluisse, Dauidem creasse, Iebusæorum arcem expugnasse, rem minimè negligendam putarunt; veriti, vt se dabant initia; ne se in Philisthæorum satrapias improuisi effunderent, Saülis mortem vlturi, & dudum victi victores euaderent, & frenum

I. Bellicæ Philisthæorum consilia contra Ierusalem.

2. Reg. 5. 17.

tributi

tributi à se reiectum, in ora ipsorum immitterent.

I I. Psal. Quare fremuerunt hic per-tinet n. 3. & seq.

Philisthæi in valle Raphaim,

Dauid in Odolla, consulit de bello Dominum. 1. Par. 11. 15.

1. Reg. 5. 19.

III. Pugnatur, vbi citque Philisthæos diuinitus terrore percussos,

IV. Redintegrant bellum.

Dauid rursum Dominum consulit.

V. Victoriæ modus.

Dum autem ingentes illi copias contrahunt, diuino spiritu afflatus Dauid eximium illum Psalmum cecinit, cuius initium est. *Quare fremuerunt gentes*, quem in hoc tempus præclare quadrare in Annalibus ostendimus, neque solum Christo Domino, vt Messis, sed etiam Dauidi, vt illius typo ac figuræ accuratè conuenire. Ergo Philisthæi contractas copias effuderunt in valle Raphaim, quæ fuit in extrema fere tribu Benjamin versus occidentem, & Philisthæorum regionem, qui occidentem mediterranei maris oram incolebant, quæ vallis à gigantibus nomen accepit. Dauid autem nolens obsidionem expectare Hierosolymis nondum munitis, sed foris potius hostem inuadere, præsidium sibi pridem notum, ad speluncam Odollam occupauit. Ibi per Abiatharem pontificem Dominum consuluit, an ipso annuente pugnaturus esset contra Philisthæos, & an ipso propugnante victoriam esset consecuturus. Respondit Dominus ad vtramque petitionem, *Ascende, quia tradens tradam Philisthæum in manus tuas.*

Ita promisit, ita perfecit, immisso, vt existimat Abulensis, Philisthæis timore, vt non auderent in conspectu Hebræorum consistere. Sic enim olim per Moysen promiserat Dominus se terrorem suum in Chanæorum populos immisurum. Itaque, nisi alius victoriæ modus exprimat, intelligendum est Hebræorum hostes huiusmodi timore dominante profligatos. Itaque venit Dauid in vallem quæ postea dicta est Pharasim, id est diuisionum, ibique percussit Philisthæos, & agnoscens ac profitens diuinitus datam victoriam, *Diuisit, inquit, Dominus inimicos meos coram me sicut diuiduntur aqua*, quæ omnem in partem diffluunt, atque diffugiunt. Huius autem timoris ac fugæ indicium est, quod in eo pugna loco reliquerunt sculptilia sua, quæ tulit Dauid & viri eius, eaque comburi iussit, quæ scilicet lignea erant, metallica vero fundi atque conflari.

Cæterum vbi Philisthæi ex fuga & pauore panico collegerunt sese, de eo, vt par est credere, maiorem in modum confusi sunt, animaduersa multitudine copiarum suarum, cæterisque victoriæ præsidii. Itaque damnata priorē fuga, pugnam quamprimum redintegrarunt, modicum enim tempus interiectum videtur Abulensi. Scriptura tantum habet, *addidisse adhuc Philisthæos vt ascenderent*, ergo ad suam vsque regionem profugerant, & rursum *diffusi sunt in valle Raphaim*, vt dum priorem ignominiam delere satagunt, eam noua clade cumulent ac pudore. Dauid autem accepto nuncio de Philisthæis certamen repetentibus, consuluit iterum Dominum, an prælium contra eos redintegrari placeret, & an iteratam sponderet victoriam. Cui Dominus non solum victoriam promittit, sed pugna quoque modum præscribit, sic vt ad internum terrorem, etiam externus ex sonitu terrifico accederet.

Voluit enim Dominus ita perturbare Philisthæos, vt se in medio duorum exercituum positos putarent, à quibus à fronte simul ac

tergo conciderentur. Iubet enim Dauidem cum exercitu, vsque ad conspectum hostium venire deinde easdem copias circumflectere, vsque ad terga Philisthæorum. Eo vero cum peruentum esset, expectare dum Dominus signum pugnae ex cacumine pyrorum daret, quæ erat sylua inter castra Dauidis & Philisthæos. Eo fragore Dauidem monitum iri significat de præsentis auxilio Dei, deque ipso temporis articulo ad pugnam diuinitus destinato. Philisthæum vero metum concepturum de exercitu inde superueniente. Hic Dauidis acie Philisthæos à tergo inuadente, coactum iri facie ad eos conuersa sese defendere, alterius autem exercitus imminenti, & è sylua superuenientis opinione occupatos, existimatos se à gemino exercitu cæsum iri, indeque metu percussos salutis viam præcipiti fuga vndique petituros, & victoriam Dauidi persequenti relicturos: quod & factum est. Quæ rumore nuncio, per circumquaque positas vulgata regiones, Dauidis nomen celebre, ac formidabile reddiderunt.

1. Par. 14. 17.

Hoc ipso tempore contigit memorabile facinus trium fortissimorum virorum, qui desiderante Dauide aquam de cisterna Bethleem; castra Philisthæorum interiecta, in itu redituque peruaserunt, neque præsidium eorumdem, quod erat in Bethleem reueriti, haustam inde aquam ad Dauidem pertulerunt. Rationi temporis fauet locus vallis Raphaim, in qua castrametati sunt in hoc bello Philisthæi, nec vnquam alias in eo loco ad præliandum condescisse reperitur; sed ne deinceps, Dauiderum potente, stationem in Bethleem, loco pene in suburbiis Hierosolymorum, habere potuerunt. Cum ergo Dauid in præsidio Odollamitico minus gratas reperisset aquas, memoria repetens aquas Bethlehemiticas, quibus fuerat innutritus, eas vt fit, desiderauit; inde tamen sibi aquam non iussit afferri, quod sciret illam sine summo vitæ discrimine obtineri non posse, nossetque contra rectam rationem esse, vt quis sine necessitate, præstantem aliquem virum periculo mortis obiciat, Viri tamen fortissimi, agnito regis desiderio, negotium audacissimum incio rege susceperunt, quod potuit etiam in talibus viris temeritate carere, vt enim dispares sunt mortalium vires ita & disparia fortitudinis obiecta, nec idem est omnibus medium virtutis eiusdem.

VI. Tres viri fortes aquæ de Bethleem petunt. 1. 2. 3. 15. 2. Reg. 23. 15. &c.

Attulerunt ergo aquam ad Dauidem, *At ille noluit bibere, sed libauit eam Domino.* Noluit bibere non solum ne videretur optasse, vt tanto cum periculo aqua illa peteretur, sed, vt ait Magnus Gregorius, vt in licitis cupiditatem refrenaret, cui aliquando in illicitis fræna laxasset. Noluit bibere, quia maluit rem sibi charissimam offerre Deo, existimans aquam tam pretiosam dignam esse, non quæ mortalis hominis cupiditati, sed præpotentis Dei gloriæ seruiret, transiretque in materiam cuiusdam extraordinarij sacrificij. Ideoque multo magis hoc factò honorauit heroës suos, quam si eam bibisset. Noluit denique bibere, vt exemplum constantiæ & fortitudinis militibus suis præberet: vt firmi tolerare discerent, Hoc ipso tempore in monte Sion, & in ciuitate Dauid vrgebantur ædificia, tam

VII. Quam Dauid libauit Domino.

Cur non biberet.

Deductio Arcæ in Sion.

6. 11. & seqq. c. 15. & 16.

I I. Locus ibi ei paratus. cap. 5. 1. c. 6. 17.

2. Reg. 12. 20. 1. Paral. 6. 31. 48.

III. Fuisse palatium à regio diuersum.

Eiusdem dispositio, &c. 1. Paral. 16. 5. 1. Paral. 6. 39. 44.

1. Paral. 6. 49. & c. 25. 29.

IV. Arcam delatam fuisse à sacerdotibus.

David frustratum se expectatione sua, & propiore apud Arcam fœderis communicatione cum Deo. Obededon autem lætus & incolumis diuina benedictione fruebatur. Quod cum Dauidi renunciatum esset, exhilaratus est, & sancta æmulatione commotus, statuit Arcam Domini cum benedictione inferre in domum suam, in ciuitatem Dauid. Itaque fecit, sicut explicatur tam in 2. Regum, quam in 1. Paral. quæ breuiter ad 4. capita reuocantur, quò delata fuerit, à quibus, quomodo, quove apparatu, & quis cultus Arcæ in Sione delatus.

Quod ad locum attinet, antequam Dauid educeret Arcam ex Cariathiarim, parauit ei locum in arce Sionis, eique tenderat tabernaculum, vt est in 1. Paral. & 2. Regum, in ipsa inquam arce Sion, siue ciuitate Dauid, vt ex utroque loco intelligitur, non tamen in ipso met Dauidis palatio, sed in vicino loco. Idque satis ipsa Scriptura significat illis verbis. *Fecit quoque sibi domos in ciuitate Dauid, & edificauit locum Arcæ Dei*, domos inquit, vnam videlicet sibi, Arcæ alteram. Eique expositioni fauet ratio. Nam locus hic futurus erat instar templi, ad quod non solum plurimi sacerdotes & Leuitæ, sed magna etiam populi multitudo conuentura erat, quod ipsi regio palatio non conueniebat, partim propter ingentem Dauidis familiam, & præsidiorum militum turbam, partim quod regia ab omnibus passim adiri nec potest, ne debet, ne sub deuotionis specie regis salus in discrimen vocetur. Denique hic Arcæ locus domus Domini non semel appellatur in Scriptura ipsa.

Existimat itaque Abulensis hunc Arcæ locum fuisse magnum quoddam palatium in cuius medio aula quædam erat prægrandis, quæ in extremo vno habebat tabernaculum ex pelliculis hyacinthinis, quod Dauid arcæ tetenderat, in medio vero eius Arca constituta erat. Circumquaque autem multa erant cubacula, & exedræ cantorum, & ianitorum, à quibus stans temporibus canebatur, & ianux claudiebantur, & aperiebantur, ne ad domum Dei aditus cuiuspiam immundo pateret. Nam ne Dauid quidem eo ausus est ingredi, post mortem infantuli sui, nisi purificatus; & tum demum ingressus est domum Domini, & adorauit. Et rursus Arca in arce collocata, postquam ibi sacrificatum est, dicitur Dauid reuersus in domum suam, vt benediceret domui suæ. Erant ergo diuersa domus. Cantores autem distributi erant per ordines suos ad dexteram & sinistram. Erat ibidem altare coram Arca in qua offerebantur holocausta, & pacifica. Ibi autem ius asyli fuisse Adonias & Ioab, sub initia regni Salomonis, suo exemplo docuerunt. Vterque enim confugit ad tabernaculum & tenuit cornu altaris. Denique tabernaculo Moisaico, quod erat Gabaone, aliquo modo respondebat.

Iam vero à quibus delata fuerit Arca dubitari potest. Et certum quidem est id onus à Moyse in deserto Caathitis impositum fuisse, eam tamen in celebratibus à Sacerdotibus honoris causa gestatam fuisse, ipse vsus docuit. Nam in transitu Iordanis, quando Arca quasi in supplicatione deferrebat, ad aperiendum Iordanem à Sacerdotibus portatam legimus.

In alia quoque supplicatione ad montes Hebal & Garizim eam portauere Sacerdotes, sicut & in oppugnatione vrbis Iericho, cum Arca quasi debellatrix septem ipsos dies circumferrebat. Denique cum translata est Arca à ciuitate Dauid ad templum Salomonis, Sacerdotes eius fuere gestatores. Quare igitur in hac celebritate, qua victrix Arca in Sionis arcem, quasi in Capitolium Hebræorum deferrebat, id ei honoris non fuerit delatum? præsertim id affirmante Iosepho, & Scriptura non repugnante, quæ nomen Leuitarum latius accipit, non exclusis Sacerdotibus, qui reuera erant filij Leui. Sed hæc pluribus in Annalibus disputantur.

Quod ad pompæ apparatus attinet, primum conuocatus est iterum populus vniuersus, ad opus perficiendum, quod trimestri spatium fuerat interruptum. Conuocatio autem Leuitarum, & numerus eorum per sex familias ipsorum accuratius recensetur, præmissis duobus sacerdotum familiis; quarum omnium principes admonet Dauid vt sanctificentur, & præparentur ad Arcam deferendam in destinatum locum; & quidem ritu à lege præscripto, ne rursus diuina animaduersione plectantur.

Apparet autem hanc fuisse huius pompæ dispositionem, quantum ex Scriptura colligere licet, vt Arcam quaterni sacerdotes ferrent in humeris, per vestes ad breuiora eius latera immisos. Sic enim & Arca melius apparebat, & ipsi dorsum Arcæ non vertebant, vt alibi explicatum est. Ad latera aderant quaterni qui dicuntur ianitores Arcæ siue custodes, qui prouiderent ne quis temerè ad Arcam propius accederet, turbamque summoneret. Arcam proxime præcedebant novem sacerdotes, quorum duo erant principes sacerdotum Abiathar Pontifex & Sadoc, vterque cum vestibus, omnique ornatu suo; septem autem reliqui tubis coram Arca clangebant, quas apparet fuisse argenteas, quorum vsus erat in Iubilæis. Hos autem antecedebat non exiguus sacerdotum numerus, qui partim cum Leuitis canebant, partim crebris sacrificiis operam dabant.

Leuitæ porro distributi erant in septem choros, diuisi in ordines duos, quorum prior, constans tribus choris, antecedebat Arcam, quatuor sequebantur, & variis omnes musicis instrumentis, vocibusque Dei laudes concinebant. Tota autem pompa lentè admodum procedebat, quod sexto quoque passu sacrificia fierent è singulis choris, per sacerdotes qui in illis erant. Itaque quod in 2. Regum dicitur immolatus bos vnus, cum vno ariete, in primo autem Paral. septem tauri & totidem arietes, nulla est repugnantia. Nam prior locus docet quid fieret in singulis choris, posterior quid in omnibus simul. Cum ergo Arca Domini sex passibus cum vniuersa pompa processisset, Arca super præparatam mensam aulae instratam imponebatur, statimque suum à singulis choris sacrificium fiebat, in altari, quod in eum vsus commodè circumferri posset, boue vno, qui modo taurus, modo vitulus appellatur, & vno ariete immolato: sicque Deus frequenti sacrificio honorabatur, & tanto populo epulum, de tot pacificis hostiis, parabatur.

1.7. Ant. c. 4.

V. Quis pōpā modus, & apparatus, 1. Paral. 15. 3.

VI. Septem chori Leuitarum.

2. Reg. 6. 13. 1. Paral. 15. 26.

Et septena sacrificia.

Personarum

VII. Alacritas Leuitarum & Dauidis.

An indutus vestitu Leuitico. 1. Paral. 15. 27.

VIII. Arca sacrificiis honoratur. P. sal. 28.

1. Paral. 16. 1.

2. Reg. 6. 40.

2. Paral. 2. 4.

1. Paral. 6. 49.

IX. David populo benedixit, ac benefecit. 1. Paral. 15. 5.

Num. 6. 23.

Deut. 12. 18. 19.

Personarum hilaritas in tanta celebritate facile per se intelligi potest, eam tamen Scriptura innuit, partim in Leuitis, qui nominatim à Domino dicuntur *adiuti*, id est mirabili alacritate perfuncti, in Arca humeris ferenda, Deo id agente, vt clarè agnoscerent gratam sibi esse hanc Arcæ gestationem, præ vestatione præcedenti: partim in Dauid, *qui indutus stola byssina, saltabat rotis viribus ante Arcam*. Nec tamen existimandum est Dauidem, qui honorandi Numinis causa regias vestes deposuerat, non reformidasse Deum offendere, in vsurpando cultu vestituque Leuitico. Nam legitur, *Porro Dauid erat indutus stola byssina, & vniuersi Leuitæ, qui portabant Arcam*, quam stolam mox Ephod lineum interpretatur. Verum cum Leuitis nullæ propriæ vestes assignatæ essent, potuerunt Laici, modo ne in contemptum Leuitici status, iisdem cum illis vti vestibus, vt pote non sacris: qualia sunt quæ dicuntur superpellicea, quibus etiam non clerici nunc vtuntur, sine culpa aut reprehensione cuiusquam, præsertim in supplicationibus & pompa solenniore; qualem vidimus Parisiis non semel, cum S. Genouefæ ipsana, à Laicis in stola byssina, multo cum apparatu deferrentur.

Constituta Arca in nouo Dauidis tabernaculo, obrulit Dauid holocausta & sacrificia pacifica, coram Domino, sed & populum ad eadem pietatis officia inuitauit, psalmo in id composito, qui inscribitur, *Psalmus Dauid in consummatione tabernaculi*, cuius initium est. *Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum*. Neque frustra inuitauit; nam etiam ipsi obtulerunt holocausta, & pacifica coram Domino. Ex quo etiam consequens est ante tentorium Arcæ sub dio excitatum fuisse altare nouum holocaustorum, in quo victimæ imponerentur, ad quod sanguis hostiarum funderetur, in quo tum adipes, tum totæ victimæ exurerentur, cæteraque legitima rite perficerentur. Nam altare æneum, quod Moïsi iussu fabricatum erat à Beseleel, in Gabaone remansit, vt Scriptura testatur primo Paral. decimo sexto, & initio secundi. Erexerit quoque Dauid, in hoc nouo tabernaculo, altare thymiamatis, & super vtrumque altare filij Aaronis adolebant incensum, vt est in 1. Paral. cap. 6.

His peractis benedixit Dauid populo in nomine Domini exercituum, id est salutauit eum, laudauitque de adhibita opera in honoranda Arca Domini, tam exhibendo præsentiam supplicationi, quam sacrificiis religiosè offerendis. Sed nec Pontificem Abiatharem isti muneri tam solenni die defuisse credendum est; præsertim cum extaret in lege præscripta formula benedictionis. Dauid porro non verbis tantum populo benedixit, sed rebus ipsis ad conuiuandum benignè fecit. Nam diuisit vniuersis, per singulos à viro vsque ad mulierem, tortam panis, & partem affæ carnis bubulæ, & frixam oleo simillam, id est laganum. Sicque dimisit populum in domos suas. Videtur tamen primarios quosque viros excepisse conuiuio, de sacerdotibus præsertim ac Leuitis; iuxta Domini mandatum.

In ordinariū porro Arcæ cultum distribuit Dauid officia sacerdotibus ac leuitis, vt capite decimo sexto 1. Paral. perscriptum est. Eos enim bipertito diuisit, vt alij apud Arcam Domini in arce ministrarent, alij in excelso Gabaonitico. Prioribus præfecit Asaph Leuitam, posterioribus Sadocum sacerdotem. Vtriusque autem præpositum fuisse Abiatharem pontificem dubitandum non est. Nihil enim à Dauid, toto regni sui tempore circa eius dignitatem innouatum est. Sacrificia porro, quæ vtrouique fiebant, ita distinguunt Tostatus, vt Gabaone illa fierent quæ erant ordinaria atque legitima; in ciuitate vero Dauidis, quæ erant vtiua, aut priuata deuotionis. Sed iam dudum tempus est vt Dauidem reducamus domum, vt benedicat domui suæ, id est, quod præsentī celebritati consentaneum est, cum domesticis & amicis & primariis viris, vt ante dixi, lætus epuletur.

At Michol, quæ domi substiterat, cum prius Dauidem saltantem contempisset, conceptum animo dolorem diu retinere non potuit, sed cum venienti marito officiosè, vt par erat occurrisset, cum prima salutatione. *Quam gloriosus*, inquit, *fuit hodie rex Israël, discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est, quasi si nudetur vnus de scurris*. Ironicam locutionem omnes sentiunt. Michol quæ saltantem contempserat, nunc denudatum reprehendit, eique reprehensionī Caietanus & Abulensis patrocinantur. Non tamen conuenit existimare Dauidem in hac non ioculari, sed religiosa saltatione, immemorem fuisse honestatis; aut non satis prouidisse, ne contra eam casu aliquo peccaretur. Et quamuis non desint, quæ pro Michole dici possint, quæ nullo in Dauidem deteriore motu ferebatur, quem iam pridem constanter, etiam cum paterna offensione dilexerat: in culpa tamen eam fuisse dubitari non debet, cum eam Deus ea castigatione punierit, quæ principibus sceminis solet esse grauissima, vt fructu coniugij perpetuo caruerit. Quæ pœna fuit in Michole acerbissima, quod cum esset regis Saulis filia, & prima vxorum Dauidis, non temerè sperabat, vnum aliquem de filiis suis, in regium Dauidis solium aliquando euectum iri.

Dauid autem acceptam hanc à muliere contumeliam tacitus non tulit, siue quia in Dei iniuriam redundabat, siue quia & regis erat, & coniugis vxorem arguere delinquentem. Factus autem videtur ex muliebri irrisione commotior, vt qui statim à iureiurando exordiat. *Ante Dominum*, inquit, siue, viuit Dominus, *quia ludam ante Dominum, qui elegit me potius, quam patrem tuum, & quam omnem domum eius*. Abiicere se vult, non coram hominibus, quorum factus est princeps, sed coram Deo, & in eius gratiam, qui ipsum extulit in in apicem humanæ dignitatis. mulieris autem factum comprimit, quam fiducia generis audaciorē reddiderat, dum illi exprobat diuinam, tam parentis eius, quam vniuersæ illius in posterum familiæ, reprobationem. Tantum

X. Cultus Dei in Sion & in Gabaon.

2. Reg. 6. 22. & 1. Paral. 16. 1. 5. & 15.

XI. Michol arguit Dauidem.

2. Reg. 6. 20.

An recte.

XII. Dauid eam vicissim reprehendit.

2. Reg. 6.

Nec eū pœnizet, humilitatis suæ.

autem abest vt Dauidem pœniteat, vltro susceptæ ad Deum honorandum humilitatis, vt eam etiam amplificare constituar. Ludam, inquit, & vilior fiam, plusquam factus sum, & ero humilis in oculis & æstimatione mea, quantumvis alij me, meaque efferant, atque depreciantur.

XIII. Consilium Dauidis de templo.

Conceptus porro à Dauide in Arcæ translatione deuotionis feruor, eiusdem zelum diuini honoris accendit, & ad aliquod longe præstantior pro diuinæ maiestatis cultu audendum incitauit. Id consilium ad hoc tempus pertinere, tum res ipsa per se, tum series sacræ narrationis persuadet: faterurque Abulensis hoc loco, consilium de templo ædificando breui à Dauide susceptum, post Arcam in Sione collocatam. Occasio fuit requies illi data diuinitus ab vniuersis inimicis suis; causa religiosa voluntas Deum honorandi, colendique magnificentius, quando illum tam liberalem erga se hæcenus esset expertus. Infitia porro pietas ea comparatione acuebatur, quam verba illa continent, quæ dixit ad Prophetam Nathan. *Vides ne quod ego habitem in domo cedrina, quod scilicet attinet ad materiam ligneam, & Arca Dei posita sit in medio pellium?* Tam sollicitus est diuini cultus religiosissimus princeps, ipsum vt prophetam, omnesque sacerdotes, quorum maxime munus erat ista cogitare, & regi suggerere, ipse præueniat, & ad quandam sui reprehensionem pertinere arbitraretur, quod ipse magnificentius, quam Deus ipse habitare videatur.

XIV. Id cum Nathaue communicat.

Fuit hic Nathan non filius Dauidis ex Bersabæa, quæ nondum Dauidi nupserrat, sed vnus de prophetis, quo Dauid familiariter utebatur. Itaque iure familiaritatis & amicitia, Dauid desiderium suum cum eo communicauit, vt amici inter se solent. Non consuluit autem tanquam prophetam, vt per eum Dei voluntatem exquireret; alioqui præceps fuisset eius responsio, nec regis voluntati satisfecisset; sed eo potius animo illi mentem suam aperuit, vt rem sanctissimam, minimè que dubiam, iunctis ambobus consilijs, viribusque promouerent. Nathan ergo prima specie probabilitatis allectus, ratus in re laudatissima de diuina voluntate nihil ambigendum esse. *Omne, inquit, quod est in corde tuo uade fac, quia Dominus tecum est:* quo scilicet inspirante ascendit in cor tuum ista cogitatio. Etsi enim noluit Dominus templum à Dauide ædificari, voluit tamen ipsum id velle, & spatio 30. ferme annorum, sumptus & materiam magnificentissimo templo præparare.

XV. Dominus autem improbat. 2. Reg. 7.

Non distulit porro Dominus patefacere prophetæ voluntatem suam, sed proxima nocte ab illo colloquio pluribus cum eo egit de iis, quæ Dauidi nunciari vellent. Totum porro Dei oraculum tribus capitibus continetur, negatione ædificationis, & gemina promissione, altera de familia Dauidica in perpetuum in throno regio conseruanda; altera de suscitando ipsi filio, à quo templum Domino ædificaretur. Cur autem à Dauide noluerit ædificari, ratio primaria est diuini beneplacitum; quod hæcenus viatoria domo contentus; vrbanam stabilem non desiderarit, nec adhuc ædificari cupiat, donec dederit Dauid. filium, cui id opus designauit. Nam bellicæ occupationes & sanguis iustus ab eo effusus, quæ alibi

Et qua de causa.

memorantur, causam adæquatam non continent. Ne porro hæc recusatio defectui diuinæ in Dauidem beneuolentiæ tribui posset, collata in eum beneficia memorat, quæ sunt totidem beneuolentiæ argumenta. Quibus additur illa quasi refendæ gratiæ causa, vt quoniam Dauid Domino voluit ædificare domum; Dominus illi vicissim se ipsi domum siue familiam regiam ædificaturam spondeat, eamque sempiternam; id est non qualis fuit Saülis, sed longissimi temporis. Accedit quod regnum Dauidis, post mille circiter annos, in spirituale Christi regnum transitorium erat, quod mansurum est vsque ad consummationem sæculi.

His respondens Dauid, totus in gratiarum actionem effunditur, promissaque confirmari postulat, nec frustra. Nam in vtilitatem nepotum exauditus est, quibus Dominus crebro percipit, *propter Dauid seruum suum.* Mirum est autem eum nullam extruendi templi facere mentionem, quod tamen eius animo vehementer infederat. Nimirum sentiebat rem immutabili decreto à Deo Salomoni reseruatam, quia tamen cupiebat templo aliqua ratione pro sua deuotione cooperari, locum exquisiuit, in quo excitandum erat, vt ex Psalm. 131. intelligitur, idque diuinitus accepit, atque adeo totam eius descriptionem, vt alacriter ad materiam eius multiplicem sumptusque præparandos incumberet; idque ex 1. Paral. c. 28. constat, eamque reuelationem ad hoc tempus pertinere Abulensis, Pinæda, aliique censent.

XVI. Dauid gratias agit Deo, de promissione perpetuæ familiariz.

Quid ei de templo reuelatum. v. 11. 19.

ANNVS MVNDI 2991.

DAVIDIS 12. ABIAATHARIS 17.

EVPALIS Regis Assyriorum 1.

Imperij 1060.

ANTE CHRISTVM 1062.

ASSYRIORVM imperio nouus hoc anno sufficitur Imperator, Eupales, Eusebio, Eupacmen Africano: vterque ei annos regni tribuit octo supra triginta. Sed hic ipsum ordine trigessimum quintum esse vult, ille autem, omittis 4. intermedijs, vt alibi notatum est, trigessimum primum. Vt autem Dauid intelligeret non tam ædificandi templi, quam belli gerendi tempus esse, mox post prædictum oraculum Deus multis eum bellis deinceps exercuit, vt circumpositos populos suæ ditioni subiiceret, in primisque Philisthæos; neque enim, quamvis Israëlitas pessimè odissent, tanta superbia roties victis fuit, & nuper gemino prælio superatis, vt Dauidem prouocarent; sed ipse è contrario, Dei nutu, tanquam reliquias Chananzorum, Philisthæos inuasit. Voluit quoque Dominus vt ex victoriarum manubijs, & omni hostili præda ingentes templi sumptus paulatim præpararentur, vt ex hoc ipso c. 8. liquet, quod Theodoretus quoque notauit.

I. Nouus Imperator Assyri.

Bella Dauidi imminentia. 1. Reg. 8.

v. 10. & 11. Psal. 131.

Quale autem & quantum fuerit hoc bellum contra Philisthæos, quam breue aut diurnum

vbi

Primum contra Philisthæos.

Quos reddit tributarios.

a In Trad. Hebr. b l. 7. c. 5.

III. Quam diurnum hoc bellum.

c 2. Reg. 11. 1.

I. Dauidis bellum contra Moabitas.

vbi & quomodo gestum, vel inchoatum, Scriptura præterit, belli effectum indicare contenta, & quidem obscure, ait enim. *Percussit Dauid Philisthæos, & humiliavit eos. Et tulit Dauid frenum tributi de manu Philisthæos.* Hoc frenum tributi Scriptura ipsa alibi interpretatur ciuitatem Geth, & oppida quæ ex ea quasi municipia pendebant. Ex quo suspicari licet Gethæos tributa nomine totius gentis exigere solitos ab Israëlitis, dum seruirent Philisthæis. Tributum autem frenum appellatur, quia eo populi tributarij, sicut equi freno continentur, dum pecunijs exhauriuntur ne bellum gerere possint. Vult autem Abulensis Dauidem omnem tributum penstationem sustulisse. Rectius tamen videtur Philisthæos gemina illa clade, quam ante quatuor annos pertulerant, afflictos nullum deinceps ab Israëlitis tributum accepisse; nunc autem tributa vicissim Dauidi pendere fuisse compulsos, quod sentit Iosephus, Serarius, Emanuël Sa. Quin etiam refert ex Hebræis Hieronymus à Dauide quinque Philisthæorum ciuitates subiugatas, & tributis oneratas. At Iosephus Scripturæ congruentius, quæ solius Gethæ, & filiarum eius meminit, ait bona agri parte mulctatos, eamque Iudæorum terræ contributam.

Quamvis autem non liqueat quando bellum hoc Dauidem tenuerit, recte tamen coniecere possumus plures in eo menses fuisse consumptos. Erant enim Philisthæi armis virisque præpotentes, & ciuitates habebant munitissimas, quæ post aduersum aliquod prælium, obsidionem diu ferre poterant: Et nunc pertinacius pugnabatur, quod de subeundo iugo seruitutis, & accipiendo freno agebatur, ab iis, quos iam frequenti ac diurna præferant seruitute. Itaque facile possumus hunc annum isti expeditioni tribuere. Cum enim Dauid non ex necessitate pugnaret, sed tempus sibi pro arbitrio assumeret, vt significatur in bello quo aduersus Ammonitas pugnauit, post aliquot menses in bello positos Hierosolymam ad hyberna reuertebatur, rescindi militis & regendi populi causa, donec apperente vere, quo solent reges ad bella procedere, nouam ipse expeditionem susciperet.

ANNVS MVNDI 2992.

DAVIDIS 13. ABIAATHARIS 18.

EVPALIS 2. Imperij Assyri. 1061.

ANTE CHRISTVM 1061.

EVGNATVM est hoc anno contra Moabitas iuxta rationem temporis, quæ paulo ante stabiliuimus, & bellum ab occiduis finibus Hebræorum, ad orientem trans Iordanem, vbi Moabitæ & Ammonitæ habitabant, traductum est. Belli huius causam non facile est reperire, grauem tamen aliquam intercessisse necesse est, ne Dauidem crudelitatis accusare cogamur, qui in eos seuerius multo, quam in Philisthæos animaduertit, à quibus tot iam clades acceperant, & noua perpetuo bella suscitabant. Præsertim cum Moabitæ

optimè de Dauide meriti viderentur, vt qui vtrumque ipsius parentem, tutum apud se incolumemque seruauerant, eo præsertim tempore, quo eum Saül nullo in loco quietum esse pariebatur. Abulensis causam ab altiore aspectu initio, ex ipsa videlicet lege Mosæica, in qua iubentur Israëlites pacem cum Moabitibus & Ammonitis nunquam facere, quia noluerunt, inquit, vobis occurrere cum pane & aqua in via, quando egressi estis de Ægypto. Sed addiderunt ad hanc inhumanitatem, conductum Balaam pseudopropheta ad maledicendum Israëlitis. Addere potuit & nefarium eius consilium, ex quo grauius damna importata sunt in Hebræos, & nominatim cædes 24. millium Israëlitarum. Ergo tam ex legis præcepto, quam ex hoc damno illato, potuit Dauid eos bello perere, sibi que subiicere. Quamquam nouam aliquam iniuriam interuenisse apparet, Deo permittente, vt muscæ morituræ candellam extinguere conarentur.

Percussit ergo Dauid Moab, & mensus est eos funiculo coaquans terræ, Mensus est autem duos funiculos, unum ad occidentum, & unum ad orientem; factusque est Moab Dauidi seruus sub tributo. Hæc tantum Scriptura hoc de toto bello. Quæ verba satis obscura sic interpretatur Iosephus, *In Moabitis bellum traduxit, eorum copias ita concidit, vt tertia tantum pars superesset, quam in deditionem accepit, eisque annum tributum imposuit. Et hoc allegorice dictum, ait Beda, significans quod in sua potestate haberit, nullo vtiq; contradicente, quos eorum neci daret contumaces, quibus parceret subiectis, sic ipse, qui & funiculum sortem interpretatur. Vt scilicet sorti dederit victos, & in quos fors talis caderet, morti daret, in quos autem fors alia incideret, viuos relinqueret, sed tributarios.*

In hoc porro bello Moabitico egregiè se gessit Banaïas filius Ioiadæ, qui in secunda triade fortium Dauidis secundus fuit, & percussit duos leones Moab, id est interprete Hieronymo, duos fortissimos viros qui Moabitas tuebantur, iste, inquit Iosephus, prouocatus à duobus fratribus, virtute inter Moabitas illustribus, vtrumque confecit. Hæc porro omnia breui quidem verborum compendio à Scriptura narrata sunt, non tamen breui admodum tempore perfecta videntur. Dauidis enim in eos seueritas maiorem eorum in resistendo obstinationem videtur indicare, præsertim si eorum arces dirutæ, & solo æquatæ sunt, vt nonnulli crediderunt.

ANNVS MVNDI 2993.

DAVIDIS 14. ABIAATHARIS 19.

EVPALIS 3. Imperij Assyrior. 1062.

ANTE CHRISTVM 1060.

DECIMVS quartus Dauidis annus rem ab eo contra Syros gestam continet, tam Syros Sobæ, quam Syros Damasce: cratque vtraque Syria contermina dimidiæ tribui Manassæ trans Iordanem. Syria quidem Soba, quæ & Cæle-

Quæ belli causa. 2. Deut. 23. 3. 4.

b Num. 25. 9.

II. Quanta clade affecti.

c l. 7. Ant. c. 5.

III. Banaïæ egregia in hoc bello virtus. d 2. Reg. 23. e In Trad. 2. Reg.

I. Dauidis bellum contra Syros Adatezæ.

Syria, & caua Syria dicta est, ex orientali parte, Syria vero Damasci versus Septentrionem. Cum ergo Adarezer rex Syriæ Soba proficisceretur versus Euphratem, vt eam sibi regionem vindicaret, inuasit eum Dauid, & ingenti clade affectit. Sed quæ belli causa, quæ hominibus probari posset, ne tyrannus audiret aut prædo, potius quam Imperator?

I. I. Quæ belli causa.

2. Reg. 10.

Crediderim hunc regem armis, viris, diuitisque potentem, cum haberet suspecta Dauidis incrementa, vt vluuenit vicinos inier principes, Moabitibus auxilio venisse contra Dauidem, quos, sicut & Ammonitas, habebat quasi pro muro aduersus Israëlitas. Itaque iis defendendis suum se regnum defendere, atque in tuto collocare arbitrabatur. Quæ etiam causa fuit cur, quamvis magna clade affectus fuisset hoc tempore, non mulco post Ammonitis contra Ioabum auxilio fuerit. Accedit quod diuina prouidentia tam suauiter Dauidis arma, pugnâque disposuit, vt quos populos volebat à Dauide subiugatos, ab iis permitteret, belli etiam humano iudicio legitimi, iustam causam dari.

III. Belli apparatus utrimque.

Magnum fuisse utrimque belli huius apparatus duo docent, primum quod alter magnam cupiebat regionem ad Euphratem recuperare; alter illum ipsum magnis instructum copiis inuadere; alterum magnitudo cladis, de qua mox diceretur. Quidam pugnatum putant circa Euphratem. At probabilius est circa eas vrbes exercitus fuisse congressos, quæ mox Israëlitis prædæ patuisse dicuntur. *Cepit autem Dauid, vt est in 1. Paral. mille quadrigas eius, & septem millia equitum, ac viginti millia virorum peditum, subeneruauitque omnes equos currum, qui scilicet ex vulneribus inutiles erant, exceptis centum quadrigis, quas reseruauit sibi.* Verum hæc clades non paulo minor ponitur in 2. Regum, sed ea loca in Annalibus conciliantur.

IV. Syri quoque Damasceni vincuntur. c. 18. 5.

Venit quoque Syria Damasci, vt præsidium ferret Adarezer regi Soba, Adado rege Duce; sic enim eum vocat Iosephus cum Nicolao Damasceno. *Et percussit Dauid de Syria Damascena viginti duo millia virorum.* In 1. Paral. Dicuntur Damasceni isti superuenisse ad auxilium ferendum Adarezer. Tardius tamen venisse videntur, quam vt se cum præcedentibus coniungere possent, siue Dauidis industria coniunctionem anteuertentis: siue Domini prouidentia aliorum aduentum retardantis, vt seorsim facilius debellari possent, nec alij alijs opè ferre. Nec credibile est omnes istos Damascenos, qui à Dauide percussi dicuntur, ad vnum interfectos. Erant enim admodum fugaces, vt in eo bello intellectum est, quo Ioab pugnavit contra eos. Vfus porro victoria Dauid, Damascenos istos sua clade conterritos, antequam sese colligere possent persecutus, totam Syriam Damasci occupauit, & posuit in ea præsidia. *Faciliusque est Syria Dauidi seruiens sub tributo.*

2. Reg. 10. 14.

V. Spolia Syrorum aurea. 1. Paral. 18. 7.

Et tulit nihilominus in præsentia arma aurea, pharetras explicat liber Paral. In Hebræo vtroque habetur scuta aurea, id est plurimo auro ornata, atque illusa. Nam arma ad offendendum, aut ad defendendum idonea ferro, quod domat omnia, melius quam auro confluunt. Quæ hæc scuta aurea non erant seruorum, sed hæc scuta aurea non erant

gestabantur ab eis coram rege, ad ostentationem magnificentie eius, vt ex Hebræo intelligi potest; qualia & Salomon fabricatus est, illius fortassis exemplo. Abstulit quoque Dauid ex ciuitatibus Adarezer ingentem vim æris, de quo *fecit Salomon mare æneum, & columnas, & vasa ænea, vt habet liber Paral.* Abstulit quoque magnam auri argentique copiam, vt Iosephus asserit, & res loquitur ipsa per sese, eum qui scutis vteretur aureis, non ignobiliore abaco vsum fuisse. Bello itaq; contra Syriam feliciter confecto, Dauid domum victor reuertitur, gloria & diuitiis vehementer auctus: relictis tota Syria validis, crebrisque præsiidijs, maiore etiam sui nominis terrore, ac felicitatis metu. Quippe cui Dominus aderat in cunctis quæ aggrediebatur, quem conseruabat ac iuuabat, nemo vt hostium ei nocere posset, nemo se ab eo incolumem conseruare.

3. Reg. 10. 11.

1. Paral. 18. 8. 7. c. 6.

VI. Thou rex Emat cum muneribus Dauidi gratulatur, & quærit amicitiam.

Mesopotamia Damascena.

Quæ causa fuit, vt Iosepho placet, cur rex Emat nomine Thou Dauidis amicitiam expetierit. Misit certe, vt ex Scriptura constat, legationem honorificam, quam Ioram filius eius obiit, vt Dauidem salutarer, eique victoriam non solum gratularetur, sed gratias etiam ei ageret: quasi accepto beneficio, inimico suo clade magna prostrato. Vt autem gratior esset legatio obtulit. Ioram Dauidi vasa aurea, argentea & ærea, quibus pacem redimere honorificè cupiebat, quæ Dauid in vsum destinati templi consecrauit. Ad hoc porro tempus pertinet Psalmus 59. vt ex eius inscriptione liquet; ex qua habetur, quod non est in historia, flammæ scilicet in domos iniectas, & pluribus in locis contra Syros igne sanitum esse. Ibidem etiam Mesopotamia Syriæ dicitur, quæ in 2. Regum Syria Damasci, & Syria fluminum Hebræico more dicitur, non à Tygri & Euphrate, sed à Pharthar & Abana, quæ sunt in Syria Damascena, vt olim dicebat Naaman Syrus.

ANNVS MVNDI 2994.
DAVIDIS 8 15. ABIATHARIS 20.
EVPALIS 4.
Imperij Assyriorum 1063.
ANTE CHRISTVM 1059.

IMPLETUR hoc anno illa Isaaci benedictio, quæ Iacobum Dominum constituit fratris sui Esau, vt notarunt Theodoretus, atque Procopius. Cur autem in hunc potissimum annum bellum Dauidis contra Idumæos cõiciamus, ex tota horum bellorum serie satis intellectum arbitror, ac probatum. Causam belli huius difficile est inuenire, etsi illud certo constare debet, Dauidem, virum religiosum ac timentem Deum, sine causa illud minime suscepisse. Ex loco tamen in quo pugnatum est, qui vallis Salinarum dicitur, estque in tribu Iuda, ad extremum maris mortui, aliqua coniectura duci potest Idumæos, diuina id permittente prouidentia, bello aggressos esse Israëlitas Salinarum

I. Bellum contra Idumæos. g. 24. in 1. Reg.

causa

causa. Hoc porro bellum variis ex rebus satis impeditum, vt in Annalibus latius explicatum est, in hunc modum arbitror esse confectum, conciliatis omnibus Scripturæ locis, in quibus de hoc bello agitur.

II. Quomodo confectum.

2. Reg. 8. 13. 14. 1. Paral. 18. 12. 1. 3. Reg. 11. 15. 16. Psal. 59. in titul. 10. Ieph. 1. 7. c. 6.

Bello itaque Idumæos inter atque Israëlitas conflato, Ioab princeps militiæ fratri suo Abisai gloriam acquirere cupiens, eum in vallem Salinarum, cum copiis Dauidicis, contra Idumæos misit, & Domino exercituum, Dauidi, cuius auspicijs res gerebatur, fauente, victoria penes Israëlitas sterit, eoque prælio 18. Idumæorum millia periere, & reliquo populo tributum impositum est, ad quod exigendum, & Idumæos in officio continendos, præsidium militare positum est ab Abisai in Idumæa. At Idumæi, qui inuitissimè iugum Israëlitarum ferebant, nacti occasionem aliquam, incautum Israëlitarum præsidium interemerunt & seruitutis iugum præpropere excusserunt. Quo cognito Dauid ingenti mœrore super inopinata suorum clade affectus, Ioabum eò cum exercitu misit, qui interfectis præsiidijs suis iusta persolueret, & Idumæos castigatos restitueret seruituti. Ascendit eò Ioab, & sex mensium spatio ita attriuit Idumæos, vt omne masculinum deleret vsque ad duodecim millia. Quando Adad Idumæus, qui erat de semine regio, adhuc infantulus à fugitiuis seruis patris sui, delatus est in Ægyptum. Dauid autem in mœrore illo delecti suorum præsidij Psal. 59. composuit. Gemina porro expeditio contra Idumæos facile annum tenuit, cum posterior sex mensibus ibi Ioabum detinuerit.

ANNVS MVNDI 2995.
DAVIDIS 16. ABIATHARIS 21.
EVPALIS 5. Imperij Assyrior. 1064.
ANTE CHRISTVM 1058.

I. Administri Reipub. sub Dauide.

DERAT Dominus Dauidi pacem, tam domi cum suis, quam circumquaque positis regionibus, bello subactis Philisthæis ab occidère, Syris Damascenis à septentrione, Moabitibus & Syris Sophenis ab oriente, & proxime à meridie Idumæis gemina expeditione perdomitis, & sub conditione tributi seruire compulsis; cum adiecit animum ad inspiciendam iterum domum suam, & pacata Reipub. negotia tractanda. Id significat Scriptura cum ait: *Et regnavit Dauid super omnem Israël; faciebat quoque iudicium, & iustitiam omni populo.* Vtebatur autem in administranda Reipub. idoneis administris, quorum in re politica primarij duo erant, Ioab ipse ex sorore nepos, & Iosaphat filius Achilud, ille militiæ princeps, iste à commentariis; quem cum eodem ordine cum Ioabo collocetur, apparet eum grauiora regni negotia, quæ ad ius pertinebant, administrasse; itaque illum Gallicè vocaremus, *le Conestable*, hunc autem *le Chancelier*. Tertium vero qui scriba dicitur, *le Secretaire d'Etat*, nomine Saraiam, qui in 1. Paral. Susa dicitur.

2. Reg. 8. 15. & 1. Paral. 18. 14.

II. Num dno pontifices.

Iam quod ad rem sacram pertinet Sacerdotes memorantur Sadoc & Abiathar, quos non

est credendum simul fuisse Pontifices. Nam Sadoc pontifex non fuit ante initium regni Salomonis, quando abdicatus est Abiathar, fuitque tantum hoc tempore Archi-presbyter, factus in Gabaone administrandis, summa sacrorum cura apud Abiatharem residente, & in domo Domini, quæ erat in Sione, cum vestibus pontificis, apud regem commorante, vt nulla sit necessitas hoc tempore biceps apud Hebræos constituere Sacerdotium: vt alio quoque loco dictum est, sed solum Abiatharem Achimelechi filium Cerethi autem & Pheleti, quibus præpositus erat Banaias filius Ioiadæ, videntur fuisse duæ cognationes militum, qui nunquam discedebant ab aula regis, quod illis regij corporis custodia commissa erat, vt ait Iosephus; quales sunt apud Galliæ regem Scotorum atque Heluetiorum præsidia. Hos autem Cerethæos & Phelethæos, plurimos fuisse, constat ex eo, quod eorum legiones à Scriptura memorantur in Hieronymi versione: filij autem Dauidis erant aulæ principes. Sic enim Sept. Sacerdotes hoc loco interpretantur.

1. Par. 18.

an. Dan. 11. n. 10.

Qui Cerethi & Pheleti.

1. 7. c. 6. & 11.

1. Par. 18. 17. ab' d' g' x' m.

His ita ordinatis, ait Iosephus, venit illi in mentem amici quondam Ionathæ, foederisque mutui, quod inter eos intercesserat: simulque ad circumstantes, *Putasne, est aliquis qui remanserit de domo Saul, vt faciam cum eo misericordiam propter Ionatham?* Etsi autem domum Saulis vniuersè dixerit, eius tamen animus erat Ionathæ posteritati benefacere, non cæteris. Itaque cum Siba rogatus filij Ionathæ meminisset, nihil ultra requirens eum accersiri iussit. Et postea cum quærendi essent filij Saulis ad mortem, Dauid solis Ionathæ filiis pepercit. Accersitum ergo Sibam, quem Saulis libertum vocat Iosephus, & profelytum fuisse significat, rogat Dauid num quis supersit de Saulis domo, de quo ipse bene mereri posset in gratiam Ionathæ. Cui Siba respondit superesse Miphibosethum filium Ionathæ, eumque pedibus debilem, qui nunc vigesimum circiter agebat annum, cuius Machir nutritus erat, vir insignis ex antiqua familia Machir filij Manasse patriarchæ; quem videtur Isbosetho mortuo, metu Dauidis, patronum ac protectorem sibi assumpsisse.

III. Dauid miseretur Miphibosetho propter Ionatham.

2. Reg. 9. 1.

Qui metus nunc quoque perseuerabat, ne Dauid Saulis familiam, sibi olim infensissimam, veller excindere, vt sæpe noui principes facere solent. Timidum quoque reddebat propria debilitas. Itaque cum primum venit in conspectum Dauidis, *corruit in faciem suam, & adorauit.* At Dauid serena facie, & exporrecta fronte, *Miphiboseth? Qui respondit, Adsum seruus tuus. Et ait ei Dauid, ne timeas, quia faciens faciam in te misericordiam, propter Ionatham patrem tuum.* Et quidem magnam, vt qui omnes agros Saulis: qui scilicet sisco erant addicti, se illi redditurum spondeat. Qua in re alijs filiis Saulis non faciebat iniuriam, cum Miphibosethus esset filius primogeniti, & ad eum hæreditas deuolueretur. Sed ea misericordia non contenta Dauidis humanitas, hominem regio. conuictu & familiaritate hbnorat: addit enim. *Tu comedes panem, inquit, in mensa mea semper* Quam liberalitatem Miphiboseth summa vt debuit, cum veneratione atque humilitate recepit.

VI. Eiusdem metus, eiusque causa.

Liberaliter agit cum eo Dauid.

Addit

V. Et Sibam eius procuratorem constituit.

Addidit etiam David mandata Sibæ in gratiam eius. Primum ut provideat, ut domus & agri Saulis è fisco, aliorum ve possessorum manibus recipiantur, & deinceps quasi propria à Miphibosetho possideantur. Secundo ut villiatio agrorum suscepta, omnes reditus Hierosolymam ad eum referat, ut ex illis tam sibi quam familiæ suæ, habebat enim iam uxorem, & filium nomine Micham, prospiciat de necessariis pro conditione sua, excepto tamen victu, quem deinceps apud regem perpetuo sumpturus erat. Eam procuratorem ex Regis imperio Siba suscepit, & factus est procurator eius, cum filiis ac servis suis.

VI. Naas Rex Ammonitarum moritur.

Dum hæc Hierosolymis aguntur contigit Ammonitarum regem amicitiaæ fœdere cum Dauide coniunctum mori. Tostatus coaluisse putat amicitiam, ex eo quod Naas esset inimicus Saulis, ut pote ingenti ab eo clade affectus initio regni sui, idemque Dauidem hostiliter persequeretur. Qui autem vnus eiusdemque sunt hostes, facile inter se conueniunt, ut coniunctis animis viribusque, contra communem roborentur hostem. Contigit quoque filium eius in regnum paternum succedere; ad quem propterea David legationem honorificam, indicem beneuolentiæ consolationis causa mittendam putauit; sed ea grauissimo bello occasionem præbuit. Videtur autem legatio, sicut & bellum ipsum, ad sequentem annum pertinere, ut paulo post dicturi sumus.

ANNVS MVNDI 2996. DAVIDIS 17. ABATHARIS 22. E V P A L I S 6. Imperij Assyrior. 1065. ANTE CHRISTVM 1057.

I. Deus Ammonitas punit.

QVI nuper Moabitarum scelera iusta per Dauidem animaduersione puniuerat, eorum fratres Ammonitas peccatis non dispares per eundem hoc tempore castigare aggressus est. Ad hunc enim annum nos rerum series ipsa, & spatium temporis rebus agendis necessarium, & ordo sacræ narrationis deduxit; Annum Sabbaticum ordine quinquagesimum nonum, quem religio sit dubitare, Dauide pacificè regnante, religiosè fuisse obseruatum. Huic porro bello officiosa Dauidis humanitas occasione dedit, causam autem Ammonitarum suspiciosa temeritas, & iuris gentium, in legatorum iniuria, violatio. David enim memor acceptæ ab Ammonita rege gratiæ, officij sui credidit esse mittere consolatores ad filium defuncti regis. Eam gratiam Hebræi apud Hieronymum interpretantur, quod cum David à facie regis Achis simulata stulticia fugit, contulit se ad regem Naas, ibique beneuolè acceptus est, priuquam veniret ad speluncam Odollam. Quod illi non improbabiler dicunt. Demereri enim voluit rex ille fortissimum iuuenem, ut eo propugnatore contra Saulem, à quo debellatus fuerat, vteretur, & Israëlitarum opera Israelitas videretur.

Occasio, & causa belli.

II. Legatio à

Sequitur ergo David fieri posse ut Ammonitarum hostes, capta occasione regni à verera-

no principe ad adolescentem translati, sinistram aliquid in eum molirentur, ideoque vltro illi suam operam obtulit, si res ita ferret. Quod cum legati prolixè fecissent, & amanter à principio accepti essent à iuniore principe, ipsum mox improbi homines malitiosè peruerterunt, iniustissima calumnia Dauidem onerantes, quasi per speciem officij, exploratores pro consolatoribus misisset. Cui calumniæ rex temerè fidem adhibens nulla inquirendæ aut eliciendæ veritatis cura collata, nullo accusatis de tanto facinorè dato loco defendendi sui, nulla prius ad Dauidem querela delata, quasi scelcris conuictos damnauit, & ignominiosæ pœnæ subiecit. Tulit enim legatos Dauidis, rarisque dimidiam partem barbæ eorum, & præscidit vestes eorum medias vsque ad nates, & dimisit eos turpissimè irrisos, atque pudefactos. Qui cum non auderent se conspectui regis & populi sistere, ut nouam in populo suo confusione vitarent, rem totam regi per nuncios exposuerunt. Quo cognito iussit David eos in Iericho subsistere, dum barbæ eorum & cæsaries crescerent; nam etiam in lib. Paral, decaluati dicuntur.

Dauide, in deteriore partem sumitur.

Legatique temerè violantur.

1. Par. 19. 4

III. Ammonitæ bellum parant & Syros in auxilium vocant.

Interea cum non dubitarent Ammonitæ; se tantam iniuriam Regi potenti & bellicoso factam non impunè luros, ingentes Syrorum copias, mille talentorum argenti mercede conduxerunt. Quæ summa si talenta Hebræa fuerunt ascendit ad quatuor millones, centum & 25. millia Francorum. Hac primum multa punitus est scurrilis Ammonitarum ludus, sed mox ludum multo magis serium ludent. Syros porro conduxerunt, iam infensos Dauidi, qui hanc occasionem excutiendi iugum Israëlitarum auidè arripuerunt. Cum ergo David cognouisset Ammonitas non de reparanda, sed de augenda iniuria cogitare, nihil omni eorum apparatu territus; misit Ioabum aduersus eos, & omnem exercitum bellatorum. Non dicitur congregasse, sed misisse, nimirum quos habebat ad manum, puta turmam 24. millium, qui eo mense apud Dauidem in armis erant. Id colligi potest, partim ex eo quod hostes Dauidis exercitum tanquam exiguum concludere voluerunt: partim ex eo quod postmodum David dicitur contraxisse omnem Israël, cum maioribus copiis pugnandum fuit contra Syros, qui trans Euphratem habitabant.

Mittitur in eos Ioab cum exercitu. Ibid.

2. Reg. 10. 17.

IV. Prodeunt contra ipsi Ammonitæ, eorumque consilium.

Aduentu Israëlitarum cognito, Ammonitæ qui se in vrbe regia continuerant, siue ut recentes contra hostem ex itinere fatigatum depugnarent, siue ut si quis id casus aduersus tulisset, facilem haberent in urbem receptum egressi sunt, & dirèxerunt aciem ante ipsum introitum portæ, Syri autem seorsim in campo steterunt. Vtrorumque consilium fuit Israëlitas in medio positos ab Ammonitis à fronte, à Syris à tergo cedere. Quod præcauens Ioab, copias suas bipertito diuisit, & ipse, cum electis suorum copiis, instruxit aciem contra Syros, quos vidit difficiliter expugnatum iri. Reliquam autem partem populi tradidit Abisai fratri suo, qui direxit aciem aduersus Ammonitas. Sperabat Ioab Syrum, vehementi impressione floris ipsius totius exercitus sui impulsum celsurum loco, idque reliquis Hebræis animos daturum aduersus Ammonitas, eademque opera

Quod Ioab prudenter eludit.

timorem

2. Re. 10. 11.

V. Pugnat, fugiunt Syri, fugiunt & Ammonitæ.

Ioab redit ad Dauide.

timorem Ammonitis iniectum iri, ut reuera contigit. In omnem tamen euentum, *Si preualuerint, inquit, aduersum me Syri, eris mihi in adiutorium. Si autem fregit Ammon preualuerint aduersum te, auxiliabor tibi.* Quod si vtrique vtrumque nostrum superent? Respondit Ioab, *Dominus faciet quod bonum est in conspectu suo.*

Hactenus quatuor exercituum ad vnicum prælium apparatus. Nec distulit Ioab. Syros cum lectissimis legionibus ferociter inuadere. At *islatim fugerunt à facie eius.* Iosephus tamen ait illos aliquantisper restitisse, sed multis eorum cadentibus, terga vertere coactos fuisse. Dominus quoque pauorem in corda Syrorum, iniustum bellum fouentium infudit, ut vix benetentato prælio, quasi ceruis cum leonibus res foret, quamprimum auerterentur in fugam. *Filij autem Ammon videntes Syros fugisse, fugerunt & ipsi à facie Abisai, & vere à facie Ioabi quoque, quem fulminis instar contra se superuenturum credebant; & inuitabat ad fugam tutus & facilis in ciuitatem receptus.* Non additur magna ne fuerit hostium strages: non magnam fuisse credibile est, & fuga morri subtractos. Ioab quoque numero militum inferior, nec præsidis ad obsidendam urbem regiam necessariis satis instructus, victoria contentus Hierosolymam reuertit, ut in hybernis de hoc bello per otium cum Dauide communicaret.

ANNVS MVNDI 2997. DAVIDIS 18. ABATHARIS 23. E V P A L I S 7. Imperij Assy. 1066. ANTE CHRISTVM 1056.

I. Bellum contra Syros redintegrat.

REBINTEGRATVM à Syris hoc anno bellum id agētibz Ammonitis, ex sine narrationis eius intelligitur, vbi dicitur non ausos vltra Syros auxilium præbere Ammonitis, quomodo scilicet iam semel iterumque fecerant. Quamquam poterat Adarezer sponte sua conari priores reparare iacturas. Is ergo accersit auxiliares Syrorum copias, ab vltima vsque Mesopotamia. David autem hoc accepto nuncio totum contraxit Israël. Illi Euphratem transeunt, & veniunt ad Ammonitas; transit David Iordanem, & venit in Helam, quæ sine dubio nouum requirunt annum. Decimus octauus ergo Dauidis annus habet tertio instauratum à Syris bellum contra Dauidem, & tertio feliciter à Dauide gestum, & eorum tributaria seruitute terminatum.

II. Auspicijs Adarezer.

1. 7. Ant. c. 7.

Videntes igitur Syri, quod proximo anno coruissent coram Israël, ignauia non iniustam accusationem formidantes; aut præuariationis, ut qui vix inchoato certamine terga vertissent, ad eam ignominiam delendam *congregati sunt pariter*, illi ipsi, perpauca enim ceciderant. Sed misit insuper nuncios Adarezer, & euocauit Syros, qui erant trans Euphratem, & adduxit eorum exercitum ductore Sobacho militiæ suæ principe. Euocauit autem non imperio quasi subditos, sed pretio, ut ait Iosephus, quasi mercenarios. Numerati sunt au-

tem in hoc exercitu, ut ex numero fugitiuorum & occisorum colligitur, militum 1. 8. millia, præter septingentos currus, aut etiam septem millia, ut est in lib. Paralip. ut plane viderentur de summa rerum, & Orientis imperio velle decernere. Itaque David quoque contraxit vniuersum Israël, qui erat cis Iordanem, & cum eis venit trans Iordanem in Helam, vbi congregari putantur Israëlita, qui erant trans Iordanem: quos semper in armis esse oportebat, ut qui hostem haberent in ianuis.

1. 1. c. 19. n. 18.

III. Vincuntur & subiciuntur Dauidi.

Acriter vtrique aliquamdiu pugnatum esse, Syris præteritam ignauiam emendare studentibus, Hebræis partam gloriam retinere, atque amplificare cupientibus, cæsorum multitudo demonstrat. Sed infelices Syri non contra Dauidem solum, atque Israëlitas pugnant, sed habebant repugnantem Deum cum angelis suis, quorum opera concussi metu, atque in fugam acti sunt, malentes incertam vitam querere, quam certam mortem inuenire. In cæsorum numero difficultas occurrit, quam ex Annalibus studiosus Lector peret. Cum autem Sobachus princeps militiæ Syrorum dicitur occisus, coniectura est Adarezer, cæterosque regulos fuga sibi maturè consuluisse, & vitam tributaria seruitute redemisse; nec deinceps Ammonitis auxilio esse voluerunt. Hoc bellum appetente iam hyeme terminatum esse author est Iosephus, Dauide Hierosolymam ad hyberna reuertente.

num. 6.

1. 7. Ant. c. 7.

ANNVS MVNDI 2998. DAVIDIS 19. ABATHARIS 24. E V P A L I S 8. Imperij Assy. 1067. ANTE CHRISTVM 1155.

I. Ratio temporis.

NEGREDIMVR annum Dauidi, & populo eius multorum malorum seminarium, & vtrique luctuosum. Cum enim iam quadragesimum octauum annum vitæ, & regni decimum nonum inoffenso pede, aut certe sine vilo grauiore delicto decurreret, contigit illi hoc anno lapsus, quo & Deo inimicus, & in hominem iniustissimus factus est. Ad hunc enim annum adulterium Dauidis cum Bethsabæa, & Vriæ ad illud occultandum homicidium pertinere, tam ipsa singulorum annorum narrationis series, perenni hactenus filo deducta confirmat, quam consequentium etiam rerum apte congruens atque consentiens dispositio, quod ego firmissimum arbitror chronologicæ veritatis argumentum. Nec Pineda, nobis consentiens, aliter rationem temporis, quam ex rerum hactenus gestarum ordinatione, & temporis eis consociendis necessarij distributione confirmat.

II. Expeditio contra Ammonitas.

Nondum porro Ammonitæ pœnas dedebant violati iuris gentium, in contumelia legatorum Dauidis, non eas, ut cogitabant, euacuerant Syrorum opera, sed distulerant. Nunc autem tanto nudati præsidio, Israëlitarum videlicet vindictæ, prædæque patuerunt. Euoluto itaque anno, quo res cum Syro post pugnam à

Dauide

Daude composita est; anno sacro rursus in eunte, is enim cum vere sumit initium, & id tempus est quo Reges solent ad bella procedere...

Cogitavit ergo David unicum esse remedium occultando facinori, Vriam aduocare, qui vxore cognita suam esse crederet postea, quod erat alienum.

V. David in celando facinore elaborat

Regione vastata obfidetur Raaba.

III. David videtur Bethsabæam.

Dum hæc agebantur in castris apud Ammonitas, accidit ut David, qui remanserat Hierosolymis, surgeret de strato suo post meridiem, ubi se à prandio ad horam quieti dederat, & deambularet in solario domus regie...

Hoc omni sermone confecto, intulit David conclusionem quam maxime intendebat, & dixit ad Vriam, Vade in domum tuam, & lava pedes tuos; & egressus est Vrias de domo regis, securusque est enim cibus regis; in signum benevolentie singularis, re autem ipsa, ut hilarius lautiusque potu ciboque regio exceptus, ad voluptatem alliceretur.

VII. Vriam reuocat è bello.

Vriæ domus in arce.

1. Par. 11. 41.

2. Reg. 23. 34-39.

in Trad.

IV. Tentatur & vincitur.

Cupiebat porro David scire virgo-ne esset an vidua, & honesta-ne ex familia orta, nec-ne, ut eam reliquis vxoribus suis aggregaret. Sed ubi eam didicit matrimonio iunctam, ex pristina virtute animi, & inhabitante diuina gratia, videtur aliquantum à suscipiendo adulterij crimine, & inferenda in præstantem virum iniuria, retardatus. Mox tamen inualescente tentatione, & absentia coniugis inuitante, missis nunciis tulit eam: euocauit scilicet in regiam, ubi illa facile, regio splendore victa, muliebrem prodidit infirmitatem: quippe quam ne verbo quidem legitimus regie intemperantie restitisse.

Vrias contra persistit in proposito, irreligiosum atque indecorum affirmans Arcam Dei, & Ioabum, aliosque præclaros viros incommode versari in castris, se autem deliciis indulgere. Ex quo intelligitur Arcam Dei in castra delatam, etsi id prius significatum non fuerit, & idem in superioribus quoque bellis factitatum: cum Arca vero Abiatharem pontificem, aliosque Sacerdotes adiisse, ut exercitus diuina præsentia confirmaretur. Sed addidit etiam Vrias iusturandum de non adeunda domo sua, ut ab hoc proposito, religione prohibente, non liceret dimoueri. Nec tamen destitit Rex versare animo consilium expediendæ atque exequendæ deliberationis suæ, & quod à sobrio obtinere non potuit, ab ebrio obtinendum putauit; Ergo ad cenam inuitatum ad laxiorem potum cibumque adegit, ut ebrius iurisiurandi non recordaretur, & vino ad hilaritatem solutior Bethsabæam adiret. At Vrias, licet vino perturbatus, domum non adiit, sed rursus ad fores palatij, cum seruis Domini sui, dormiuit.

VII. Nec persuadetur adire vxorẽ.

Bethsabæa concipit, & mandat.

Videns

VIII. In bellum remittit interficiendum.

siue Ioabi culpa.

Cædis modus.

Psal. 50.

IX. Luctus Bethsabæa breuior.

l. 7. c. 7.

q. 25. in 2. Reg.

Et nouæ nuptiæ.

Videns ergo David hæc suscepra consilia optatum exitum non sortiri; statuit atroci facinore Vriæ domum vacuam facere nouis nuptiis. Scripsit enim ad Ioabum epistolam, quam ipsimet Vriæ perferendam dedit, ut eum dissimulanter gladio Ammonitarum interfici curaret. Credidit Ioab Vriam crimine aliquo in regem admissio, mortem esse commeritum. Velle tamen regem ita in eum animaduertere, ut simul eius honori parceretur. Non potuit tamen à sociis iussu regis in prælio deferri, quin apud eos de quopiam crimine, quamvis innocentissimus, suspectus haberetur. Apparet tamen ex Ioabi mandatis, & nunciij verbis rem aliter contigisse, & vsos hoc stratagemate Ammonitas, ut quoniam videbant Israëlitas longius extra reli iactum se continere, eos ad se propius facta eruptione pertraxerint, parata interim in muro telorum procella, quam percommode in subiectum hostem, nullo pene irrito telo effuderint, sicque plurimi cum Vria interfecti fuerint. A quorum cæde David minime immunis fuit, ut Abulensi, & Caietano placet? quo non male retuleris illam penitentis vocem, Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ.

Audiuit autem vxor Vriæ, quod mortuum esset vir suum, & planxit eum. Quam diuturnus fuerit hic luctus non satis constat, breuior tamen fuisse necesse est, ante contractas cum Dauide nuptias. Frustra enim tanto studio, imo tanto facinore quæsiisset David tegere adulterium, si nunc cæremonia diuturnioris luctus retentus, suum omne studium irritum fieri pateretur. Itaque Iosephus, ubi à mærore, inquit, & lacrymis destitit, sine mora eam rex coniugem sibi ascinit. Non ait post legitimos viduitatis menses, sed post legitimos mæroris & lacrymarum dies. Ita quoque sensit Theodoretus. Fuit & alia causa minuendi luctus, aut hore Festo, quæ forte apud Hebræos in vsu fuit, cum viduæ in splendidiorum familiam immigrabant, quod vocabant innubere, enubere autem si in humiliorem. Itaque rex facile lege vel consuetudine luctus diuturnioris à Pontifice solutus, quam primum decorè atque honestè potuit, introduxit Bethsabæam in domum suam, & facta est ei vxor: matrimonio, si viri cædem seponas, minimè accusando. Non enim lege vetitum fuit virò, mulierem adulterio à se pollutam ducere, & ratio exigebat ut mulieris famæ, cuius erat occultum facinus, consulere: & iniuria delibati pudoris, si qua tamen volenti facta erat iniuria, aut certe occisi mariti repararetur.

ANNVS MVNDI 2999.

DAVIDIS 20. ABIA THARIS 25.

EVPALIS 19.

Imperij Assyriorum 1068.

ANTE CHRISTVM 1054.

I. Nato filio adulterino

OPITA pene vel dormitante peccati memoria, David multos iam menses il-

lius dulcedine fruebatur, sed mox diuina superfundente se misericordia, vitiaræ radicis amarissimos cœpit degustare fructus. Nam Bethsabæa, decursis puerperij mensibus, peperit ei filium. Et quamvis admissum facinus iam à principio Domino displicisset, non tamen præ se tulit offensionem suam, & exigendæ vindictæ voluntatem, donec natus est ex adulterio filius. Tunc enim misit ad eum Dominus Nathan prophetam. Idque ex eius extrema oratione clarum est, ubi dicitur, filium, qui ei recens natus fuerat, in vltionem peccati, morte moriturum. Natus autem videtur sub festa Paschalia, utpote tribus circiter mensibus cœceptus, postquam Vrias cum Ioabo profectus fuerat in Ammonitidem. Natum autem cum magno Davidis gaudio, sequens de eius morbo tristitia, & desiderium retinendi eum in viuis, satis docet. Quo quid enim maiore cum luctu perditur, hoc vehementius diligebatur.

In noua igitur nouæ, eiusdemque dilectissimæ vxoris prole, lætitia perfusus incedebat David: & in eius argumentum conuiuia fortasse, ludôsque cogitabat; cum per visum nocturnum monitus Nathan, missu Domini ad regem venit, & comminatione ac sententia Numinis ad tempus dissimulata, blanda illum oratione, sub parabola formam aggreditur, ut in alieno exemplo, suam ipse culpam facilius agnosceret, atque damnaret; in qua non necesse est singula singulis respondere, sed satis est eam in eo quod maxime agitur conuenire, reliquis decoro seruientibus, quod in Euangelicis quoque parabolis dicendum est. Hic autem rei cardo erat demonstrare iniuriam Vriæ à Dauide factam. Vide itaque Prophetæ artificium. Primo principem suum reprehensionum insolentem suaui similitudine circumuenit, ut in aliena re agnoscat suam, & nihilominus cogitans, fiat iudex & condemnator sui. Secundo peccati grauitatem demonstrat ex persona Dei, contra quem peccat in primis, cui tam multis magnisque beneficiorum nexibus erat obligatus, quorum singula redderent ingratisimum. In quibus maxime eminent frequens liberatio à Saule, & datum regnum super vniuersum populum Dei.

Addere potuit fructuosissimam dominationem in nationes circunquaque positas, & eximias animi corporisque dotes, quibus factus erat Deo atque hominibus amabilis. Sed memorat aliud in hac exprobratione beneficium, beneuolum videlicet ac beneficium in eundem animum, etiam post tam grauiam crimina, perseverantem. Quia Dei tam inopinata charitate, perfoditur sine dubio ingenuus animus, pudore ingratitudinis in talem Dominum. Quem enim credimus Davidis, qui sortitus erat animam bonam, animum fuisse ad illa prophetæ, Deique verba, & si parua sunt ista, adiciam tibi multo maiora, vel alia atque aliam congeram in sinum tuum: donec multiplicatis multarum virtutum meritis, æterna te felicitate donabo. Augetur etiam peccati grauitas, ex occasione data infidelibus blasphemandi contra Deum, qui talem regem populo suo dederit. Augeri denique potuit ex persona Vriæ fortissimi atque innocentissimi viri.

Explicat postremo Propheta imminentes

Propheta regem adit.

2. Reg. 12. 1. 41.

II. Eius ad Davidem oratio plena prudentiæ. Ioseph. 1. 7. c. 7.

III. Exprobrat Dei beneficium.

Denunciat imminentes peccati pœnas.

admissi peccati pœnas, quæ non solum pœnæ sunt, quas infliget Dominus; sed etiam culpæ quas permittet. Primum ergo denunciat gladium pro gladio stringendum, domesticum pro Ammonitico, & pro bello exigui temporis, sempiternum. Vix enim lucida quædam pacis interualla; excepta periodo regni Salomonis, in tota regum, filiorum Davidis posteritate, à bellis immunia reperiuntur. Deinde prænunciat amissionem vxorum multarum, pro vnus acquisitione, & manifestum peccatum idemque multiplex, in pœnam vnus occulti, vt qui exprobrabilem fecit Vriam, eius vxore vitata, ipsemet reipsa in omnium oculis confundatur. Denique mortem filij adulterini prædicat, quæ intra septimum diem contigit, vt quamprimum gustate inciperet amarissimum calicem vini furoris Domini.

Agnoscit rex peccatum suum. Apolog. David. c. 2.

His auditis ingemuit ex animo David, simulque, *Peccavi Domino*, inquit. *Confessus ingemuit*, inquit Ambrosius, *culpa dolore, & Dominum dolor inimi mouit affectus, vt Nathan diceret. Quoniam pœnituit te, & Dominus abstulit peccatum tuum. Maturitas itaque venie profundam regis fuisse pœnitentiam declarauit, quam tanti terroris offensam traduxerit.* Sic ipse.

V. 2. Reg. 12. 15. Infantulus ægrotat, & quæ pro eo conseruado rex egerit.

Percussit porro *Dominus paruulum; quem pepererat vxor Vria David, & desperatus est.* Fabricula videlicet infantulum corripuit, & in vltimum vitæ discrimen adduxit, medicis de eius vita desperantibus. At David, qui iam incredibilem Domini erga se placabilitatem erat expertus, existimauit eum non difficilem fore in mutanda sententia contra innocentem lata, piarum orationum & afflictationum corporis interuentu. Itaque primum feruidam & continuam orationem adhibuit. Secundo ieiunium rigidum ac seuerum, quod illa iteratione verbi significatur, & *ieiunauit ieiunio.* Tertio lecto abstinuit, vigilia sese affligens, & si quid opprimenti fomno indulgendum fuit, *sacuit super terram.* Quarto domesticorum consuetudine abstinuit solitarius, *ingressus seorsum*, multoque magis publico caruit. Quinto vestitum & cultum regium deposuit, & lugubria induit vestimenta, quæ post infantis mortem deposuisse dicitur. Sexto sordidatus reorum in morem perdurauit lotionem & vnctionem reiecta. Sed hæc omnia Dominus maluit ad satisfactionem culpæ parentis ipsius, quam ad filij sanitatem valere.

VI. Moritur, Davidis æquanimitas.

Itaque mortuus est infantulus, post septimum ab ægrotudine diem, vt potuerit circumcidi, idque piis parentis operibus datum videtur. David autem diuinæ ordinationi acquiescens explorata per filij mortem eius voluntate, statim omnia luctus signa deposuit, nec rorem absterfit, & cum magna suorum admiratione, ad solitam vitæ consuetudinem rediit. Quin & domum Domini ingressus est, & adorauit, neque enim quidquam egerat, quo legalis immundicia contraheretur. Minime porro dubitandum est Bethsabeeam huius pœnitentiæ fuisse participem, quantum puerperæ status ferre potuit. Itaque mox Scriptura testatur Davidem eam consolatum fuisse, vt ipsa quoque de filio diuinæ dispositione ac-

Consolatur Bethsabeam, cuique de nascituro filio oraculo nunciatur. 1. Reg. 12. 24.

quiesceret. Quin etiam aiunt Hebræi diuinum illi oraculum exposuisse, ac iureiurando affirmasse fore, vt quem primum ex ipsa filium susciperet, non solum vitalis esset, sed mortalium etiam fortunatissimus, simulque hæres in paterno regno succederet. Probabilitatem accipit ea traditio, ex initio tertij Regum, vbi hæc promissio ac iusurandum habetur factum in gratiam Salomonis. Sed hæc pluribus Annales nostri dabunt, sicut & Psalmos in hoc luctu compositos, puta sextum, 31. 37. & 50.

Recuperata porro sanitate, (nam huius peccati causa ægrotasse quoque putatur, à quo morbo liberationem Psalmo sexto petiit, & impetrauit,) diuini promissi memor circa filium nasciturum, & confirmata, vt diximus, Bethsabea, genuit ex ea filium, cuius natiuitas necessario in annum sequentem cadet. Cum enim dixerimus natiuitatem filij adulterini sub extremum Martium incidisse, nemo credo prudenter negauerit, luctum quandiu ille ægrotauit, & Davidis ægrotudinem, & dispositionem mulieris ad iteratam conceptionem, facile vnum atque alterum tenuisse mensem. Nam mulieres ex lege 40. diebus immundæ erant, quo tempore nefas erat à viris adiri. Extremo ergo Maio, vel Vere ad finem labente Salomonem conceptum fuisse, magna cum probabilitate dici potest. Itaque eius natiuitas in annum sequentem differenda est.

Dum hæc Hierosolymis aguntur, Ioab obsidionem Rabbath feliciter vrget, sicut expugnationem regis ciuitatis certam ac propinquam agnoscat: quando honori regis sui fauens, eum ad exploratam victoriam euocauit. Contigisse hanc expugnationem post mortem adulterini filij, tum series ipsa narrationis Scripturæ significat, tum illa Tostati ratio, quod David, nondum placato Deo, non ausus esset ad bellum adire, certus se calamitatem aliquam, pro desiderata victoria, ab irato Deo accepturum. Itaque ultra vnum annum durauit obsidio, longe præter solitam Davidis felicitatem. Nimitum peccatum Davidis moram attulit victoriæ; & dum Ammonitarum manu sustulit Vriam, eos aduersum se reddidit fortiores. Mox autem Regis pœnitentia hostem afflixit, ac perdidit. Euocauit ergo Davidem Ioab, cum reliquis copiis, vt probabile fieret regem, cum nouo exercitu venientem, ciuitatem expugnasse. Aduenit ergo David, & renouata milites alacritate in urbem irrumpunt, & in ipso aditu, resistente pro viribus Ammonita, pugnatur, eoque deficiente, vrbs tota in potestatem venit.

Eam militi diripiendam dedisse tradit Iosephus, neque enim solius Regis præda fuit, et si de eo scriptum est, *prædam ciuitatis aspersionem multam valde*: quam videlicet sibi reseruatam voluit, templo Dei consecrandam, puta vasa aurea & argentea: cætera militis fuerunt, quæ non pauca fuerat, quod in eam urbem totius regni opes belli metu fuissent congestæ. Regis autem in primis præda fuit corona pretiosissimis gemis ornata, quam de capite idoli Melchom sublatam, in propij capitis ornamentum vertit, cuius pondus cum talentum fuerit, id est 125.

ci. v. 13. & 17.

VII. Conceptio Salomonis, eiusque tempus.

Leuit. 12.

VIII. Ioab euocat David ad laudem victoriæ.

q. 27. in c. 12. 2. Reg.

Post diuinam obsidionem.

Vrbs capitur.

IX. Ac diripitur, & quæ præda Davidis.

1. Par. 20. 2. Corona Melchom.

Deut. 7. 25.

X. An iusta de Ammonitis supplicia.

XI. Proportio pœnæ.

libra, vt placet Epiphanio, incredibile est regem Ammonitarum tantum pondus capite gestare potuisse, sed hæc in Annalibus pluribus explicantur, ne David in hoc idolo legem violasse videatur. Videri tamen potest à Scriptura crudelitatis accusari, quæ scribit aliquos fuisse ferra dissectos, alios suppositos ferratis carpentis, atque ita contritos ac contrucidatos; alios gladiis sine securibus truncatos, alios denique traductos per fornacem lateritiam, vt ignibus ibi vstularentur; & additur sic factum fuisse vniuersis ciuitatibus filiorum Ammon.

Quæ videntur longe quam pro peccato acerbiora supplicia, & ad plures multo culpam admissam pertinere. Verum culpa longe maior fuit, quam prima fronte appareat. Primum quia legatos maximi regis, & vniuerso tunc oriente clarissimi summo dedecore affecterant, hoc autem culpa maior est, quod in maiorem peccatur. Deinde pro bene factis, aut certe bene merendi voluntate, maximis affecterant contumeliis. Tertio, quod vicinos contra Davidem populos, regesque concitarant: quod item quartum iam annum contra eum per se suosque bellum gerebant; & damna plurima, quæ bella comitantur, inferebant: nec denique maturè ad veniam & satisfactionem confugissent. Accedit quod hæc supplicia non toti populo, sed aliquibus de singulis ciuitatibus illata fuere, iis videlicet qui auctores fuerant iniuriæ, & maiore in culpa erant, vt Lyrano placet atque Dionysio. Itaque qui medias vestes ignominiosè dissecuerant, mediis ferris dissecari meruerunt, & quia cultris ac nouaculis eorum capita per ludibrium abraferant, cultris & gladiis capite aliisque membris truncati sunt. Quod si curribus, vt fieri solet, vel trahis impositos Legatos circumduxerant, & aulicis, torique populo deridendos exhibuerant, ferratis curribus & carpentis merito substermi & conteri potuerunt.

Puniri quoque voluit Dominus Ammonitas, qui filios suos idolo Moloch sacrificabant, illos vel traductes per ignem, vel inter brachia candentis idoli crudeliter concremantes: merito ergo ipsi per incensam reducti fornacem, aut in eam etiam coniecti fuerunt. Postremo fas non est Davidem crudelitatis accusare, quem Scriptura nusquam eo nomine reprehendit: & si qua pœna exuberantior fuit, ea Ioabi acerbitati potius, quam Davidis mansuetudini tribuenda est. Non fuisse autem totam Ammonitarum gentem excisam, ex sequentibus satis constabit. Nam post annos circiter decem, cum David fugeret à facie Absalonis, Sobi filius Naas tum Ammonitarum princeps Davidi affuit. Et hunc fuisse Hanonis fratrem, quem apparet in hoc bello periisse, idem patris nomen ostendit; in cuius gratiam videtur David regnum eius, in altero ipsius filio, conseruare voluisse, sed tributis pensandis obnoxio.

ANNVS MVNDI 3000. DAVIDIS 10. ABIATHARIS 26. E VPALIS 10. Imperij Assyriorum 1069. ANTE CHRISTVM 1053.

HO c anno, quo tertius mundi millenarius absoluitur, dimidium quoque regni Davidis exactum est, quo illi omnia ad vorum, Deo benignissime obsecundante fluxerunt, donec oblitus sui, in hoc ætatis & regni flexu, hæsit ad metas, & conuerso cursu, auerso numine properare cœpit ad calcem. Quem enim parentem adhuc pene blandientem senserat, iudicem seuerè castigantem expertus est; ita nihilominus castigantem, vt quem grauissimis domi casibus afflicti pateatur, omnibus procellis fortiore, omnibus telis impenetrabilem redderet. Etenim perexiguus temporum interuallis, Thamaris filia, primogeniti sui scelere incesta violatio, eiusdemque sceleris vltio per fraternam cadem, defectio & tyrannis Absalonis, ignominiosa regis fuga, & luctuosum exilium, eiusdem Absalonis interitus in plurimis maximisque peccatis, seditio Sibæ, pestis populi, ambitio Adoniæ, micissimum Davidis peccus, quasi toridem sagittæ, adulterij, & homicidij vltices, subinde perfoderunt, & veritatem illius oraculi, *Eccce ego suscitabo super te malum de domo tua* abundè confirmarunt.

Nihilominus læticia tristitiæque mixtus est hic annus natiuitate Salomonis, & turpissimo Ammonis flagitio, vt series sacræ narrationis, & ratio temporis anno superiore stabilita confirmat. Natus est Salomon, sicut & conceptus Hierosolymis, vt ex iis locis constat, in quibus filiorum Davidis catalogus texitur. Natus autem circa festa Paschalia, vt diximus, & ab ipsa matre proprio lacte sollicitè educatus, vt copiosè Pineda in suo Salomone disputat: quam sollicitudinem, maternamque curam, Davidis de eo promissa iureiurando firmata, vehementer acuebant. Quin & ipse fatetur se fuisse *vnigenitum coram matre sua*. Id est, tantum vnigenitum longe dilectissimum, semper in brachiis, in gremio; in oculis matris versatum, neque ad aliam nutricem amandatum. Octauo die circumcisus est, eique nomen Salomonis, quod Pacificum sonat, à matre, vtique cum Davidis consensu datum, à Nathane autem Propheta Ieddid-iah, id est, Amabilis Domino, siue dilectus Dei appellatus est. Et vtrumque eam prænunciat felicitatem, quam Dominus illi statuerat impertiri, non temporarium duntaxat bonorum, sed etiam spirituum, quippe quem constat maxima vitæ parte sanctè vixisse.

Natiuitatem porro Salomonis, magna sine dubio hilaritate ab vtroque parente celebratam, affirmare licet. Quis enim dubitet ortum futuri regis, qui spem tantam, tamque multiplicem sustentaret, à Dauide præsertim futurorum probe conscio, multis lætitiis argumentis fuisse cohonestatum? Videtur tamen

I. Aduersæ res Davidis, altero regni eius dimidio.

II. Res anni huius. Natiuitas Salomonis. 2. Reg. 5. 14. 1. Par. 3. 5.

Proh. 4. 3.

& nomina

III. Ammonis facinus in sororem.

Dominus erga Dauidem suum ita se gessisse, ut
quamvis acerbissimis eum vulneribus pulsaret:
ea tamen interuentu lætæ alicuius rei temperaret,
& vicissim læta tristibus permisceret. Nam Amnon
Dauidis primogenitus, Thamar, suam ex parte
sororem, Absalonis autem ex utroque parente
germanam, ita deperire cepit, ut ex ea corporis
animique perturbatione decumberet: eam agritudinem
desperatio potiundi augebat, propter accuratissimam
virginum apud Hebræos custodiam. Sed ecce
miseram Dauidis conditionem, cuius infelici
filie paratur probrum, per incestuosum filium
suum primogenitum, eiusdemque fratrem,
frædo nepotis sui lenocinio, cuius ipsemet
aliquo modo sit administer. Inscius enim
destinati flagitij, permittit Thamar ad Amnonem
venire, specie parandi ægroto cibi, si forte
cessante fastidio cibi conualescat.

Miseram
conditio
Danidis.

IV.
Thamar
fratre
opprimitur.

Deut. 10.
22. 24.

& mox
expellitur.

V.
Eius luctu
propalarum
crimen.

Ierem. 2. 37.

Innocentia
Absalonis.

VI.
Et Dauid
qui in reu
est indul
gentior.

At ille operam nactus solitudinem latens
animi virus effundit, & sororis consensum in
incestam libidinem requirit, retinens apprehensam.
Contra vero infelix virgo rationibus agit
contra rationis impotem, cuius vim vi, aut certe
clamore repellere oportebat, iuxta præceptum
diuinæ legis, ut accurrentes domestici, qui in
anteriori cubiculo erant, vim prohiberent. Sed
illa vel confusionem suam, vel dedecus fratris,
aut mortem timens, vel culpam coniugio celare
se posse credens, verbis inutilibus agere contenta
oppressa est. Et statim admirabili Dei iudicio
factum est, ut maiore illam odio iam prosequeretur,
quam ante dilexerat, ita ut eam foras cum
ignominia expelleret. Vtique hoc egit in eius
animo dæmon, permittente Domino, ut expulsa
palam virgine, & propalato crimine, in pœnam
Dauidis ea contingerent, quæ postea sunt
subsecuta. Est autem infelix mulier recte
quereretur, hanc expulsionem reddere peccatum
grauius; quia remedium, quod illi adhiberi
posse videbatur, publicando excludebat,
nihilominus excluda est.

Ergo illa desperata re aspergens cinerem
capiti suo, scidit talarem tunicam, qua filie
regis virgines uti solebant, in argumentum,
non solum acerbissimi doloris animi, sed
amissi quoque per vim pudoris, cuius illa
indiciam erat & comes; impositisque manibus
super caput suum, ibat ingrediens & clamans,
ne si leuiter iniuriam ferre videretur, non
vim passa, sed sine vi corrupta videretur.
Indicium quoque ingentis mœroris & luctus
fuit illa impositio manuum super caput eius,
quibus etiam facies, in qua confusionis est
sedes, magna ex parte regebatur. Cum ergo
illa miserè lamentareretur, incidit in Absalonem
fratrem, aut in domum eius sponte adiit,
qui statim facinus ab Amnone commissum
coniecit, & rem silentio premi iussit, ne maior
fieret infamia; vltionem nihilominus animo
destinans, quam post biennium nefarie perpetravit.

Ea res ad Dauidem delata vehementer
ipsum contristauit, & quocumque respiceret
magna occurrebat tristitiæ seges. Neque
tamen vltus est id crimen, siue quia id ei
tanquam iudici non innotuit, nemine crimen
accusante vel probante, & parte læsa quiescentem;

siue quia primogenitum suum contristare
noluit, ut ait Scriptura, Quibus parum purgari
Dauidem credit Abulensis. Ait enim id crimen
à Dauide puniri debuisse, quatenus publico
iuri nocebat, cuius ipse iudex erat & vindex,
quamvis pars læsa cederet iuri suo; quæ
tamen satis publicè conquesta fuerat, ut iudex
rem ad se pertinere existimare deberet. Nimirum
quoque illum accusat indulgentiæ, quam propterea
Deus alio rursum grauiore scelere Absalonis
vindicari permisit, & reprehensione digniorem
quam Heli, qui saltem corripuerit filios delinquentes;
cum Dauid filium in tanto crimine ne contristare
quidem voluerit, qui futurus erat correptionis
effectus. Existimo nihilominus si iustam & crimini
param vltionis naturalis amor, & conditio
personæ prohibebant, non defuisse tamen
Dauidem correctioni, quam debebat filio pater,
loci & temporis occasione captata, licet id
facris literis traditum non fuerit; quæ est
communis interpretum sententia.

3. Reg. 13.
21.

Nec tamen
à correptione
abstinuit.

ANNVS MVNDI 3001.

DAVIDIS 22.

ABIATHARIS 27.

EVVALIS 11.

Imperij Assyrior. 1070.

ANTE CHRISTVM 1052.

PRIMVS est hic annus quarti millennij
ab orbe condito, & sæculi trigesimi primi.
In quo luget Thamar calamitatem suam:
& Absalon dissimulat odium suum, imminens
in occasionem vindictæ. Gemit illa se in
perpetuo luctu & infamia, expertem coniugij
victuram. Neque enim Amnon, qui eam
corruerat, poterat eandem ducere, tam arcto
consanguinitatis gradu prohibente, & periculo
cædis ab eo, qui capitali eam odio prosequeretur.
Durissimum etiam erat filie regis viro inferioris
conditionis in vxorem dari. Durius etiam
æquali nupsisse, si quis tamen æqualis aperto
incesto vitiatam ducere voluisset; qui tamen,
si quis huiusmodi fuisset inventus, eam non
tanquam vxorem, sed ut abiectam concubinam
habiturus erat. Ideoque oportuit eam solitariam,
& publicæ lucis expertem contabescere, mortalium
de se cogitationes, oculosque verècundantem.

I.
Luctuosus
Thamaris
status.

II.
Et Absalonis
dissimulatum
odium.
2. Reg. 13.
22.

Est autem, ut ait Scriptura, non est locus
Absalon ad Amnon, nec bonum, nec malum,
id intelligendum est de hoc violatæ sororis
facinore. Si enim plane ab omni eius colloquio
abstinuisset, suspectum eum habuisset Amnon,
& ab eo sibi cauisset. Ipsa porro Thamaris
præsentia, & inconsolabilis mœror, erat
Absalonis perpetuus ad vindictam stimulus,
& obscuri, sed penitus insiti odij fomes
ceu seminarium: eoque magis

magis in dies augefcentis, quo minus verbis
aut signis se efferebat foras, donec, quod
sequenti anno contigit, in fraternam cædem
erumperet. Interea vero Salomon magna cum
solicitudine à parente Bethsabæa & Nathan
propheta curabatur.

ANNVS MVNDI 3002.

DAVIDIS 23. ABIATHARIS 28.

EVVALIS 12.

Imperij Assyriorum 1071.

ANTE CHRISTVM 1051.

I.
Absalonis
apparatus
ad vindictam,
locū
eligit.

ABEST hic annus Amnonis cædem,
Absalonis fugam, Dauidis luctum, Salomonis
ablactationem. Cum ergo videret Absalon
memoriam facinoris in sororem suam
admissi, tam longinquitate temporis (nam
tertius iam annus erat in cursu) quam suo &
sororis silentio pene obliteratam, ad vindictam
de eo sumendam accinxit se, loci ac temporis
opportunitate captata. Non enim existimauit
in ciuitate, aut in palatio rem esse perpetrandam,
ne difficile ipsi esset effugium: volebat enim
in regis ipsius atque omnium fratrum suorum
oculis Amnonem interficere, partim ut re ipsa
Regi exprobraret iniustitiam, in isto flagitio
non vindicando, partim ut ex eo sibi esset
vindicta dulcior, quo plures haberet suæ
testes audaciæ, ac temeritatis: cum eum
alioqui subdolis artibus de medio tollere
potuisset, nemi-ne autorem facinoris
Absalonem suspicente. Quæ etiam causa
fuit cur non vnum Amnonem, quem
destinabat ad cædem, sed omnes filios
regis ad epulum inuitaret,

II.
Et tempus
opportuni.

Inuitat
omnem
domum
regiam
ad conuiuium.

III.
In eoque
Amnonis
destinat
cædem.

Ut autem eam omnem turbam in agris
cogere posset, tendendarum ouium tempus
opportuni iudicauit, quando patres-familias
pecuariæ studiosi, simulque laxandi animi
causa, villas suas cum familia solent inuisere.
In agris quoque suis habiturus erat Absalon
viro sibi fidos, atque obsequentes, quibus
Amnon & ceteri carituri erant: villam autem
habuit in pago Baalhasor, qui fuit iuxta
oppidum Ephraim, siue Ephrem, in tribu Iuda.
Eo itaque inuitauit omnes filios regis
fratres suos, qui videlicet cum bona patris
venia se ituros sponderunt, venitque ad
regem, siue ut facultatem abeundi
fratribus suis obtineret; siue ut dum
ipse Rex inuitaretur, suspicio fraudis
abesset. At Rex, noli, inquit, rogare ut
veniamus omnes, & grauemus te. Cumque
rex in ea negatione persisteret, quod mens
præfaga futuri, mali aliquid portenderet,
ille orauit enixè, atque exorauit, ut
saltem Amnon veniret, qui scilicet tanquam
primogenitus, locum patris obtineret, sed
eum ceteri quoque fratres secuti sunt.

Parauerat Absalon conuiuium regium,
spensans in lautioribus epulis omnes
laxius potaturos, eum præsertim, quem ut
regem conuiuij, omnes prouocarent ad
potum. Præceperat quoque famulis
suis, ut obseruarent Amnonem cum
esset remulentus, eumque signo à se dato

interficerent. Nolite timere, inquit, ego
sum qui precipio vobis: ego periculum
vestrum in me recipio; ego dampnum
omne præstabo, roboramini, & estote
viri fortes. Merito credunt plerique
interpretes, istos fuisse alienigenas
Gessuritas ex Gessur regno aui sui
materni oriundos, ut parata tanti
criminis cæde, cum Absalone
confugere possent, nec familias suas,
in certissimo aut vitæ, aut
fortunarum omnium discrimine,
relinquerent. Quid multa? fecerunt
famuli quod iussi fuerant, & sororum
stupratorem, temulentum, nihil de
imminente morte, nihil de admissio
flagitio cogitantem: & nondum, ut
apparet, cum sorore, cum fratre,
cum Deo reconciliatum, ad æterna
supplicia, illata nece præcipitarunt.

2. Reg. 13.
28.

Per famulos
Gessuritas,
ab eis que occide
ur.

IV.
Res Dauidi
nunciatur.

Fuga filiorum
regis.

Ioseph.
Theod.

Absalon
fugit ad
auum.

V.
Luctus
Dauidis,
regiæque
familie.

Interea metu omnia, clamoribus, tumultuque
replentur: cumque sicarij de cæteris regis
filiis idem quod de Amnone facturi
putarentur, aut illi inter eorum manus,
fratrem defensuri versarentur, aufugere
aliqui præcipites ad Dauidem, omnium
filiorum eius necem nunciaturi. Quod
autem illi non perire latebras, non
arma sumperè, intelligitur in ea
trepidatione ipsis significatum fuisse,
non esse quod timerent, Amnonem
vnum ad necem, propter violatam
Thamar, quæsitum fuisse, omnia
cæteris esse in tuto. Nec minus
tamen illi, etiam tuta timentes, non
abierunt, sed fugerunt. Dauid quoque
primum incertum nuncium de omnium
filiorum suorum nece accipit, cum
eo dolore quem vestium laceratione,
& corporis in terram abiectione
patefecit, ut qui & peremptos &
peremptorem lugeret, qui grauius
in animo vulnus acceperat, quam
corpori Amnonis inflixerat, qui
fratrem, qui primogenitum, qui
regni hæredem, qui dilectissimum
parenti, nulla præditus
authoritate, inter epulas ac
temulentum perfidiosè trucidarat,
plurimosque in eiusdem
sceleris societatem traxerat. Sed
hæc initia fuerunt malorum
eius. Is autem ad auum
maternum quamprimum se
fuga recepit, ratus eum
minime omnium vindictam,
in gratiam neptis suæ
susceptam, improbatum
eiusque opera veniam se
à parente impetraturum.

Mox autem Dauid rei veritatem, de
vnius Amnonis cæde, didicit à
Ionadabo nepote, qui fuerat
huius sororis stupri architectus,
& facile coniecit hoc facinus
ex illo fonte manasse. Interea
aduenerunt filij regis, &
intrantes leuauerunt vocem
suam, & fleuerunt. Sed &
rex, & omnes serui eius
fleuerunt ploratu magno
nimis. Plorabat Rex, quia
memor verborum Nathan
prophete, suscitandum
malum de domo sua, in
vltionem peccati sui, culpis
suis hoc facinus, & illud
alterum, ex quo hoc natum
fuerat, non immerito
tribuebat. Plorabant filij
eius, testes & speculatores
facti horridi facinoris, à
fratre in fratrem, à filio
regis in regis filium
perpetrati. Plorabant
omnes serui regis tam
diuam regiæ familie
adhuc florentissimæ
calamitatem. Lugebat
Dauid iniuriam Thamaris
male à se dissimulatam,
& prunas cineribus
mollioris indulgentiæ
coopertas, hoc incendium
suscitasse. Lugebant
filij regis sororis
dedecus, & eius causa
fratrum alterum
trucidatum iacere, alterum
factum sicarium
exultare: lugebant
alici omnes

Satagit apud Iobab pro visione patris.

toleranter ferebat, vt superiore anno diximus. Itaque Iobab ad se ex vrbe euocauit, vt eo legato vteretur ad patrem: cumque is ad eum venire cunctaretur, & desideria dilata eissent, & opinio proprii contemptus Absalonis indignationem mouisset, rationem excogitauit, qua Iobab, si non sponte, & causa gratificandi amico, certe coactum, accusandae iniuriae gratia, ad se quamprimum venire compelleret. Ergo iussit seruos suos hordeaceam Iobab mensem succendere; quam illi statim succenderunt, non difficiles in minore scelere, qui eius imperio in tanto maiore obtemperassent. Ea re cognita venit Iobab querulus ad Absalonem de accepto damno. Respondit Absalon, *mihi ad te obsecrans vt venires ad me*, quoniam mihi ad te ire non licet, *vt mitterem te ad regem*, vt opera tua persicerentur, quae industria & gratia tua recte inchoata sunt. Credibile est additam quoque ab Absalone promissionem de illato damno copiose resarciendo. Addidit & preces de exponenda regi miseria sua, qui sibi ad huc in exilio esse videatur, & quidem acerbior quam antea, quod vicinitas eius acerbiterat quotidianae exasperaret. *Obsecro ergo, inquit, vt videam faciem regis, quod si memor est iniquitatis meae, interficiat me.* Auxelis est ex affectu vehementiore.

III. Eam Iobab ad Dauidem impetrat.

Omissa est etiam hoc loco Iobab responsio, & promissio officij apud regem sui. Id enim pertinebat ad praesentem afflicti Absalonis consolationem, quam ratio postulat minimè fuisse neglectam. Promissionem secutus est effectus. Ingressus est enim Iobab ad regem, eique nunciavit omnia, & merorem Absalonis desperationi proximum. At Dauid memor paternae clementiae, immemor iniuriae, in signum gratiae penitus integrata iubet illum ad se vocari: *qui intravit ad regem, & adorauit super faciem terra coram eo.* Iacuit scilicet humi prostratus ad regis pedes, quem peramanter excitatum rex osculatus est. Dicebat ille quoque forrasse. *Pater peccauit in caelum & coram te, ceteraque lacrymans pertexebat.* Nec dubium magnum in omnibus circumstantibus factum esse animorum motum, dum filius se abiicit ad pedes patris, pater se dimittit ad collum filij, filius contritione, pater commiseratione lacrymatur. In figuram reconciliati cum diuina bonitate peccatoris, qui vt frequenter in gratia non perseuerat, ita nec Absalon diu in officio perstitit.

2. Reg. 14. fine.

ANNVS MVNDI 3008.

DAVIDIS 29. AB IATHARIS 34.

EVPALIS Regis 18.

Imperij Assyrior. 1077.

ANTE CHRISTVM 1077.

I. Apparatus belli civilis

PARATVR hoc anno belli civilis incensum, cuius deflagratio anno proximo subquetur. Neque enim fieri potest, vt tanta animorum commutatio, paucis diebus aut mensibus, simul excogitata, suscepta, & per-

fecta fuerit. Quis credat statim à reconciliatone nam esse audaciam instruendi, ac parandi currus & equites, & 50. viros, qui praecederent ambitiosum hominem; Merito itaque hunc annum damus mediatæ ac paratæ seditioni, ac defectioni; quo scilicet Absalon blandiebatur vniuerso Israël, & corda eorum suffurabatur patri, de quo malitiosè obloquebatur, & conciliabat sibi, multam de se spem verbis concitando. Causa huius belli primaria vltor Deus, qui mala filij voluntate vtebatur, ad puniendum patrem. Adhuc enim vigeat illa vox, *Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua*, vigitque quandiu Dauid in viuis fuit. Nam Adoniae ambitio, quæ moribundo Dauide, ad inuasionem vsque regni elata est, malum erat de domo Davidis, & reliquiae poenarum eius.

Absalonem autem ambitiosa regnandi libido concitauit. Persuasum quippe habebat se statim à Dauidis morte regnaturum. Nam Amnon primogenitus sextum iam annum occiderat, Daniel quoque, qui & Chelead ab mortuis creditur, aut regno ineptus. Sequebatur Absalon cui regium genus ex parte matris animos quoque faciebat. Itaque durissimum illi erat ipsos 20. annos, quos parentis aetas facile capiebat, regnandi cupiditatem, quasi gladium in vagina reconditum retinere. Extimulabat etiam eum forrasse desiderium vlciscendi exilij ad quinquennium paterna seueritate prorogati. Videtur etiam Achitophel huius consilij non ignarus fuisse, vt qui iam dudum in senio esset in Dauidem animo: quem satis prodidit, cum vocatus ab Absalone, illico se ad eius partes adiunxit, & consilium efficax dedit perdendi Davidis: *Quin & non leuis mihi suboritur suspicio, omnem rationem eblandiendi populi, qua vsus est Absalò, ab Achitophel fuisse profectã.* Id odium in optimum principem natum videtur propter Bersabæam neptem suam adulterio pollutam, & maritum eius Uriam malis artibus interemptum: quem, vt virum optimum atque fortissimum, par est credere seni charissimum fuisse, & cum eo nuptias cum nepte libentius copulasse.

Regni ergo candidatus Absalon, Achitophelis consilio vsus, populares sibi animos demereri studuit. Et praeterquam quod pella est pulchritudo, qua pra omnibus florebat Absalon, & species erat digna imperio, ad ipsum etiam alliciebat materna nobilitas, & ordo natiuitatis. Atrahebat & florens iuuentus, & multa iam eius proles, & acre ingenium, & animi vigor; maxime autem illa humanitas in agendo, illa comitas affabilis que sermonis. Cum enim eum quispiam adiret, & ad eius genua curuaretur, ipse eum humanissimè erigebat, atque osculabatur. Tanto autem magis animos hominum demerebatur hæc comitas, quanto maior erat & grator, qui ad hanc sese deiiciebat humilitatem. Trahebat & studium, quod ille pra se ferebat, promouendi vnus cuiusque vtilitatem: cum diceret, *Videntur mihi sermones tui boni & iusti, sed non est qui te audiat constitutum à rege, qui scilicet possit & velit bene e munere fungi.* Itaque subdebat, *quis me constituat iudicem super terram, vt ad me veniant omnes qui habent negotium & iustè iudicem?*

II. Absalonem mouet ambitio.

Achitophelis consilio.

2. Reg. 11. 3. Vide an Davidis 16. num. 3.

III. Populo ablanditur.

2. Reg. 15. 3.

Vides

IV. Eumque à Rege alienat, & suam ostentat diligentiam.

Vides autem vt se ambitiosè laudando, eadem opera subditorum animos alienet ac disjungat à Rege, quasi à principe negotia publica negligente, neque idoneum aliquem, expediendis iustè litibus, constituente. Vt autem diligentiam in expediendis in posterum controuersis vendicaret, bene mane per singulos dies consurgebat Absalon, & stabat iuxta introitum portæ regiae, ad quam scilicet iudicia exerceri solebant, & omnem virum, qui habebat negotium, vt veniret ad iudicium regis, vocabat ad se, vt ostenderet se non respicere personam hominum, sed omnium curam gerere, omnibus beneuolum, omnibus beneficum esse velle, si posset. Quibus artibus conciliatis sibi populi studiis, certus iam de illius fauore, fecit sibi currus & equites, & 50. viros, qui eum praecederent, non vno curru omnes eius amici viri primarij vehi poterant, nec currus vnicus ambitæ magnificentiae conueniebat. Hoc fuit semen segetis luctuosæ, hæc dispositio in populo ad defectionem; & Absaloni ad inuadendam tyrannidem, quæ proximo anno toto regno grassata est.

Facit sibi currus & equites.

V. An cum Davidis negligentia.

Sentire videor, erudite lector, te in Dauid vel prudentiam desiderare, qui non animaduertit quorsum hic Absalonis pertineret apparatus, quem profecto ignorare non poterat; vel sollicitudinem, pro sibi diuinitus commissa Repub. quæ detrimentum ingens acceptura videbatur: vel correctionem filij iuueniliter exultantis, & paterna indulgentia abutentis. Dicendum videtur Dauidem minime suspicacem fuisse, utpote magni animi virum, minimeque ambitiosum, neque tribuisse hunc, quem praeter consuetudinem videbat, apparatus ambitioni, sed iuuenili fastui, quem tanquam diuturni exilij consolationem aliquam, & quasi compensationem dissimulandam putabat. Cæteram autem prehensionem, & populi sollicitationem magna ex parte credimus ignorasse: quod nemo esset qui hæc ad Dauidem referre auderet, ne suo periculo author fieret paternæ amicitiae, quæ nuper agrè coaluerat, distrahendæ.

VI. Vt excusari possit.

Denique etsi hæc fiebant captandæ dominationis causa, vt etiam postea ab Adonia factum est, res tamen aliò trahi poterat, vt diximus: & ad summum existimauerit Dauid Absalonem significare velle sibi regni successionem deberi. Etsi reuera non erat successurus, sed ex diuino decreto Salomon, qui nunc sapientia & ætate sub Nathanis cura proficiebat in dies; permittebat tamen Absalonem sua sponte se fallere, & proprio errore delectari, ne quem nuper in amicitiam receperat, maturius contristaret: confidens interim nihil præiudicij causæ & iuri Salomonis affecti.

ANNVS MVNDI 3009.

DAVIDIS 30. AB IATHARIS 35.

EVPALIS Regis 19.

Imperij Assyriorum 1078.

ANTE CHRISTVM 1044.

TRIGESIMVS hic regni Davidis annus, idemque eius sexagesimus, ipsi omnium luctuosissimus fuit in quo per filij tyrannidem regno suo indignissimè deturbatus, omnes bellorum civilium calamitates perpeffus est, nisi quod sanguini ciuium sua fuga pepercit, & Dei benignitate factum est, vt tota hæc tempestas paucorum mensium curriculo circumscriberetur, & intra eundem annum occiso, misera illa quidem, sed tamen iusta morte tyranno, Rex legitimus regno suo restitueretur. Cæterum circa tempus belli huius, ingerit nobis Scriptura dubitationem, cum ait Absalonem post quadraginta annos à rege petiisse comitatum Hebronicæ profectiois, neque aperit vnde eorum initium accipiendum sit. Omisfa autem opinionum varietate, à prima Davidis vñctione sumendum putamus, à qua hunc quadragesimum primum numeramus annum, vt Scriptura requirit, quæ profectioem hanc post 40. annos factam scribit, qui idem annus fuit Saülis octauus, & Mundi 2969.

L. Ratio temporis & res summa.

a. m. 2569. 3009. 41.

Quod ad rem ipsam atinet, animaduertenda primum est ambitionis hypocrisis, quæ sese religionis integumento conatur obtegere, *Vadam, ait Regi Absalon, & reddam vota mea, qua voti Domino in Hebron.* Erat religiosus hic locus, lipanis Sanctorum patriarcharum, ibique vota religionis causa nuncupabantur; alioqui non habuisset Absalonis prætextus vllam probabilitatem. At mirum est Dauidem non sensisse fraudem. Primum quod videtur tempus importunum reddendi voti, post quartum denique annum, ex quo reduerat eum Dominus in Hierusalem. Deinde quod sacrificij locus, quandoquidem se sacrificium vouisse dicebat, erat vel Gabaone ad Sanctuarium, vel Sione, ad Arcam Domini. Tertio quod persona ipsa iam suspecta esse poterat, siue quia iam prætextu conuiuij fratrem interfecerat, siue quia illum in curribus & equis audacius se efferentem videbat.

II. Ambitio & hypocrisis Absalonis.

Dicendum videtur Deum, cuius prouidentia hanc telam ordiebatur Absalon aduersus Dauidem, quique illum filij opera castigare cupiebat, passum esse patrem obtusiorum fieri in his studiosius obseruandis, & prudentius præcauendis, vt illud vsurpare posset, *Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.* Interim dum qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabantur. Absalon videlicet atque Achitophel. Noluit quoque Dauid videri nimium suspicax, cumque suos valde diligeret, paterna charitas non patiebatur eum cogitare malum. Non temerè quoque potuit existimare Absalonem, qui Hebrone natus fuerat, atque educatus, singulari

III. Quomodo Dauid deceptus.

Psal. 37. 11

1. Cor. 13. 5.

quapiam

quapiam erga locum illum deuotione affici, quem tamen ille ad coitionem coniuratorum, & tyrannidem inchoandam elegerat.

IV. Ordo rei gestæ. 2. Reg. 15.

Hic autem ordo fuit rei ab Absalone gestæ. Primo accepit à rege commeatum, vt multo cum comitatu proficisci possit, multasque pacificas victimas, vori specie, in conuiuia mactare. Secundo misit nuncios per totum regnum; qui vbique populos monerent, vt præscripto die & hora, ad clangorem buccinæ regem Absalonem proclamarent, & ad eum regem agnoscendum, Hebronem frequentes confluerent. Tertio proficiscitur ipse in Hebron non solum cum consueto domesticorum & amicorum cœtu, qui consiliorum eius participes erant, sed cum ducentis rei penitus ignaris, vt mox videntes se per imprudentiam in coniuratione implicatos, progredierentur in facinore, quod integrare noluisse nec inchoare: vtque non tantum isti deducerentur in fraudem, sed eorum exemplum aliæ vrbes facilius sequerentur: quod consilium ex vaserrimi hominis Achitophelis officina videtur prodiisse. Quarto accersit Achitophelium, qui dissimulandi causa forasse in oppido suo tunc erat; vt si res minus succederet, victori Dauidi innocentiam suam facilius probare posset. Quinto, destinato die buccina personat, confluunt populi in Hebron, quos ille sibi toto superiore anno demeruerat, acclamatur rex atque inungitur: quin & iusiurandum fidelitatis eidem præstitum putat Lyranus, nequid in eo ad regnum desiderari videretur. Postremo venit Absalon Hierosolymam Dauidi regnum vitamque ablaturus, quod eo viuo nunquam se Regni certum fore possessorem putaret.

1. Reg. 19. 10.

V. Dauidi nunciatur cœiuratio & vt se tū gesserit.

Interea venit nuncius ad Dauid, & quidem tardius, quod Absalonis iussu viæ custodirentur, vt Rex cum ciuitate imparatus opprimi posset. Dixit autem paucis, vt in trepida nuncius. *Toto corde vniersus Israël sequitur Absalon*, At Dauid in tanto tumultu non est oblitus officij boni principis, publicam vilitatem honori proprio antetulit, dum elegit exprobabilem fugam, ne populus imparatus ad bellum, resistens armato Absaloni, concideretur. Cessit quoque humiliter vltori Deo, à quo iuxta Nathani vaticinium pœnam hanc profectam intelligebat; dixerat enim se malum de domo eius suscitaturum. Itaque calamitatem istam non solum de manu eius humiliter accipit, sed auget etiam vltro, dum nudis pedibus, & plorans, & operto capite cum suis, reorum in morem scandit Montem oliuarum, nullo iracundiæ verbo in tyrannum effuso, suam quoque in Deum fiduciam ostendit eo psalmo, quem edidit dum fugeret à facie Absalonis.

Psal. 3.

VI. Fugam imperat suis, abiq; ipsemet.

Rege itaque imperante fugam, ne cum mutua subditorum suorum cæde veniretur ad manus, omnes qui præsto erant Dauidi, nihil planè repugnarunt, quamuis essent omnes viri fortissimi, & flos ipse bellatorum totius Israël, quibus fuga; præsertim sine vltro certamine, probosa videri solet: sed regis arbitrio atque exemplo cesserunt. Decem porro concubinas reliquit in arce ad custodiendam domum, non quidem contra vim hostium, alioqui præsidium virorum fortium ibi relinquendum erat, sed vt lenitate sua copias Absalonis à cæde atque in-

condio reuocarent. Sed iam affectemur regem profugum domo, incertum loci ad quem se reciperet. Nisi quod desertum versus, nota sibi iam pridem loca, & frequentatâ diregebat iter. Postea tamen admonitu Cusai amici sui, transgressus est Iordanem. *Egressus ergo rex, & omnis Israël pedibus suis*, sine vltro curruum aut equorum subsidio, *stetit procul à domo*, non ingressi sunt domos, vt latè circumspicerent, si quis ad eos de amicis se recipere, sicut postmodum factum est.

2. Reg. 15. 23. & 28.

VII. Vt eos ordinari.

Quoniam vero turmatim; & sine ordine obfestiuationem egressi erant ab vrbe: substitit Dauid in idoneo aliquo loco extra vrbe, vt suum omnibus locum bonus Imperator assignaret. Seruatus autem videtur hic ordo, primum vt locum tribuerit antiquis illis suis sociis, & exilij comitibus, qui multis sub eo confectis stipendiis cum eo seruauerant. Et scilicet manebat idem sexcentorum numerus suffectis semper pari numero viris egregijs in defunctorum locum. Medio in agmine erant domestici Regis, qui latera eius stipabant, vbi & imbellis turba, quæcunque Dauidem secuta est. Hos postremo excipiebant legiones Cerethi & Pheleti, custodes regij corporis. Hi triariorum instar erant, qui impetum subsequenter ex vrbe hostis, si res ferret, conuersis vultibus exciperent, dum rex è re nara consilium caperet. In Iustrandis autem & ordinandis suis, vidit Rex Ethai Gethæum filium Achis, vt visum est Hebrais, qui recens ad Dauidem, cum quodam sociorum suorum manipulo, venerat, factusque erat profelytus, cui cum Dauid reditum persuadere non posset, eandem secum aleam tentare permisit.

Ethai cum suis eum sequuntur.

VIII. Venit ad Dauidem Abiathar cum Arca.

Dudum iam ex vrbe rex fugitiuus excefferat, cum Abiathar pontifex, & Sadoc sacerdos Dauidis studiosissimi, cum filiis suis & vniuersis Leuitis, qui tum erant Hierosolymis Arcam Domini ad eum ex arce detulerunt, vt pro eo Dominum, cum res ferret, consulerent: eosque plerique alij secuti sunt. Cumque Dauid adhuc cis torrentem esset substitit cum Arca pontifex, dominumque consuluit de profectioe Dauidis, quo scilicet eum Dominus abire iuberet. Domino autem nihil respondente, intellexit Dauid silentium hoc esse offensionis indicium nec gratum esse Domino fieri comitem peregrinationis huius; itaque iussit eam in vrbe reportari, simulque edidit eximias virtutum notas, religiosissimo principe dignas. Dat porro reuertenti pontifici, & sacerdoti Sadoco in mandatis, vt per filios suos Dauidem moneant, quo statu res sint, quid rerum agar Absalon, quid moliat noui, vt pro re nata sibi consilium capiat. Cumque didicisset Achitophelium cum Absalone contra se coniurasse, petiit à Deo infatuari consilium eius. Id est vel ineptum ei consilium dari, vel tanquam ineptum etque inutile repudiari, vt reuera contigit. Qua de re vide quoque psalmum 54.

Domini consulens filius, & Dauid remittit.

IX.

Interea ascendit Dauid Montem oliuarum, cum suo suorumque omnium lectu; in summitate eius, verso in Sionem vultu, Deum adoraturus, quod ibi esset Arca fœderis sedes, & ciuitati sanctæ valedicturus, perinde ac si eam vltra visurus non esset, sed magistratu regio, si Domino placeret, esse abiturus. Ibi ergo dum

erat

Chusai remittit in vrbe Achitophelis.

erat vrbe intuens occurrit ei Chusai, qui cum abeffer ab vrbe, accepto nuncio coniurationis Absalonice & fugæ Dauidis, ad eum concitus venit, sed scissa veste & puluere conspersus caput, vt eum in maxima amantissimi regis calamitate facere par erat, qui singulari titulo Amicus regis audiebat. Sed eum Dauid familiariter remisit in vrbe, deditque in mandatis, vt se in gratiam Absalonis insinuarer, ad Achitophelis consilia dissipanda quod egregie præstitit. Eoque reuertente in ciuitatem Absalon quoque ingressus est Ierusalem, haud dubie cum plurimo exercitu, paratus enim veniebat ad vim vrbi afferendam, si opus foret. Nemine autem resistente, sed plurimis contra fauentibus, & obuiam honoris causa procedentibus, in vrbe, siue puluere & sudore, triumphator inuectus est.

Absalon ingreditur vrbe.

X. Dauidi occurrit Siba cum muneribus.

Chusai adeunte Hierosolymam, Dauid cœpto itinere progressus est, cumque transisset paululum montis verticem, occurrit ei Siba famulus Miphiboseti. Hic autem occursum sic intelligendus est. Erat Siba Hierosolymis cum egressus est Dauid, eumque celeriter antegressus villam aliquam adiit, ibique paratis quamprimum muneribus, rediit Dauidem versus, eique occurrit, vt illis in regis beneuolentiam percommoda occasione insinuarer se: moxque per insignem calumniam, accusatum herum Dauidi redderet odiosum, ac fortunis omnibus in proprium emolumentum euerteret, quod & consecutus est. Munera fuerunt duo asini, onusti ducentis panibus, & centum alligaturis vuar passæ, totidemque abiecit ficum massas, quas vocant palathas, & vtram vini. Cui Rex *Quid sibi volunt hæc? Quo hæc defers, cui vsui?* Responditque Siba, *Asini domesticis regis, puta mulieribus, vt sedeant, panes & palaths ad vescendum pueris tuis, vinum autem vt bibat, si quis defecerit in deserto.*

XI. Calumniatur herum suum.

Quoniam vero nullam faciebat heri sui mentionem, nec intelligebat Dauid suone ille nomine, an Domini sui daret, *vbi est*, inquit, *filius Domini tui*, Miphibosethus scilicet Ionathæ filius Responditque Siba Regi, *Remansit in Ierusalem, dicens, hodie mihi restituet domus Israël regnum patris mei.* Inepta plane atque insulsa calumnia; nihil enim in hoc tamultu aut cerebatur, aut merebatur domui Saulis, sed regnum Dauidis in Absalonem transferebatur. Adde quod nihil ineptius ac regnum Miphibosetho, homine elumbi, & claudo vtroque pede, homine in regni dedecus, aut in lucem edito, aut conseruato in viuus, vt ea de re neque populus, neque ipse citra insaniam cogitare potuerint. Quid ergo, inquit, Dauid, si hæc vera credit, imprudentius, si non credit, iniustius, qui nefariæ accusationi illam subiecit sententiam, *Tua sint omnia, quæ fuerunt Miphiboseth, qua innocentem atque inauditum, & insuper miserabilem, & amantissimi sui Ionathæ filium, omnibus funditus spoliabat bonis. Credit vtique, & improbissimi hominis artificio atque imprudentia captus est, & lapsus facilitate credendi. Sed hæc luculentius in Annalibus explicata reperies, studiose lector.*

39. 40. &c.

XII. Semei maledicit Dauidi.

Hunc porro lapsum, admirabilis patientia, aduersus impurissimi hominis maledicta secuta est. Cum enim rex progressus esset vsque Ba-

hurim, oppidum tribus Benjamin, inde egressus est Semei, vir potens de cognitione domus Saulis, qui Dauidem versus inambulans, eum conuitiis inuadebat, dicens, *Egredere vir sanguinum, & vir Belial, reddidit tibi Dominus vniuersum sanguinem domus Saul, quoniam inuastisti regnum pro eo. Et dedit Dominus regnum in manu Absalon filij tui: & ecce premunt te mala tua, quoniam vir sanguinum es.* Nec contentus hisce maledictis, etiam lapides mittebat contra Dauid & contra omnes seruos eius. Erat videlicet aliquod interuallum inter regem cum suis via regia procedentem: & Semei, qui per iugum montis ex latere gradiebarur, idque animos faciebat impudentiæ. Ad quæ cum patientia Dauidis obmutesceret, vt qui in eo agnosceret castigantem Deum incaluit zelus Abisai filij Saruiz, id est Dauidis ex forore nepoti, Et, *Quare, inquit, maledicit canis hic mortuus Domino meo regi? vadam & amputabo caput eius.* Conumeliam rependit contumelia; nec ægre quod minabatur impleset, nisi eius impetum cohibuisset Dauid instructus ea cogitatione quam dixi: Cæterum inauditam hanc Dauidis patientiam; & Semei centra ipsum calumnias accuratius pro captu nostro in Annalibus pertractauimus.

Dauid remittit suos ne eum interficiant.

num. 44. ap 57.

Sed maledicum istum tantisper missum faciamus, vt Dauidem affectemur, qui ex pedestri itinere fatigatus, cum populo suo resedit, & refocillatus est ibi, in oppido scilicet Bahurim, quo eum venisse pauld ante dictum fuerat. Apparet & sumptum ibi cibum, vel ex Sibæ conmeatu: erat enim hoc tempus matutinum, & forte plerique ieiuni exiuerant, fugam vrgente Dauid. Ab hac autem nonnulla quiete refectis vtrumque viribus, orans & gemen apud Deum ad campestria deserti, vbi conditum fuerat, progrediebatur, eaque meditabatur, quæ mox relata sunt in psalmo 142. vt ex eiusdem psalmi titulo patet, ipsique verbis eius, illis præsertim, *Auditam fac mihi mane misericordiam tuam, quia in te speraui. Notam fac mihi viam in qua ambulem.* Referuntur enim ad expectationem nunciorum Ionathæ, & Achimaas, iuxta quorum monita iter facturus erat. Expectabat autem nuncios in omnes horas, & saltem posttridie mane, quæ tamen eadem ipsa die sub noctem accepit, vt mox dicitur.

XIII. Dauid substitit in Bahurim.

Vide ann. an. Dauid 30. nu. 58.

Interea Chusai ad Absalonem venit; & gratulabundus, *Salue rex*, inquit, *salue rex.* Ad quem Absalon. *Hæc est gratia tuâ ad Amicum tuum? quare non inisti cum Amico tuo.* Hoc ille nomine vocari solebat. Non appellat patrem, ne illud nomen eum, quantumuis sit impudens, pudore confundat, & dum amicum reprehendit ingratum, accuset ingratißimum filium; neque regem nominat, ne seipsum manifestæ tyrannidis accuset. Nec tamen serio reprehendit desertorem patris, qui ab omnibus desertum voluisset. At Chusai adulatorum aulicorum personam egregie sustinens. *Nequaquam*, inquit, *persistam in Dauidis amicitia, vel famulatu, quia illius ero quem elegit Dominus, & omnis hic populus, & vniuersus Israël, & cum eo manebo.* Vide vt statim beneuolentiæ colligendæ causa, ei scrupulum eximit detestandæ tyrannidis, & coniurationis contra patrem suum, cum eam nomine diuinæ electionis co-

XIV. Chusai loquitur Absalonem. 2. Reg. 16. 16.

lorat.

lorat. Addit & populi totius, quasi cum Deo conspirantis, consensum, cui propterea fas sit ipsum Chusai acquiescere. Subdit & aliam rationem cur seruire debeat Absaloni: quod aulici non solum principi presentis, sed eius quoque filii successoribus parere debeant: sicque infœlix Absalon proditorem pro amico adeptus est.

XV. Achitophel ei suadet poluere concubinas, & quamobrem.

Dixit autem Absalon ad Achitophel. Inite consilium quid agere debeamus. Alloquitur etiam Chusai, quem apparet in hoc consilio dissimulasse mentem suam: ne si statim resisteret Achitopheli, suspectum se redderet Absaloni, sibi que præcluderet aditum, ad iuuandum in re maiori Dauidem. Consulit ergo Achitophel Absaloni ut concubinas patris sui domi relictas poluat, & quidem publicè, ut populus sciens patrem à filio inexpiabili scelere violatum firmius ei, desperata reconciliatione, adhæreat. Diabolicum plane. Achitophelis consilium, quo vna & eadem opera plurima, grauissimæque damna omnibus afferret. Regi, cui probroffissima contumelia inferebatur: Absaloni, quem adulterum atque incestum reddebat, & magis magisque alienabat à patre, eumque illi maledictioni reddebat obnoxium, Effusus es sicut aqua non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. Deo qui in omni scelere offenditur, mulieribus quæ omnes infames, probroffæ, incestæ, adulteræ factæ sunt. Populo, quem in defectione contra legitimum principem confirmauit, eique ad omnem immunditiam, atque impudentiam viam patefecit. Achitopheli denique ipsi, quem lætæ reddidit de vindicato in decuplum adulterio neptis suæ. Hoc primum stabilendi imperij Absalonis fundamentum fuit, suo illi populo coniungendo.

Gen. 49.4.

XVI. Suadet & occupare Dauidem imparatum.

Alterum fuit, Dauidem summum ac præcipuum noui regni aduersarium, quanta fieri potuit celeritate opprimere, antequam se ille, periculo subduceret, & fortior fieret ad resistendum, sed id consilium quamuis prudenter excogitatum, & ad perdendum Dauidem valde accomodatum, omnibusque eius aduersariis probatum, Deus opera Chusai disturbauit; iniecit enim Absaloni mentem ut Chusai consuleret, qui Achitophelis consilio probabiliter refutaret, suadet ut congregato vniuerso Israël, ipsoque Absalone presente in medio eorum, ipsum Dauidem aggrediatur, eumque siue in acie, siue in ciuitate quapiam, multitudine obruat. Id consilium placuit, quia Absaloni gloriosior futura erat victoria, quæ alioqui Achitopheli tribueretur, tum etiam, quia tutior erat certiorque victoria, quæ ope maximi exercitus quærebatur; tum denique quia Domini voluntas fuit, ut vile consilium Achitophelis dissiparetur, ut induceret Dominus malum super Absalone, ut ait Scriptura, qui tam facile intimo hostis sui amico fidem habuit.

ca. 17. v. 4.

Dissuadet Chusai.

ver. 14.

XVII. Eius monitu Dauid abiit trans Iordanem.

Chusai porro memor curæ sibi à Davide impositæ adit quamprimum Abiatharem & Sadochum, & tota re illis exposita, mittuntur nunciij ad Dauidem, ut eaipta nocte Iordanem cum suis transiret, & ut res suas constitueret in tuto; si forte Achitophel Absalonem in suam sententiam traduceret. Adierunt ergo regem Ionathas & Achimaas, & ingenti periculo à seruis Absalonis mulieris opera superato,

regni migrationem persuadent, iuxta mentem Chusai. Surrexit ergo Dauid de campestribus illis deserti, & omnis populus qui cum eo erat, & intempesta nocte iter facientes, tanta diligentia vsi sunt flumine traiciendo, ut albescente cælo, transitus omnium terminaretur. Credibile est Dauidem transito deserto Ierichuntis venisse in Galgala, & Iordanem, vbi quondam Iosue, traiecit, & mox iter versus Castra, quod oppidum Hebræi Manahim vocant, direxisse, castrisque ibi positis, quietem aliquam suis dedisse.

2. Reg. 27. 22.

Interim Achitophel non diu tulit impunè tam flagitiosa consilia, siue regis sui perdendi siue tot incestis adulteriis publicè violandi. Videns enim posthabitu consilium suum, stabilendo Absalonis regno vtilissimum, consilio Chusai, quod tempus dabat Dauidi colligendi sui, regni que recuperandi, domum suam rediit, ibique dispositis rebus suis, laqueo sibi vitam eripuit. Certus Dauidem in hoc bello superior fore, & sibi eo rerum potente miserè perendum. Expertus est infelix illius prouerbij veritatem, malum consilium consultori pessimum. Et qui consilio suo regem suum ad grauissima crimina induxit, ipse se iusto Dei iudicio, longè grauiori scelere castigauit, & sceleratum tyrannum, sceleratior consiliarius ad inferos antecessit. Vir dignis qui perquam expressa esset figura Iudæ proditoris, sicut Dauid Domini Seruatoris.

XVIII. Achitophel laqueo sibi vitam eripit.

Vide Anm. n. 80. an. Dauid 30.

Absalon autem intelligens Dauidem cum suis transgressum esse Iordanem, nihil dubitans in celeritate spem victoriæ magna ex parte positam esse, transiit etiam ipse Iordanem, & omnes viri Israël cum eo & castrametatus est in terra Galaad: Amasam vero constituit Absalon pro Ioab super exercitum. Erat hic nepos Dauidi ex altera eius sorore nomine Abigail, itaque Ioabi consobrino erat. Et suspicari libet cum Abulensi Amasan ad suas partes præmio amplissimæ dignitatis fuisse traductum, nec recusauit pugnare contra auunculum, auspiciis eius, qui pugnabat contra parentem; sed neutri tantum facinus cessit impunè. Fideliores amici Dauidis fuerunt Sobi, Machir, & Berzelai viri in suis ciuitatibus primarij, quorum primus fuit Ammonita, qui à Dauide loco Hannonis in profligato regno constitutus fuerat. Hi ergo siue ex condito, siue sponte quisque sua, cum intima Dauidem beneuolentia prosequerentur, scirentque ipsum cum suis, ab omnibus rebus imparatum, domo profugum euasisse, laetitia ad eum miserunt, de iis quæ erant ad vitæ vsum necessaria.

XIX. Absalon transiit Iordanem.

Constituit Amasam militiæ suæ principem.

XX. Paratur prælium. li. 7. c. 9.

Deinceps præparantur ad prælium exercitus Dauidis & Absalonis; deplorabili conditione personarum inter se pugnantium. Porro Dauid egregius Imperator, considerato rerum suarum statu, & populo suo, qui fuit circiter quatuor millium, ut ait Iosephus, non duxit operæ pretium muris se suosque continere, & obsidionem aduersariorum expectare, ut qui male instructi essent ab iis omnibus, quæ necessaria erant ad obsidionem tolerandam. Diuisit autem trifariam copias suas; & dedit tertiam partem populi sub manu Ioab, qui nihilominus absente rege toti exercitui præerat, ut militiæ princeps, alteram tertiam partem subiecit Abisai fratri Ioab, reliquo exercitui pre-

fuit

Iubet rex conseruari Absalonem.

fuit Erhai Gethæum: huius enim principis, qui ei constanter adhæserat fidelitatem honorare voluit. Volebat autem ipse quoque pugnare, & militiæ principem agere ipse per sese, sed reputantibus ducibus suis, quod in ipsius vnus persona omnia verterentur, & ipsum vnum omnia aduersariorum tela peterent, acquieuit. Id tamen vnum summa cura commendauit vniuersis, ut viuus seruaretur Absalon: qua commendatione certus de victoria fuisse videtur, aut certe subintelligebat, si viceritis, & ille incidit in manus vestras, sic ut eum & seruare possitis, & perdere.

XXI. Committitur prælium & Dauidici vincunt.

Itaque egressus est populus Dauidicus in campum contra Israël, & factum est prælium in saltu Ephraim. Ita dictus videtur locus, vbi olim Oreb & Zeb à Ephraimitis cæsi sunt, & cæsus ibi populus Israël ab exercitu Dauid, factaq; est in die illa plaga magna viginti millium. Quod autem subdit Scriptura dispersum fuisse prælium super faciem omnis terræ, significat Israëlitas, cū impetum Dauidicorum ferre non potuissent, in fugam auersos, quo quemque impetus, & spes euadendi ferebant, eo proripuisse se. Ergo & in saltum auium conciti ferebantur, & in terræ voragine hoste à teo imminente, abiciebant se, ne gladio vel hasta confoderentur, & ex casu disrumpentur, & mox alij ab alijs oppressi suffocabantur, sicque factum est, quod ait Scriptura, ut multo plures essent, quos saltem consumpserat, quam quos vorauit gladius. Itaque crebræ foueæ syluæ illius, multis corruentibus & semiuiuis, sepulchrorum loco fuerunt.

XXII. Fugit Absalon & comprehenditur à quercu.

In hac fuga non vltimus Absalon, qui dum multo infidens concitus fertur subter condensam quercum & magnam, adhæsit caput eius quercui & in illo suspensus inter cælum & terram, mulus cui infederat pertransiit. Nulla est capillorum in Scriptura mentio, etsi plerique omnes vulgo capillis quercui colligatum putent. Dicendum videtur infelicem Absalonem caput ita inseruisse ramis arboris, ut iis collum eius constringeretur, vnde mente confusa sese expedire non posset, donec superueniret hostis à quo hasta confossus interiret. Et certe ut absurdum est solam cæsariem temerè implicatam ramo, armati viri contra nitentis corpus ferre potuisse, ita probabile est quod Iosephus adiecit, ventilatam comam, nam galeam facilioris & certioris fugæ causa deposuerat, asperæ arbori sese implicuisse, & cincinnis intricasse, ut lignis & capillis, quasi cippo & funiculis teneretur.

1.7. Ant. c. 9.

XXIII. A Ioabo interficitur.

Id cum vidisset vnus de gregariis militibus, non est ausus filium regis, principem hostilis exercitus depositum ex arbore comprehendere reddendum parti, ut ille iusserat, aut veritus ne ille elaboretur, aut opima hæc spolia militiæ principi reseruare volens. Itaque rem Ioabo nunciat, qui contempto Regis imperio, quo viuus seruari iuebatur, ut pœnitentiæ locum peccatori daret, tulit tres lanceas, suæ tria spicula, ut est in Hebræo, & perfosso pectore infixit ea in corde Absalon. Cumq; adhuc palpitaret hærens in quercu, cucurrerunt decem iuuenes armigeri Ioab, & percussiones interfecerunt eum, motus ac sensus experte penitus reddiderunt, bis enim interfici non potuit. Quo facto Ioab etsi nocentissimum iuuenem interfecit, & in bello iu-

Aut. 1.3. de doct. Christ. e. 21. 2. Reg. 18. 15.

stissimo, graui tamè scelere obstrinxit sese, quod regis filium, contra seuerissimum sui regis imperium, ac proinde iniustè, occidere non dubitavit. Cuius criminis argumentum est, quod eum Dauid dignitate sua deicere voluit, & morturus eius cædem Salomoni mandauit, nulla tamen ibi facta mentione Absalonis.

XXIV. Proicitur in foueam, & lapidibus obruitur.

Cecinit autem Ioab buccina, & retinuit militem suum ne persequeretur vltra fugientes, volentes parcere multitudini, quam iam satis viginti millium cædes castigauerat. Iidem milites tulerunt Absalonem de quercu, & proiecerunt eum in saltu in foueam grandem, & comportauerunt super eum acerum lapidum magnum nimis. Noluit Ioab, corpus deferri Hierosolymam ibique honorificè sepeliri, siue in pœnam improbitissimæ coniurationis in patrem suum, sed in compendium sepulchri, in foueam quasi in cloacam temerè ac contemptim proici: siue ne oculi auerent dolorem parentis, quem merito sciebat acerbissimum fore. Hic finis miseræ Absalonis, hic exitus illum sorte tulit, prolapsus videntem repentino casu spes omnes fortunæque suas, imo & corpus, & vitam, animo insuper in interitum ruente sempiternum. Ita interit paucorum dierum, vel ad summum mensium rex, aut potius tyrannus iniustissimus, regno per summum scelus acquisito, per summam nequitiam confirmato, per summam celeritatem amisso. Et qui dudum temulento Ammoni fratri, animæ simul & corporis exitium frater intulit, nunc à consobrino, geminata quoque morte trucidatur. Et cuius cor ambitione, luxuria, crudelitate æstauerat, idem merito tribus spiculis confixum fuit. Qui decem patris concubinas inceste fœdauerat, à decem iuuenibus vulneribus deformatus est: & qui totum populum ciuili bello turbauerat, à toto populo lapidibus obrutus est. Remansitque titulus tantum manus Absalonis, in columna quam ille sibi in valle regis in monumentum erexerat.

Epitaphium eius.

XXV. Mors Absalonis innotescit Regi, qui eum lugere.

Superest ut luctuosam de inimicis suis victoriam regis denunciemus. Eo munere functi sunt Achimaas & Chusi, sed ille nunciata victoria, mortem Absalonis dissimulat, quam Chusi nunciavit, dicens, sicut puer, Absalon, inimici Domini mei Regis. Intellexit rem Dauid, & forte modum sciscitatus est, & didicit Ioabi facinus, & in præsentia dissimulauit, mœrorem tamen suum apertis vocibus prodidit, cupiens Absalonis vitam sua morte redemisse, quamvis occultandi eius causa ascenderit canalium portæ, superius videlicet tabulatum, quod imminebat portæ, ad quam federat Dauid, expectans nuncium, ibique fleuerit. Neque enim decebat regiam maiestatem, coram populo lacrymis sese muliebriter, lamentisque dedere. Res tamen & Ioabo, & victori exercitus innotuit, qui audiens Regem lugere filium suum, declinauit ab vrbis ingressu, non secus ac victi solent, timens occurrere Dauidi, quasi particeps cædis filij eius.

Cum metu exercitus sui.

Interea Ioab, qui causa vnica erat luctus istius, veritus ne populus hanc siue verecundiam, siue timorem in audaciam & defectionem verteret, sibi que deserto Dauide consuleret, nisi ipse luctu quamprimum deposito, præ se ferret se approbare quæ facta fuerant, ad eum seorsum adit, & mira orationis libertate

XXVI. Ioab regem adit & obiurgat.

Davidis mansuetudo.

eum hominum consuetudinem deuitantem, ingenti periculo proposito abduxit à luctu. Vt autem Ioabi oratio miram spirat hominis confidentiam, atque licentiam, quam non solum regius sanguis, sed multa etiam in Remp. merita, & prudentia rerum gerendarum acuebant; ita Davidis factum singularem eius mansuetudinem probat, qui subditi sui audaciam, ne minimo quidem verbo reprehendit: neque in eum, vt iussionis suæ in re tanta superbum violatorem, inuectus est, non ignorans esse tempus taceandi, & tempus loquendi. Quin potius quasi non à subdito, sed à Domino, non à nepote, sed à parente reprehenderetur, non ab eo qui intulisset, sed qui accepisset iniuriam, ei morem gerens, tacitus surrexit è loco, ubi sedebat lugens, & sedit in aula quadam ad vrbs portam, ibiq; adeuntibus fecit copiam sui, quo audito omnis multitudo venit ad eum. Qui autem secuti fuerant Abalonom, ad sua quisque dilapsi sunt, dum aliqua recôciliationis occasio nasceretur.

XXVII. Studet reconciliâdo sibi populo suo.

Parta porro de inimicis victoria, & tyranno ipso de medio sublato, poterat David victriçia signa, legionésque aduersus Hierosolymam, ac deinceps in reliquam regionem populabundus inferre, & turbatos aduersarios in potestatem redactos male mulctare, sed humanitas clementissimi principis aliam viam, in regno sibi recôciliando, sequendam esse persuasit. Itaque per amicos populum sollicitauit, & ad spem veniæ erexit, tantumq; profecit, vt Optimates Israël's populum obiurgarent dicentes, vsquequo silentis, & non reduciis regem? Ex qua reprehensione tarditatis, & cessationis recte colligimus, non statim à morte Abalonis, & populi fuga reductam esse regem, sed dum rex in ciuitate Manahim in hybernis subsistit cum suis, istam reconciliationem in singulis tribubus per amicos Davidis, non irritò labore, procuratam. Obtinuerunt enim vt communi consensu legatos mitterent ad Dauidem, per quos se illi offerrent subditos sicut prius, & veniam de præterita culpa postularent. Ea legatio aperte ponitur à Septuaginta, Et concilium, inquit, totius Israël venit ad regem, eaque mox in vulgata significatur illis verbis, Sermo autem omnis Israël peruenerat ad regem in domo eius.

Israël mittit ad eum legatos.

2. Reg. 19. 22.

XXVIII. David Iudæ per amicos sollicitat.

Ægre autem ferebat David Iudam & Ierusalem eodem officio non fungi, & qui priores in culpa fuerant, non etiam ceteros in satisfactione anteuertere; vt qui intelligeret id vel maxime necessarium esse, vt res tota sine bello confici posset. Priuatâ ergo literas misit ad Abiatharem, & Sadocum sacerdotes, quibus monebat vt loquerentur ad maiores natu Iudæ, eosque de tarditate sua, in quærenda restitutione regis, castigarent, vt qui nouissimi functuri erant officio, quod omnium primi occupare debuissent, vt qui regem sanguine propius attingerent. Quoniam vero Amasa, Davidis ex forore nepos, quem Abaloni militiæ suæ principem constituerat, & infestis in eum signis in acie concurrerat, veritus periculum suum, multum impedire poterat, ne Ierusalem, & tota tribus Iudæ se Dauidi restitueret, & vice versa eam restitutionem multum poterat promouere, eum duplici relopugnauit ac vicit, altero decoris & honestatis, quod sibi proxime sanguine iunctus esset; altero spei & utilitatis, promissa

Et nominatim Amasa, cui Ioabi officium destinabat.

ei suprema militiæ, loco Ioabi, præfectura. Eum enim abdicare voluit, tum ob eadem Abalonis, & Abneris, tum pertæsus morum eius, atque superbiam.

XXIX. Irrito decreto.

Irritum tamen fuit hoc Davidis de Ioabi abdicatione, & Amasæ promotione decretum, quod Deus illum aliquanto tardius, istum citius punire statuisset, eiusque in Auunculum suum perfidiam vindicare. Non fuit tamen irrita Davidis ad ipsum, aut ipsius ad populum Iudæ adhortatio. Is enim inclinavit cor omnium virorum Iudæ, in vnam eandemque sententiam, miseruntque ad regem dicentes, Reuertere tu, & omnes serui tui. Vno verbo significatur paratam esse tribum Iudæ, ad eum cum omnibus suis, honorificè, vt regem decebat, excipiendum: nec officio procedendi obuiam defuturos vt ex sequentibus patebit.

ANNVS MVNDI 3010.

DAVIDIS 31. ABIAATHARIS 36.

E VPALIS 20. Imperij Assyrior. 1079.

ANTE CHRISTVM 1043.

PRIMUM hic annus quartæ Decadis regni Davidis, qui in ei regnum suum reduci lætus illuxit, lætus & populo tenuiori cum esset Sabbaticus ordine sexagesimus primus. Nec tamen solidè lætus fuit, plus quippe absynthij videtur habuisse, quam mellis. Etsi enim ita lætatur est, vt tanquam in die solennis lætitiæ, solum meritissimo supplicio afficere nefas esse duceret, diceretque, An ignoro hodie me factum regem super Israël? Cædes tamen Amasæ, noui principis militiæ, per prodicionem à Ioabo perpetrata, & tribuum contentio, quæ in apertam denique defectionem euasit, hanc lætitiã valde diluit. Sed læta prius, vt ratio temporis exigit, videamus. Existimamus autem iuxta ea quæ superiore anno disputata sunt, cum primum se annus aperuit, regem traiecisse Iordanem; indeque cum magna populi parte venisse Ierusalem, cum iam mensibus hybernis variè à tribubus hæc reductio agitata fuisset, adeo vt sese mutuo tarditatis arguerent.

I. Ratio temporis, & res anni huius. Annus Sabbat. 61.

vers. 9. 10.

Cum ergo Israël's legati, paterna à Dauidè accepti beneuolentia, ad suos reuersi essent, cum mandatis vt Regi Iordanem trãstruro adessent, & Hierosolymam petentem comitarentur, cum primum eis Regis profectio innotuisset. Et iam tempus profectiois appeteret, tribus Iudæ cupida demonstrandi suam, erga Dauidem suam beneuolentiam, ipsa eius adeundi celeritate, destinatum reuersioni tempus anteuertit, venitque in Galgala, indeque Iordane transmissio, regem adiit. David autem, qui æmulabatur gloriam tribus suæ, audito eius aduentu, maturius etiam ipse, non expectatis ceteris tribubus, Castris egressis, Iordanem versus, & locum traiectioni destinatum iter intendit. Abeuntem regem circumpositæ tribus trans Iordanem agnouerunt, celeriterque ad regem profectæ sunt: atque ita factum est, vt Dauidè Iordanem transeunte, tota illi Iudæ tribus adesset, & media tantum pars de populo Israël.

II. Iudas præuenit Israël'em in reductendo Rege.

Cumque

III. Semei officiosè abit à Dauidè veniam.

Cumque iretur Hierosolymam, exortum est itinere Israël'em inter & Iudam, ex æmulatione iurgium: quæ occasio fuit, vt nondum satis coagmentata cicatrix, Seba classicum insonante, facile diuelleretur.

Quoniam autem tribus Iudæ in Galgala & Iordanem venire non poterat, quin per mediam tribum Benjamin iter faceret, facile fuit Semei, qui in ea morabatur, tota de re quamprimum fieri certorem. Præsertim cum rebus in contrarium versis, veniam de scelere suo, singularibus aduersus Regem obsequiis, fatageret obtinere. Apparet autem Tribunal fuisse in tribu sua, qui cum mille virorum comitatu venerit; & erat alioqui vir potens de cognatione domus Saul. In eo numero videret fuisse Siba, cum quindecim filiis, & viginti famulis; & Miphiboseth Ionathæ filius, omnes enim ad eandem tribum pertinebant. Isti ergo cum venissent cum viris Iudæ in occursum regis Irrumpentes Iordanem ante regem transierunt vada, vt traducerent domum regis, & facerent, iuxta iussionem eius. Nimirum plurimi eorum in equis insidentes animosè ingressi sunt in aquas, vada commodissima explorantes, ne quod periculum transeunti regi, aut eius familiaræ crearetur; quam transisse nauigio, ex Hebræo intelligitur.

IV. Et eam humiliter petit.

Cum primum autem Semei Iordanem transisset, sub ipsum tempus, quo rex erat transiturus, prostratus coram ipso veniam petiit illatæ à se in eum iniuriæ, cupiens eam obliterari, & præsentis officio compensari, quod primus ex omni domo Ioseph, id est ex omnibus tribubus, præter Iudam, in occursum regis venerit. Et videbatur inflecti ad lenitatem Dauid, cum Abisai zelans pro honore regis sui, Numquid pro his verbis, inquit, non occidetur Semei, quia maledixit Christo Domini Hic est ille idem Abisai Ioabi frater, qui dudum dixerat, Quare maledixit canis hic mortuus Domino meo regi? vadam & amputabo caput illius. Sed quemadmodum tunc, ita & modo, à mansuetissimo Dauidè, cum eadem obiurgatione repulsus est, Quid mihi & vobis filij Saruie? Quid vestra interest, si ego misericors; esse voluero? Quid zelamini pro me, & efficiamini mihi hodie in satan? id est aduersamini. Erat enim reuera hoc consilium inimici, & regis negotiis valde aduersarium. Mors enim Semei omnes tribus alienas à Dauidè reddidisset, dum de venia desperarent, parque supplicium sibi formidarent; præsertim cum hæc dies recuperati regni, lætitiæ esset non animaduersionis. Ideoque rex cum iuramento promisit ei non moriturum, quod ne violasse postea videatur, cum eum à Salomone puniti iussit, dicendum videret Dauidem non fuisse obligatum ad mentem Semei veniam promittere, vel iurare. Vide alias in Annalibus responsiones.

Repellitur ab Abisai, rege improbante. 2. Reg. 19. 20. 21. 1. Reg. 16. 9.

An fidè & cûpetiurio.

num. 14. & 15. anni huius.

V. Miphiboseth adit regem.

Hoc ipso tempore descendit Miphiboseth in occursum regis, illotis pedibus, & intonsa barba, ad dunt etiam Septuag. neque resectis vnguibus, vestesque suas non lauerat, à die qua egressus fuerat rex, vsque ad diem reuersionis eius in pace. Totum videlicet exilij Davidici tempus in luctu posuit, quem in corporis, & vestium neglectu præ se tulit. Intelligebat enim quantum in rege humanissimo regno suo pulso iacturam

fecisset. Et tamen infelix hominem sceleratum inuenit, & quidem seruum suum, qui atroci calumnia eum apud regem ambitionis accusaret, neque regia tantum beneuolentia, sed omnibus etiam fortunis indignissimè priuaret. Is ergo cum primum regi factus est obuius, ab eo rogatur, cur cum ipso non venisset. Etsi enim illi futurus erat oneri, oportebat tamen vt ipse se ad officium paratum offerret. Apparet Dauidem, qui iam calumnia Sibæ præuentus fuerat, quæsiisse occasionem ipsum obiurgandi, vt qui nondum esset illo errore liberatus.

VI. Causâ suâ agit apud Dauidem.

Miphiboseth autem crimen in calumniatorem deonerat, qui per contemptum, Domini mandatum seruus neglexerit, & impederit ne posset officio regi debito fungi, neque eo facinore contentus, adiecerit etiam horribilem calumniam, herum suum accusans maieftatis apud regem, quasi in spem regni eo abdicato esset erectus. Nec dubitauit Miphiboseth quin rex pro sua sapientia Sibæ improbitatem facile deprehensurus esset, vt qui esset quasi angelus Dei, & videret quam parum probabilitatis haberet accusatio, quamuis in materiam suspiciosisimam incidisset. Nam & ad regnandum erat ineptissimus, si maxime voluisset, & perpetuo luctu ostenderat quantum regis calamitas ipsi grauis esset, à quo, maximo beneficio, atque honore affectus fuisset, quem posuisset inter conuiuas mensæ suæ; quem tamen tanquam pertinentem ad Saulis familiam, interficere potuisset.

VII. Iniustū regis in hac causâ iudicium.

Vides Miphibosethum excusantem Dauidem, quem de superiore iudicij iniustitia erubescens videbat, nec velle pudore impeditum priorem sententiam penitus antiquare, neque Sibam bene de se meritum vehementius contristare. Sed debuit profecto in male promissis fidem rescindere, nec erubescere in turpi iudicio maturè decretum, & non peccatum vetus nouo cumulare. Neque fas fuit, adulatoriis muneribus deuictum, agnitam iniustitiam non emendare, & criminofum hominem non diligentius excutere, ac punire, sic vt qui per fraudem aliena bona fuerat adeptus, amitteret etiam sua; & insuper morte iustissima lueret calumniam in hominem innocentem, imo Dominum suum, eumque afflictum & conditione miserabilem. Nihilominus, Tu & Siba, inquit rex, diuidite possessiones: vterque vestrum altera parte bonorum contentus sit, vt neque vnus omnia amittat, neque alter acquirat omnia. Sicque in hac causa tripliciter peccasse Dauidem fatentur interpretes. Nam & Miphibosethum nihil commeritum indicta causa primum omnibus fortunis euerit. Deinde cognita veritate homini calumniarum passo non restituit bona sua, sed eorum partem duntaxat. Tertio improbitissimum heri sui calumniatorem non punit, sed passus est calumniam illi esse fructuosam, ad improborum audaciam nutriendam.

vers. 29. Et culpa triplex.

VIII. Gratitude eiusdè erga Berzellai.

Vt autem redeamus ad comites Davidis Iordanem transeuntis: in iis quoque fuit Berzellai Galaadites, de Dauidè bene meritus; cui cum rex vicem reddere cuperet Hierosolymis, excusauit ille atatem octogenariam, aulicæ vitæ parum idoneam; substituit autem filium suum, qui regi commodius famulari possit, cuius desiderio Dauid acquiescit, spondetque se in eum pro

parentis voluntate, & eiusdem loco beneficium fore: idque & viuens cumulatè præstitit, & moriens iussit Salomonem filios Berzellai perpetuos habere conuiuas. Transiit ergo Rex cum vniuerso populo, qui cum eo erat, transiit & Berzellai, quem cum peramanter complexus, eique bene precatus esset, dimisit eum, qui & reuersus est in Rogelim ciuitatem suam, filius autem eius secutus est regem, eique deinceps adhæsit.

IX. Iurgium tribu contra Iudam, apud Regē.

Transmissio flumine rex profectus est in Galgalam, & Chamaum cum eo, atque adeo Semei, & Siba & Miphobset, & omnis populus Iuda, qui affuerat regi transeunti, vna cum dimidia parte cæterarum tribuum, quæ turmatim ad regem concurrebant, ægre ferentes sibi non significatum regis discessum, neque expectatum paulisper aduentum suum. Cum autem iam omnes conuenissent, & Dauid iam non longe abesset ab vrbe regia, vt putat Abulensis, regem subitati adierunt, & quare, inquirunt, te furati sunt fratres nostri viri Iuda, & traduxerunt regem, & domum eius Iordanem? Dolebant Israëlita contemptos se à Iudæis, qui gloriari voluissent Dauidem à sola sua tribu regno restitutum: eaque de causa regem furtim, non monitis aliis abduxerant: verebanturque ne hanc tarditatem, quæ nulla sua culpa contigerat, rex acciperet, quasi exiguæ benevolentia argumentum. Quem propterea neque accusare audebant, etsi eius fuerat omnes tribus conuocare ad certum diem, & ante illum non discedere: sed eam accelerationem crediderunt à superbia Iudæorum fuisse profectam.

X. Durior Iudæ responsio dat causa defectio- ni.

Hic cum exortum esset inter tribus iurgium & alij se aliis vicissim præferrent, incaluit spiritus regis tribus, cernens sibi non concedi regem sibi esse propiorem quam cæteris tribubus, quod tamen extra controuersiam esse videbatur. Itaque durius responderunt viri Iuda, viri Israël, quibus autem verbis vsi fuerint proditum non est. Valde tamen assentior Tostato, dicenti probabile esse dixisse Iudam, non solum Israël non esse regi se propiorem, sed nihil ad eum pertinere. Quod non obscure colligitur ex verbis Sebæ de tribu Benjamin, qui mox inclamauit apud cæteras tribus. Non est nobis pars in Dauid, neque hereditas in filio Isai, quæ ille videtur ex Iudæorum verbis sublegisse, & quasi exprobrando usurpasse. Valde porro mirum est regem non compescuisse hæc turbas; neque vtrisque silentium pro sua autoritate imposuisse, præsertim cum non solum coram ipso, sed pro ipso, & de ipso esset exorta contentio. Certe Abulensis non dubitat hoc loco Dauidis desideratè prudentiam, & humani aliquid aduersus tribum suam passum fateri, qui æque omnium pater esset & princeps. Quod si fatemur, licet illico agnoscere castigantem Deum, qui hunc triumphum reddiderit luctuosum, & vix absterfas pro Absalone lacrymas renouarit. Vsque adeo placitum est Deo rebus aduersis seruatorum suorum vel exercere virtutem, vel punire peccata, vel merita cumulare.

XI. Sebæ dux seditionis.

Cum ergo principes tribuum grauer ferrent duriorum Iudæorum responsionem, & Dauidem sibi iniquiorem putarent, ab eo corpore

simul, animoque auertuntur, Infeliciter autem ac belli ciuilibus. 2. Reg. 20.1. tum contigit, vt ibi esset vir Belial nomine Sebæ de tribu Benjamin, & quidem de principibus eius, atque adeo de cognatione Saulis, vt plerique putant; neque enim alioqui populum ad se tam facile traxisset. Hic ergo parum alioqui in Dauidem propensus, hac occasione arrepta factus est vnguis in vlcere, vt regnum à Dauide in Saulis aut familiam, aut tribum reduceret. Ergo cum buccina cecisset, vt sibi faceret audientiam, facto silentio, clamauit, Non est nobis pars in Dauid, neque hereditas in filio Isai, reuertere in tabernacula tua Israël. Efficax fuit feralis illa buccina, cæteris tribuum proceribus in præsentia ira facile obsecundantibus, & suos singulis secum exemplo suo atque autoritate trahentibus. Itaque separatus est omnis Israël à Dauid, securusque est Sebæ filium Becri. Viri autem Iuda adhæserunt regi suo, à Iordane vsque Ierusalem, quasi dicat, à cæteris autem media in via desertus est.

ac belli ciuilibus. 2. Reg. 20.1.

Cumque venisset rex in domum suam in Ierusalem, ibi vestigia præcedentis coniurationis inuenit, decem nimirum mulieres concubinas, quas publicè fœdauerat Absalon, cum ibi relicta fuissent à Dauide ad custodiendam domum, & tradidit eas in custodiam, non quidem in vincula, supponens eas inuitas cum tyranno peccasse, sed in liberam custodiam, ne à Dauide desertæ furtim cum aliis, cum regis dedecore consuecerent. Alimenta quoque eis præbuit, siue mercedem præcedentis famulatus, siue quia clausis non licebat alios accipere viros, à quibus sustentarentur. Et non est ingressus ad eas, quia factæ erant quasi nurus ipsius, per coniunctionem cum filio eius Absalone, quamuis affectu non maritali. Sederant clausæ vsque in diem mortis suæ, in viduitate viuentes, id est in celibatu: neque enim erant proprie viduæ, cum viueret adhuc earum maritus, sed in omni deinceps continentia perseuerarunt, instar monialium Deo consecratarum. Eas quoque segregando prouidit, ne dum in oculos hominum incurrerent, renouaretur memoria flagitij impurissimi Absalonis, quod in Dauidis contumeliam redundabat.

XII. Rex cōcludit cōcubinas. 2. Reg. 20. 3.

Hoc negotio celeriter expedito, rex prospiciens bellum ciuile succrescens, vocato ad se Amasa, cui nuper militia promiserat principatum, iussit conuocari in diem tertium omnes viros Iuda, eumque adesse præsentem, nimirum vt militi nouum præficeret Imperatorem, & militem Imperatori commendaret. Qui dum dat operam vt quam numerosissimo instructus exercitu, contra Sebam & decem tribus pugnaret, & certio rem victoriam reportaret, moratus est vltra constitutum à rege diem; qui interea agebatur, videns difficiliorem in dies reddi victoriam, viribus crescente aduersario; cum ipse nollet Iobai opera in hac expeditionem vti. Itaque iussit fratrem eius Abisai, cum copiis quæ erant ad manum persequi Sebam, sperans fore vt cum reliquo exercitu Amasa, illi cum summo imperio adiungeret. Nec minus Iobab cum fratre & domesticis copiis contra Sebam profectus est.

XIII. Et curā militiae dat Amasæ, Iobabo abdicato. 2. Reg. 19. 13.

Qui cū progredierentur Septentrionē versus, Amasa cum suis consecutus est eos, iuxta lapidem grandem qui est in Gabaon, circa quem iam ante annos viginti octo Iobab contra Abnerem

XIV. Quæ Iobab per prodicionem interfecit.

pugnarat

2. Reg. 20. 9.

pugnarat, initio ducto à gladiatorio certamine. Ibidem nunc per speciem benevolentia complexus Amasan, eum pugione confodit, minime quidem innocentem, si quis desertum ab eo regem, eundemque auunculum suum, vt tyranno adhæreret, recorderetur. Sed Iobab fuit multo nocentior, licet mala eius voluntate Deus ad puniendum Amasan vsus fuerit, qui prætexta cum consobrino amicitia, improviso ferro, indicta causa, ignorante, atque inuito principe, nihil ab eo violatus, inuidia stimulante peremerit. Instar enim mortis Iobabo erat, post trigessimum denique annum, de supremo, secundum regem, dignitatis gradu ignominiosè deturbari. Ipso autem occiso persuasum habebat neminem toto regno fore, qui eam dignitatem auderet admittere, illius metu qui duos iam regij sanguinis principes, illius sibi conseruandæ causa, per insidias trucidasset.

XV. Dauide Iugente, ac dissimulante.

Id facinus magnum attulit Dauidi mœrorem, eum tamen dissimulandum putauit, ne qui recenti seditione vndecim tribus amiserat, Iudam quoque, in ipsius ac fratris potestate positum, amitteret. Nec tamen pœnam ignouit, sed in tempus idoneum distulit. A Iobabo autem interea quandam quasi tyrannidem patiebatur, quam nec ferre liberet, nec auferre posset. Idoneam tamen patiendi ac dissimulandi materiã Iobabus ipse suppeditauit, cum motus à Sebæ excitatos compressit. Videri enim vulgo potuit Dauidem, in gratiam egregij facinoris, improbum illud ignouisse, eumque rursum militia principatu donasse, quamvis ipse se potius nunc militia principem fecisset, quam à Dauide factus esset. Iacebat Amasa contrucidatus in via, & in suo sanguine tabescens, transeuntes ad sui spectaculum trahebat, quorum aliqui etiam insultabant, quod Iobabi loco esse voluisset. Denique in urbem delatus, multo cum Dauidis luctu, honorificè sepultus.

XVI. Sebæ obfidetur atque interfecit.

Porro Sebæ, transierat per omnes tribus Israël, omnesque viri electi congregati fuerant ad eum. Nimirum à tribu Iuda digressus; adierat tribum Benjamin, & Ephraim, cæterasque, perueneratque ad tribum Nephthalim, quæ est vltima septentrionem versus, in qua est Abela, vbi ille substiterat. Quod vbi didicit Iobab, qui eius vestigia sectabatur, obsedit urbem, eiusque muros destrueri moliebatur, & videlicet per vim in illam irrumpere. Quo cognito ciues de salute sua, & vrbs incolumitate solliciti, statuerunt periculo eximere sese, istius aduenæ de ditione. Id vt Iobabo nunciaretur mittitur super muros mulier: ibi enim poterat mulier tutius quam vir aliquis subsistere. Sed & sapientia illius id datum est. Cum enim ad naturales mulieris illecebras accesserit opinio sapientia, propter insolentiam rei sunt admirationi, & facilius à viris impetrant quod cupiunt. Ergo inde mulier Iobabum euocatum alloquitur, qui dedit sibi vult Sebam; eius caput illa promittit, eoque è mure deiecto ciuili bello finis imponitur. Et Iobab ad regem, recuperata ipsius permissu dignitate, reuertitur, dum tempus ferat, vt regi meritas pendat pœnas.

ANNVS MVNDI 3011.

DAVIDIS 32. ABIATHARIS 37. EV PALIS 21. Imperij Assyriorum 1080.

ANTE CHRISTVM 1042.

ACTA est famis in diebus Dauid tribus annis iugiter, quam Iosephus, secutus Ierem narrationis Scripturæ, post prædictum ciuile bellum credit exortam: nec apparet vlla ratio cur alio referenda sit. De eius causa dicitur anno tertio, quo diuinitus reuelata perhibetur. Si enim prius causam famis eiusque remedium didicisset Dauid, prius vtique illam, adhibito remedio depulisset: quæ causa illi citra reuelationem in mentem venire non potuit. Et vt cogitasset Gabaonitas iniuste à Saule vexatos, credere potuit hanc culpam, morte Saule, & filiorum eius, expiatam.

I. Primus annus famis apud Israëlitas. 2. Reg. 21. 1.

Porro centesimus & quadragesimus excisæ Troiæ annus; qui in hunc annum cadit, ab antiquis Ionica emigratione celebratur, Eratosthene, Plutarcho, Clemente Alexandrino, Eusebio, quando vt scribit Velleius Paterculus, magna vis Græcæ iuuentutis, abundantia virium sedem quæritans, in Asiam se effudit. Id autem Ione duce factum ait. Quod nos in Annalibus improbauimus; secuti potius Pausaniam, qui emigrationis huius causam, refert in exortam inter filios Codri regis Atheniensium dissensionem, cum Nileus Medontis imperium detrectaret, quod is altero pede claudicaret. Ea controuersia cum oraculo Delphico permixta fuisset, & ab eo causa Medonti adiudicata esset, Nileus Athenis, regni spe deiectus, abcessit cum aliis Codri filiis, & multo maxima Ionum manu; à quibus Ephesus, Miletus, aliæque vrbes in minore Asia conditæ sunt, vt ex Æliano, Strabone, Pausania, Tertulliano in Annalibus hoc anno tradidimus.

II. Ionica emigratio.

ANNVS MVNDI 3013.

DAVIDIS 34. ABIATHARIS 39. EV PALIS 23. Imperij Assyrior. 1082.

ANTE CHRISTVM 1040.

ERTIO iam anno perseuerante fame non credidit Dauid eam ex causis mere naturalibus esse profectam, sed consulit oraculum Domini, per Abiatharem videlicet summum sacerdotem, apud Arcam fœderis, quæ in Sione vigesimum iam quartum annum sedes habebat, rogauitque vt quando tertium iam annum sterilitas ac famis populum suum continenter diuexaret, causam eius patefacere dignaretur, simulque quid piaculi requireret, ad offensionem tam diuturnam penitus abstergendam. Dixitque Dominus immiffam diuinitus famem propter Saul, & domum eius sanguinum: quæ scilicet multum iniuste

I. Reliqui anni famis.

Dauid consulit Dominum.

languinem effuderit, nominatim occidendis Gabaonitis. Ab ipsis autem quid piaculi reputant exquirendum esse, quod id Dominus in eodem arbitrio posuerit, ut ex Davidis interrogatione colligitur. Non erant illi quidem de filiis Israël, sed reliquæ Amorrhæorum, quibus tempore Iosue Israëlitarum iurauerunt, se eos conseruatuos.

I. Eius causa malus Saülis zelus contra Gabaonitas. Num. 23. fin.

Nihilominus Saul eos zelo pro filiis Israël & Iuda interfecit. Nimirum indignum existimauit Israëlitarum nobilitate, & suo erga Deum, ipsiusque legem zelo, reliquias Amorrhæorum conseruare, quos Dominus tam seuerè deleri iusserat. Verum exceptio in his facta fuerat, eorumque salus sub conditione oneris hæctenus inuiolata, & iureiurando firmata, in rem iudicatam transferat. Quamquam non tam zelus legis, qua soluti erant Gabaonitæ, quam auaritia & superbia eum censentur permouisse, qui eorum bonis inhiaret, & probrosum genus contemneret. Dicit quoque potest datam Gabaonitis ultionem, siue quia illam à Deo continenter petebant: siue quia Dominus ostendere voluit iustitiam suam, quæ etiam populi sui culpam, in gratiam alienigenarum puniret: siue denique quod præsentis animaduersione firmare voluit legem suam, de diligendis aduenis ad fidem conuersis, verat enim aduenam contristari, aut affligi. Quin & proficitur se amare peregrinum, & dare ei victum atque vestitum. *Et vos ergo, inquit, amate peregrinos, eos autem in primis, qui propter animi sui salutem peregrini fiunt. Apparet autem populum, qui pœnæ particeps fuit, etiam culpæ non fuisse immunem.*

Exod. 22. Deut. 10. 28. 29.

III. Pacificetur David cum Gabaonitis.

Intellecta mali causa, David statuit quam primum ei remedium afferre, & aduocatis Gabaonitis, quæ sunt ob eis quid satisfactionis nomine postulerent. Existimant autem Hebræi valde probabiliter, Davidem eis ut pauperibus aliquam pecuniæ summam obtulisse, in expiationem peccati, ut *benedicerent hereditatem Domini*, qui censentur mala quotidie Israëlitis imprecari, eamque ab eis repudiatam dicentibus, *non est nobis super argento & auro questio*. Sed talionis pœnam contra familiam Saülis postularunt, ut quod in Gabaonitis Saül tentauerat, id ipse in sua familia pateretur; sic ut ne vnus quidem de stirpe illa regia remaneret in viuis. Hic mitissimus David magnitudinem ultionis huius deprecari, obicere quoque iusurandum Saüli factum, atque Ionathæ, de non delendis eorum familiis: petere denique moderationem aliquam: neque enim verisimile est eos, qui neminem superstitem de nouem qui supererant, fieri prebant, sponte sua septem duntaxat fuisse perituros. Septem ergo petierunt de Saülis familia, & impetrarunt, ut in duobus, vtrumque Davidis iusurandum seruetur. Sed hæc accuratius in Annalibus expenduntur.

IV. Eiusque tradit septem de stirpe Saülis.

Dedit ergo David Gabaonitis, tanquam placulum famis publicè crucifigendos duos filios Respha concubinæ Saülis, tum quinque filios Michol filia Saülis, qui erant reuera filij Merob, sed eos Michol quæ carebat liberis, adoptauerat, ut ait Hieronymus, in Tradit. quod est quoque Chaldaus paraphrastes. Alii dicunt, quod maluit irrepsisse mendacium, ut eo quod hi filij dicantur à

Michole geniti, & pro Michole legendum Merob: quod minime absurdum est. Cruci autem affixi fuerunt in colle Gabaa oppido Saülis, ut ipso loco, in quo peccatum fuerat, facile intelligeretur puniri Saulem in filiis, ac nepotibus suis, idque factum sub initium Veris, & festum azymorum. At Respha insigni charitate in cadauera filiorum vsa, vile ibi cubile erexit, ut ea à ferarum & volucrum moribus protegeret, idque non ad vnum aut alterum diem, sed ad menses aliquot, vsque ad superuenientem pluuiam, quæ esset indicium exoratae diuinæ clementiæ; ad quam propitiandam illi suspensi erant. Quæ humanitas cum regi placuisset, iussit cadauera tolli de patibulis, simul quoque deferri in terram Benjamin ossa Saülis & Ionathæ, Abinadabi quoque & Melchisnæ, pridem à Iabesitis sepulta, & omnia simul condidi in sepulchro Cis patris Saülis; sicque sterilitas Deo miserante finita est.

Qui & crucifiguntur. Respha charitas in eos.

Sepeliuntur iussu Davidis.

ANNVS MVNDI 3014.

DAVIDIS 35. ABIATHARIS 40.

EVPALIS Regis 24. Imperij Assyrii 1083. ANTE CHRISTVM 1039.

IV. VATOR bella, aut prælia potius reliquo vigesimo primo capite 2. Regum recensentur, quæ Davidi & seruis eius feliciter contra Philisthæos cesserunt. De quibus etsi non constat, quo quidque anno contigerit, sub hoc tamen tempus, post depulsam famem, aut omnia, aut minimum tria contigisse, communis est tam interpretum, quam chronologorum sententia. Cum autem Scriptura dicat, Dauidem iam deficiente viribus primum horum præliorum contigisse, recte id cum Davidis ætate congruit, qui nunc 64. agebat annum. Significat autem Scriptura initium belli factum à Philisthæis, quibus suscitabant animos noui gigantes, antiquo illi Goliatho suppare. Deus autem hoc bellum & sequentia videtur permisisse, ut istis, qui erant omnium fortissimi, domitis, regnum tranquillum Salomoni pacifico traderetur. Cum ergo contra Iesibenob gigantem pugnaret, viribusque deficeret, parum absuit quin ab illo occideretur, nisi opportunè adfuisset Abisai nepos eius, & Iobai frater, qui percussum Philisthæum interfecit. Quo periculo moniti Israëlitarum, non permisissent Dauidem ultra pugnare, ne cum eo gloria Israëlitis extingueretur.

I. Prælia quatuor contra Philisthæos.

Primum ipsius Davidis.

II. Alterum Sebochai contra gigantem.

Alterum prælium factum dicitur in Gob contra eosdem Philisthæos, qui locus cum in primo Paral. dicatur Gazer, quam Philisthæi in tribu Ephraim possidebant, apparet priore modo à Philisthæis, posteriore ab Israëlitis id oppidum fuisse appellatum, vbi Philisthæi humiliati dicuntur, vbi & Sebochai, qui erat vnus de fortibus Davidis, hominem occidit nomine Saph, de stirpe Arapha, de genere gigantæo.

Sequitur

III. Prælium Adeodati, siue Elchanan. n. 8. & 9.

Sequitur tertium bellum, quod eodem locogestum dicitur, & à plerisque non recte Davidi tribuitur, ut in Annalibus ostendimus, dicendumque hoc bellum, in quo Goliath ab Adeodato percussus dicitur, Dauidem rege, & sene contigisse, istumque Goliathum esse illius prioris Goliathi fratrem, ut habetur in 1. Paral. vbi hæc ipsa historia reperitur. Adeodatum autem ab Hebræo Elchana esse conuersum, qui inter fortissimos Davidis numeratur in eodem libro. Sic & filius saltus dicitur, pro filio Iahare, quem Chaldaus ait fuisse textorem veli Sanctuarij, Hieronymus autem vertit polymitarium, patria vero Bethlehemitem. Hic ergo Elchana in hoc bello præcipuam laudem consecutus est occiso Goliatho fratre illius, qui ante annos tres & quadraginta à Dauidem singulari certamine victus, atque occisus fuerat.

c. 26. 5. 1. Paral. 11. 26.

IV. Vltimum bellum in Geth.

c. 13. 1. & 2. Reg. 8. 1.

Reliquum est quartum bellum, quod in Geth confectum est, in quo vir fuit excelsus, qui senos in manibus pedibusque habebat digitos, & erat de origine Arapha, qui cum probris afficeret Israëlitas, à Ionatha filio Sammaa fratre Davidis interfectus est. Ex eo autem quod bellum hoc ad urbem Geth confectum est: quam David iam dudum occupauerat, ut ex lib. Paral. aperte constat, & diximus anno Davidis duodecimo, colligere possumus cum Tostato, bellum hoc à Philisthæis, illius urbis recuperandæ gratia, susceptum fuisse, sed irrito conatu; & damno insuper accepto. Iosephus ait hoc prælium cum gente illa fuisse vltimum Israëlitis. Quod si admittimus, ut initium capituli 22. videtur postulare, ea bella quæ cap. 23. referuntur, dicenda sunt ad priora tempora pertinere, quæ ferè ad suos annos retulimus. Interim autem Salomon decimum sextum ætatis annum agens, sub cura prophetae Natham, ad omnem virtutem, pro eximia adolescentis docilitate informabatur.

ANNVS MVNDI 3016.

DAVIDIS 37. ABIATHARIS 42. EVPALIS 26.

Imperij Assyriorum 1085. ANTE CHRISTVM 1037.

I. David in pace gratias agit Deo.

INGRAVESCENTEM Davidis ætatem, nam sextum & sexagesimum agebat annum, Deus illi immunè à bellis esse voluit, quam idcirco religiosissimus princeps in gratiarum actione, diuinisque laudibus, in templi apparatu, & institutione Salomonis, quæ in regni hæredem informabat, magna cum animi voluptate consumpsit. Hoc porro anno primū se offert illa gratiarum actio, quæ cap. 22. & 23. secundi regum continetur, vbi ex occasione additur commendatio virorum fortium Davidis, cum aliqua eorum, quæ ab illis fortiter gesta fuerant commemoratione. Idonea enim est principi materia Deo gratias agendi, quod ei viros egregios, ad regni sui administrationem, defensionemque concesserit. Verum hæc agnitio

diuinorum beneficiorum, quæ est humana conditionis infirmitas, tentationi vanitatis obnoxia est, si de ipsis non solidè in Domino, sed vanè gloriamur in nobis. Quæ vanitas Davidi credidit in populi sui enumeratione contigisse. Ea enumeratio ad hunc annum maxime referenda est, ut diligenter in Annalibus explicatum est, vbi & de catalogo virorum fortium dictum est pluribus, quæ Lector non inutiliter consulat: est enim res in Scriptura satis impedita.

Hic breuiter dicamus Catalogum virorum fortium Davidis, qui in 2. Reg. & 1. Paral. recensetur, non sine aliqua diuersitate in numero, in ordine, in nominibus singulorum ponitur. Nam qui non vno in loco 30. fortes dicuntur, in aliis multo plures numerantur. Ideoque dicendum videtur à principio, siue cum David esset in Geth, siue cum regnaret in Hebron, selegisse ex omnibus militibus suis florem ipsum, numero 30. in tres decades distributum, quarum singulæ suam haberent principem, qui reliquos fortitudinis laude meritisque anteciret. Auctus est deinde fortium numerus, pro ut quisque, ipsorum æmulatione, nobili quopiam facinore extulisset atque exemisset à plebe militum gregariorum, remanente nihilominus denominatione 30. fortium. Sic duodecim Apostoli dicuntur, quamvis aliis ad eum numerum deinceps allectis.

I. Catalogus virorum fortium, eorumque numerus.

Quod attinet ad ordinem, perspicuum est Scripturam geminam triadem eximiorum virorum constituere, & à reliqua fortium multitudine seponere. Nam Abisai frater Iobai dicitur inter tres nominatissimus, & inter tres secundos inclutus, & princeps eorum, *veruntamen*, inquit, *vsque ad tres primos non peruenerat*. Quod ipsum de Banaia quoque scriptum est. Primum enim tres omnium fortissimos ponit, deinde tres alios fortitudine secundos, & prioribus suppare, tum reliquos fortes circiter triginta. Suspiciari autem possumus priorem illam triadem fuisse tres decuriones trium decadum, posteriorem autem, quasi prodecursionum, qui eos repræsentarent, & si res ferret, supplerent eorum vices. Extra ordinem porro sunt David, Iobai, etsi erat vterque fortissimus. Primus autem in priore triade fuit Iesbaam, qui & primæ turmae 24. millium in primo mense præerat, secundus Eleazar, tertius Sammaa. In altera triade primus fuit Abisai Iobai frater, secundus Banaia, qui fuit dux regij satellitij Cerethi & Phéleti, & postea à Salomone factus est militiæ princeps loco Iobai. Tertius Jonathan filius Sammaa fratris Davidis: sed de ipsis, cæterisque fortibus plura suggerent Annales. Nos hic ad plagam pestilentiæ transeamus.

III. Duo primi tertarij, & qui in eis.

1. Paral. 11. 20. 21. 2. Reg. 23. & 1. Paral. 11. 24.

Cum altissima pace frueretur David, & inter gratias agendas Deo heroës suos recensisset, subiit etiam eius animum cogitatio ac voluntas vniuersum numerum bellatorum in fastos suos redigendi. Cui voluntati cum vanitas ac superbia sese insinuassent, Deus permisit Davidem in eam culpam labi, ut id peccatum, in populo alioqui culpabili, iusta animaduersione castigaret. Populi autem culpa, quæ mox pestilentia punita est, fuisse videtur illa defectio, qua nuper Sedæ filio Bochri, contra Da-

V. David iubet numerari populum.

uidem legitimum suum principem, adhæserat: Solus enim Seba suæ perfidiæ dederat penas, nunc ergo populus ipse, morte 70. millium virorum punitus est. Quod autem David. in suis ad Deum precibus populum innocentem vocat, id de culpa numerationis intelligendum est, cuius populus particeps non fuit. Permisit ergo Dominus hunc Davidis lapsum, & simul eum voluit, populum castigando, humilem reddere, reputantem se huius tantæ cladis causam fuisse.

& Paralip. de quo discrimine studiosus Lector consulat Annales.

Surrexit itaque David mane, stimulo conscientia, & spiritu penitentia excitatore vsus, & sermo Domini factus est ad Gad prophetam, & ab eo ad David, quo scilicet Deus peculiari- ter vtēbatur, ad suam Davidi voluntatem enun- ciandam. Et quamuis tanquam iratus, agat cum rege per internuncium, tanquam bene- uolus tamen offert ei electionem eius pœnæ de- tribus, quam ipse sibi duxerit esse tolerabilio- rem: peste scilicet tridui, trimestri bello, vel triennali fame. At David bellum auersatus, quod ab hominibus crudeliter, & cum multa animarum iactura fiat, electionem pestis aut famis permittit Deo, qui etsi iudicem agat, non obliuiscitur tamen se parentem esse, qui casti- gando filium, misericordiam solet miscere ius- titiæ. Fieri tamea potest vt Gad Davidem vr- ferit, ad alteram de duabus cladem eligendam, eumque pestem, quæ ex supernaturali tantum actione pendeat, & finiatur citius, præoptasse. Et reuera Septuag. addunt Davidem mortem, sic enim vocant pestilentiam, elegisse. Quam Dominus immisit in vniuersum populum, de mane vsque ad tempus constitutum, nimirum tri- dui, quod Dominus constituerat, & per pro- phetam denunciaret: quo tempore ad 70. mil- lia virorum cæsa leguntur, à Dan vsque Bersa- bee.

Vtrum vero Ierusalem à pestifera clade pla- ne immunis fuerit, dubitari potest. Verum & Scriptura satis docet, Ierusalem peste fuisse percussam. Percutiebat enim Angelus popu- lum, cum audiuit à Domino, Sufficit, & David vidit Angelum cadentem populum, cum orauit pro eo Dominum. Erat autem David Hiero- solymis. Et ratio postulabat vt fieret ipsa quo- que particeps cladis, sicut & culpæ fuerat, si non in defectione Sebæ, certe in coniuratione Absalonis. Iam quod ad cladis huius modum attinet, videtur Angelus gladio percussisse mo- rituros, sæpe enim fit gladij mentio in hac historia. Verum cum constet populum peste periisse, sicut & ea mors pestis vbique dicitur, vtique gladius Domini de peste metaphoricè accipiendus est. Quamquam apparuisse Ange- lum cum gladio minime dubium est, sed, vt ait Abulensis, non nisi finita plaga. Cum enim David oraret Dominum ne plaga ultra proten- deretur, voluit Dominus illi Angelum percu- tientem ostendere; isque humana specie appa- ruit, cum ingenti gladio cruento, & vibrante contra Ierusalem: aspectu autem truci atque terribili. Quo spectaculo territus David, & veritus ne scire pergeret, in terram se cum suis supplex abiicit, & veniam populo petit, atque impetrat. Ex quo intelligitur, eos, qui Angeli opera mortui sunt, sine horrifico An- geli, vel gladij conspectu periisse.

Cum autem expletus esset numerus eorum quos diuina iustitia morti destinaret, dixit Do- minus Angelo percutienti vt contineret ma- num suam, & in loco in quo erat, appareret humana forma visibilis. Erat autem iuxta aream Arcanæ Iebusæ, sed paulo elatior, vt à pluribus conspici posset. Et primùm quidem vt fit, visus est à propioribus. Nam Ornam, qui & Arcana, Dominus areæ, cum eo tempore

n. 4. & seq.

II. 2. Reg. 14. 11.

Dauidi pœ- na nuncia- tur, & datur illi. optio.

Pestē eligi.

III.

Quæ Ieru- salem quo- que vexauit. 2. Reg. 24. 26. 17.

Modus cla- dis, & An- geli species.

IV.

Vbi, & à quibus vi- sus fuerit.

V. Cui Ioab frustra resistit.

2. Reg. 24. 8. 1. Par. 21. 20.

I. Annus Sab. 62. & sum- ma rerum anni huius.

Quomodo confectus census.

ANNVS MVNDI 3017.

DAVIDIS 38. ABIATHARIS 43. EVPALIS 27. Imperij Assyrior. 1086.

ANTE CHRISTVM 1036.

EXAGESIMO secundo annorum septe- nario ab ingressu Israëlitarum in Cha- nanitidem inchoata populi lustratio ab- soluitur, & punitur, David Deū, angelico gladio in populo, & nominatim Hierosolymis scien- tem sacrificio placatum templi extruēdi nego- tia disponit. Interim insolefcit Adonias, Salomo- ne se in officio modestè continente. Enumeratio porro populi hunc in modum absoluta est. Post nouem menses, dum populus percenteret; Da- uid ex inspiratione diuina religione tactus, do- luit quod iussisset numerari populum, & ve- niam à Deo postulauit supplex. Mox autem venit Gad propheta, qui Regi optionem pœ- næ diuinitus subeundæ obtulit. Interea David qui quod factum erat infectum esse velle, mit- tit ad Ioabum, qui cunctanter regis imperium exequēbatur, vt desistat à cœptis. Itaque omi- sa lustratione tribus Leui & Benjamin, Hiero- solymam reuertitur, sciente iam in populo pestilentia, & numerum census retulit ad re- gem, qui numerus diuersus est in libris Regum

Dauid cum suis Deum orat.

1. Par. 21. 16.

Hieron. in Trad.

V. Monetur à Prophe- ta de sacrifi- cio expia- torio. 1. Par. 21. 28.

Emit bo- ues, ipsam- que arcam.

Ex Hier. in trad. in 2. Reg.

VI. Sacrificat, placatur Deus. 1. Par. 21. 26. & 28.

Et locus templo addicitur. n. 16. & in Annal. n. 74. & 75. 1. Par. 22. 1.

triticum in area tereret cum quatuor filiis in- solito ictus fulgore suspexit, viditque Angelum minaci vultu terribilem, & vltionis indicem gladium vibrantem: statimque omnes trepidi relicta area latebras petiere, & absconderunt se domi. Vidit & David, qui in proxima Sio- nis arce habitabat, viderunt & alij maiores natu, siue ex colle Sionis, siue ex inferiore vrbe, & regem consilij causa adierunt, qui Davidis exemplo permoti, vestiti ciliciis proni in ter- ram ceciderunt, vt castigatione corporis sponte suscepta, iram Dei aduersus populi peccata succensam extinguerent. Addidit & preces Da- uid, quibus, tanquam bonus pastor animam suam offerebat pro ouibus suis, ratus totam huius cladis culpam in se residere. Suas quo- que preces addiderunt insulati Sacerdotes. Abiathar & Sadoc, vt Hebræi tradidere.

Placatus ergo Dominus cessare iussit Ange- lum ab inferenda clade, & monere Gad pro- phetam, vt diceret, Davidi, vt ascenderet in montem Moria vicinum, extrueretque altare Domino Deo, in area Ornan Iebusæ. Eum enim locum iam pridem elegerat Dominus, in quo magnificum templum excitaretur, ibique ab Hebræis, atque adeo ab omnibus gentibus hon- oraretur. Quem ipsam locum Abrahami sacri- ficio ante annos octingentos & 54. conse- crarat: ibi nunc quoque Davidis sacrificio pla- cari volebat. Nil cunctatus est Prophe- ta, nihil quoque David in exequendo Dei mandato. Nam adhuc Ornan cum filiis erat in loco, in quo se absconderant, præ timore horri- ficæ visionis, cum vidit regem venientem ad se, & in- de egressus processit ei obviam, & rogata causa aduentus, didicit ipsum emere velle aream eius, ad extruendum ibi altare, & in ea sacrifican- dum, ad iram Domini placandam. Cumque ille gratis offerret omnia, ad sacrificium neces- saria, ipsumque locum areæ ad ædificandum altare: negauit rex se offerre velle Deo gratui- ta sacrificia; itaque dedit pro bobus & plau- stro 50. siclos argenteos, id est Francos 68. Gal- lici æris cum 15. solidis, pro ipso autem loco, in quo non solum altare, sed etiam templum erat construendum, sexcentos auri siclos, siue trecentas auri uncias, id est bis mille & quin- gentos aureos.

Ædificato itaque altari in dicta area, obrulit ibi holocausta, & pacifica Domino, & placatus est Dominus, in cuius rei signum, depluit ignis de cælo, quo consumptum est holocaustum. Quo cognito David videns Deo grata esse sacri- ficia, quæ ibi obtulerat, ibidem sapius sacri- ficauit, (cum alioqui in excelso Gabaon in quo erat altare holocaustorum, sub cura Sadochi, sacrificaretur,) & à populo sacrificari permisit empta iam area. Recordabatur enim reuelationis sibi iam à septem & viginti annis factæ, de templo ibi excitando, vt vndecimo Davidis anno explicatum est. Ergo publicè protestatus est, populoque denunciauit eum locum ele- ctum à Deo vt ibi domus Dei, & altare con- strueretur. Quem igitur locum antea per reuelationem agnouerat, nunc populo annunciauit, quod iussus esset à Gad propheta, publicum eius rei argumentum præbere, extructo ibi al- tari: vt iam tam populus vniuersus cognosce- ret locum esse sanctificatum, & ædificando

templo destinatum. Illo ergo tempore locum templi cognouit, hoc autem populo patefecit; illo destinauit, hoc emptione acquisiuit, illo templi designa- tionem didicit, isto materiam præparauit. Sub- dit enim sacer historicus: Et præcepit vt con- gregarentur omnes profelyti de terra Israël, & constituit ex eis latomos ad cædendos lapides & poliendos, vt ædificaretur domus Dei. Pro- felyti, si vim vocis attendas, aduenæ sunt & peregrini. Ex vsu tamen Hebræorum, Pro- felyti non tam ex noua habitatione in populo Dei, quam ex noua fidei professione, relicta idololatria dicebantur, & ab Hebræis contem- nebantur, quod non essent ex semine Abraha- mi & Iacobi. Sicut nunc noui, qui dicuntur, Christiani ex Iudæis, ab iisdem Christianis, propter dubiam eorum fidem contemuntur. Quantus porro fuerit eorum numerus, & quan- ta materia à Dauide præparata, auri præsertim & argenti, aliquanto post commodius dice- tur.

ANNVS MVNDI 3018.

DAVIDIS 39. ABIATHARIS 44. EVPALIS 28. Imperij Assyriorum 1087.

ANTE CHRISTVM 1035.

PENVLTIMO regni Davidis anno, Salomon, cum annum ætatis ageret de- cimū nonum vt qui vigesimo primo regni Davidis natus est, duxit vxorem Naaman nomine, patria Ammanitem, vt ex 3. Reg. & 2. Paral. constat, ex qua sub initia sequentis anni suscepit filium Roboamum regni successorem: qui quadraginta & vnus anni fuit, cum succes- sit Salomoni, qui 40. annis regnavit. Et duxit quidem illam fortasse maturius; non tamen citius ex ea filium suscepit, quam vltimo Da- uidis anno. Nec dubium est Dauide conscio conciliatas fuisse hæc nuptias, eodēque au- thore perfectas. Modustior enim erat tunc Sa- lomon, ac parentibus obsequentior, quam vt ipsi repugnantibus de coniugio cogitaret. Sed vnde hæc nobis mulier Ammanitis, Salomoni sociata coniugio?

Circumspicienti occurrit ille Sobi filius Naas, quem diximus susceptum in regnum pa- ternum, loco fratris sui Hanon, qui nuper Da- uidi Absalonem fugienti lautia misit in Castra. Apparet ergo hunc Davidis affinitatem expe- tiisse, & impetrasse, data filio eius Salomoni filia sua Naama: nec Davidem recusasse, qui amicitia omnes comprehendere, sibi que deuin- cire cupiebat, vt quam maxime tranquillum & pacificum regnum filio suo relinqueret. Ea ta- men lege accepisse nrum, vt ad veri Dei fidem cultumque traduceretur. Huiusmodi nihilomi- nus nuptiæ non videntur satis Deo probatæ, parum certe felices exitere. Nam ex coniugio Davidis cum Maacha exortus est facinorissimus Absalon, qui miserrimo interitu sublatus est, & Thamar probroso infamis incesto. Nec Salomō ipse, vt de aliis taceam, in hisce nuptiis

VII. Præparan- tur opifces profelyti.

I. Salomonis ætas, & primæ nu- ptia. cap. 14. 21. cap. 12. 15.

Vide Ann. David 20. n. 11.

II. Cum Am- manitide Naama. 2. Reg. 17. 27.

Parum fel- liciter.

fortunatus

fortunatus fuit; orto inde Roboamo, qui insipientia sua maximam regni sui partem perdidit. Nec desunt qui putent Roboamum, à vero Dei cultu ad idola, à matre traductum. Nimirum illa, si res ita habet, aut fictè religionem Istaëlitaram suscepit, aut in ea non perseverauit.

III. Ratio preparatæ templo materiæ.

Vacabat David hoc tempore præparandæ templo materiæ, & in Urbem vndique conuehendæ, eoque diligentius, quo clarius animaduvertebat se septuagenario proximum, corporis vigore, viribusque destitui. Nec est quod quis existimet Dauidem in eo labore imprudentia labi potuisse, qui lapides & ligna cædi iuberet ad eam fortasse magnitudinem, longitudinem, molem, atque mensuram, quæ postea Salomoni, à quo pendebat ædificatio, non probaretur. Totam enim ædificij dispositionem diuinitus acceperat, quam ipsi, aut Salomoni non esset integrum mutare. Cæterum distingui possunt duo tempora præparationis huius, prius est ex quo volens ædificare templum, diuinitus prohibitus est, permissus tamen præparare, quæ essent necessaria, aut idonea ad tantum opus. Ex illo enim tempore studiosè præparauit, quæ temporis longinquitate nihil vitij caperent, puta aurum, argentum, æs, ferrum, &c. Posterior fuit ex quo ædificauit Altare in area Ormani, dixitque, *Hac est domus Dei, & hoc altare in holocaustum Israël.* Deinceps enim parauit, quæ temporis longinquitate vitium contrahunt, vt ligna & lapides, currus, variæque machinas oneribus subuehendis.

I. Par. 28. II. & 19. Duo eius tempora.

ANNVS MVNDI 3019. REGNI DAVIDIS 40. & vlt. ABIATHARIS 45. E VPA LIS 29. Imperij Assyrior. 1088. ANTE CHRISTVM 1034.

I. Ortus Roboami.

VLTIMVS hic Davidis non vitæ, sed regni annus, habet Roboami natiuitatem, infirmitatem Davidis, & iusulentem Adoniæ fastum. In ortu porro primogeniti Salomonis, haud dubium patrem insigni affectum fuisse læticia tanquam in primaria spe posteritatis suæ; affectum & auum Dauidem, qui in eo alterum iam regni sui hæredem agnosceret, nec minus lætatam auiam Bethsabæam, & Naaman Ammanitem eius parentem, cæterosque affines & consanguineos. Sed eius natiuitatem, circumcissionem, impositionem nominis, totamque ætatem, vsque ad annum quadragesimum primum, Scriptura, eius stultitiam, atque improbitatem auersata, litteris mandare neglexit.

II. Davidis senilis infirmitas.

Iam quod ad Davidis attinet infirmitatem, ea sine certi temporis determinatione initio 3. Regum à sacro Scriptore traditur. Nimirum huiusmodi vitium defectus paulatim contrahitur, & senectuti in qua se apertius prodit tribui solet. Id Scriptura haud obscure significat, ait enim, *Et rex David senescit, & habebat ætatis plurimos dies, septuagesimum videlicet adi-*

bat annum, quod tempus aliquibus initium senectutis est, aliis medium, multis extremum: plurimis enim, citra eam metam, curriculi sui finem reperiunt. Illud certe quotidianum est vt cito senescere videamus, qui à iuuentute corpore, animoque multa patiuntur, qualem fuisse Dauidis vitam, tota superior hystoria testatur. Aduentitiam porro ægritudinem Dauidi hoc tempore contigisse putant Abulensis, atque Serarius, qualis contingit paralyticis. Quæ enim membra paralysis attingit, frigore torpescunt, & ad motum inualida fiunt. Sed potuit esse sine paralyti frigus, aut suis certe non caruit interuallis. Id enim exigunt comitia regni vniuersi, & quæ in illis ipse dixit ac fecit, post vnum alterumque annum.

III. Remediū frigoris eius.

Huic frigori remedium medici, curam sanitatis eius habentes reperire studuerunt, qua sita puella virgine, quæ senem foueret, eique ministraret. Et acquieuit quidem bonus senex seruorum suorum voluntati, sed ita tamen, vt periculum peccandi euitaret: itaque eam, in omnem euentum, duxit vxorem, vt ex sequentibus intelligitur. Quod autem notatum est eam à Dauide non fuisse cognitam, ad Davidis laudem pertinet, à licita delectatione, quæ atati parum congrueret, abstinentis: pertinet & ad statum puellæ indicandum, quæ à rege cognita, non poterat Adoniæ coniugio postmodum apta esse, neque ab eo vllò prætextu postulari.

IV. Adonia insolens, & Regnum ambit.

Parentis porro lecto decumbentis ægritudo, & haud dubiè vicina mors, animos exultit Adoniæ in regnum imminentis. Ambitioso enim spiritu eleuabatur; cui & voces ipsæ seruiabant; dicebat enim, *ego regnabo.* Imò & factis ipsis sese prodebat ambitio. *Fecit enim sibi currus & equites, & 50. viros, qui currerent ante eum.* Imitabatur miserum Absalonem, qui eandem inierat viam, nec tamen eius exitum perhorrescebat. Quod autem mox dicitur, *Non corripuit eum pater suus aliquando,* docet Adoniam non vltimo illo tantum tempore, quo de sua spe deiectus est, regnum ambiuisse, sed multo ante id sibi animo destinasse, & ad illud viam, per hosce currus & equites, paulatim muniisse. Nec deerat idoneum ambitioni fundamentum. Prioribus enim fratribus eius defunctis, regnum ipsi iure primogenituræ debebatur; quod postea Salomon ipse non dissimulabat, cum diceret matri, *Postula ei regnum, ipse enim est frater meus maior me.* Et Adonias ad Bethsabæam, *Tu nosti quod meum erat regnum.* Eadèmq; Ioabo, Abiathari, aliisque viris primatis causa fuit, cur partes Adoniæ sequerentur.

V. Electo licet à Deo & Dauide Salomone

Sed is, in cuius manus sunt omnia iura regnorum, Salomonem elegerat in regem, etiam priusquam genitus esset, quod non diffitebatur Adonias cum diceret, *translatum est regnum, & factum est fratris mei: à Domino enim constitutum est ei.* Itaque longe potiori iure Salomoni regnum, quam Adoniæ debebatur: quia peculiari ratione Deus in populo Hebræo regnare dicebatur, proindeque vicarium sibi pro arbitrio constituebat, vnde dicebat David, *Sed & de filiis meis elegit Salomonem, vt sederet in throno regni Domini super Israël.* Accedebat quod regia successio ex patris quoque disposi-

I. Par. 28.

tione pendebat, vnde factum est vt Roboam Abiam filium suum quarto genitum, regem constitueret, quod cæteris sapientior esset. At qui ex paterna dispositione, etiam iureiurando firmata, regnaturus erat, erat Salomon. Itaque Bethsabæa confidenter. *Nonne tu, Domine mi rex, iurasti mihi ancilla tua, dicens, Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo?*

3. Reg. 1. 13. 17.

V. I. Davidis in Adoniam indulgentia nimia.

An ergo culpa vacabat David, qui insolescentem Adoniam, & regnum haud obscure affectantem non comprimebat, qui meminisse poterat eam culpam in Heli pontifice tam seuerè castigatam. Eum certe videtur Scriptura ipsa hoc nomine reprehendere, cum ait non corripuisse ipsum aliquando patrem eius, quam tamen correptionem parentes debent peccantibus filiis, & principes subditis, & heri famulis, & discipulis magistri, & omnino quicunque curam aliorum gerunt. Causam huius indulgentiæ subdit Scriptura, cum ait, *Erat autem & ipse pulcher valde, secundus natu post Absalon,* id est, qui ei in primogenitura succedebat. Significans ex amore peculiari Davidis in Adoniam natam indulgentiam, qui amor tum ipsius pulchritudine, tum primogenitura pascebatur. Sed ea indulgentia illi impunè non cessit. Seditio enim Adoniæ, & repentinus in ciuitate tumultus virga fuit, qua ille vel ætatis vel animi languor castigatus est.

ANNVS MVNDI 3020. SALOMONIS 1. ABIATHARIS 46. E VPA LIS 30. Imperij Assyriorum 1089. ANTE CHRISTVM 1033.

I. Salomon regno præficitur, il ludque administrat viuo patre.

PRIMUM hunc Salomonis regnantis annum statuimus, quo annitente Nathan propheta, eodèmq; moderatore Salomonis, & rogante Bethsabæa matre, iubente Dauide rege proclamatus & declaratus est rex Salomon: Dum ex altera parte Adonias cum suis, Dauide ignorante regnum inuaderet. Statuendum autem est in primis, constituto rege ac regnante Salomone, Dauidem fuisse superstitem. Id ex initio tertij Regum aperte constat, vbi super regis mulam iussu eius impositus proclamatur rex, acceptatur à populo, inungitur, & ipsemet David sese abdicans summo hoc magistratu, eumque in filium transferens, *adorauit in lectulo suo, & locutus est, Benedictus Dominus Deus Israël, qui dedit hodie sedentem in solio meo, videntibus oculis meis.* Quod ostendit Salomonem non regni solùm successione donatum, sed regni etiam administrandi facultate. Itaque pro rege se gessit aduersus Adoniam, eumque is regem agnouit, cum diceret, *Iuret mihi rex Salomon hodie, quod non interficiet seruum suum gladio.* Nisi cum regem agnouisset, non ab eo, sed à Dauide patre, quem admodum erga se indulgentem agnoscebat, culpæ veniam postulasset. Salomon tamen, pro sua modestia, patrem quasi regem veneraba-

tur, & ex eius consilio regnum administrare incipiebat.

II. Ratio temporis.

Ex quibus consequens est tempus quod superuixit Dauid regnante Salomone, non Davidis, sed Salomonis regno tribui, & vt rumque, vt Scripturæ postulat authoritas, quadragenos regnasse annos, quæ nusquam Dauidem 70. duntaxat annis vixisse affirmavit, quippe quos modicè supergressus est.

Ætas Salomonis auctoritate probatur.

Salomon autem non duodecimo ætatis anno, sed ineunte vigesimo primo regni gubernacula suscepit. Id exigit ratio temporis, quam secuti sumus, & in Annalibus accuratè probauimus, quæ est multorum quoque grauium virorum sententia. Cui fauet in primis Dauid; cum eum iam constitutum regem alloquens; *Vir, inquit, Sapiens, vt scias qua facies ei,* quo modo in Hebræo quoque habetur, & Græco textu, & Chaldæa paraphasi, *Quis puerum duodecim annorum virum sapientem vocet, nisi eum irridendo, quantavis morum maturitate polleat?* Diruit illam quoque opinionem ea absurditas, quod dicendum sit Salomonem decimo anno, & tribus mensibus genuisse Roboamum, quod salacissimi quidam Rabbinii finxerunt; & quidam ex antiquis Patribus, obiter ac sine examine sunt secuti: ad quod incommodum vitandum omnia potius tentanda essent, quam eum puerum impurissimum ac libidinosisimum fingere, quem à primis annis diuina sapientia constat imbutum. Coguntur & intolerandæ sordidiæ damnare Dauidem, vt de Nathane pueri præceptore taceam, qui decennis filij nuptias permisit, contra ius omne naturæ, publicamque honestatem; qui eas potius seuerè punire debuerit. Sed de his hoc loco satis, quæ pluribus studiosus Lector in Annalibus disputata reperiet.

& ratione.

III. Quæ Adoniæ ambitio fauerebat.

Cum ergo Dauid infirmitate degraunte magna ex parte lecto affixus iaceret, concepta Adoniæ ambitio erupit hoc anno foras. Sat enim multis se præsidis valatum esse duxit, ad eam rem quam parabat. Marurè quippe Ioabum militiæ principem, & summum Sacerdotem Abiatharem occuparat. Populus nihil turbaturus videbatur, qui dudum prope regia pompa incedentem viderat Adoniam: quem regis quoque primogenitum non ignorabat: species denique ipsa fauorem populi illi conciliabat. Ioabum porro ad hoc postremum facinus, sua scelera, Deo permittente, compulerunt, vt de omnibus simul, seras illas quidem, sed meritas tamen pœnas daret. Abiatharem etiam diuina sententia in domum Heli fulminata persequebatur, & sinebat in eam labi culpam, ob quam merito summo Sacerdotio, priuaretur.

IV. Cur ei Ioab & Abiathar adhererent.

Sperabat Ioab, si sua opera Rex factus esset Adonias, illum sibi perpetuo obstrictum fore, eadèmq; opera patratas cædes inultas, militiæ principatum sibi, suisque perpetuum futurum. Sperabat autem Abiathar sacra vnctione nouo regi tradita, & regem in ære suo semper fore; & summum Pontificatum sibi confirmatum iri, & æmulum suum Sadochum, quem iam sibi exæquare, & pene præferri cernebat, in ordinem redactum iri, excelsò Gabaonico post templi ædificationem sublato. Habebant quoque Ioab & Abiathar, qui summam secun-

dum

Rex declaratur.
dum regem autoritate pollebant, suos è militia, & Leuitica tribu clientes, qui iuuabant quoque partes Adoniae, atque adeo omnes reliquos regis filios, vno videlicet excepto æmulo Salomone: quos omnes conuiuio accepit Adonias, iuxta fontem Rogel, ad orientalem vrbs plagam, in valle quæ dicta est Iosaphat. Ibi Pontificis opera plurimis victimis immolatis, oleo sacro, quod erat in eius potestate, inunctus est Adonias, additæ faustæ acclamationes, vitam illi ac fœlicitatem comprecantium, tam in illa inauguratione, quam in mox secuto conuiuio.

V. Quæ Salomoni fauerent.
Ex altera parte Salomoni diuina primum fauebat electio, & patris promissio iureiurando firmata. Tum Abiatharis æmulus Sadoc, & Banaias summæ militum præfecturæ candidatus, & Nathan propheta, qui Salomoni erat educatione, eruditione, & beneuolentia pater, ad quem quamprimum tantæ rei delatus est nuntius, vt qui ad eam impediendam, atque exturbandam si erupisset, magna sollicitudine excubabat. Adit ergo recentissima in re Bethsabæam matrem Salomonis, cuius res in primis agebatur, dixitque ad eam, *Num audisti quod regnauerit Adonias filius Haggith?* id est regem se creati, inungi, & proclamari curauerit? Sed ne rem desperatam illa existimet, addit, & *Dominus noster David hoc ignorat, nedum eo iubente rex factus est: idedque res adhuc disturbari potest, opera atque industria nostra: quæ si defuerit actum est de te, ac filio tuo, quem ille regni æmulum, quamprimum de medio tollet, te autem in ordinem redactam, contemnet, atque abiiciet.*

VI. Nathani & Bethsabææ pro eo studia.
Ipsam autem Nathani consilium fuit, vt Bethsabæa illico regem Dauidem adiret, deque occupato ab Adonia regno doceret, contra ipsius promissionem, in gratiam Salomonis factam, & iureiurando firmatam. Quod cum illa faceret, adderetque probationes, quæ fidem de occupato ab Adonia regno facerent, deque periculo sibi filioque suo imminente, superuenit ex condicto Nathan, qui eadem fere cum Bethsabæa inculcat, vt similitudo nunciij fidem faciat veritati. Sed addit aliqua, quasi re paulò exploratius cognita, quæ valeant ad iram, quamuis mansuetissimi hominis, excitandam; quod scilicet per summam licentiam, quasi deturbato de solio siso Dauidem, in medijs epulis Adonias rex à feditionis, & violatæ maiestatis reis, proclametur.

VII. Dauid iuber Salomonem regem creati.
His auditis Dauid quam præsentissimum remedium vrgenti malo adhibiturus, primo Bethsabæam, renouata promissione, & iureiurando, de instituendo ea ipsa rege Salomone, consolatur. Deinde mandata de consecrando in regem Salomone daturat, & ritu in ea inauguratione seruando, iussit vocari ad se Sadocum Sacerdotum, & Nathana prophetam, & Banaiam filium Ioiadæ, qui præterquam quod erant viri principes, & Dauidi fidelissimi, et studiosius regium mandatum, de nouo rege constituendo executuri erant, quo minus accepti erant Adoniae. Quin & Sadoc, qui instar erat Pontificis, necessarius erat ad inungendum regem, Nathan ad contestandam coram populo, Dei & regis in hac noui regis constitutione voluntatem. Banaias autem qui præ-

positus erat legionibus Phereti & Cerethi, ad vim aduersariorum, si qua existeret, propulsandam. Itaque diuino consilio factum est, vt cæteris principibus ad Adoniam declinantibus isti a Dauidis nutu penderent, & diuinam de Salomone electionem exequerentur.

His ergo conuocatis, mandat congregari robur exercitus Dauidis, & imponi Salomonem super mulam, quam solus rex solebat inscendere, & deduci ad fontem Gihon, qui erat ab occasu Ierusalem, è regione oppositus fonti Rogel, ad quem inunctus fuerat Adonias, & regis hortis, in quibus ille cum suis conuiuabatur, vt nihil interturbarent, sed res confecta esset, priusquam id illi sentirent, vt reuera contigit. In Gihon autem iuber inungi à Sadoco, Nathane illi assistente, in regem super Israël, & sono buccinæ conclamari regem. Quo facto, *ascenderis, inquit, post eum, & veniet huc in arcem, & sedebit supra solium meum, & ipse regnabit pro me.* Non dicit post me; nimirum viuo Dauidem rex erat futurus, ipso sponte regno cedente, *illique præcipiam, vt sit dux super Israël, & super Iudam.* Quæ vt fuerant imperata, ita ordine perfecta sunt omnia.

Cum toto enim illo apparatu venit Salomon in Gihon, & vtrique procumbit in genua, Deum suppliciter oraturus, vt hæc tantæ dignitatis acquisitio, ad eius gloriam cederet, totiusque populi eius vtilitatem. Hinc autem atque inde Sadoc & Nathan præmissa similiter oratione ad inunctionem peragendam consurgunt, cohortibus regis, reliquoque populo latè circumfuso. Et Sadoc quidem sumptum oleum de tabernaculo, quod in Sionis erat arce infundit in Salomonis verticem. Nathan autem propheta inde manantem liquorem ab aure in autem per frontem in morem coronæ circumducit, ritu quem ex Rabino Salomone, referunt Lyranus & Abulensis; tum osculo accipitur, & fausta comprecatione salutarur, vt olim à Samuèle propheta rex Saul. Vincto Salomone cecinerunt buccina Sacerdotes ministri Sadoc, in signum propriæ lætitiæ & gratulationis, & in signum populo plaudendi & acclamandi, *Vivat rex Salomon.* Adhibitus est præterea tubarum plurimarum, tibiatarum, aliorumque instrumentorum concentus, cum magno populi gaudio, & *insenuit terra clamore eorum,* adeo vt in aduersa parte ciuitatis exaudiretur.

Vinctum oleo rursus in urbem deducunt, cum faustis acclamationibus, vt multos annos in hoc principatu feliciter exigat, moxque deductum in regiam in folio paterno collocant, vt ait Ioseph: vt iusserat Dauid. Erat enim hic ritus sedendi super solium, quasi acceptio possessionis regni, supremæ iudiciariæ potestatis. In eo enim Rex iure dicendo sedere solebat. Diadema quoque, vel potius coronam regiam, quam sibi Dauid ex manubijs Melchon fabricatus erat, capiti Salomonis impositam, ex simili Ioas coronatione satis colligitur. Dicamus & sceptrum additum manibus. Nihil enim omissum videtur ad perfectam regis inaugurationem, hoc maxime tempore, quo non altare contra altare, sed thronus contra thronum erigebatur. Et Dauid vbi de Salomone, vt Christi figura agit, throno regio sceptrum adiungit,

VIII. Eius rei ceremonias præscribit.

cap. 1. v. 33. & 34.

IX. Venit Salomon in Gihon, ibique à Sadoc & Nathan consecratur.

3. Reg. 1. 41.

X. Alia ceremoniarum inaugurationis. 1. 7. Ant. c. 11.

4. Reg. 11. 12.

Sedes

Psal 44. 4. 7.

XI. Fœdus init cum Deo, & populo.

2. Reg. 1. 47. Redit in urbem, & ab ipso Dauid adoratur.

c. 1. 48.

XII. Turbatur Adonias cum suis.

3. Reg. 1. 31.

XIII. Dauid comitia indicit. c. 3. 1. & 2. c. 18. 1.

Sedes tua Deus in saculū saculū, virga directionis, virga regni tui. Addit & gladium, Accingere gladio tuo, super femur tuum potentissime.

Sed hæc minus perspicua. Illud autem minime dubium, consecratum & coronatum Salomonem, solemne cum Deo & populo fœdus iniisse; cum Deo, eius se legem obseruaturum promittendo, cum populo autem, spondendo se eum cum omni iustitia & moderatione, ex Dei legibus gubernaturum. Populus autem, interuentu magistratum, & optimatum, qui aderant, fidem ei, & obedientiam pollicebatur. Mox deducitur in urbem atque in arcem Salomon, ipsiusque parentis conspectum, dicentibus seruis Dauidis, *Amplificet Deus nomē Salomonis super manum tuam, & magnificet thronum eius super thronum tuum,* id est, Augeatur in dies regia dignitas ac magnificentia; Nec comparatio ista morituro principi iniucunda est, qui se in filio superstitem agnoscit, & gloriam illius, non alienam æstimat, sed suam. Adorauit & Rex Salomonem ex lectulo suo, dicens, *Benedictus Dominus Deus Israël, qui dedit hodie sedentem in solio meo, videntibus oculis meis.* Magni beneficij loco ducebat, quod regnum in suis posteris conseruatum iri, non solum sperabat, optabatque, vt cæteri reges, sed ipsis etiam oculis suis cernebat regnantem illum, quem Deus elegerat, & quem ipse animo destinarat.

Quæ cum ita gesta essent; itaque nunciata Adoniae, omnibusque conuiuis, à Ionatha filio Abiatharis pontificis, terri sunt omnes, & abierunt, *vnusquisque in viam suam,* abdituri se videlicet, & quantum fieri posset diffimulaturi, se istius coniurationis participes extitisse. Eorum tamen præcipui iam nominatim Salomoni, & Dauidi fuerant denunciati. Merito autem terri sunt, vt qui manifesto crimine tyrannidis affectatæ, & imminutæ maiestatis rei tenebantur. Adonias autem qui omnium maxime erat in culpa, videns se desertum ab omnibus, timens Salomonem surrexit, & abiit in tabernaculum fœderis, quod erat in excelso Gabaon, & tenuit cornu altaris. Immunitatis enim priuilegium altari maxime tribuebatur. Et nunciauerunt quidam ab Adonia missi Salomoni, Adoniam tenere cornu altaris, & veniam ab ipso in hæc verba petere, *Iuret mihi rex Salomon hodie, quod non interficiat seruum suum gladio.* Huic humilitati facilem se præbet Salomon: nec ait examinatum iri causam eius, & proxtius vel iniustus inuentus fuerit, ita liberum, vel obnoxium pœnæ fore. Sed præteritorum obliuionem pollicetur, & simul ab ambitione, sub mortis interminatione deterret. Et euocatum in conspectum suum, & regem humiliter adorantem, dimittit in domum suam, ibique securitatem pollicetur.

Dissipata hac nube, quæ nouum solem orientem obtenebrare conabatur, de stabiliendo regno Salomonis vniuersi regni comitia à Dauidem indicta sunt, vt ex 1. Paral. constat. Et si enim populi suffragiis non egeret Hebræorum rex ad legitime imperandum: expediebat tamen à regni optimatibus approbati, eique debitam adorationem, & iusurandum obsequij & fidelitatis, in publicis comitiis offerri, vt tanto in fide stabiliores essent, & obsequium eorum liberalius & promptius. Decuit etiam

non à Salomone, sed à Dauidem indici. Id enim suauis erat ad beneuolentiam, vt in sua causa Salomon comitia non indiceret, & id populo semel tribui videretur, vt is antequam publice regem ageret, à populo vniuerso pro rege agnosceretur. Sed hæc proximo anno apertiora fiunt.

ANNVS MVNDI 3021.
SALOMONIS 2.
SADO CI 2.
EVPALIS 31.
Imperij Assyriorum 1090.
ANTE CHRISTVM 1032.

NSIGNIS est hic annus generalibus totius regni comitiis; testamento, morte, ac funere Dauidis. Comitia ex 1. Paral. desumenda sunt, cætera ex 3. Regum. Hæc porro comitia posteriora esse prima inauguratione Salomonis, ex eo loco perspicuum est, vbi primum conuocata narratur. Sic enim ibi legitur. *Igitur Dauid senex & plenus dierum regem constituit Salomonem filium suum super Israël.* Id properè, & ex necessitate factum est, vrgente ambitiosa regni vsurpatione Adoniae. Ad eum autem in regno communi suffragio confirmandum congregauit omnes principes Israël, & Sacerdotes atque Leuitas. Dilata porro fuisse ad hunc annum Salomonis secundum comitia ex eo licet, quod satis laxum tempus dandum fuit, intra quod commodè conuenire possent, vt ait Scriptura, *Omnes principes Israël, & Sacerdotes atque Leuita, qui toto regno sparsi erant: & insuper conuocauit Dauid duces tribuum & præpositos turmarum, qui ministrabant regi: Tribunos quoque, & Centuriones, & qui præerant substantiæ & possessionibus regis, filiosque suos cum Eunuchis, & potentes, & robustissimos quosque in exercitu Ierusalem.*

Cogendorum porro comitorum tot erant causæ, quot in iis negotia confecta cernimus. Primum ergo maximumque negotium fuit regnum constabilire Salomonis, vt si quis forte Adonias deinceps turbare tentaret, suffragium suum populus tueretur vniuersus. Alterum Regi, coram omnibus regni proceribus, Templi constructionem mandare, vt si opus foret Dauidem mortuo, ab iis qui iussioni interfuerant, officij sui admoneri posset. Tertium omnes qui conuenissent, verbo exemploque suo excitare, ad templi fabricam liberaliter promouendam. Quartum constituere ordines ac vices Sacerdotum & Leuitarum vt sine confusione in tanta multitudine, suis quique muneribus præficerentur, suis item locis atque temporibus in templo deseruirent. Quintum, totam recensere militiam, duo tecim turmarum præfectis subiectam, si quid suppleendum videretur. Voluit denique Dauidem regis domus administratos tum amplificare, tum etiam accuratius ordinare, ac supplere si quid deesset, ex ipsis optimatibus qui conuenissent.

I. Comitia celebrantur: & qui ad ea conuocati. c. 23. & segg. c. 2. v. 1. ad 12.

1. Par. 28. 1.

II. Sex conuocationis causæ.

R r III

III. Adfuisse Adoniam cum aliis filiis regis.

In iis porro qui conuenisse dicuntur, numerantur filij regis cum Eunuchis. Neque enim fas erat grauiora regni tractari negotia, & ab eorum cognitione & cura excludi eos, qui secundum regem, erant in regno principes. Nec minus ad hos Dauidis adhortationes, quam ad reliquos principes pertinebant, vt Dei cultum in populo, eiusque ministris tarentur ac promouerent, Salomonem in ædificando templo, pacificèque regnando adiuuarent; & omnino in noua Salomonis inauguratione, consensum suum suffragiūque præstarent, quoniam ipsi præ cæteris ius habebant ad regnum. In his non defuit Adonias. Id enim valuit ad faciendam fidem, de suo erga regem Salomonem studio, & obsequendi voluntate, & ad eius ambitum iustius postea castigandum, si regi moliretur insidias, quem suo ipse suffragio; in regio throno collocasset. Eum autem vt primogenitum facile reliqui filij regis, qui eum in seditione secuti fuerant, in debito etiam legitimi regio obsequio sunt secuti.

IV. Cubicularios quoque & fortes Dauidis.

Sed quinam sunt Eunuchi isti, qui filiis regis adiunguntur? Vtique viri nobiles spectata diu probitate ac fide, principum cubiculis præpositi, qui & cubicularij aliquando vocantur; quorum crebra est in Scriptura mentio. Hi ergo, suos quique regij sanguinis principes, honoris passim causa comitabantur, & suum in comitiis locum obtinebant. Nomine autem potentum & robustissimorum quorumque in exercitu intelliguntur, qui notiore nomenclatura, fortes Dauidis appellati sunt. Quidam etiam intelligi volunt Cerethæos & Phelethæos, qui perpetuo erant Hierosolymis, vt potest custodes ordinarij regij corporis quos Romani Prætorianos milites appellabant, cum alij vno tantum mense in regia ciuitate versarentur, in qua habebantur ista comitia.

V. Dauid è throno surgit. 2. Par. 28. 2.

His ergo congruo loco & tempore congregatis, surrexit Dauid, non vtique de lecto; neque enim tam fractum viribus, tam effectum senectute fuisse existimandum est, vt ad horam surgere nequirit, vt in tanto cœtu maiore cum dignitate, atque autoritate loqueretur. Surrexit ergo de folio, in illo enim hoc tempore eum sedisse apparet, & non Salomonem, qui hisce comitiis regno inaugurandus erat, & in regio throno, pro patre, collocandus. Itaque postquam inunctus est, sedisse dicitur super folium Domini in regem, pro Dauide patre suo. Idque rationi consentaneum fuit, ne comitia actum agere viderentur. Orditur autem concionem à re diuina, desiderio videlicet suo, quod pridem habuerat ædificandi templum magnificum diuinæ maiestati; id tamen fatetur Deo minime placuisse, qui ad aliud opus vnum de filiis suis destinasset, qui post post eum regnaturus esset. Dixitque mihi, inquit Dauid, Salomon filius tuus ædificabit domum meam, & astra mea. Ipsum enim elegi mihi in filium, & ego ero illi in patrem. Et firmabo regnum eius vsque in æternum, si perseverauerit facere præcepta mea. Hactenus diuinum, in gratiam Salomonis, oraculum.

VI. Ad populum.

Non potuit rex vehementius toti populo Salomonem filium suum commendare, eo-

rumque suffragia illi conciliare, quam docendo. electionem & institutionem eius esse diuinam: eumque Deo dilectum, & charum instar filij fore; quo diuino promisso, omnia optima ac munificentissimi parentis in filium officia continentur. Ex quo etiam eximia Dei beneficia in populum, sub tali rege videntem, sequi oporteat. Illud denique valet ad frangendam spem omnem Adonias, & omnium inimicorum Salomonis, quod regno eius, perpetuam refert promissam à Deo firmitatem. Sed ita tamen eorum animos comprimit, vt simul etiam Salomoni timorem iniiciat, cum intelligat sibi imperium, sub conitione perseverantiæ in obseruatione diuinæ legis, esse concessum. Ad cuius etiam obseruationem, toto populo ex occasione commonefacto, conuertit orationem ad filium suum, paterna sollicitudine ac beneuolentia admonendum.

v. 6.

Tu autem Salomon fili mi, scito Deum patris tui, qui scilicet elegit me, & se beneficentissimum præbuit erga me, & sinceram erga ipsum pietatem, & zelum honoris eius indidit cordi meo; tu quoque seruito ei corde perfecto, & animo voluntario. Nihil sit in corde tuo fictum aut simulatum. Vt enim quis homines fallere possit, Deum certe non potest. Omnia enim corda scrutatur Dominus, inquit, & vniuersas mentium cogitationes intelligit. Si quaesieris eum inuenies. Si colueris eum ex animo, ipsum experiere propitium, si autem dereliqueris eum, proiciet te in æternum. Quod non videtur ad æternam Salomonis reprobationem trahendum. Nam id iudicium in Dei corde secretissimum est: neque apparet, si res ita haberet, Dauidi reuelatum iri diuinitus, ne perpetuo mœrore contabesceret: alia potius omnia, ex sancta ipsius à puero institutione, coniectare potuit. Agit ergo de successione regia, & opponit hæc verba illis, quæ paulò ante pronunciauerat, & firmabo regnum eius in æternum, si perseverauerit, &c. Neque obstat quod regnum in familia Dauidis non pendebat à probitate posterorum eius, vt res ipsa docuit, itaque ad quadringentos perseverauit annos. Si autem & Salomon, & omnes Dauidis nepotes, in Dei cultu perseverassent, apparet regnum vsque ad Christum Dominum perseveraturum fuisse, aut etiam vsque ad consummationem sæculi, vt existimauit Abulensis.

VII. Et ad Salomonem.

Num illi significet reprobationem.

v. 7.

Quæ cum in genere dixisset Dauid, ad templi structuram redit, de qua aggredienda ita filium monet, vt velit eum intelligere, nihil in hac fabrica sibi licitum esse addere, detrachere, mutare, quoniam inquit omnia venerunt scripta manu Domini ad me; quod eximiam quandam huius templi laudem continet, cuius Deus ipse voluerit esse architectus. Ne autem operis magnitudine deterreatur, quod hominem maximo ingenio, & viribus, & singulari rerum gerendarum peritia præditum deterrere posset, multo magis adolescentem delicatum, mole sua oppressurum videatur, spondet Deum ipsi in primis affuturum, ad finem vsque diuini huius operis. Deinde Sacerdotes & Leuitas in suas classes distributos.

VIII. Templi fabrica tradita diuinitus. c. 18. v. 29. &c.

Eius perficiendæ ad iumenta.

illi

IX. Salomon quomodo puer, & tenellus. 1. Par. 28. 1. & c. 22. 5.

Dauid excitat populum ad largiendum.

X. Quantum auri & argenti impensum sit in Templi. 1. Par. 2. 14. 1. Par. 29. 4.

Num 43. & Schol. 5. Nu. 60. 62. 63.

XI. Læticia populi largientis.

illi auxilio futuros. Postremo tam populi principes, quam populum ipsum ad eius præcepta paratum fore. Et hæc quidem eo die facta existimantur, ne Dauid nimium grauaretur, diutius concione producta. Abiit autem, vt videtur, per manus principum dicta descriptio, atque idea templi, quæ à Dauide Salomoni primum tradita fuerat, vt animi eorum cum ad laudandum Deum incalescerent, tum ad auxilia in tantam fabricam præbenda animarentur: vt de eodem auxilio postea conuenientius ageretur. Sicque primus iste conuentus solutus est.

Altero die comitorum renouat Dauid memoriam populo electionis diuinæ filij sui in regem, & diuini operis constructorem; Locutus est enim Dauid ad omnem Ecclesiam. Salomonem filium meum vnum elegit Deus, adhuc puerum & tenellum, non simpliciter & absolute ratione ætatis, nam vigesimum secundum agebat annum, natus anno mundi ter millesimo; aut etiam comparatione sui, qui septuagesimum iam superabat, quando grandæui, iuniores, quasi blandiendo pueros appellitant, quo etiam vox tenelli pertinet, sed ad magnitudinem suscepti operis. Subdit enim, Opus namque grande est, quod hominem requireret omnibus naturæ, artis, doctrinæ, prudentiæ, experientiæ præsiidiis instructum, neque enim, inquit, homini preparatur habitatio, sed Deo. Ad hoc ergo opus cum duo summa requirantur, scientia, & facultates: scientia deesse non potest, cum descriptio tantæ molis ab ipso Deo tradita sit; Quod ergo attinet ad facultates, volens Dauid populum suum ad liberalem largitionem excitare, proponit exemplum suum; non ignarus exempla, in omnem partem plus valere, quam verba. Ego, inquit, totis viribus meis preparavi impensas domus Dei mei, aurum ad vasa aurea, & argentum in argentea, &c.

Auri numerus & argenti diligentius explicatus est superius, per quandam præoccupationem, vbi Dauid Salomonem alloquens, Ecce ego, inquit, in paupertate mea, preparavi impensas domus Domini, auri talenta centum millia, & argenti mille millia talentorum. Hoc autem loco mox adduntur de peculio Dauidis, tria millia talenta auri, de auro Ophir, & septem millia talentorum argenti probatissimi. Adde his optimatum donaria, quæ mox subduntur, auri talenta quinque millia, & solidos decem millia, quos Septuag. drachmas vocant, & argenti talenta decem millia. Quæ summa maxima omnino est, vt accuratè in Annalibus explicauimus, Anno Dauidis 28. & Salomonis secundo: & ascendet ad bis mille septingentos & quadraginta quinque milliones, quinquaginta & vnum millia, sexcentos & sexaginta sex aureos nostrates. Addidit etiam Salomon inmensam auri argentique vim, è suis redditibus, & navigationibus, vt non immeritò dici possit, cum Villalpando, impensa in domum Domini tria millia millionum auri, præter inmensum numerum æris & ferri, quæ à Dauide, populòque templo donata sunt.

Pia liberalitas coniuncta fuit cum læticia, quia hilarem datorem diligit Deus. Vnde sub-

ditur, Lætaturusque est populus, cum vota sponte promitterent, quia corde toto offerebant ea Domino. Sed & Dauid rex lætatus est gaudio magno, coram Domino, eamque lætitiā, cum quadam orationis exultatione, & multiplici gratiarum actione testatus est, agnoscens liberalitatem suam, populique vniuersi, ex antegressa ipsius Dei liberalitate profectam esse. Perit etiam à Deo pro populo suo constantiam in sancto proposito, non ignarus inconstantia & infirmitatis humanæ, vt qui diuina gratia præuerti sunt, eadem concomitante & consummante perfruantur; ne quod cum deuotionis seruore sponderant, eadem frigescente soluere cunctarentur. Totam denique gratiarum actionem supplici ad Deum pro filio suo oratione concludit, vt eius mandata custodiat, & ædificet arcem cuius parauerat impensas. Eam orationem secuta est regis monitu, populi supplex Dei & regis adoratio; quæ simul fuit tacita approbatio eorum omnium, quæ Dauid, suo & populi nomine, coram Deo supplicabundus dixerat.

2. Cor. 8. 7.

Et Dauidis gratiarum actio ad Deum.

Tertius deinceps secutus est dies, in quo sacrificia in gratiarum actionem, & conuiuia publica populo vniuerso celebrata sunt: & Salomon secundò vnctus est, & consecratus in Regem, & Sadoc sacerdos in Pontificem, & populus vniuersus nouo regi, sese ritu solenni addixit, sicque absolutis comitiis recepit se populum in domum suam. Quod attinet ad sacrificia, ea partim holocausta fuerunt, partim hostiæ pacificæ, omnes ter millenæ; sed quot in alterutro sacrificij genere oblatae sunt victimæ, non liquet, magnam certe partem apparet in hostias cessisse pacificas, vt inde populus haberet vnde liberaliter epularetur. Itaque statim sequitur, & comederunt & biberunt coram Domino in die illa cum grandi lætitiā. Quoniam autem sacrificia tam multa, diu Sacerdotes Leuitasque tenuerunt, apparet interea dum parantur epulæ, Regis atque Pontificis vnctionem fuisse peractam: & quidem Pontificis prius, vt tanto augustior esset Regis initiatio, quo maior esset qui initiaret.

XII. Tertius comitorum dies, & quæ in eo gesta.

Sacrificia.

Sadoc autem nondum erat Pontifex, neque vsquam ante hunc locum inuenitur eius consecratio. Idque innuit Scriptura cum ait, Et vnctus est secundo Salomonem filium Dauid. Vnctus autem eum Domino in principem, & Sadoc in Pontificem. At si Sadocum bis vnctum significare voluisset, dixisset vtique breuius, vnctus est secundo Salomonem in principem, & Sadoc in Pontificem. Quanquam ne tunc quidem illud secundo ad vtrumque necessario referretur. Non videntur autem adhibita omnes cæremonia, quæ olim in Aaronis consecratione fuerant vsurpata, præsertim cum illæ tunc septem diebus iteratae fuerint: forte id tantum nunc factum fuit, quod in Eleazari consecratione legimus. Vt sicut Moyses Domini iussu nudauit Aaronem vestibus pontificiis, & iis induit in eodem monte Eleazarum. Sic & hoc loco, Dauidis iussu ablatae fuerint ab Abiathare vestes pontificiæ, & eis publicè indutus fuerit Sadoc.

XIII. Sadoc inungitur in Pontificem.

Abiathar exaithoratu.

1. Par. 21. Inde secuta est inunctio, quæ hoc loco memoratur, ut præcipua cæremonia, & in qua natura consecrationis maximè posita censetur. Indutus autem videtur, ac consecratus à propheta Nathan, Moysi, & Samuëlis vice fungente.

XIV. V. Dauid, & qua de causa. Sic itaque Abiathar Ephod Pontificio, & rationali priuatus, de gradu & dignitate sua, viuo adhuc Dauide deiectus est. Neque id difficile fuit à Dauide impetrare, qui dudum dicerat eum participem fuisse coniurationis Adoniae, contra Salomonem à se destinatum regem. Cumque eandem ob causam Salomoni odiosus esset, & æmulum haberet gratiosissimum Sadocum, qui iam primum Salomonem inunxerat, facile intelligitur eum iustum promere ornamenta Pontificia, & quamvis ægrè, ac repugnanter, obtemperasse. Cumque in ordinem redactus, adhuc Hierosolymis viuo Dauide versaretur, eodem mortuo, eum Salomon inde eiecit, & in pagum suum, quasi in exilium amandauit: qua de re sequenti anno dicendum erit.

XV. Salomon secundò consecratur. Vnctus Pontifex, Salomonem eodem Nathan propheta adiuuante quanta maxima fieri potuit solemnitate, atque apparatu, vniuersis comitiis spectantibus inunxit, cum totius populi exultatione, & harmonico omnium instrumentorum musicorum concentu, & consecrauit Domino in pontificem, sicut ipse inunctus fuerat Domino in pontificem; ut sicut hic in spiritualibus, ita ille in temporalibus, in populo gubernando Dei vice fungeretur. Sapienter porro Dauid voluit Salomonem in principem populi secundò consecrari, ut qui prius in schismate consecratus, multos habuerat sibi repugantes, qui Adoniae studuerant; nunc communibus omnium ordinum votis consecratus, communiter ab omnibus admitteretur in principem. Quod significat Scriptura, cum non solum ait Salomonem dedisse in folio Dauidis patris sui, eo videlicet illi locum cedente, & in humiliori cathedra confidente, sed etiam placuisse cunctis, omnemque Israël ei paruisse. Tangitur etiam renouatum fœdus, inter nouum regem & populum, cum dicitur cunctos principes, & potentes, & nominatim filios Dauidis, dedisse manum Salomoni, eique fuisse subiectos, quæ correctio manus, etiam benevolentia signum fuit.

XVI. Testamentum Dauidis. His ita transactis, Dauid plenus dierum & bonorum operum, & vero etiam lætitiæ, quod relinqueret superstitem Salomonem in throno suo, in eoque probe stabilitum, ad mortem se volens libensque præparauit, edito primùm Psalmo 71. qui in Salomonem inscribitur, quo filio suo in regio throno collocato, spiritum iudicij, atque iustitiæ precatur, ut sanctè officium suum obeat in totius populi, & nominatim pauperum utilitatem: in quo non in verum solum, sed in figuratum etiam Salomonem respexit. Eo quasi spiritali testamento condito, alterum, quod temporale vocemus licet, propediem moriturus instituit. Et primùm dat filio monita salutis de obseruandis Dei mandatis; tum iubet eum de quibusdam noxiis poenas sumere, ut minus inuidiosa sit animaduersio, quæ à filio fiat ex parentis man-

dato; in primis autem de Ioabo, ob iniustam eadem duorum militiae principum Abneris & Amasæ; addere potuit etiam Absalonis, quem contempta Regis prohibitione, interfecerat. Quæ crimina ipse hætenus commodè punire non potuerat, propter quæ nunc zelo iustitiæ incitatus, vult eum quamvis canum, & multis pro regno laboribus perfunctum, & regio sanguine progenitum, à cognato rege morte mulctari.

Tertium Dauidis mandatum fuit, circa gratitudinem erga Berzellai amicum regis, cuius filios vult in regia mensa comedere, siue regis ali sumptibus, pensione aliqua, ut sit, eis constituta. Idemque de Miphibosetho, in gratiam Ionathæ factum dici potest, & quibusdam aliis, licet id scripto traditum non fuerit. Non enim minus regium est bonis referre præmia, quam improbis inferre supplicia. Quo pertinet mandatum postremo Semei, hominis in afflictum regem contumeliosi, atque maledici, supplicium; qui præter improbilissimam verborum licentiam, etiam lapidationem regis addiderat. Eum ergo vult à Salomone, pro sua sapientia puniri, non astricto Dauidis iuramento. Vtrum autem in hoc Dauidis mandato periurium aliquod interuenit, reperies in Annalibus explicatum, ibidemque accuratam morientis Dauidis commendationem. Nihil enim deinceps de ipso legimus, præter mortem & sepulturam, quam extremo Decembri contigisse Martyrologia testantur.

Dormiuit igitur Dauid cum patribus suis, ait Scriptura, & sepultus est in ciuitate Dauid, arce videlicet Hierosolymitana, Dies autem quibus regnauit Dauid super Israël quadraginta anni sunt; in Hebron regnauit septem annis; quando scilicet solius tribus Iudæ rex erat. In secundo tamen Regum adduntur sex menses, qui in tota quadraginta annorum summa prætermittuntur, ut numerus integer retineatur: in Ierusalem autem triginta tribus. Eadem iterantur in 1. Paral. sed additur in funebrem laudationem hoc elogium. Et mortuus est in senectute bona, plenus dierum, & diuitiis, & gloria. De quo id sine controuersia dici potest eum regum omnium laudatissimum extitisse, neminemque vnum tot animi corporisque ornamentis aliquando præstitisse; neminem qui Christum Dominum, cuius parens primarius fuit, tota vita propius adumbrarit; ut in Annalibus suo loco dictum est pluribus, ubi & fabulam, de thesauris immensis in eius sepulchrum à Salomone congestis, refutauimus, & meram esse fabulam doctis viris probauimus, & regium eius mausolæum breui vitæ ipsius epitome co-honestare conati sumus. A quibus hoc locos desiderata breuitas abstinere cogit.

XVII. Alia ciuitatem mandata.

Ex Abul. g. 16. & seqq. in hoc c. 2. 3. Reg.

Die 29.

XVIII. Eiusdem mors, & sepultura. 2. Reg. 2. 10.

c. 5. v. 5.

c. 29. 17.

& laudatio.

an. Salo. 21. num. 91. a 180.

ANNVS MVNDI 3022.

SALOMONIS 3. SADOGI 2.

EVPALIS 32. Imperij Assyriorum 1091.

ANTE CHRISTVM 1031.

I. Summe capita rerum anni huius.

N VLLVM videtur esse dubium, quin ex-cutio testamenti Dauidis, acquisitio diuinæ sapientiæ à Salomone, & mirabile iudicium in contentione duarum mulierularum, eiusdemque Regis cum filia Pharaonis nuptiæ, apparatus etiam templi vsque ad eius fundationem, & quæ cum his coniuncta sunt, non solum ad hæc Salomonis initia, sed ad hunc ipsum tertium eius annum pertineant, si rectè hætenus, tam Dauidis, quam Salomonis res gestas, per sua tempora digessimus. Verum non ita perspicuum est quænam ex his ipsis, quæ iam attigimus, prius, quænam posterius contigerint. Nam iudicium regis, in causa Adoniae & Semei, probare videtur adeptam iam diuinam sapientiam. Sed cum ea acquisitio, confirmato plane regno Salomonis, contigerit, ut Scriptura docet: Adonia vero viuente cum Ioabo regnum Salomonis adhuc fluctuare videretur, Scripturæ ordinem secuti: Adoniae consilia, & mortem, & quæ his connexa sunt, præmittemus.

3. Reg. 3. 1. 2. Par. 1.

II. Noua Adoniae coniuratio in Salomone.

Existimamus autem factam nouam coniurationem contra Salomonem, inter Adoniam, Ioabum, & Abiatharem recens exauthoratos. Hi enim omnes ægro erant animo; vnus eripsum sibi regnum, alter summam militiae præfecturam, tertius amissum summum pontificatum gemebant, & æmulos suos coram se in altum euectos, se in ordinem redactos; inimicorum suorum irrisioni patere, indignissimè ferebant, nec vllum excogitari poterat præsentius huic malo remedium, quam Salomonis ipsius abdicatio, & Adoniae restitutio: quæ nunc defuncto Dauide, à quo priora illa ipsorum consilia dissecta fuerant, facilior videbatur. Addebat animos infirma noui regis ætas, & ad fraudem, ut videbatur, opportuna propter rerum gerendarum insolentiam, & imperium nondum alta radice firmatum. Huius nouæ conspirationis argumentum est, quod mox dicitur Ioab fugisse ad tabernaculum Domini, & apprehendisse cornu altaris, eo quod declinasset post Adoniam. At facinus id iam vetus erat, & condonatum tam ipsi Adoniae, quam amicis eius. Alioqui abiisset vtrique aliquò Ioab, & periculo se exemisset. Nouum ergo consilium fuit, quod simul deprehensum & oppressum est.

3. Reg. 2. 28.

III. Perit à Bethsabæa coniugium Abisagæ.

Regno itaque ab Adonia recuperando muniabatur aditus Abisagæ nuptiis ab eo postulandis; Oportet autem id consilium calidissimè excogitatum fuisse, & ad propositum illum finem occultam admodum habuisse vim, quam ne mater quidem Bethsabæa odorata fuerit; quæ à Scriptura tacita, à Salomone agnita, à nobis vix intelligi potest. Verba enim Salomonis apertè significant hæc nuptiis ali-

quid Adoniae vel iuris, vel facultatis ad regnum acquisitum iri: & ad viam complanandam ad maiora amolienda. Cum ergo Ioabo, Abiathari, cæterisque coniuratis visum esset tentari oportere nuptias, vix elapso luctus tempore, quod minimum vnus mensis fuisse creditur, adit Adonias Bethsabæam, quæ & matris grauissimo nomine, & optimè de nouo rege merita titulo, facile poterat, quod peteret impetrare. Perit ergo, ut eius interuentu, Salomon illi det Abisag Sumanitidem vxorem. Suscipit illa expediendum negotium, rata valituram eam gratiam ad pristinas offensiones inter fratres abstergendas.

Adit Salomonem, honorificè ab eo excipitur, sibi aliquid concedi postulat, quod nondum explicaret. Ut re in genere concessa, punderet postea regem retractare promissionem. Salomon autem matris suæ non solum benevolentia, sed prudentia quoque multum tribuens, promittit quod nondum sciret quale esset: sed cum mox re intellecta promissionis poenituit, eamque cum amara expostulatione reuocauit. Quare, inquit, postulas Abisag Sumanitidem Adoniae? postula ei & regnum. Ipse est enim frater meus maior me, & habet Abiathar Sacerdotem, & Ioab filium Saruie. Si enim vxorẽ haberet reginam, cum ipse filius regis esset, & quidem primogenitus, & insuper sibi penitus haberet addictos, tam sacrorum, quam militiae principes, & iam pro rege vnctus esset, & rex agnitus à plerisque, imo, ut ipse aiebat, omnis Israël in regnum eius consenserat, nihil aptius videbatur ad labefactandum regnum Salomonis, quam huiusmodi matrimonio assensum præbere. Itaque non obstante promissione, ne qua illum cuiusquam intercessio morti eriperet, iussit illum quamprimum à Banaia interfici, sine alia forma iudici, quod & factum est. Vtrum autem in eo peccauerit, vide in Annalibus.

IV. Et illa à Salomone.

qui illum morti addidit.

3. Reg. 2.

n. 12. & 13.

V. Salomon Abiatharẽ in pagum amandat.

Sublato præcipuo fundamento turbarum, eius quoque firmamenta fuerunt deiicienda, Abiathar scilicet & Ioab, quos diuina prouidentia in hanc iterum culpam labi permisit, ex qua Salomon occasionem sumeret alterum eiiciendi ex vrbe regia, alterum ex Dauidis testamento vita priuandi. Itaque ad se euocatum Abiatharem amandat in pagum Anathoth: quamvis ob iteratam cum Adonia coniurationem mortis ream. In qua condemnatione apparuit Salomonis clementia, qui non est passus plurima antiqua merita, recenti facinore penitus obliterari. Sed hominem reum capitis morte mulctare noluit, ut Ioabum eodem crimine implicatum, atque irretitum, sed iam exautoratum, ciuitate tantum priuauit, ne Sacerdotis dignitatis, & eius erga patrem suum meritis, nihil tribuisse videretur.

Occiso Adonia, & eiecto Abiathare, increbuit rumor, Ioabum quoque fuisse nouæ huius coniurationis architectum, quod cum ad ipsius Ioabi aures peruenisset, non ignarus se mortis reum; clam fugit in Tabernaculum Domini, siue quod erat in excelso Gabaon, siue potius, quod erat vicinius, in Sion. Quod cum Salomon didicisset, misit ad eum Banaiam cum mandato, ut eum occideret. At Banaias loci reueritus sanctitatem,

VI. Ioab fugit ad tabernaculum. 3. Reg. 2. 8.

Ibique occiditur.

Exod. 21. 14.

VII. Iudicium de Semei prudens.

VIII. Salomon operat Sapientiam.

IX. Solenni sacrificio Deum facit. 3. Reg. 3. 4. 1. Par. 1. 6. 2. 3. 16. in eo. 16.

Iubet regis nomine illum ab altari recedere, quod cum ille recusaret, repetita iussione iussus est ibidem interfici, ne rex ipse reus apud Deum fieret neglectæ iustitiæ. Itaque ibi interfectus est, quod diuina lex non permittit solum, sed etiam iubet, Si quis, inquit, per insidiam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo euelles eum ut moriatur. Nec poterat altare illud fuso iuste sanguine pollui, quod perpetuo solebat hostiarum sanguine circumdari. Tota loci violatio consistebat in iniusta vi; nam iustam lex ipsa diserte concedit. De salute autem Iobi, sicut & eorum, qui legitimo supplicio afficiuntur, non est, nisi in re clara, desperandum.

Reliquum erat ut de contumeliosa pernicacia Semei, iuxta supremam Davidis voluntatem supplicium sumeretur. Cui cum David promississet, se eum morte non affecturum, ob insanam illam linguæ petulantiam, eum tamen morte dignum Salomon agnosceret, ita promissionem iureiurando firmatam temperauit, ut eum non nisi noua interueniente culpa iuberet occidi. Iussit ergo eum habitare Hierosolymis, neque inde tantillum progredi, capitis pœna proposita; prudenter utique, ne homo scditiosus extra urbem res nouas moliretur: simulque prouidit ut imposita pœna, illi esset occasio culpam admittendi, ob quam merita iam pridem morte afficeretur. Nominatum autem in sententia contra eum lata sit mentio torrentis Cedron, quoniam is transfundendus erat, ut iret in Bahurim, ubi erant possessiones Semei. Mansit ergo Hierosolymis quasi in laxiore carcere tribus annis; quid ergo illi postea contigerit, suo tempore & loco dicitur.

Sublatis ergo inimicis, aut quasi vinculis constrictis, ne se vsquam cum publico damno commouere possent, consequenter confirmatum est regnum Salomonis, quando ei diuinitus immisissum est sapientiæ desiderium ad populum suum recte gubernandum. Ad solennem autem eius petitionem, Deum sacrificiis propitium sibi reddere voluit, & quidem in excelso Gabaon ubi erat tabernaculum, quod fecerat Moyses in solitudine, vna cum altari holocaustorum, & thymiamatis. Huic loco multis annis præfuerat Sadoc, cum adhuc Pontificatum gereret Abiathar: & credibile est inuitatum à Sadoco nouo pontifice Salomonem ad sacra illa antiquæ religionis monumenta, solennibus sacrificiis celebranda, ad obtinendam à Deo, quam desiderabat sapientiam. Præsertim cum, excitato postmodum templo, tam excelsum Gabon, quam cætera loca, in quibus tam Arca, quam Tabernaculum Domini collocata fuerant, omni religioso cultu spolianda essent. Illuc ergo Rex proficiscitur, cum vniuerso Israele, nominatim cum Tribunibus, & Centurionibus, & Ducibus, & Iudicibus, & principibus familiarum.

Ibi mille hostias Deo sacrificat, siue totas in holocaustum, nam vna eademque vox est in vtroque Scripturæ loco, ubi hoc sacrificium narratur, tam in Hebræo, quam in Græco; siue partem aliquam in hostias pacificas, ut putat Abulensis. Int erim autem dum

tanta hostiarum copia, per partes consumitur incendio, neque enim saltare eas omnes simul capere potuit, Salomon, magna animi corporisque contentione, petit à Domino Sapientiam, ad recte gubernandum populum Domini, sibi diuinitus commissum, & templum magnificum eius maiestati construendum: quod vtrumque opus cum exquisitam sapientiam requirat, pertinet ad Deum, qui hæc onera ipsi imposuerit, sapientiam tribuere istis muneribus congruentem. Hisce igitur desideriis cum Salomon pectus haberet incensum, apparuit illi eadem nocte in somnis Angelus, æternam filij Dei Sapientiam representans, & iubens eam postulare quod vellet. Sciebat utique quid ille vellet, qui dederat voluntatem, sed voluit ea interrogatione attentionem renouari, & affectum ad rem præsentem applicari.

Ille nihil cunctatus, iterat petitionem suam, & legitimam, quas attigimus, postulandi causas. Placuit Domino postulatio, idque sua illa oratione testatus est, Quia postulasti verbum hoc, & non petisti tibi dies multos, nec diuitias, aut animas inimicorum tuorum, quæ videlicet solent regibus esse antiquissima, sed postulasti tibi sapientiam, ad discernendam iudicium, ad recte iudicandum, quod supremo Iudici in primis necessarium est. Ecce feci tibi secundum sermones tuos, & dedit tibi cor sapiens & intelligens, in tantum, ut nullus ante te similis tibi fuerit, nec post te surrecturus sit. Sed & hæc quæ non postulasti dedi tibi, diuitias scilicet & gloriam, ut nemo fuerit similis tui in regibus, cunctis retro diebus. Horum ergo desideriorum, quæ in animis principum infinita pullulant, Salomon spirituale quoddam sacrificium, cum mille victimarum holocausto, Deo videtur obtulisse, pro longe sibi chariore sapientia obtinenda. Utique sapienter, cum vna illa sibi comparata, reliquorum omnium bonorum, simul particeps fieret iuxta illud, venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa. Deo præsertim abundantia liberalitatis suæ, & merita & vota supplicum excedente. Quam latè autem patuerit ista Salomonis sapientia, in Annalibus Sapiens Lector inueniet.

Cum igitur innumerabilis sapientiæ fluenta potasset Salomon euigilauit, & intellexit quod esset somnium. Intellexit videlicet somnium esse diuinum, cum sibi iam conscius esset, se in eo consecutum, quod nemo possit nisi à diuina liberalitate adipisci. Quantis porro tum lætitiis inceserit Salomon non est difficile æstimare. Nam constat optatæ rei fruitionem tanto afficere gaudio, quanta fuerit desiderij magnitudo. Sed cum grati animi significatio ad sapientiæ præcepta pertineat, nequaquam Salomon eam neglexit, sed cum primum Hierosolymam rediit, Deo in signum grati animi sacrificia instaurauit, & hominibus, quos sibi congratulari voluit, de inuento pretioso thesauro quod quæsiuerat, solenne conuiuium apparari iussit. Cumque venisset, ait Scriptura, Ierusalem, stetit coram arca fœderis Domini, quæ erat in arce, & obtulit holocausta, & fecit pacificas victimas, & grande conuiuium vniuersis famulis suis.

ab eo coque sapientiam petit politicam.

X. Quam ei copiosam largitur. 3. Reg. 3. 11. & c.

& alia infra per non petita.

Sap. 7. 11.

hoc an. 3. Salomon. d. num. 59. ad 100.

XI. Euigilat & agnoscit Dei beneficium.

iterato in vrbē sacrificio, & epulis.

Ecce

XII. Iudicium de duabus mulierculis. To. 3. epist. 131. ad Rufinum.

XIII. Salomonis sapientia dirimitur.

XIV. Nuptiæ Salomonis cum Ægyptia. 3. Reg. 3. 1. 1. 9. c. 31.

A Dauide conciliata.

XV. Gazer dos aut donum.

Ecce autem sumptum quamprimum experimentum impetratæ sapientiæ, quam Dominus voluit vniuerso populo innotescere. Iudicium scilicet duarum mulierularum, quod qui dicunt anno Salomonis duodecimo contigisse, in quibus S. Hieron. consentaneè loquuntur opinioni, de inito à Salomone regno anno vite duodecimo, & genito Roboamo anno vndecimo, quæ superius refutata sunt. Vbi cum statuerimus Salomonem anno ætatis vigesimo primo regni gubernacula suscepisse, consequenter dicendum est iudicium hoc non duodecimo, sed vigesimo tertio ætatis eius anno contigisse. In quo vera, & ficta mater de viuo infante contestantur litem apud regem. Illa simplici narratione rem exponit, æmulamque suam plagij accusat. Illa contra non est passa progredi longius dicendo se veram matrem, ne illa ad narrationis simplicitatem ac probabilitatem, adhibitis veris ac maternis affectibus, verissimamque comploratione, facile fucatum suum dolorem lacrymasque vinceret, sed clamore & calumniis geminum facinus suum celabat, proprij videlicet infantis oppressi, & alieni surrepti.

Cum ergo ambæ coram rege clamoribus conuictis contenderent, Rex quasi pertaxatiorum, quæ probationibus carerent, infantem viuum gladio diuidi iubet: & quasi parit eas inter se iure litigare crederet, cuique partem eius alteram tradi. At vera mater audita regis sententia, quæ potius erat indagatio veritatis per affectum maternum; commotis illico visceribus maternis super filio suo, obsecro Domine inquit, date huic infantem viuum. & nolite interficere eum; Malebat enim priuari possessione filij sui, quam ipsum vita crudeliter spoliari. Cum autem altera diuisioni consentiret. Rex vera matre deprehensa, pro ea sententiam tulit, nec tamen gemini criminis ream morti addixit, quod sola præsumptione victa esset, non probationibus, vel propria confessione conuicta; tunc enim merito geminam culpam capitis supplicio luisset.

Secutæ sunt Salomonis nuptiæ cum filia Pharaonis, qua affinitate confirmatum quoque est regnum Salomonis, ut ait Scriptura, videlicet aduersus externorum populorum molitiones, valuit contracta cum potente Ægyptiorum principe amicitia, atque affinitas, à quo posset, si res ferret auxilia mutuari. Et quia Eupolemus apud Eusebium in Præparat. Evangelica literas profert Salomonis ad Vaphren Ægypti regem, quem vocat amicum paternum, inde suspicari licet ab ipso Dauide conciliatas fuisse hæc nuptias, de quibus tamen nulla est in literis illis mentio. Quamuis autem nuptiæ cum mulieribus alienigenis prohibita passim in Scriptura legantur, id tamen intelligendum est, nisi illæ à patria superstitione conuerterentur. Nam patriarcha Ioseph filiam Putipharis Ægyptiam duxit uxorem: & Moyses filiam Iethro Æthiopsam. Et post legem latam Salmon accepit Raab Hierichuntinam, Samson Philisthæam, Boos Ruth Moabitidem, & David filiam Tholmai regis Gessur, & Salomon eouiente Naamam Ammonitidem.

Doris reginæ sit infra mentio, vbi dicitur Pharaonem ascendisse, & cepisse Gazer; & eam igni succendisse, & Chananæum, qui habitabat

in ciuitate, interfecisse, & dedisse eam in dotem filia suæ vxori Salomonis, siue in donū quod esset incrementum dotis. Nam eam vrbis Leuitica fuit in tribu Ephraim. Sed ea Pharaon in gratiam Generi sui recepit de manu Chananæorum, quo nomine etiam Philisthæos intelligi, constat ex 1. Paral. cique reddidit, quam Salomon instaurauit, ut infra dicitur. Has porro nuptias toto Canticorum libello celebrari in sensu historico, interpretes fere consentiunt; etsi eas parum felices extitisse, satis ex cap. 1. 1. tertij Regum intelligitur, vbi prima ponitur inter mulieres alienigenas, per quas de prauatum est cor Salomonis. Locus autem in quo celebratae sunt nuptiæ, & in quem regina introducta est, fuit regia Davidis in arce, dum magnificentior ab ipso Salomone, ipsi post templum ædificatum, excitata est in monte Sionis.

Hoc ipso primo à Davidis morte anno, qui est Salomonis 3. primariae regis domus officia idoneis viris Rex distribuit, aut recensuit, & confirmauit. Nam Iosaphat & Banaias manserunt in officio suo, ut ille esset Regi à commentariis, hic autem, Iobi loco, militiæ princeps. Præter hos habuit etiam Salomon duodecim præfectos, qui præbebant annonam regi, & domui eius singuli singulis mensibus, qui eodem loco descripti habentur, sicut & annonæ ipsius dispositio & modus, & termini regni Salomonis, de quibus alius erit dicendi locus.

Interea templi materies, quæ in fundamenta parabatur, detinebat operarios, quæ tanta molis, tamque operosa fuerunt, ut proximo anno dicitur, ut immerito à quibusdam excusationes tarditatis quæri videantur. Hoc ipso anno primo à morte Davidis vicini reges legatos ad Salomonem, honoris & amicitia causa miserunt: seræ enim gratulationes frigidae sunt, ad quos ipse vicissim scripsit, ut auxilia tam operationum, quam materiarum ab ipsis, in templi ædificationem acciperet, de quibus, præter ea quæ Scriptura de Hiram tradit; Eupolemus alias habet epistolas, in quibus quid minus probandum videatur, propter repugnantem Scripturam, ex Annalibus intelligitur.

ANNVS MVNDI 3023. SALOMONIS 4. SADOCE 3. EXITVS AB ÆGYPTO 480. Fundati TEMPLI An. 1. EVPALIS 35. Imperij Assyrior. 1092. ANTE CHRISTVM 1030.

Ic est annus, inter eos qui à Scriptura notantur, in paucis clarissimus, atque celeberrimus, qui omnes ab ortu Nebraicæ Reipub. ad hunc diem non solum determinat, sed etiam regit; & ambiguus de Iudicium temporibus opiniones, in vnam sententiam venire compellit. Is in 3. Reg. cap. 6. ita stabilitur factum est, inquit, quadragesimo & octogesimo anno egressionis filiorum Israël, de terra Ægypti, in anno quarto mense Zio (ipse est mensis se-

noæ vxoris. 3. Reg. 9. 10. Iue 21.

ca. 20. 4. Nuptiæ patii felices.

XVI. Officia domus regis. 3. Reg. 4. 1.

Præparatio fudationis.

n. 146. 147.

I. Annus fundati Tēpli 480. ab exitu. 3. Reg. 6. 2. Par. 3.

cundus regni Salomonis super Israël) edificari capit domus Domini. Quæ ex parte repetuntur in fine capituli eiusdem, & tertio cap. secundi Paral. Quæ assertio vulgaræ editionis codices omnes Hebræos Græcosque, omnesque Scriptores, qui ista tractarunt consentientes habet, tam antiquos quem recentes, præter pauculos, quos anni Iudicum perturbant, quia seruitutes populi ab annis Iudicum distraxerunt; cum tamen eas non semel Scriptura in Iudicum annis includat.

II. Inklus seruitutibus in Iudicum annis.

Iud. 4. 4. c. 15. 20. & ca. 14. v. 4.

Nam Debhora dicitur *iudicasse populum in illo tempore*, quo Iabin Israëlitas vehementer opprimebat. Et Samson dicitur *iudicasse Israël in diebus Philisthim viginti annis*, id est eo tempore, quo Philisthim dominabantur Israël, vt eadem Scriptura explicat, ca. 14. Annos ergo Iudicum gubernationis, & seruitutis populi Scriptura miscet. Nam quod aiunt, sic annos inquietos cum quietis tranquillisque confundi Diximus alibi hanc esse peculiarem & perpetuam phrasim libri Iudicum, vt verbi causa, terra dicatur quiescisse 40. annis tempore Othonielis, id est vsque ad finem 40. annorum Othonielis, quibus absolutis turbæ iterum excitatæ sunt Sic tempore Aodi terra dicitur quiescisse 80. annis, quia cum publica quiete illi anni finiti sunt, post quos iterum belli motus. Idem de Baraco & Debhora, Idem de Gedeone cæterisque dicendum. Nam post singulorum fere mortem, Scriptura illico subdit suscitatos hostes, qui iterata Israëlitis peccata punirent. Inklus porro seruitutum annis in temporibus Iudicum, existit annus ab exitu ex Ægypto 480. quod qui non faciunt, in multo grauioribus incidunt difficultates, iis quas vitare cupiunt.

III. Templi locus mons Moriaz.

2. Par. 3. 1.

c. 22. 2. 3.

In tribu Beniamin.

Mensis porro secundus, in quo templi fundatio dicitur inchoata, intelligendus est anni sacri currentis, qui Aprilis aut Maius fuit, non autem anni Salomonis, quia quo primum mens is regnare cæperit non constat. De loco autem Scriptura sic loquitur. *Et cepit Salomon edificare domum Domini in Ierusalem in monte Moria, qui demonstratus fuerat David patri eius in area Ornata Iebusæi.* Hæc historia nota est ex 2. Reg. c. 24. extremo, & suo loco explicata. Dicitur hic mons, aut potius regio ipsa, in qua ille est, terra visionis in Genesi, sed mox ipse mons, in quo destinatum fuerat Isaac sacrificium, dictus est ab Abrahamo *Dominus videt*, siue locus visionis, id est Moria, quomodo à Scriptura loco citato appellatur. Hic porro mons orientali muro ciuitatis adiacebat, idemque, *arduum & petricosus*, vt ait Iosephus, vt tanto firmiora illic fundamenta iacerentur. Cum autem templum aliquando in tribu Beniamin, alias in tribu Iuda situm reperitur intelligendum est ad vtramque pertinuisse, vt Villalpando placet, quod funiculum vtramque tribum separans per medium montem transiret. Communior tamen sententia est totum ad tribum Beniamin pertinuisse.

IV. Cuius mod effect.

Hic ergo mons Moria excelsus erat, & vndique vallibus cinctus, sed aliis profundioribus qualis fuit quæ dicta est vorago Mello, quæ erat inter Sionem, & montem Moria, à meridie templi: qualis & vallis Cedron ab oriente, aliis minus profundis, vt quæ illi erant ab occafu, vbi erat mons Caluariz, & septentrione,

vbi fuit arx, quæ dicta est Antonia. Sed latitudo verticis montis Moriaz minor erat, quam vt destinata templi magnitudini par esse posset, ideoque ad laxandam illam aream, Salomon substructiones maximas omni ex parte excitauit, quæ à radicibus ad verticem exurgentes, circumiecta deinde terra, natiuo solo verticis æquabantur. Et sicut non omnes dictæ valles pari erant profunditate, sic neque omnes circumquaque substructiones pari altitudine fuerunt. Et quamuis vorago meridiana dicta Mello fuerit omnium profundissima, Orientalis tamen substructio maxima fuit spectatorum oculis, quia vel tota, vel maxima sui parte conspicua fuit: vnde etiam templo maximum præbebat ornamentum, & contemplantibus ex vicino colle Oliuarum, spectaculum longe gratissimum.

V. Templi fundamenta, & substructiones. Vide tabulas eius præsertim 21.

Fuit autem, vt Villalpandus docet, altitudinis trecentorum cubitorum, crassitudinis quinquaginta ad cohibendam terræ congestionem, qua Salomon atriorum templi aream laxandam curauit. Ad sustinendum item peribolum, quo vniuersa templi fabrica cingebatur: porticum item gentium & Israëlitarum. Ne autem nisus & impulsus tanti ponderis structuram dirumperet atque extruderet; adhibita sunt fulcimenta, quæ anterides & erismæ appellantur à Græcis, quæ cum ipso construerentur muro & vltra eum in imo fundo ad centum cubitos excurrerent, & paulatim vsque ad summam substructionem minuerentur, Eæ centum cubitis à se inuicem distabant, & ædificiorum soliditati accuratè respondebant. Anterides tamen vltimæ versus angulos totius substructionis quinquaginta tantum cubitis à præcedentibus distabant, quoniam maxime muniendi sunt anguli. Quæ autem de orientali substructione diximus, de tribus reliquis proportionè intelligantur.

VI. Alia in montis vertice fundamenta.

Tota porro templi fundatio, in his substructionibus ad montis vsque verticem excitandis vndequaque, posita non fuit; multoque minus in terrarum egestionem vel congestionem facienda. Nam omnium porticum, quibus atria cingebantur, & ipsius templi propriè dicti fundamenta iacienda fuerunt. Etsi autem montis ille vertex erat petricosus, & patiens quantalibet molis desuper construendæ, modo destinata altitudini idonea parietibus crassitudo tribuereetur, multo tamen cum labore hæc ipsa fundamenta iacta sunt, propter plurima loca subterranea opere firmissimo constructa, cryptoporticus, culinas, gazophylacia, horrea, cellas vinarias & olearias, & id genus alia loca, quæ adeo ampla fuerunt atque capacia, vt in illa inferri possent ac conseruari omnes primitiæ ac decimæ totius Israëlitis, vt suis temporibus multis sacerdotum & leuitarum millibus distribui possent. Hæc maxime sunt, quæ templi fundamentis continentur, quæ si quis rectè æstimauerit, facile intelliget in iis non ignauiter vnus, aut potius plurium annorum spatium, à multis operarum millibus fuisse collocatum.

VII. Salomon primū iacit lapidem. c. 138. 6.

Apparet autem Salomonem ipsum, primum lapidem rite in templi fundamenta iecisse. Id enim prisca quoque seculis vsui fuisse, innuitur apud Iobum. *Vbi eras, inquit Dominus quando ponebam fundamenta terra?* Et rursus,

Super

3. Reg. 5. 17.

Classem parat.

Super quo bases illius solidata sunt, aut quis demisit lapidem angularem eius? significans id opus suum esse tanquam Domini. Et forte huc referri possunt illa verba. *Præcepitque rex, vt tollerent lapides grandes, lapides pretiosos, id est magni pretij, in fundamentum templi, & quadrarent eos.* Videtur quoque hoc primum tempore Salomon adiecisse animam extruendæ classi. Etsi enim viuo Dauide fit mentio auri Ophir, id Tyriorum nauigationibus tribuendum est, qui postea cum seruis Salomonis profecti dicuntur vtique quasi nauigationis duces. Cum primum ergo templi fabrica in cursu esse cœpit, industrios viros ad sinum Arabicum destinauit, qui in classem instruendam incumberent. Sed hæc de re alius quoque erit dicendi locus.

ANNVS MVNDI 3024.

SALOMONIS 5. SADOCI 4.

Fundati TEMPLI 2.

EVPALIS 34. Imperij Assyrior. 1093.

ANTE CHRISTVM 1029.

I. Annus Sabb. 63.

Peribolus totius fabricæ eiusque longitudo.

Calamus.

ca. 31 35.

II. Gradus & aditus ad templum.

Via à peribolo.

SABBATICVS est Salomonis annus quintus, idemque ordine 63, quem studiosissime obseruatum ab vniuerso populo, annitente religiosissimo principe, religio sit dubitare; in quo vniuersæ fabricæ fundamentis superiore anno excitatis, ad ipsam fabricam ventū est. Si tamen ingentes illæ substructiones totæ perfici anno præcedente nequiverunt, cum primum per aëris clementiam licuit, vtique perfectæ sunt, eisque peribolus impositus, ad maturè prohibendum lapsum hominum è summa area, & substructione in præceptis. Est enim peribolus, vt vocis quoque notatio prodit, septem quoddam ædificij extrema circumiens, altiora præsertim; vt in solario verbi causa deambulantes, indèue ad ima spectantes à ruina tuti sint. Tota eius per circuitum longitudo fuit quingentorum calamorum, id est trium millium centum & 25. cubitorum. Calamus enim est mensura sex cubitorum & palmi, itaque quatuor calami 25. cubitis respondent.

Ad huc peribolum quaternis scalarum gradibus ascendebatur ab occidentali plaga, quibus totidem portæ in peribolo respondebant. His gradibus in solenniore pompa conscendendis sunt qui putent cantica graduum à Leuitis decantari solita. Erant & duo ascensus à Septentrione, toti populo communes, & tertius ex arce Antonia; à meridie vero gemino ponte adibat in templum, altero ex regia domo, Salomonis, altero ad arcem Sionis adibat, iuxta Imaginem Hierosolymæ Villalpandi, quem in tota hac templi materia diligentissimum, merito secuti sumus. Inter peribolum hunc, & murum ambientem atrium prophanum spatium erat circumquaque sex calamorum, id est cubitorum 37. cum dimidio, quæ erat latitudo viæ istius: longitudo autem 123. calamorum fuit per singula latera: Scriptura tamen rotam longitudinem quingentorum calamorum esse dixit, licet octo desiderarentur, eo quo replicarentur in angulis.

Progrediendo ad interiora templi ducit hæc via ad porticum gentium, cum atrio suo, qui locus vterque mundis immundi que patebat. Ideo que porticus ipsa licet ianuis ad omnes cæli plagas aperiretur, quæ periboli aditus respicerent sicut & ianuas atriorum Israëlitis, nullis tamen instructæ fuerunt ianitorum cubiculis, sicut porticus Israëlitarum: nec opus erat, quando neminem excludi fas erat. In hac porticu, atque atrio sæpe ad confertam multitudinem Christus Dominus verba faciebat: ibi Ethnici Philippum adierunt, vt eius opera Christum viderent: Ibi Æthiops eunuchus reginæ Candacis adorauit. Eius pars orientalis, quadripartita enim erat, dicta fuit Salomonis, etiam Christi tempore, quod pars eius aliqua cladem Chaldæorum effugisset, posteaque à Zorobabele & Herode instaurata, primi nomen retinisset authoris.

III. Porticus gentium eiusque aditus.

1. 1. 2. 12. 27. 27.

IV. Atrium gentium, murus porticus, eiusque mensura.

An Sab. 6. n. 8. & 19. Columnæ huius atrij, & earum mensuræ, & numerus.

V. Contignatio huius porticus.

Aliaque superior porticus.

IV. Atrium Israëlitarum multiplex. 1. Par. 28. 29. 133.

reuera

reueravnum erat atrium Iſraeliticum, vt atrio gentium, & Leuitarum opponebatur; quia tamen multas creas, ſiue minora atria continebat, ideo de eo David modo in ſingulari, modo in plurali locutus eſt. *Adorate Dominum in atrio ſancto eius.* Populum vniuerſum alloquitur, primitias Domino, decimamque offerentem, cui totius ingredi in hoc atrium. Et rurſum. *Tollite baſſias, & iurate in atrio eius, adorate Dominum in atrio ſancto eius.* Vbi atria Iſraelitarum, ab atrio Leuitarum videtur diſtinguere voluiſſe. Sicut & in 2. Paral. vbi Salomon dicitur feciſſe *atrium Sacerdotum, & baſilicam grandem*, ſic enim vocat atrium Iſraelitarum, quod totum atrium Leuiticum ſine ſacerdotum, totumque templum proprie dictum ambiebat.

Pſal. 28. 2. Includeret Leuiticum & ipſum templum. Pſal. 95. 9.

ca. 4. 9. 9.

VII. Forma illius & mēſura.

Forma illius quadrata fuit habitaque in ſingulis lateribus longitudinem quingentorum cubitorum, & in toto ambitu deo millia, vt merito baſilica grandis appellari poterit. Hoc ergo atrium totum porticum quandam, ſeu portus quadriporticum habebat per quatuor latera circumductum, quaſi limbum quendam latum quinquaginta cubitis, per quatuor caeli regiones. Ex quo fiebat vt incluſa orta, ſublaris vndique 30. cubitis, remaneret quadiſcentorum vndique cubitorum. Verum hoc ſpatium diuidebatur duabus porticibus ab orta in occidentem recta tendentibus, & æquidistantibus, tam à ſe inuicem quam à limbo iam dicto: quæ erant late ſingula quinquaginta cubitis, longæ quadiſcentis. Diuidebantur quoque duabus illis porticibus, à ſeptentrione ad meridiem protenſis, eiſdem omnino longitudinis & latitudinis cum proximè dictis: excepta tamen ea, quæ proxima erat limbo occidentali, quæ in medio interrompebatur, ne in templum ipſum incurreret.

VIII. Eius diſtributio in 9. areas.

Hoc atrium magnum ita diſtinctum nonem areas circumquaque efficiebat centenorum cubitorum per quadrum ſingulas, ea tamen excepta, quæ templo erit occupata, tæne orientem ſpectabant, totidemque meridiem & ſeptentrionem occidentem autem duæ angulares, nam media eorum templo occupabatur. In medio autem ipſo magni huius atrij, erat atrium interius, quod Leuiticum dicebatur, æque areis, & porticibus, præterquam ab oriente circumductum, quia ab oriente erat Sanctuarium. Limbus ille magnus quem dixi, ſiue quadriporticus, tæne magnis aperiebatur portis, ab oriente, ſeptentrione, & meridie. Erantque ſingula portæ in ipſo medio porticum aream ambientium. Et reſpiciebant omnes recta linea atrium Leuiticum, ipſamque altare holocantiſtonum, quod erat in medio eius. Sed orientalis porta etiam intra ipſum templum, trans atrium Leuiticum, portæ adueſti. Hiſce portis tres alie in circuitu atrij Leuitici recta reſpondebant quibus omnibus commune fuit, vt ternis vtriusque thalamis ſiue cubiculis ornarentur, in quibus ianitores erant in excubiis, ad immundos Iſraelitas, omneſque gentes arcendos.

Atrium Leuiticum.

9. portiones portuum.

IX. Explicatio atrij illi & mēſura.

Illam eandem quadriporticem mēſura claudiebatur ab extrinſeco, qui non admodum diſtinctus erat mēſura atrij gentium; altera vero eius interior, tota circumſcribebatur arcuum pilis, quæ in omnibus arcuum, & portuum angularis maiores & ſolidiores erant cæcis, quæ duo tantum

arcuum iſta ſuſtentabant, illæ autem quatuor. Media porro porticus, ſecundum totam longitudinem columnas habebat, prædictis pilis directo reſpondentes; vt his primam tabulatam inniteretur, quò per cochleas variis in locis diſpoſitas aſcendebatur. Inde ſurgebat ſecundus ordo columnarum, cum nonnulla tamen imminutione quantitatis columnarum, & conſequenter reliquorum omnium. Erigebatur nihilominus hæc ſecunda contignatio viſque ad quadraſimum cubitum, tertia vero viſque ad ſexaſimum; ſed ima porticus deſtinata erat deambulationi, ſecunda & tertia gazophylacis ſiue cubiculis, quæ Villalp. numerat 680. Super hæc tria tabulata in omnibus angulis atrij Iſraelis, & in omnibus locis vbiunque duæ porticus concurrebant; ſcilicet ſingularum porticum frontibus, & ſuper omnes portas erigebatur quartus ordo ſuper tertium tabulatam prominens duodecim cubitis, qui ſexdecim quaſi caſtella efficiebant, ita diſpoſita, vt iſta ſingula areæ in ſingulis angulis ornarentur. Itaque vniuerſa altitudo à pavimento atrij gentium computata fuit 78. cubitorum. Adde quoque Villalp. quintum ordinem, quaſi ſpectabat, 24. turres in hiſce caſtellis: quæ 12. inſuper cubitis aſſurgere, quæ prædictis, & circumſpectent, & totius fabricæ ornamento valde ſeruirent.

Explicatio atrij Iſraelis.

Quatuor portus & quatuor.

X. Atrium Leuiticum, quod dicitur in medio atrij.

Quatuor portus & quatuor.

6. portiones atrij gentium.

XI. Tres eſt portus vestibuli interius.

Sequitur interius atrium Leuiticum, ſine Sacerdotum, quod ampliffimo Iſraelitarum atrio cingebatur; quod cum eo magna iam ex parte declaratum eſt. Nam tria eius latera ſiue porticus ab oriente, ſeptentrione, & meridie, erant, interna facies atrij Iſraelitarum, ab oriente autem erat templum ipſum, quod eodem Leuiticum atrio continebatur. Huius atrij mēſura dupliciter ſumitur. Nam vt domum ipſam Dei continebat, fuit latitudinis centum cubitorum, longitudinis autem 250. ſi autem ſecundum à templo, à quo ſepo quodam diſtinguebatur, hoc atrium mēſuratur, fuit centum cubitorum longitudinis, totidemque latitudinis, præ omnino cæcis areis huius magni atrij. In eius medio erat altare holocantiſtonum, vt omnes circumquaque porticus incedendi periculo vacarent. Ita porro collocatum fuit, vt ſeni omnino aditus in medio ſex porticum, illi reſponderent, binæ ab orta, totidemque à ſeptentrione & meridie, in quibus vtriusque erant tres ezeceæ interiorum, omnes numero 36. Cæterum deſcriptionem altaris huius, ſicut & manis ænei, & laterum breuitatis caula hic omiſſam, ſubſoſus Leſtor ex Anadibus petet.

Ventum itaque eſt ad templum ipſum, cuius tres partes à Scriptura ponuntur, Vestibulum Sanctæ, & Sanctæ Sanctorum, quæ omnia nomen Templi, domus Domini, & Sanctuarij poſſim comprehenduntur. Ingressum autem templum à porta primaria orientali, Vestibulum primum occurrit, quod Græci *πύλον* & *προαύλιον*, Septuaginta & Hebræi *אֵתֶר* dixerunt. Longitudo huius vestibuli intra muros fuit viginti cubitorum, quanta erat reliqui templi latitudo, eius autem latitudo erat 22. cubitorum fuit. In eodem vestibulo tres erant portæ, ab oriente templi porta primaria, lata cubitis quatuordecim, altera viginti. Altera aperiebatur à ſeptentrione lata cubitis, lata

2. Par. 4.

I. Par. 3. 4. XII. Secunda Templi pars, eiusque descriptio.

Geminus totius templi murus.

c. 28. 11.

Et intra eos cubicala triplici ordine. 3 Reg. 6. 5

XIII. Columnæ, siue parastades vtriusque muri.

Earumque mensura.

XIV.

vero sex, cui alia omnino similis à meridie reſpondebant. Quoniam vero huic Vestibulo, ingens fabrica ſuperſtruenda erat cum turri, ad altitudinem centum & viginti cubitorum: ideo muri eius ab imo ſolidiffimi fuerunt, & ſolidiores quam reliqui templi, quod ad 90. cubitorum duntaxat altitudinem erigebatur. Sicut autem non vnico templi murus fuit, ſed vndique geminus, ita & Vestibuli, quod templo adhaerebat, quadruplex vtriusque moles erigebatur, quarum binæ vtriusque templi ſinebant muros, totidemque alia faciem orientalem Vestibuli vtriusque muniebant: Et ſicut quatuor extremæ moles, tam à ſeptentrione quam à meridie, vltra muros templi proieciabantur, ſic & 4. alia internæ intra latitudinem templi præcurrerent: ſed mox retractiones vtriusque fiebat, vt longitudo Vestibuli 20. cubitorum fieret, vt exigit Scriptura.

Altera templi pars aula quædam fuit, quæ ſitu media erat Vestibulum inter & Oraculum, & dicebatur Sancta, & Hebræis Hecal, & ſape templum vertitur, & palatium. Eius longitudo erat 40. cubitorum, latitudo autem 20. Erat hæc templi pars magnificentiffima, & omnibus ſpectabilis. Oraculum autem licet incredibiliter ornatum eſſet, erat tamen obſcurum, & à ſolo pontifice ſemel in anno adibatur. Erat & ampliffima; duplo ſcilicet maior Oraculo; vestibulo autem fere quadruplo. Tota porro hæc tripartita domus à ſeptentrione, occidente, & meridie gemino pariete cingebatur, quorum interior habuit craſſitudinem ſex cubitorum & palmi, interior autem quinque. Inter eos ſpatium erat vacuum quod Ezechiel vocat *interiorem domum in lateribus domus*, intelligens cubicala incluſa inter vtrumque parietem, quæ in 1. Paral dicuntur *cubicala in adyis* quorum triplex ordo fuit, per contignationes diſtinctus, quæ retractionibus murorum innitebantur: ideoque ſuperiora latiora erant inferioribus: inſima enim cubicala habebant quinque cubitos latitudinis, media ſex, ſuprema ſeptem, vt eſt in 3. Reg. Erantque in ſingulis ordinibus 14. cubicala ſiue oratoria peruia, omnia numero 42. quæ partim orationi, partim pretioſiffimæ ſupelleſti cuſtodienda ſeruebant.

Vtriusque porro paries, ad maiorem ceſſiffimæ fabricæ firmitatem, per certa interualla, lateribus ſiue coſtis, quas antas ſiue anterides vocamus, firmabatur, latis quatuor cubitis, & vno cubito extra murum eminentibus, & octo cubitis, à ſe inuicem diſtantibus. Et foris, quidem huiusmodi anterides in paraſtades, ſiue columnas quadratas ſtriatas, cū baſibus ſuis, & capitellis efformabantur, vt ſimul & operis firmitati, & ornamento inſeruirent; intus autem ſoli firmitati, ſecluſis ornamentis ſeruebant. Ipſæ autem paraſtades, cum baſibus & capitellis ſuis, ad quadraſimum vſque cubitum in altum ſurſurgebantur; quibus trabecatio decem cubitorum erat impoſita. Sicque forinſecus tota prima contignatio ſinebatur, tam vestibuli, quam reliqui templi per circuitum, altitudine 50. cubitorum, à limine templi. Spatium autem inter columnas vbi que interiectum, fenestris cancellatis, ſiue obliquis accipiebat lumen.

Quoniam vero triplex cubicalorum ordo non vltra 20. cubitos atollebatur, reliquum

erat ſpatium decem cubitorum interioris templi, ergo inferiores fenestræ cubicala illuminabant, ſuper quæ ampliores fenestræ aperiebantur, altitudinis quinque cubitorum, latitudinis autem trium, quibus templum vndique recipiebat lumen, præter oraculum, quod vltra 20. cubitos non atollebatur. Fenestræ igitur quæ reſpondebant oraculo, conuexam eius partem illuminabant. Quod autem vocamus oraculum, Hebræi, & Sept. vocant Dabir quod Hieron. vertit oraculum, quoniam ibi Deus ex Arcæ propitiatorio fundebat oracula: domus item propitiationis, & propter ſingularem loci ſanctitatem, & debitam diuinæ præſentiæ venerationem, etiam Sancta Sanctorum dicebatur, & aliis quoque nominibus, vt in Anallibus inuenies.

Plane quadratus erat hic locus, longus, latus, & altus 20 cubitis, vt Arca fœderis eſſet in omnium parietum æquidistantia. Separabatur autem hic locus à Sancto, pariete latitudinis duorum cubitorum & ſemis, in cuius medio porta erat ſex cubitorum latitudinis, altitudinis autem duodecim. Itaque reliquus paries ſeptenarium erat vtriusque cubitorum; tota vero eiſdem altitudo erat cubitorum viginti, ſicuti & reliqui parietes eiſdem Oraculi. Super quos erigebatur fornix cedrinus, altitudinis decem cubitorum, quanta erat ſemidiametri longitudo, eo que fornice concauo tegebatur. Caruit autem interius Oraculum lumine & fenestris, quia cubicala quæ illud cingebant, ſupra cubitos octodecim eleuabatur, ipſum autem non niſi 20. Nec erat opus, cum eò nemo vnquam penetraret, præter Pontificem ſemel in anno, cum multis cæremoniis. Denique nolebat Dominus Arcam & Propitiatorium videri, ne ab ipſo quidem Pontifice. Ideòque in ingreſſu ſumus à thuribulo incenſi excitabatur, quo viſio impediabatur. Multo ergo minus volebat Dominus à quoquam alio, per fenestras in oraculum oculos conici: imo ne à porta quidem ipſa. Ideòque ne per occaſionem ingreſſus Pontificis, quiſquam in Sanctuarium inroſpiceret, vetuit Dominus olim quemquam eſſe in tabernaculo, dum Pontifex Sanctuarium adiret.

Et hætenus prima templi contignatio cuius altitudo intra templum erat 30. cubitorum, extra vero 50. vt dictum eſt. Altera vero contignatio vſque ad tectum Oraculi & Aulae, fuit 40. cubitorum, vt tota templi altitudo eſſet 90. cubitorum. Eius autem columnæ ac fenestræ inferioribus accuratè reſpondebant, ſed ſingula minora erant, vt ratio poſtulat. Numerus etiam columnarum duabus angularibus ab occaſu diſtinetur, quia exterior murus non progreditur vltra primam contignationem, præterquam in Vestibulo, ſiue anteriore parte templi, in qua paraſtades eriguntur ad perpendicularum, vſque ad ſummum ædificij totius, at cæteræ retrahuntur ad interiore murum, ad eum fere modum, quo in ſubſtructionibus anterides ſenſim aſcendendo minuebantur.

Huic retractioni Scriptura omnino fauet, quæ interiorem templi murum, tanquam altius euehendum, craſſiorem externo fecit: & cubicalorum inter muros in ſecunda contignatione mentionem nullam fecit: quo fit vt externus ille murus deinceps ſuperfluous futurus eſſet; ergo

Fenestræ replum illuminantes. 3. Reg. 6. 2

1. Par. 28. 17.

an. Salo. 5. n. 21.

XV. Oraculum tertia reſplens pars, eiusque descriptio.

Caruisse lu minibus.

Leuit. 6. 17.

XVI. Secunda templi contignatio. Ezech. 41. 12.

XVII. Cum externa retractione.

Interco-
lumnaria di
uerfa.

Cœnacula
super Ora-
culum.

XVII.
Tertia con-
gnatio in
Vestibulo.
2. Par. 3. 4.

Eiusque
descriptio.

XIX.
Compen-
diofa con-
clusio.
an. Salo. 5.
n. 39.

c. 6. 20. 21.

ergo decorè finiebatur in sua coronide, & ar-
cuato opere interno pariete connectebatur.
Diminutis porro columnis etiam intercolumn-
nia diminuta sunt; In prima enim contignatione,
sive primo columnarum ordine, sexdecim
intercolumnnia reperiuntur, in secunda vero
duodecim duntaxat, quot scilicet reperiuntur
in vestigio interioris muri, quinque à septen-
trione, totidem à meridie, & ab occasu duæ. Hic
porro secundus ordo sua trabatione vndique
& concameratione, & circumiecto peribolo
finiebatur. Intus autem murus diuidens Oracu-
lum ab aula sacrâ, vsque ad ipsum tectum tem-
pli, siue fornacem erigebatur, duoque cœna-
cula super Oraculum constituebatur, quorum
primum ob reuerentiam subiecti Oraculi nemo
adibat; alterum autem vsui erat, asseruando
antiquo Mosis, ac Davidis tabernaculo.

Superest tertia contignatio, quæ turrim ha-
buit quadrilateram, & supra templi reliqui tectum
30. cubitis attollebatur, vt tota eius alti-
tudo, à limine ad summum fastigium esset 120.
cubitum, vt Scriptura disertè asserit: cuius
longitudinem cum ait fuisse 20. cubitorum,
de infima eius parte, & seculis parietibus ac-
cipienda est, quorum magna erat crassitudo,
vt supra dixi, adeo vt intra vnus pilæ solidi-
tatem cochlea vna ad portam septentriona-
lem, & altera ad meridianam includeretur,
quibus ad omnia templi cubacula, eiusque
fastigium, & ad omnes turris contignationes
adibatur. Itaque comprehensis muris Villap.
vult eam longam fuisse 60. cubitis, latam au-
tem 25. Surgebat autem hæc turris ab imo
triplici ordine columnarum, iuxta proportio-
nem reliquarum partium templi. Et sicut in
imo Vestibuli erat triplex porta, maxima ab
oriens, & duæ laterales, ab austro & septen-
trione, iuxta autem portam maximam vtrin-
que columnæ geminæ inter quas fenestræ ape-
riebantur, ita etiam in secundo ordine par om-
nino numerus portarum, columnarum & fen-
strarum fuit, omnibus tamen debita proportio-
ne diminutis, sed portæ, non vsus sed ornatus
tantum gratia, & correspondentis proportio-
nis cum inferiore domicilio appositæ erant.
Idemque de tertio quoque ordine dicendum;
sed addebantur etiam ab occidente fenestræ,
quæ hæc pars turris ab occasu non incurrebat
in templum.

Hæc de templi vniuersi fabrica, quanta li-
cuit breuitate ac luce, dicta sunt: quæ autem
ad materiæ pretium & formæ dignitatem per-
tinent, quæ ornamenta interioris templi, parietum,
portarum, pavimenti, atque testudinis, ex
ipsis Annalibus petenda erunt, quod ipsum de
columnis duabus quæ erant pro foribus Vestibuli,
de templo vastis, totaque eius suppellectile
intelligi volo. Id tantum vniuersè, cum Scri-
ptura tertij Regum dixerim, non solum totum
Oraculum operum fuisse, atque vestitum auro
purissimo, sed domum quoque, quæ erat, ante
Oraculum, etiam eo duplo maior, operam fuisse
auro purissimo. Non dixit inauratam bracteol-
is illis tenuissimis, sed laminis aureis: nam se-
quitur & affixit laminas clavis aureis, denique
nihil erat in templo, quod non auro tegetur, &
quidem cum multo artificio, multiplicique cæ-
latura, florum, fructuum, palmarum, Cheru-

binorum. Caterum non affirmamus hæc om-
nia hoc ipso quinto Salomonis anno fuisse per-
fecta, cum constet ad vndecimum vsque an-
num rem totam fuisse protractam, sed quæ ad
singulos annos reuocare non potuimus, in
vnum locum coniecimus.

ANNVS MVNDI 3025.

SALOMONIS 6. SADOCI 5.

Fundati TEMPLI 3.

EVPALIS 35. Imperij Assyriorum 1094.

ANTE CHRISTVM 1028.

SV B hoc tempus, cum maximè ferueret
templi ædificatio, videtur factus ille ser-
mo Domini ad Salomonem, de quo mentio est
in 3. Reg. in hæc verba. *Domus hæc quam ædifi-
cas, si ambulaueris in præceptis meis, & iudicia
mea feceris, & custodieris omnia mandata mea
gradiens per ea, subaudiendum est verbum ali-
quod, stabit, florebit, mihi grata erit, in ea à re
deinceps ac populo tuo religiosè colar, ceteris-
que deinceps regibus filiis Davidis. Nam se-
quitur, firmabo sermonem meum tibi, quem locutus
sum ad David patrem tuum. Et habitabo in medio
filiorum Israël, & non derelinquam populum meum.*
Subintelligitur autem altera quoque propositio-
nis fore scilicet vt si deseruerit pietatem, dese-
ratur ipse à Deo; & domus hæc, quantacunque
magnificètia fulgeat, prophanorum hominū
rapinis deformetur, & luctuosissima deniq; de-
flagratione consumatur. Creditur missus à
Deo nuncius per Ahiam Silonitem prophetam
quem Hebræi ter ad Salomonem diuinitus
missum putant.

Hoc sexto Salomonis anno occisus est Se-
mei. Nam cum tertius Salomonis ageretur an-
nus occisus est Ioab, eiectus Abiathar, & datum
præceptum Semei ne ab vrbe digrederetur, post
tres autem annos contigit eum exire, id est cum
annus sextus esset in cursu. Duo enim serui
eius, male fortassis ab hero impotente accepti,
ad Gertheum regem aufugerant. Quod cum Se-
mei didicisset, eo profectus est seruosque redu-
xit. Existimauit fortasse, si memor fuit imposi-
ti sibi præcepti, Salomonem multitudine ne-
gotiorum obrutum, obliuioni dedisse manda-
tum suum, vel hanc ei protectionem ignotam
fore. Quem cogitare oportuit vel seruos ipsos,
vel alios ipsius inimicos daturus operam, vt
res innotesceret Regi; quod & factum est.
Accertitum ergo hominem ita compellat,
*Nonne testificatus sum tibi per Dominum, &
prædixi tibi. Quocunque die egressus fueris huc &
illuc, scio te esse moriturum? Et respondisti mi-
hi, Bonus sermo quem audiui. Quare ergo non cu-
stodisti iusurandum Domini? præceptum tibi
impositum, sub inuocatione diuini nominis.*

Obmutuit infelix. Ne autem culpæ leuita-
tem prætenderet, reuocat illi in mentem petu-
lantiam, qua olim in Davidem fuerat debac-
chatus, quam adhuc impunè tulerat, & quam
huius occasione delicti luiturus erat. Simulque
significat imminere principibus, quos Deus

Ratio tem-
poris.

I.
Salomon
diuinitus
admoce-
tur.
c. 6. 11. 12.

II.
Semei ob
seruorum
fugam exit
vrbe.
3. Reg. 2.
39. &c.

III.
Iussu Salo-
monis oc-
ciditur.

ante

loco suo constituit criminum vltiores, ab ipso
Deo pœnas neglectæ iustitiæ. Cum enim sa-
pientissimus princeps dicat, hoc reo castigato,
stabile futurum regnum suum, vtique significa-
uit illud labefactum iri, nisi in Semei animad-
uertisset. *Iussit itaque Rex Banaia filio Ioiada vt
occideret Semei, qui egressus è conspectu regis,
noluit enim eum occidi coram se, Perussit eum,
& mortuus est.*

ANNVS MVNDI 3028.

SALOMONIS 9. & 10.

SADOCI 8. & 9. TEMPLI 6. & 7.

EVPALIS 38. & vlt.

LAOSTHEN. 1. Imperij Assy. 1097. & 98.

ANTE CHRISTVM 1025. & 24.

I.
Vltimus
Eupalis
Laosthenis
primus.

AFFECTA iam erat, ac pene perfecta Sa-
lomonici templi fabrica, cum Eupales
trigesimus primus rex Assyriorum Eusebio,
trigesimus sextus Africano, expletis octo &
triginta regni annis viuere, ac regnare desit;
cui successit anno sequenti Laosthenes, tenuit-
que ex vtriusque consensu annis 45.

ANNVS MVNDI 3030.

SALOMONIS 11. SADOCI 10.

Fundati TEMPLI 8.

LAOSTHENIS 2. Imperij Assy. 1099.

ANTE CHRISTVM 1023.

I.
Quanto
tempore
templum
fuerit ædi-
ficatum.

v. 37.

c. 6. v. 1.

Paratur
eius dedi-
catio.

II.

HOC anno tota Templi, & atriorum
ornatu & suppellectile absoluta est, & quidem
septem annis, vt est in 3. Reg. c. 6. extremo. Ve-
runtamen ex eodem ipso loco apertè colligitur,
his septem annis sex minimum menses adden-
dos esse, qui ad octauum templi, & vndeci-
mum Salomonis pertinebant. Sic enim legi-
tur, *Anno quarto fundata est domus Domini in
mense Zio, & in anno undecimo mense Bul, ipse
est mensis octauus, perfecta est domus in omni ope-
re suo.* Si anno quarto, cui deerant duo menses,
adiungas octo menses vndecim, fient omnino
septem anni, cum sex septemve mensibus. Nam
Zio est ordine secundus. Verum menses illi à
Scriptura integris annis contenta, prætermit-
tuntur. Interim autem dum templo extrema
imponitur manus, præparata est templi solen-
nis dedicatio, & illatio Arcæ, & cæterorum va-
forum, tam aureorum & argenteorum, quæ Da-
uid templo destinauerat, quam æneorum, quæ
iussu regis, fuderat Hiram in campestri regione
Iordanis trans fluium in argillosa terra. Nam
illa non fusa legitur, sed conflata ex laminis
aureis & argenteis.

Non est autem dubium quin multum tem-
poris abierit, non solum in fundendis polien-

disque, sed traducendis etiam tam vastis moli-
bus columnarum ænearum, Luterum cum ba-
sibus suis, maris ænei, & duodecim boum
fusilium, altarium, & aliorum vasorum id ge-
nus, quæ magnis machinis egerunt, siue vt
Iordanem traicere, siue vt Hierosolymam de-
ferri, siue vt in summum templi montem ele-
uari possent. Sed tanta fuit industria sapien-
tissimi regis, & peritissimorum artificum, tan-
ta multitudo operarum, & machinarum copia,
quibus in maximis trabibus, & ingentibus sa-
xis, & columnis transferendis iam vsi fuerant
toto septennio, vt tota res ad præstitutum tem-
pus parata esset, & magnæ illæ moles æneæ
ac lapideæ suis locis maturè collocatæ. Con-
gregauit porro Salomon populum ad solen-
nem templi dedicationem in septimum men-
sem, in quo septiduo festum tabernaculorum
celebrabatur; ne si in octauum mensem quo
cuncta penitus in templo essent absoluta, eius
dedicatio differretur, populus itinerum labore,
sumptibusque grauaretur. Videretur autem præ-
monitus populus de dedicatione, sub festum
Pentecostes, quo ex lege Hierosolymam ve-
nire iubebatur.

Et si autem visum est nonnullis, inchoatam
hanc celebritatem decimo quinto die septimi
mensis, qui dies sacer erat festo tabernaculo-
rum: ex secundo tamen Paralipomenon con-
stat dedicationem altare septem diebus, totidem
quæ celebratam solennitatem, eosque dies vi-
gesimo primo mensis absolutos: tum factam
sequenti die collectam; denique vigesimo ter-
tio mensis septimi dimissos populos ad taber-
nacula sua. Oportet ergo totam celebritatem
octauo mensis septimi fuisse inchoatam. Altaris
porro & templi dedicationem antecessit trans-
latio Arcæ, ex arce Sionis in Sanctum Sancto-
rum. Is enim quasi primarius finis ponitur
congregationis huius. Translationis huius
pompa in tertio Regum ita describitur, *Vene-
runtque cuncti senes de Israël, & tulerunt Arcam
Sacerdotes, & portauerunt Arcam Domini, &
tabernaculum fœderis, & omnia vasa Sanctuarij,
quæ erant in tabernaculo, Davidico videlicet,
quod erat in Sion, non Mosaico quod erat in
Gabaon. Et ferebant eam Sacerdotes & Leuitæ.
Arcam videlicet ferebant Sacerdotes, Taber-
naculum & vasa Sanctuarij Leuitæ, qui erant
numero plures, & dignitate inferiores. Non est
autem dubium, quin Tabernaculum quoque
Mosaicum, cum omni sua suppellectile, in tem-
plum fuerit translatum, intra octiduum cele-
britatis huius.*

Pompæ huius ordo & modus, quantum qui-
dem ex Hebræis, ipsaque Scriptura colligi po-
test, hic fuit. Transferunt præcones septimo
die septimi mensis, id est pridie celebritatis,
per mediam ciuitatem cum tubis, populo de-
nunciantes, vt in diem sequentem parati
essent, puri scilicet & casti, cum oblatio-
nibus suis, & festorum vestimentorum ap-
paratu. Ad vitandam autem confusionem in
hominum infinita multitudinis collecta, ab in-
troitu Emath, vsque ad riuum Egypti, id est
ab extremis Syriæ & Libani finibus à Se-
pentrione, vsque ad Rhinocoruram ad
meridiem Egyptum versus, quæ est to-
ta longitudo terræ Israëlitiæ; suis singu-

Encalus-
pellex ma-
ture suis
collocatur
locis.

Dedicatio
iudicæ in
septimum
mensis.

III.
Inchoatur
octauo
eiusdem
3. Reg. 7. 10.
c. 7. v. 9. vi-
de & 3.
Reg. 8. 65.

Translatio
Arcæ ex
Sion.
2. Par. 5. 2.
c. 8. v. 3.

IV.
Eius pom-
pæ ordo, &
modus.

lis tribubus assignatus est locus, & ordo, qualis forte olim in deserto, Deo & Moysē autore, in progrediendo seruabatur, cum ex vna mansione transibatur ad aliam.

V.
Sacerdotes ferunt Arcā & tubis resonant, Leuitæ canunt. 2.Par.7.9.

Postridie omnis multitudo Israël conuenit ad regem, Sacerdotes autem & Leuitæ ad Arcæ locum in Sion, cum Sadoco Pontifice: dumque illi Arcam rite inuoluunt, veteſque ad gestationem inferunt, signo dato præcedere cœpit tribus Iuda, sacerdotibus aliquor præcedentibus cum tubis, quos Leuitæ cantores sequebantur cum organis suis, qui sæpius versiculum illum intercalarem iterabant, *Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius.* Erant autem certa quedam standi vel quiescendi interualla; per quæ dum Leuitæ canerent rex & populus, in crebris altaribus vel mensis tota via dispositis, innumeras hostias sacrificabant. Videtur autem credibile admodum, Sacerdotes & Leuitas, quorum erant multa millia, qui in sacrificando, vel canendo non erant occupandi, ad cohonestandam hanc pompam, plurima vasa aurea & argentea, quæ non erant magni ponderis, in hameris, aut in manibus magnificè detulisse, & variis ornamentis decore insignitos processisse. Hi videlicet ferebant altare aureum, & aderant Sacerdotes qui subinde odorata thymiamata incenderent; alij meas aureas cum propositionum panibus, reliquæque illius supellectile gestabant: alij candelabra aurea cum lucernis, alij thuribula & phialas, atque ita de cæteris: omnia conuenienter ac decore.

VI.
Psalmi in via, gradibusque decantati. Psal. 118.

Tradunt etiam Hebræi Psalmum illum *Beati immaculati in via*, fuisse tota via decantatum. Longo videlicet circuitu arcis, & montis Sion, & inferioris ciuitatis, iter ad templum directum est; quod necesse fuit, vt infinita populi multitudo quoquo modo ordinari posset: eundemque Psalmum, ad huius diei celebritatem de industria à Davide compositum, & ab eo Salomoni datum; qui propterea Deum in Arca præsentem semper alloquitur. Et viæ succedebant templi gradus, in quibus cantica graduum succedentia decantabantur. Et quoniam consecrari licet, existimo in gradibus substructionum in parte occidentali templi, quoniam inde quadruplex, vt ait Iosephus, proptereaque commodissimus tanto populo patebat ingressus, in ipso initio cantatum fuisse primum canticum graduum, qui est Psal. 119. *Ad Dominum cum tribularer clamavi, & exaudiuit me.* In medio montis Moria graduum secundum, qui est Psal. 120. *Leuaui oculos meos in montes.* In summo autem graduum illorum ad peribolum, insonuit tertium canticum, *Letatus sum in his, que dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus.* Primus enim ingressus in domum Domini, est in primo illo peribolo, totam fabricam vndique ambiante, indeque aditus patebat in atria: Itaque sequitur, *Stantes erant pedes nostri in atris tuis Ierusalem.*

VII.
Et deinceps intra peribolum & in atris.

Inde autem longo circuitu in via, quæ peribolum inter & murum atrij gentium patet, percubitos circiter mille, ventum est ad orientalem portam atrij gentium. Tota autem illa via per stationes varias, & varia sacrificia, decantata sunt varia cantica sequentia, & nominatim illud, *Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulauit in vis eius.* In porta atrij gentium, ipsoque atrio videtur decantatum illud, *Memento Domine David, & infra, inuocimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco, ubi steterunt pedes eius.* Et quoniam Dominus tunc erat Deus Iudæorum, non autem gentis, ideo in atrio gentium consequenter canebatur. *Surge Domine in requiem tuam, su & arca sanctificationis tue.* Inde transibatur ad atrium Israëliticum, ad cuius ingressum, & septenos illius gradus, cantatum est sequens canticum, *Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in unum.* Nam Israëlita alienigenas non censebant in fratribus. Eos autem tunc in atrio gentium relinquebant, quia illis ultra progredi non licebat.

Inde ventum est ad portam, qua patebat aditus ad interiorum atrium Leuitarum, ubi cantatum est sequens canticum. *Ecce nunc benedicite Dominum omnes serui Domini.* Sacerdotes scilicet & Leuitæ, qui specialiter diuino famulati dicati erant: & hoc atrium ante Sancta fuisse, innunt ea verba istius cantici, *In noctibus extollite manus vestras in Sancta*, id est versus Sancta; quia ipsi circumquaque in porticibus, proximè templum in atrium Leuitarum, diu noctuque per vices commemorabantur. Postremo sacerdotes cum Arca in ipsum templum conscensis eius gradibus ingrediantur: Ibi que finitis canticis graduum, Psalmum sequentem canebant, cum Leuitis eis ex atrio & orientali porticu, qui erat ordinarius cantorum locus, accinentibus, *Laudate nomen Domini, laudate serui Domini, qui statis in domo Domini in atris domus Dei nostri,* &c. quem Psalmum excipit qui sequitur 135. *Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius;* quem satis constat ex secundo Paraliponon in hac celebritate decantatum, & alternatim insonuisse sacerdotales tabas, dum sacrificia in altari holocaustorum congeriebantur, atque in medio atrio, propter hostiarum multitudinem, sacrificabatur.

VIII.
Denique in atrio Leuitarum, & ingressu Sanctuarij. Pjal. 133.

Dum hæc strenuè fiunt, Sacerdotes, qui tulerant arcam Domini, *insulerunt eam in Oraculum templi, in Sanctum Sanctorum subter alas Cherubin, siquidem Cherubin expandebant alas super locum Arca, & protegebant eam.* Erat autem in æquidistantia parietum, vt placet Villalp. & nihilominus veteium capita ex propinquo spectantibus, paululum apparebant extra ipsum Oraculum, quoniam eos extrahere non licebat. Inde candelabra dena, totidemque mensæ in Sancto hinc & inde constitutæ sunt, in medio autem, prope velum oraculi, altare thymiamatis. Non videntur autem diu immorati Sacerdotes in Oraculo, ne obreperet ibi pernicioſa curiositas, sed egressi sunt & oppanum est velum, & illico nebula impleuit domum Dei, nempe totam aulam sanctam, cum vestibulo, & atrio Leuitarum, adeo vt propter nebulam Sacerdotes ministrare non possent. Apparet eam nebulam non caruisse fulgore, quippe quæ gloria Domini appelleretur. Certe Salomon agnouit eam indicium esse diuinæ præsentia, & signum acceptantis sibi destinata domum, sicut olim in tabernaculo Moysi contigerat.

IX.
Arca in Oraculo collocatur. 2.Par.5.7. 3.Reg.8.3.

Fuerat porro excitatus Regi suggestus, in atrio Leuitarum, in eius Orientali arca, ubi Deum precabatur

X.
Precabatur

Rex in suggestu primum Deū orat, tum populum monet.

Rursum Deum copiosius precatur.

XI.
Postremo populò bene precatur eumque monet.

Eius sacrificia diuinitus accenduntur, cum iterata nube.

Numerus hostiarum, & tempus sacrificiorum. 3.Reg.8.6. 1.Par.7.5.

XII.
Dies collectæ, eiusque ratio. Leuit.36.

Sacrificia à Salomone fundatur.

an. Salo 11. n.42. & 43. 1.Par.8.12. 13.

precabatur; dum Arca in loco destinato collocaretur: occasione autem nebulæ diuinitus obortæ, conuertit faciem ad populum, qui magna ex parte stabat ad dorsum regis, eumque docuit Deum implere promissionem suam, quia dixerat se habitaturum in domo, quam ei Salomon ædificasset. Vbi autem Deo preces fundere voluit, conuerso ad oraculum vultu flexis genibus, & expansis in cælum manibus, laudauit in primis Dominum, de constantia, & fidelitate promissorum erga Dauidem: tum Dei bonitatem admiratur, qui manu factam domum inhabitare non dedignetur; cuius maiestati, ne cæli quidem ipsi pares esse possint. Itaque orat vt se in hoc templo populo suo perpetuo exorabilem præbeat, præsertim ad ipsum per pœnitentiam conuerso. Deinde orat pro alienigenis, qui fama diuinæ potentia & bonitatis excitati, venturi essent ad templum ad adorandum Deum; quibus de industria paratus esset ad orandum locus. Orat etiam, vt tanti sit hoc templum apud Dominum, vt qui in tremoris locis versus illud in afflictione orauerint, à Deo exaudiantur.

Surrexit deinde rex de conspectu altaris Domini, iterumque conuersus ad populum, ei bene precatus est, hortatusque vt in diuino timore & cultu constanter perseverent. Inde regias hostias ad altare adhiberi iussit, in quas ignis de cælo descendit, & deuorauit holocausta & victimas, ad ostendendum acceptam esse Deo Regis orationem, & grata sacrificia, quæ ibi offerebantur; sicut paulò ante nebula ostenderrat templum ipsum Deo gratum esse. Quod autem additur Maiestatem Domini impleuisse domum, de iterata nebula, cum igne in victimas descendente, intelligendum est. Ex quo vniuersum populum inuasit admiratio, & veneratione plenus timor; adeo vt in terram proni corruerint. Ipsi autem Sacerdotes in templum ingredi non poterant, siue ob nebulæ densitatem visum prohibentem, siue potius ob reuerentiam diuinæ præsentia per nebulam exhibitæ. Quoniam vero Dominus hoc prodigio ignis ostendit grata sibi esse regis, populique sacrificia, tanto illi studiosius eadem instaurarunt; adeo vt summa hostiarum, intra dedicationis septiduum, ascenderet ad boum viginti duo millia, arietum autem 120. millia: quorum etiam pars nonnulla ad sequens septiduum tabernaculorum referri potest.

Id septiduum vigesimo primo septimi mensis de more finitum est, secutus est vigesimus secundus, qui dicebatur dies Collectæ, siue quia eo die collectio fiebat pecuniarum in templi vsus; siue quia colligebatur populus ad gratias agendas Deo, quod post longinquam in desertis quondam locis peregrinationem, septiduo tabernaculorum representatam, in terram promissam omnes tribus saluæ peruenerunt; siue quia gratia tum de collectis omnibus frugibus agebantur Deo. Secutus est vigesimus tertius dies, quo populus multa cum lætitiâ dimissus est, sed eam dimissionem antecesserunt Sacerdotum & Leuitarum vices, à Davide institutæ, ad praxim redactæ; tum etiam fundatio sacrificiorum ordinariorum à Salomone instituta, tam in Sabbatis & Calendis, quam in solennitate Azymorum, Hebdomadarum, & Ta-

bernaculorum, vt pluribus in Annalibus explicatum est: & ex 2.Paral. facile colligitur.

Hoc ipso anno vndecimo regni Salomonis, inchoatam fuisse regiam domum ipsius necesse est. Nam ex 3.Reg. constat eam tredecim annis ad perfectum vsque fuisse perductam; & intra viginti annos tam templum quam regiam ædificatam esse, cum ex altera parte sex menses ultra septem annos templo insumptos ex ante dictis perspicuum sit, si inchoationem domus regia in sequentem differamus annum, intra viginti annos vtrumque ædificium perfectum non fuerit; aut octo templo, duodecim regia domui assignandi erunt, quod vtrumque cum Scriptura pugnat. Dicendum igitur sicut septem anni domus domini, epimerro mensium aliquot aucti sunt, ita tredecim annos Regia iisdem mensibus fuisse diminutos.

Cum ergo Salomon ex perfecto Dei templo magnam quandam animo cepisset voluptatem, vidissetque sibi ex sententia ædificandi studium cedere: fortassis etiam non parum sibi materiae multiplicis ex templi reliquiis, & pecuniarum etiam in sumptus superesse, animum ad regiam ædificandam adiecit. Existimauit quoque vxori suæ quamvis dilectæ, & ad Iudæorum ritus conuersæ, quia origine erat Ægyptia, & forte à patria superstitione non satis aliena, habitationem in arce Davidis, in qua multis annis Arca Dei resederat, permittendam non esse: maluitque ei regiam domum à fundamentis excitare, quæ tamen domui suæ, in signum coniunctionis animorum, coniuncta esset. Quas enim aliqui tres domos putarunt, domum Regis, domum filia Pharaonis, & domum saltus Libani, vnica fuit, sed amplissima, tribus partibus quasi totidem domibus distincta, in cuius vna parte Rex habitaret, in altera Regina, tertia pars quæ dicebatur saltus Libani, vtriusque recreationi seruirebar. Nec possunt, qui contra sentiunt, ostendere quando domus Reginae, vel Saltus, ædificata fuerint, si aliæ fuerint à Regia Salomonis; omnes certe, nomine domus Salomonis, comprehendit Scriptura non semel.

Harum porro ædium regiarum locus erat ipse mons Sion. Sed cum Regia Davidis esset in arce ipsius ad occasum vergente, Regia Salomonis in eius parte orientali condita fuit, ad meridianum templi latus, interposita valle dicta Tyropæon, seu Vorago, vnde facilis traiectus fuit à regia in templum, per ædificium Mello dictum: quod instar erat pontis, parifere structura excitati, quo ipsius templi substructiones. Idque confirmatur ex variis Scripturæ locis, quæ Templi & Regia vicinitatem docent. Prudenter autem electus est Regia iste locus, vt sic mons totus quasi gemina arce regia, Davidis & Salomonis palatio, ab occidente, & oriente protegeretur. Ciuitatem etiam inferiorum subiectam protegere poterant, & in officio continere. Quin etiam templo, propter vicinitatem præsidio esse, & Regi magnam templi adeundi commoditatem præbere.

XIII.
Inchoatur regia domus. 6.7.16.9. 10.

XIV.
Causæ illius extruendæ.

Eam fuisse triplicem.

3.Reg.6.9. 10. 2.Par.8.1.

XV.
Locus regie Salomonis.

Perquam idoneus.

ANNVS MVNDI 3037. SALOMONIS 12. SADOCCI 11. Fundati TEMPLI 9. LAOSTHENIS 3. Imperij Assyriorum 1102. ANTE CHRISTVM 1022.

II. Nomen Salomonis

Salomonis regnum aedificatio- nis hoc anno inchoata videtur fundamenta...

Annus Sabbat. 644

ANNVS MVNDI 3038. SALOMONIS 13. SADOCCI 12. TEMPLI 10. LAOSTHENIS 4. Imperij Assyriorum 1103. ANTE CHRISTVM 1021.

II. Nomen Salomonis

Salomonis regnum aedificatio- nis hoc anno inchoata videtur fundamenta...

capitulis, omnique epulis decorum, neque in unum... Et de his qui lapides praecipuos... Annus Sabbat. 644

VI. Salomonis navigationes. Num. 7.

hypopodio utebatur. Probabile autem est ex incuruo fastigij eius apice coronam regiam...

3. Reg. 9. f. 1. Par. 8. f.

Ophir & Tharsis.

1. 4. c. 14. & 15. de Salomone.

VII. Reddus Salomonis. 2. Reg. 10. 14. 1. Par. 9. 13.

His temporibus classis Salomonis, quam anno quarto Salomonis instrui coeptam diximus...

v. 11.

VIII. Munera principum cum inuentionum. 1. 8. c. 2.

Annus porro Salomonis redditus Scriptura fuisse tradit sexcentorum sexaginta sex talentorum...

sue vt augustissimum templum, mortalium omnium opinione magnificentius, aedes regias...

c. 9. 23.

IX. Multas ducit vxores.

ANNVS MVNDI 3038. SALOMONIS 19. SADOCCI 18. TEMPLI 16. LAOSTHENIS 10. Imperij Assyriorum 1107. ANTE CHRISTVM 1015.

I. Annus Sabbat. 65.

N praesentem annum incurrit Sabbaticus 65. quem Salomon medio in cursu regni florentissimi...

Millesimo ab ortu Abrah.

II. Ortus Homeri, quo anno a Troia excisa. Sub init.

Est hic ipse annus Laosthenis decimus, ab ortu Abrahae millesimus, vt in Eusebij chronico notatum videmus...

Et ante vrb. cond. 272. 160. 432. 168. nativ. 104. vixit. 260. ad V. C. 432.

ante Vrb. cond. mortuum autem 272. annis ab exciso Ilio. Nam Dionys. annos 432. numerat ab Ilio capto ab vrbem conditam. Herodotus Natalem Homeri annum vult esse 168. ab excisa Troia, Solinus vult cum mortuum 272. ab eodem excidio, quibus si addas 160. vsque ad V. C. efficias omnino 432. annos Dionysianos. Hinc etiam certo colligitur Homeri vitam ad 104. annos propagatam. Sed hæc diligentius in Annalibus explicata reperiet studiosus politioris literaturæ, cum aliis quæ ad patriam eius pertinent, ex Varrone & Aristotele petitis.

Arcam Domini veneratio, vel ab alienigenis auersio animorum, vt in Regiam Regi charissimam, & iam pridem ad veri Dei cultum conuersam, & regio sanguine illustrem, post tot annos redundaret.

ANNVS MVNDI 3043. SALOMONIS 24. SADOCCI 23. TEMPLI 21. LAOSTHENIS 15. Imperij Assy. 1112. ANTE CHRISTVM 1010.

EXPLETIS viginti annis ait Scriptura, postquam edificauerat Salomon duas domos, id est domum Domini & domum regis, &c. Expletos autem 20. annos, sequitur vigesimus primus à iactis Templi fundamentis, quem habes in huius anni indice notatum. Quæ porro ad hunc referamus annum duo occurrunt. Primum Tyrij reguli merces: cui secundo coniuncta est ciuitatum quarundam, in primisque ipsius Hierosolymæ reparatio. Nouarum autem constructionem melius in sequentes annos referemus, sicut & Arabicam profectioem, & aduentum reginæ Saba. Stat enim seriem sacræ narrationis constanter sequi, nisi nobis manifesta ratio ordinem temporis mutare persuadeat.

Quod ad illam ergo mercedem attinet Hiram regis, cum Salomon recte pro sua sapientia intelligeret, vel mercenario deberi mercedem suam, vel amico & benefactori gratitudinem, expletis iis operibus, ad quorum perfectionem eius opera necessaria fuerat, dedit Salomon Hiram viginti oppida in terra Galilææ, nimirum ad aliquot annorum vsum fructum duntaxat, vt recte visum est Abulensi. Vt inde scilicet tributa colligeret, donec lignis illis cedrinis & abiegnis, & 120. talentis auri, quæ ille mutuo dederat Salomoni, & operarum mercedi, aliisque, si qui supererant, sumptibus satisfactum esset. Quis enim sibi persuaserit Regem sapientissimum, viginti oppida in regno suo non maximo, tam paruo distracturum fuisse, cui tanto plura talenta quotannis, ex vestigialibus, tributis, navigationibus, negotiatione suppetere? Et oppida in medio regni sui, vicino principi daturum, vt alia noua hinc inde dissipata edificaret. Aut Hiramum tam inopem fuisse consilij, vt summum & perpetuum dominium in viginti oppida, opportuna regno suo, loco prædictæ summæ sibi contemnenda putaret. Conquestus est autem, quod ex loco parum fertili, non speraret se intra pactos annos atque conuentos, speratam vtilitatem aut mercedem collecturum.

Sed querela amicorum fuit. Videntur enim hi principes certasse nihilominus inter se benevolentia, atque muneribus; quando Hiram ita accepit à Salomone ciuitates, vt ei vice versa alias dederit, eodem scilicet iure, quo priores accepertat. Non enim licet principibus viris regna sua truncare, quæ conseruanda, vel amplificanda, à maioribus suis, vel à populis acceperunt. Multoque minus, Salomoni li-

I. Res huius anni. 3. Reg. 9. 10. 2. Par. 8. 1

II. Dedit Salomoni Hiram 20. oppida, ad vsum fructum certi temporis. 7. 8. in c. 9. 3. Reg.

III. Et Hiram vice versa Salomoni.

1. Altera apparitio Salomoni facta. 3. Reg. 9. 1. 2. Par. 7. 11.

VB expletam Templi & regiarum ædium ædificationem, nondum tamen expletis 20. annis à foundatione Templi, apparuit Dominus Salomoni secundo, sicut illi in Gabaon apparuerat, cum Sapientia donum diuinitus obtinuit: & quidem in somnis locutione interiore, non quæ aure externa sentiretur. Ipsa porro Domini oratio, responsio est ad postulationem à Rege, in Templi dedicatione tredecim annis ante factam. Sed cur tandiu dilata? An vt quod recentior erat tam seria ac seuerâ monitio, & luctuosæ deprauationi propinquior, hoc etiam potentior esset ad hominem in officio continendum. Cum alioqui minime videretur necessaria ista responsio, quæ manifesto signo diuinæ præsentia, & miraculo missi diuinitus ignis, satis apertè facta esset. Quatuor porro capita continet hoc oraculum. Primum proficitur se Regis deprecationem exaudisse, & exorabilem fore ad afflicti populi preces. Secundo sanctificasse se ait, sibi que consecrasset hoc templum, per illa quæ dixi visibilia signa, idque in sempiternum. Sed additur tertio conditio obseruandæ, à Rege populoque diuinæ legis. Qua conditione violata, postremo serio interminatur omnia pessum ruitura. Templum quippe & populum ipsum à Deo derelictum iri, & summæ calamitatis posteritati exemplo futurum.

Eius oraculi summa capita.

II. Filia Pharaonis de migrat in domum suam. a. David. 11.

Hoc ipso tempore transtulit Salomon filiam Pharaonis de ciuitate David, id est Silonis arce, in domum quam ipse edificauerat, manserit autem in ipsa Davidis domo, neque enim aliam habuit in arce domum: eaque ab Arca fœderis seiuncta erat, vt alibi dictum est. Et nunc absente Arca, licebat etiam illum ipsum locum, in quo illa fuerat collocata, ad prophanos vsus conuertere. Quod si reuera fuisset illicitum, vxorem Salomonis in domo Davidis manere, in qua iam à viginti annis manebat; non tulisset id Salomon vel ad vnum diem. Sed hæc separatio ad abundantiam religiosæ obseruationis pertinuit, non ad Dei offensionem vitandam. Tanta enim erat Israëlitarum, vel in-

ca. 8. 1. 2.

IV. Murus Ierusalem à Salomone excitatur. 3. Reg. 1. 1. 8. Ant. c. 2.

De Prepar. 1. 9. c. 34.

2. Reg. 5. 9. 1. Par. 11. 8. Et curantur via.

cuit hæreditatem Domini diuellere: & principi, à veri Dei cultu alieno, tradere. Quas porro ciuitates Hiram Salomoni dedit desertas fuisse & ruinosas ex 2. Paralip. patet; eas enim edificasse, siue instaurasse dicitur Salomon, & Israëlitis cultoribus frequentasse. Abundabat enim populo, qui in immensum pacis diurnitate succreuerat. Quibus etiam adiungebantur infinitæ myriades profelytorum, qui Salomoni in ædificando seruiant, & deinceps etiam seruituri erant.

In primis autem occurrit murus Ierusalem, quem Scriptura teste Salomone ædificauit per circuitum, post templum videlicet, & regiam suam ædificatam. Cæterum, ait Iosephus, Rex cum videret mœnia Hierosolymorum turribus & propugnaculis ad securitatem egere, nec ea dignitati vrbis satis respondere, & muros instaurauit, & turres magnas in eis erexit. Eupolemus quoque apud Eusebium ait Salomonem Hierosolymæ urbem muris, turribus, fossisque vallasse. Excipienda tamen est ciuitas David; atque adeo totus mons Sion, quem Dauid ædificauit, & quidem opere tam firmo, vt tam cito Salomonis instauratioe non egerit. Addit etiam Iosephus cum viarum publicarum curam gessisse, vt quotquot in urbem ducerent silice consternerentur, tam vtilitati publicæ, quam propriæ magnificentia seruientem; quod de ipsius quoque vrbis vicis, demandata ædificatura, videtur intelligendum: præter alia publica vrbis regia, priuatæque ædificia.

ANNVS MVNDI 3044. SALOMONIS 25. SADOCCI 24. TEMPLI 22. LAOSTHENIS 16. Imperij Assy. 1113. ANTE CHRISTVM 1009.

I. Externa Salomonis ædificia.

18. c. vlt.

II. Ciuitates Hiram instaurata. 2. Par. 8. 2.

DIURNITAS pacis, diuitiarum abundantia, magnificentia & sapientia Salomonis, studium ædificandi non tam in eo pepererunt, quam auxerunt, vt qui diuinitus ad templi constructionem destinatus, ab illis initiis vix vnquam videatur ab ædificatione cessasse: Cæterum tres circiter annos, tam externis Salomonis ædificiis, quam variis eiusdem profectioibus cum Pineda tribuimus. Hæc enim admodum coniuncta sunt, vt sicut domestica & vrbana ædificia eum domi retinuerunt; ita etiam externa Regem abduxerint foras, antequam se otio mulieroso dederet, atque adeo ante aduentum Reginæ Saba, qui posterior à Scriptura narratur; quem temporis ordinem video à plerisque omnibus Chronologis retineri.

Externa vocamus ædificia ciuitates variis in locis à Salomone partim instauratas, partim etiam excitatas. In quibus primum in genere ponuntur ciuitates, quas dederat Hiram Salomoni, quas Salomon ædificauit, id est mœnia male materiata & ruinosâ restituit: aliqua etiam ædificia publica ex publico ærario reficiorauit, vt eò nouos incolas facilius alliceret.

Nam ibi habitare fecit filios Israël. Parum enim culta erant à Tyriis illa loca, quod ipsi toti percurfando mari, siue bello, siue mercatura exercenda, siue colonis abducendis intenti propriam regionem incultam relinquebant, itaque ad ea, iussu Regis Israëlitarum, colonie deductæ sunt. Huc quoque pertinent ciuitates, quas Salomon ædificauit in Emath. Sic enim legimus. Abiit quoque in Emath Saba, & obtinuit eam, & ædificauit Palmyram in deserto, & alias ciuitates munitissimas ædificauit in Emath.

Habetur ergo hic non solum profectio sed bellica etiam expeditio Salomonis, Syriam versus, & Libanum. Cum itaque vrbis Emath, siue Amatha, vt eam vocat Iosephus, in sortem tribui Nephtalim obtigisset, eam tamen Chananaei eius incolæ multis sæculis retinuerunt, vt constat ex libro Iudicum, donec Dauid, bello deuictos Syros sibi tributum pendere coegit. Rex autem Emath muneribus pacem tum à Davide petiit & impetrauit, haud dubie sub conditione tributi; quemadmodum & de reliqua Syria, Idumæa aliisque regionibus constat. Mortuo igitur Davide, & Salomone viro pacifico regnante, cum Emathæi subiectionem & tributum detrectarent, vt Iosephus ait, sub ditionem suam redactos tributa pendere coegit, & per singulos annos certum numerum seruorum, & colonorum, qui per agros distribuere exegit. Memorantur quoque à Scriptura vrbes quadrigatum Salomonis & equitum, de quibus non leues difficultates existunt, ex diuersis Scripturæ locis; quæ in Annalibus conciliata reperies. Vbi & singulæ vrbes, quæ Salomone ædificatæ vel instauratæ dicuntur, Asor scilicet, Mageddo, Gazer, Bethoron gemina, Balaath & Palmyra, quæ postea terminus fuit ditionis Romanorum atque Parthorum, breuiter explicantur.

Reliqua igitur est Salomonis profectio in portum sinus Arabici. Tunc, ait Scriptura expeditis videlicet vrbis ædificiis, abiit Salomon in Asiongaber, & in Ailath ad oram maris rubri, quæ est in terra Edom: Erant tamen in ditione Hebræorum, sicut & ipsi Idumæi, ex quo eos subiugauerat Dauid. Celebris porro factus est locus Asiongaber trigesima secunda mansio Israëlitarum per Arabiæ deserta peregrinantium, & hoc tempore classibus Salomonis & Hiram. Quas vt videret eò profectus est Salomon, ratus non indignum regis oculis spectaculum: præsertim cum pro sua prudentia naueros monere posset, quod è re communi foret. Cæterum quamuis nullum præbeat Scriptura indicium Salomonem traiecto nauibus Arabico sinu ad Pharaonem socerum adiuisset, id tamen rationi consentaneum videret loci vicinitate suadente, affinitate prope cogente, nulla re ad festinum reditum compellente. Idsi admittimus, facile intelligemus Regiam Saba Ægypto vicinam incitaram ad inuisendum in Iudæa proximo anno Salomonem.

Et aliz in Emath.

Ibid.

III. Salomonis expeditio in Emath.

1. 8. c. 2.

2. 3. v. 3.

1. Par. 18. 3.

2. Par. 8. 6. n. 7. c. seq.

Aliz vrbes instaurata.

Plin. 1. 5. c. 25.

IV. Salomonis ad sinum Arabicum profectio. 2. Par. 8. 17.

An Ægyptu adierit.

ANNVS MVNDI 3047 SALOMONIS 28. SADO CI 27. TEMPLI 25. LAOSTHENIS 19. Imperij Assyrii 1116. ANTE CHRISTVM 1006.

I. Tempus aduentus reginæ Sabæ. l. 8. c. 4.

Quæ proxime de Salomonis in Ægypti profectio suspicabatur, nos monent, ut in hunc annum, id est proximum quodque tempus, Reginæ Sabæ profectio ad Salomonem conferamus. Pineda certe ad hunc ipsum annum Salomonis 28. eam refert. Scriptura profectio Salomonis in Asiongaber statim subiungit aduentum reginæ huius: qui supponit, ut ex eiusdem oratione constat, iam ædificatum templum, regiamque domum, & ipsam saltum Libani. Et omnes quidem Reginam Saba cum Scriptura agnoscunt, & Saba à meridie Hierosolymis fuisse fatentur, cum Christus Dominus eam reginam Austri appelleret. Sed res manet adhuc ambigua, cum vna Saba in Arabia felice, altera in Æthiopia reperitur, & vtraque Iudæis ab Austro sit. Arabicam tamen præferendam putamus, tum quia Saba Arabica in Scriptura semper per schin scribitur, nunquam per Samech. Tum etiam quia Arabia felix, omnium consensu, optimis aromatis, & præ omnibus regionibus copiosissime abundabat. At Scriptura testatur nunquam talia, neque tam multa aromata Ierosolymam delata fuisse, qualia & quanta detulit hæc regina.

Arabica potius, quæ Æthiopia.

W W

Vide Gen. 10. 6. 7. & 60. 6.

II. Hæc Arabia ad viciniam Iudææ.

Ierem 6. 20. Ios. 3. 8.

Huic tamen sententiæ Arabiæ vicinitas repugnare videtur, est enim vicina Iudææ, nedum in extremis finibus terræ. Respondetur nihilominus Sabam Arabicam in Scriptura terram longinquam appellari. Vicina autem Iudææ est deserta & petraea Arabia, vltra quam vtramque versus meridiem est Arabia felix. Longinquitatis etiam argumentum est illud Luciani.

Ignotum vobis Arabes venistis in orbem. Istis ergo hæc regina imperabat. Nam, ut ait Claudianus.

in Eutrop.

Medis, lenibusque Sabæis Imperat hic, sexus, Reginarumque sub armis Barbaria pars magna iacet Fortassis fuit iuncta coniugio, sed istis Arabiæ regibus nunquam regiam exire licebat, ne à populo lapidibus obruerentur, iuxta vetus quoddam oraculum, ut scribit Diodorus Siculus. Sed quæ viæ huius ac longinquæ peregrinationis causa fuerit, quisve apparatus breuiter dicamus.

l. 3. c. 3. ad fin.

III. Causa peregrinationis huius reginæ. 3. Reg. 10. 1. 2. Par. 9. 1.

Regina Saba, inquit Scriptura, audita fama Salomonis in nomine Domini, venit tentare eum in enigmatibus. Famam perfacile accipere potuit à Salomonis classe quæ totum sinum Arabicum, totamque oram occidentalem & meridionalem felicis Arabiæ quotannis præteruehebatur. Audita fama Salomonis, ait Abulensis, & fama Dei Israël, quod faceret mirabilia præ omnibus Diis, venit ad adorandum, quam eius deuotionem illa verba significant Sit Dominus

q. 3. in c. 10. 3. Reg.

Deum in benedictum cui complacuisse, &c. Baronijs significat, ita eam venisse in nomine Domini, quasi arbitraretur nomen Salomonis esse nomen Domini, illius scilicet de quo Balaam vaticinatus olim fuerat. Quod sic interpretor, Reginam de Salomone quasi de Christo sensisse. De Christo tamen non ut incarnato Deo, sed ut maximo sapientissimoque principe, qualem Hebræi passim tot seculis crediderunt, atque etiam nunc miseri credunt. Itaque eodem modo venerit illa in Iudæam in nomine Domini, quomodo Simeon in spiritu venit in templum, hic Christum visurus & amplexurus; illa Christi figuram visura, & venturi veritatem agnitura, atque amplexura, etsi id ipsa non cogitabat, cum se in viam dedit.

An quasi ad Messiam venerit.

Luc. 2. 27.

Aduentus apparatus ita à Scriptura describitur, & ingressa Ierusalem multo cum comitatu & diuitiis, camelis portantibus aromata, & aurum infinitum nimis, & gemmas pretiosas venit ad regem Salomonem. Verisimile est eam maritimo itinere venisse vsque ad Asiongaber, maxima parte felicis Arabiæ circumlustrata: ibique Salomonis classem conspexisse. Inde oneribus in camelos impositis, terrestri itinere venisse: & multis militibus, multa nobilitate, multis curribus & quadrigis, Hierosolymam, quasi triumphantem inuectam esse: & ibi à Rege honorificentissime acceptam. Iam vero quæ Hierosolymis Salomonem inter & reginam transacta fuerint, facile ex ipsa Scriptura colliguntur, quæ quatuor de Regina tradit, quæ proposuerit Salomoni ad tentandam eius sapientiam, quæ ibidem viderit, quæ Regis laudandi causa dixerit, quibus eum muneribus affecerit.

IV. Aduentus apparatus. 3. Reg. 10. 2.

Primum igitur locuta est ei vniuersa quæ habebat in corde suo: obscuras scilicet quæstiones ex intimis naturæ arcanis petitas proposuit, de quibus à Salomone disputatum fuisse Scriptura tradit, cum ait illum disputasse super lignis, à cedro vsque ad hysopum, & disseruisse de iumentis & volucris, & reptilibus, & piscibus. Sed quæ fuerint ista reginæ ænigmata, & quæ eorum regis explicatio; nam non fuit sermo qui Regem latere posset, & non responderet ei; noluit diuina sapientia posteritati traditum mundum relinquens disputationi sapientium, hoc spiritali pane, in sudore vultus sui, vescentium. Rationi etiam consonat propositas ab ea quæstione, ad fidei, Christi que venturi mysteria pertinentes, quandoquidem ex aliquo antiquorum Patrum autoritate constat, eam ad veri Dei cultum esse traductam. Eoque spectare potest illa Christi Domini vox, Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista; & condemnabit eam, &c. Itaque Beda eam sanctam & electam vocat, & cum bonis ait resurrecturam.

V. Propositæ Regi ænigmata. 3. Reg. 433.

& quæstiones de fide.

vide Annal. hoc anno n. 25.

Matth. 12. 42. Luc. 11. 31. & ibi Beda.

Hæc prima admirationis Reginæ causa: sed visus illi non minorem suppeditauit stuporis materiam. Nam subditur, Videns autem Regina Saba omnem sapientiam Salomonis, in propositis videlicet quæstionibus accuratè dissoluentis. Et domum quam edificauerat; non solum regiam, sed multo etiam magis templum Domini, omnemque illius apparatus ac magnificentiam, quæ omnem superabat admirabilitatem, & in illa contemplata est, cibos mensæ,

VI. Miratur Regis ædificia, & economiam.

eius,

eius, & habitacula seruorum. & ordines ministrantium, vestesque eorum, & pincernas, in hac autem holocausta, quæ offerebat in domo Domini, non habebat ultra spiritum: præ stupore videlicet, dum alia ex aliis admirabilia succedunt: sed ordines etiam omnium, qui tam in regia, quam in æde sacra ministrabant, admirata est, quomodo scilicet in tanta multitudine, nulla confusio, nulla ministrorum perturbatio contingeret; quod illa fortasse in famulis suis desiderabat.

VII. Et prædicat, Deumque laudat. 3. Reg. 10. 6. 7.

Vbi autem resedit paululum stupor, cum primum fati potuit, in has voces erupit, Verus est sermo quem audiu in terra mea, super sermonibus tuis, & super sapientia tua: imò & famam vicisti virtutibus tuis. Vidi enim oculis meis, & probaui, quod media pars mihi nunciata non fuerit: Itaque, Beati viri tui, & beati serui tui, qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam. Huius enim vitæ felicitas in possessione sapientiæ posita est, cuius illi participes fiunt, qui tibi assistunt. Eius autem illico agnoscit ac prædicat largitorem Deum. Sit, inquit, Dominus Deus tuus benedictus, neque enim humana industria talis sapientia acquiri potest: sed is se præstitit in te liberalem, quia complacuisse ei. Et posuit te super thronum Israël, eò quod dilexerit Dominus Israël in sempiternum. Argumentum enim diuini amoris in populo est, quod eis bonos principes largiatur. Et contra Deus regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Postremo, constituit regem, inquit, ut faceres iudicium & iustitiam. Neque enim propter te ipsum factus est rex, sed ad vtilitatem populi tui, in quo supremum magistratum geris.

Dei amor in populos aut ira qui agnoscat.

Iob. 34. 30.

VIII. Reginæ munera. 3. Reg. 10. 10.

Reliqua sunt munera à Regina Salomoni tradita. Dedit ergo, ait Scriptura, regi 120. talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas pretiosas. Non sunt allata vltra aromata tam multa, neque talia, quam ea quæ dedit Regina Saba regi Salomoni. Sed regis magnificentia nequam se à regina vinci passa est. Nam primo nihil petiisse ab ea legitur, sciens beatus esse dare, quam accipere. Secundo quod vltro petenti nihil negauit, aut vltro potius obtulit, quæ muliebri cupiditati placere cognosceret, in quibus minime numerauerim, cum quibusdam prolem ex ea genitam. Iniustum enim videtur Reginam boni apud omnes antiquos nominis, sanctam & electam, & sapientiæ amore flagrantem, denique ab ipso Christo commendatam, adulterij ream facere. Nec Salomonis pietati consentaneum est, ut quam reginam ad veri Dei cultum recens traduxerat, eandem, præter hospitij iura violata, fûrmissimo flagitio pollueret. Denique hoc totum commentum evertit sententia de Arabica Saba, non Æthiopica, quam ut certiore, veriorémque secuti sumus.

An prolem ab eo suscepit.

IX. Munera mirua Salomonis.

2. Par. 9. 12.

bani, vbi agitabantur conuiuia: ibi tota suppellex eret aurea, artificio elaboratissimo. Quid si eam illi dono datam dicamus à Salomone, qui perfumilem legimus Cleopatras aduersus M. Antonium magnificentiam: Digna Salomone fuerint ista apophoreta, quando in diebus eius argentum pro nihilo reputabatur, tantaque erat abundantia argenti Hierosolymis, quanta & lapidum, quod tamen auxes non carere certum est. Atque ita reuera est Regina in terram suam, cum seruis suis.

Athen. l. 4. c. 7.

2. Par. 9. 10. & 27. 3. Reg. 10. 20. 27.

ANNVS MVNDI 3048. SALOMONIS 29. SADO CI 28. LAOSTHENIS 20. Imperij Assyrii 1117. ANTE CHRISTVM 1005.

Hi vno & sequentem annum initiis ruinæ Salomonis probabiliter cum Pineda tribuimus, quando certior temporis ratio non occurrit. Nam Scriptura laxius notat tempus senectutis eius. Cumque iam esset senex deprauatum est cor eius per mulieres. Agebat autem nunc ætatis annum quadragesimum nonum, sed mollitie & delictis senectus accelerauerat. Cum ergo immensa iam pridem rerum abundantia Salomon, & otio, altissimæque pace vbique frueretur, omnibus eum regibus ac principibus, quasi quoddam terrestre Numen venerantibus, crebris muneribus, omnique obsequio prosequentibus, in superbiam, initium omnis peccati, ut Siracides fatetur, abreptus est infelix: & contra Dei legem suæ consuetudinis sapientiæ, multiplicauit sibi equos & quadrigas, & congregauit vxores plurimas, etiam alienigenas, & auri argentique immensa pondera. Itaque abundante otio, fabricis domesticis externisque, & peregrinationibus absolutis, sese voluptatibus dedere cœpit impensius, Dixitque in corde suo, vadam & affluam diuitiis & fruar bonis. Et vidi, sed nimium sero, in Eccl. 2. 1. omnibus vanitatem & afflictionem animi. Diu enim impleuit illud, omnia quæ desiderauerunt oculi mei non negaui eis: neque prohibui cor meum, imo neque corpus, quin omni voluptate frueretur, & oblectaret se in his, quæ preparaueram, &c.

I. Initia ruinæ Salomonis. l. 8. c. ult.

c. 10. 15. Deur. 17. 16. 17.

Cæterum cum multa essent, quæ in alomone reprehendi poterant, Scriptura vnum omnium maximum elegit, quod in eo accusaret, quod scilicet Deos alienos coleret. Et cum multas causas referre potuisset, quæ infelicem principem ad eam voraginem præcipuerunt, vnam tamen libidinem accusauit, tribus ex capitibus criminofam; quod mulieres alienigenas adamauit, & quod multis, & quod ardentissimo amore copulatus est eis. Quod autem inter alienigenas principem locum tribuat filia Pharaonis, dat suspensionem non leuem, quasi ea mulier ad præstantiam superstitionem redierit, ad eamque miserum Salomonem traxerit. Vtrum autem reliquæ vxores Moabitides & Ammonitides, & Idumææ, & Sidoniæ, & Hethææ patriam superstitionem abiecerint, obscurum est. Credibile tamen est eas

II. Eius idololatria orta ex libidine.

ad

ad speciem fuisse conuersas, vt tanti regis nuptiis fruerentur, quem vbi captum senserunt, facile ad ingenium, eo conuiente, reuersæ sunt.

III. Cur erga alienigenas ardentior. *Prov. 9. 17.*

Circa porro hæc alienigenas libido regis ardentior fuit, quia *nimirum in vestitum semper, cupimusque negata*, in quibus erant ista coniugia. Idque Salomon ipse non obscure docuit, apud quem stultam, id est impudicam mulierem, & plenam illecebris, ait vecordi Iuveni dixisse, *Aqua furtiua dulciores sunt, & panis absconditus*, id est furto sublatus, quippe propterea in abscondito editur, *suauior*, quod illa, de libidine allegoricè intelligebat. Accendit autem istam cupiditatem, tum naturalis contemptus eorum, quæ vulgaria, & in promptu sunt; tum maximè dæmon, qui hoc ariete maximam Salomonis præfagebat ruinam, & multorum aliorum, qui eius sequerentur exemplum. Ideoque illi ardentiores libidinum faces accendebat. Cui etiam naturalis constitutio ad hanc intemperantiam pronior seruebat, & corrupendam virginum pruritus; ex quo tanta vxorum & concubinarum multitudo nata est, quantam nemo paulo modestior, sine pudore in ipsa Scriptura legit.

ANNVS MVNDI 3050.

SALOMONIS 31.

SADOCIPont. 30. TEMPLI 28.

LA OSTHENSIS 22. Imperij Assy. 1119.

ANTE CHRISTVM 1003.

I. Profusio & auaritia Salomonis.

POSTERIORES omnes Salomonis anni ex prudenti coniectura sunt ordinandi. Dicitur autem ipsa experientia hinc opulentum atque magnificentum, inde mulierosum, & sexcentis, imò mille foeminarum nexibus implicatum, & iis nexibus, quos infelix rumpere formidabat, nullum fuisse largiendi finem, donec thesauri exinanirentur. Quod cum fateri noller ambitio; iis reparandis quo iure, quæve iniuria desudandum fuit. Hunc ergo & sequentem annum ad foeminarum obsequium referamus licet, quatenus non corpori tantum animoque Salomonis erat noxium, sed rei etiam publicæ cepit esse perniciosum. Publicis enim iam perfectis operibus, perrexit coaceruare sibi aurum & argentum, non ad honestum aliquem finem: sed vt in concupiscentiis suis infunderet, & inexplebilem foeminarum exfaturaret famem; hoc nimirum in magnis eius culpis annumerandum est. Hæc autem omnia perspicuè comprobantur ex iis, quæ postea de grauissima tributorum indictione, dicuntur, quorum tunc longe maxima necessitas incubuit, cum vniuersis vxoribus suis alienigenis fana construere, ornate, dotare oportuit.

ANNVS MVNDI 3052.

SALOMONIS 33. SADO CI 32.

LA OSTHENSIS 24. Imperij Assy. 1121.

ANTE CHRISTVM 1001.

PRINCIPES male profusi, ne in fundo quidem ad feram parcimoniam, confugiunt, sed ad iniusta tributa, & vestigalia, ad subditorum expilationes & vexationes: & cum perniciosorum effectorum causas excindere oporteret: eas fouere miseri, & amplificare pergunt. Salomon ergo populi sui vexationes, & grauissimâ tributorum onera sub hoc tempus inchoata, in sequentes annos, quibus insanire perrexit, propagauit. Neque enim vnicuique vexationis annum redolent illæ populi ad Roboam querelæ. *Pater tuus durissimum iugum imposuit nobis, tu itaque nunc imminue paululum de imperio patris tui durissimo, & de iugo grauissimo, quod imposuit nobis, & seruicium tibi: sed perseverantem adhuc sarcinam, & præ suo pondere ceruices populi molestissimè deprimentem. Solent enim principes, aut qui apud eos possunt omnia, onera, ob vrgentem aliquam necessitatem populo semel imposita, etiam illa sublata retinere, & in perpetuum constabile.*

I. Salomon populum onerat tributis.

II. Eorum præfecti.

Huic perquam odiofo muneri præfuit ex parte Ieroboam. Constituerat enim eum præfectum Salomon, super tributa vniuersæ domus Ioseph, duarum scilicet tribuum Ephraim & Manasse: quæ præfectura ei postea defectionis occasionem præbuisse creditur, & viam ad regnum impium munisse. Tributis autem iam ab initio regni Salomonis vniuersè præerat Adoram filius Abda, vt est in 3. Reg. Ex præfenti porro statu rerum satis intelligi potest annum Sabbaticum 67. qui in hunc trigessimum tertium Salomonis annum cadit, aut neglectum, aut ægre ac malignè obseruatum fuisse: notum est enim, ægro capite membra non valere.

3. Reg. 11. 28. c. 4. v. 6.

ANNVS MVNDI 3054.

SALOMONIS 35. SADO CI 34.

LA OSTHENSIS 26. Imperij Assy. 1123.

ANTE CHRISTVM 999.

HI sunt luctuosissimi, maximèque deplorandi Salomonis anni, quibus à summa corporis intemperantia, ad summam animi impietatem, & idololatriam prolapsus, impiè nefarièque vixit, templa idolis ædificauit & infinitis populi sceleribus ianuam aperuit. Huic perditissimæ vitæ demerenti principis, Abulensis securus Hebræos, sex minimum annos tribuit: quoniam vix breuiori tempore templa tam multa idolis constructa potuerunt. Cum præsertim & Rex ipse, magnificus esset natura sua, & profanis hisce fanis reginarum gratiam, demereri vellet. Quatuor tamen satis esse

I. Salomonis idololatria quam diuertina.

esse crediderim, quod & templa magna non essent, & fabricæ incredibili foeminarum sollicitudine, & mutua earundem æmulatione appropriate: quæ cum primùm Dei cultum negligenter vsurpassent, deinde plane deseruissent, postremo in patriam superstitionem postliminiò reuocarunt.

II. Eam mulieres ab eo extorquent.

Vidit id Salomon, dissimulauit, passus est, denique approbavit; ratus fortasse, languescente iam Dei timore, & obtorpescente sapientia, Dei cultum cui liberum esse relinquendum, quod plerique postea hæretici, & senserunt: & aliis persuadere voluerunt. Postquam huc ventum est, pronum fuit ad deteriora gradum facere. Istarum enim reginarum vna aliqua, quæ regi maxime in deliciis fuit, siue ea Ægyptia fuit, siue Sidonia, non minus artificiosa, quam flagitiosa oratione à Salomone postulauit fanum sibi aliquod excitari, in quo Deo suo ritu patrio famulari posset. Ille iam dudum captiuus, & implicatus laqueis, quos sibi ipse nexuerat, frigide negat, dissimulat, verecundatur, differt, periculum grauioris seditionis obtendit. Illa dies noctesque apud eum plorat, adhiberde precatores parentes, atque consanguineos, aliasque eiusdem sectæ Salomonis amicas, nec spatium ad tancillam quietem tribuit.

III. Etiamque fana idolorum ædificat.

Denique defecit anima eius, non minus quam Samsonis, improbißima mulieris importunitate, & usque ad mortem lassata est. Dat manus, fanum excitari permittit, sumptusque suppeditat. Sed ecce tibi reliquarum vxorum examina, in tot distincta turmas, quot diuersos colebant Deos, Salomonem inuadunt, orant obsecrant, obtestantur, queruntur, æmulantur, indignantur, denique exorant, impetrant suis quæque locis ædificandi potestatem: pecuniam in fani sumptus contribuunt, & à rege, atque amicis vndique corrogant: materiam comportant, fundamenta iaciunt, muros excitant, opus vrgent studio contentiosissimo, labore pertinacissimo, diligentia incomparabili. Dæmon quippe & opifices, & architectos, & reginas, & regem ipsum iam habebat in potestate. Quid multa? fana perficiuntur ornantur, excitantur aræ, idola eaduntur, suis adytis collocantur, à reginis primò, tum earum rogatu, à rege inuisuntur, honorantur, incestis denique sacrificiis coluntur. Hic Salomonis nequitia, & pudendæ præuaricationis probabilis cursus fuit.

IV. An extrinsecus tantum idola coluerit.

Dubium tamen est an ad speciem tantum externam Salomon idola coluerit, interius nihilominus in vera fide ac religione persistens, an vero etiam fidei in corde suo iacturam fecerit, & ex animo idola coluerit. Rem in vtramque partem disputatam, & idoneis firmatam authoribus studiosus Lector in Annalibus reperiet. Hic dico breuiter, eum errore quoque mentis deprauatum videri. Quæ videtur aperta Scripturæ sententia. Ait enim. *Cumque iam esset senex deprauatum est cor eius per mulieres, vt sequeretur Deos alienos, nec erat cor eius perfectum cum Domino Deo suo, sicut cor Danid patris eius. Sed colebat Salomon Ashtarthon Deam Sidoniorum, & Moloch idolum Ammonitarum, & c.* Vbi vides, & internum cordis errorem, & externam erroris professionem accusari. Et pau-

An. Sal. 35. n. 8. & seq. An ex animo potius.

Id post: *Igitur iratus est Dominus Salomoni quod auersa esset mens eius à Domino Deo Israël.* Non corpus ergo tantum, sed mens ipsa idololatriæ sordibus polluta fuit.

V. Quod fana videntur ædificasse. *3. Reg. 11. 7.*

Eiusdem quoque scelere strages animorum late grassata est in populo Dei. Tunc enim adificauit Salomon fanum Chamos idolo Moab, in monte qui est contra Ierusalem, ab oriente scilicet, qui mons est Oliueti: & Moloch idolo filiorum Ammon. Atque in hunc modum fecit vniuersis vxoribus suis alienigenis. Non est existimandum singulas hæc mulieres sua peculiaria templa deosque habuisse, sed multas eidem deo, deæque addictas, eodem fano vsas. Itaque Abulensis sena putat fana excitata circa Ierusalem; quot scilicet alienigenæ gentes hoc loco numerantur, ex quibus Rex acceperat vxores. Nullum tamen in ipsa vrbe sancta videntur excitatum, vt temporibus Achaz & Manasse: id enim Scriptura non minus in Salomone, quam in illis reprehendisset, quorum temporibus salutis habentis idololatria bacchabatur.

3. Reg. 11. 1.

Nec desunt qui eum filios suos idolis consecratis putent, eo quod illum profanasse semen suum Scriptura testetur, cui opinioni fauet paucitas liberorum eius, in tanto vxorum & concubinarum exercitu. Putent etiam non improbabiler eum diabolicæ magiæ deditum. Magia enim & Idololatria cognatæ sunt artes, satique intelligitur hominem infatuatum, & diuina sapientia, per insanam mulierum consuetudinem, spoliatum, ad diabolicam confugisse, & per dæmones curiosa & inconcessa fuisse scrutatum. Amissam enim ab eo sapientiam testantur, Ambrosius, Augustinus, Cyprianus, Prosper, Isidorus, Gregorius, Basilus, quos in Annalibus rerulimus. Quin etiam putat Pineda plurimas vxores Salomonis idolis addictas, etiam veneficiis operam dedisse, vt sibi Salomonem singulæ præriperent. Quod inter eas tanto minus certamen erat, quo plures de vno eodemque infatuato viro, & malis artibus apprimè obnoxio decertabant: itaque & mille veneficiis implicatum fuisse.

VI. Magiæ fuisse deditum.

Eccles. 47. 21. vide Annal. n. 12.

1. 7. c. 12. & veneficiis implicatum.

Nihil ergo mirum si tantum ab illo Salomone mutatus, etiam gloriam & existimationem omnem, apud domesticos, & subditos primùm, deinde apud alias circunquaque nationes amisit præsertim cum ista libidinum voragine nihil sit contemptius, nihil abiectius, & cætera inde orta mala non paucorum dierum, sed multorum annorum fuerint: & infamia. latius celeriusque diffundatur, quam gloria; quæ est hominum in male loquendo, audiendoque procliuata. Non dubitauerim tamen hoc tempore, tam summum Sacerdotem Sadocum, quam Nathanem prophetam, qui multum apud regem gratia, & autoritate valebat, si tamen is adhuc in viuis fuit, aut certe Ahiam Silonitem non semel Salomonem monuisse, rogasse, atque obsecrasset per omnia diuina, atque humana iura vt respiceret aliquando se, & à tam perditâ vita resliret. Sed frustra omnia, nondum enim insonuerat grandi clamore, Dominus in cor eius, sine quo surdæ sunt peccatorum aures ad pœnitentiam. Non distulit tamen diu, vt ex sequenti anno intelligitur.

VII. Laborat infamia & contemptu.

Frustra monetur à suis.

ANNVS MVNDI 3057.

SALOMONIS 38.

SADOCCI 37. TEMPLI 35.

LAOSTHENIS 29. Imperij Assyrc. 1126.

ANTE CHRISTVM 994.

I. Dei in Salomonem ira, quam iusta.

cap. 6. & 9. 3. Reg.

II. Ab eodem per prophetam reg. i. diuisione pronuncia- tur.

3. Reg. 21. 11.

III. Tristitia Salomonis.

VM peccata regis multiplicarentur in dies, stupor mentis & corporis augeretur, voluntatis pernicacia in malis suis obrigesceret, scandalum domi forisque cresceret, seruatorum Dei monita irrita funderentur, iratus est, ipse inquit Dominus Salomoni, quod auersa esset mens eius a Domino Deo Israeli, qui apparuerat ei, & secundo praeceperat ne sequeretur Deos alienos, Diuina iracundia, siue imminens animaduersio, quam ira significat, causa fuit auersio mentis eius a Deo, in qua odium quoddam, & contemptus tantae maiestatis includitur. Sed iram vehementer exaggerat circumstantia ingratiitudinis Salomonis, quem Deus apparitione, colloquio & familiaritate sua dignatus fuerat, quem grauius & paternè de hac ipsa culpa vitanda, cum multa poenarum interminatione monuerat, cui tantam sapientiam, gloriam, diuitiasque contulerat, quem ad excitandum sibi templum magnificentissimum, præ ipsius parente elegerat, illudque iam excitatum sibi acceptum esse præsentia sua, verbis, miraculisque declarauerat.

Sub hoc itaque tempus regni Salomonis, apparet factam diuinitus reprehensionem, suscitatosque illi aduersarios, sequenti anno resipuisse, & egisse poenitentiam, damnis publicis, scandalisque reparandis; quadragesimo denique defunctum esse. Facta autem videtur reprehensio non ab ipso Deo, qui præ se ferebat iracundiam, & inimicum suum præsentia & colloquio merito indignum ducebat, sed per Ahiam prophetam, vt plerisque visum est, vt totum hoc negotium de regni diuisione, tam Salomoni, quam Ieroboamo denuncianda eidem prophetae commissum fuerit. Per illum igitur hæc dixit Dominus Salomoni: Quia habuisti hæc apud te, siue quia ita te gessisti, & non custodisti pactum meum, & præcepta mea, que mandauit tibi, disrumpens scindam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo. Veruntamen in diebus tuis non faciam diuisionem hanc, propter David patrem tuum, qui te regem constituit, & uiuens suo in solio collocauit, & in cuius dedecus hæc regni distractio videretur redundare. De manu filij tui scindam illud: nec totum regnum auferam, sed tribum unam dabo filio tuo, præter eam scilicet, nimirum in qua ipse natus est, vt Iudam regat & Benjamin, Propter David seruum meum, qui apud me promeritus est; ne penitus de ipsius stirpe regnum auferam, & Iersalem, quam elegi in caput regni populi mei, & domicilium sanctitatis, multorumque iustorum.

Frustratus tam tristis vaticinij nullus extitit præfens, neque enim ad poenitentiam hoc anno confugit, in quo etiam Ieroboamum, quem Deus regem destinauerat, occidere voluit, vt pridem Saul Dauidem: idque siue desperatio-

ne animi, siue quia nondum satis edomitus malis, non didicerat humiliari sub potenti manu Dei. Cunque iam dudum animo sibi male conscio vehementer angeretur, his tamen nunciis mæror ille vehementer increuit, agnita diuinitus distractione regni sui, tanta vt decem illius partes sibi essent periturae: eamque cladem esse in ianuis, quippe qui se iam animo & corpore deficere sentiret. Vidit quoque hanc tantam regni florentissimi labem, & intestinabellam inter vtramque regni partem suorum esse peccatorum poenam: nec potuit quin ægerrimè ferret, etsi nondum dolore tangeretur, qui est secundum Deum, sed propter tam luculentam cladem, & infamiam fortasse nomen suo inurendam.

Non diu porro distulit Dominus minas in rem ipsam conferre, & turbulentos deprauati animi motus, externis quoque motibus vehementius quaterere ac conturbare. Tres quippe aduersarios ei suscitauit, qui in eius perniciem conspirarent. Primus fuit Adad, secundus Razon, tertius Ieroboam, Nam quo tempore vastata est Idumæa à Ioabo; anno Dauidis 15. in fantulus ab amicis patriis delatus est in Ægyptum. Inde anno Salomonis tertio, trigessimum circiter agens annum, vt ait Abulensis, amorte patriæ in Idumæam venit, vbi cum bona venia Salomonis, interuentu Pharaonis, qui vtrumque sibi affinitate coniunxerat, videtur regnasse tributarius, vt olim sub Dauid; nihil enim ab eo tempore in Idumæa turbatum inuenitur: donec vltimis hisce temporibus infatuatum, & factum contemptibilem vexauit, negando, vt arbitror, tributa, aut minuendo quæ ille augere cupiebat.

Razonis historia propter breuitatem obscurius habetur in Scriptura. Res sic habet. Cum David anno regni sui decimo quarto contra regem Syriæ Adarezer bellum gereret, Razon vnus de ducibus Adarezer, inclinata iam acie, & victoria ad Dauidem vergente, relicto Domino suo fugit è prælio; moxque fugiuis congregatis, factus est eorum princeps & Dauidem tum Syriæ victorem, latronum more circuncursans & prædas agens vexabat. Mox etiam clandestina consilia cum indigenis agitans, Damascum Syriæ metropolim occupauit, Dauidique eripuit: ibique rex factus est. Itaque cum bellum Dauidi redintegrandum esset contra Syros, qui non sine causa sibi à fortissimo bellatore male mutuebant, pacis conditiones Dauidi vtiliter obtulerunt, admiserunt enim præsidium Israëlitarum, & tributarij facti sunt: quod eum Dauidi placuisset, eum Damasci regnare permisit. Sterit autem in fide tam ipse, quam successor eius, toto reliquo tempore Dauidis, & maxima parte regni Salomonis, donec is in contemptum venit. Tunc enim Razon in libertatem intentus, consiliis cum Adado communicatis, defectionem ipse quoque aggressus est. Forte etiam præsidio Israëlitarum deleta, vt Salomon contra quem bellum primum gereret non haberet, homo præsertim bellorum insolens, animo ignauus, corpore inualidus, & suis parum charus.

Nec satis fuit Salomonis malis, à dextris & à sinistris novos habere aduersarios, etiam domesticum illi Dominus suscitauit hostem

IV. Deus illi aduersarios suscitauit, Adadū Idumæum.

V. Kazonem Syram. 3. Reg. 11. 23.

VI. Ieroboamū Ephraimitam.

qui iugulum ipsum regis peteret, & ad quem collati reliqui, ludus foret. Hic fuit Ieroboam filius Nabathi & Saruæ, de tribu Ephraim, & Sareda ciuitate, quæ tribus sæpe ambitionis notata est, & ingenij turbulenti. Nabath porro tradunt Hebræi apud Hieron. eundem esse cum Semei de Bahurim maledicum scilicet illum, quem Salomon iussit interfici. Inepti, qui non attendant istum de tribu Benjamin, & de cognatione Saulis: Nabath autem fuisse Ephraimitam Scriptura clamat. Cum ergo Ieroboam ante annos aliquot regi operam nauasset in ædificatione Mello & coæquatione voraginis eius, Salomon agnita eius industria in illo negotio, præfecit eum tributis duarum tribuum Ephraim & Manasse, quæ dignitas fuit dispositio antegressa, & præparatio quædam ad rebellionem, licet de ea Ieroboam, tunc necogitaret quidem: donec ad eum venit Ahias propheta Silonites.

Trad. in 31. Reg. init.

3. Reg. 11. 26.

VII. Cui Ahias propheta regum prædicit. 3. Reg. 11. 29.

Iosephus 1. 8. c. 2. fin.

Factum est igitur in tempore illo quod scilicet Deus suscitabat aduersarios Salomoni, vt Ieroboam egredereur de Ierusalem, inueniret eum Ahias Silonites propheta. Et salutatum de via paulum seduxit in rus quoddam diuertens, semotis omnibus arbitris. Voluit enim Dominus seceratam esse hanc regni denunciationem ad periculum vtriusque vitandum; ne re ad Salomonem delata, ambo ab eo interficerentur. Apprehendensque Ahias pallium suum nouum, quo coopertus erat, scidit in duodecim partes. Rebus prius quam verbis prophetae cœpit, vt inexpectata rei nouitate hominem suspensum redderet, cogitantem serium hic negotium agi. Ostendebatur autem eo facto, regno nouum adhuc & integrum, quamprimum miserè lacerandum, & à proprio Domino abstractum, traditum iri alteri, qui nullum ad id ius haberet. Dedit autem decem scissuras Ieroboamo, cum hac denunciatione diuina. Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus. Porro vnatribus remanebit ei, vltra scilicet tribum Iuda, ad quam ille pertinet. Addit causam huius schismati Idololatriam Salomonis; vt ipsemet, quem Deus excitabat ad regnum, ab ea pernicie caueret, tali exemplo perterritus. Et perpetuum regnum speraret, si Dauidis pietatem æmularetur.

VIII. Daturque ei tantum ius in regnum.

Non potuit tamen iam nunc Ieroboam regnum in decem tribus vsurpare, & inuito Salomone se gerere pro rege, quia præsens traditio scissurarum non fuit quasi missio in possessionem, sed testificatio certitudinis, vt tam certus esset iam nunc se regem fore decem tribuum, quam certo haberet in sua potestate decem partes pallij. Res enim rota ad futurum refertur, vt verba ipsa promissionis clarè loquuntur. Itaque sicut olim David reprobato Saule, ius habuit ad regnum, ita nunc reprobato Salomone, ius acquisiuit Ieroboam in decem tribus. Sed nec ille viuo Saule regnum inuadere potuit: nec iste viuo Salomone; sed vterque debuit expectare dum diuina prouidentia aditum sibi ad regnum, decessoris sui morte aperiret. Itaque si Ieroboamus hoc nixu vaticinio, populares suos ad defectionem sollicitauit, vt ait Iosephus, grauius peccauit, & à Salomone tanquam reus maiestatis, capite plecti potuit.

Sed ea ad defectionem inuitatio Iosephi est, non Scripturæ.

Sciebat quidem Salomon, ex allato sibi nuper vaticinio, regnum suum scissum iri, & decem partes vni de seruis suis datum iri, sed cum is in obsequio suo plurimos haberet præstantes viros, nesciebat in quem casurum esset oraculum. Audito autem facto Ahia & Ieroboami: attentum enim & omnia arrectis auribus subauscultantem reddiderant illæ minæ, tum demum vt Saul Dauidem, ita & Salomon Ieroboamum occidere voluit; qua voluntate à Ieroboamo vicissim cognita, surrexit & fugit in Ægyptum. Quo modo ergo, inquires, ait Scriptura Ieroboamum, leuasse manum suam contra regem, & rebellasse, si populum non commouit aduersus Salomonem. Respondeo hoc ipso conferti, dicique rebellasse, Scriptura se ad hominum sensum captumque accommodante, quod Prophetae regnum promittenti acquieuit, nec repudiavit, sed æmulum se potius legitimi regis adhibuit. Chaldaea quoque paraphrasis ait ipsummet Ahiam prophetam à Salomone quaesitum ad necem, vt criminis eiusdem reum, eumque à facie Salomonis fugisse in Ægyptum; puta cum Ieroboamo, qui eandem periculi aleam adierat. Fugerunt autem ad Sefac regem Ægypti, quem apparet alium fuisse à Socero Salomonis, cui Ieroboami non ausus esset se credere.

IX. Ea res Salomoni innotescit, & Ierob. fugit eum propheta.

Non con- pultam.

in 8. Cant. v. 12.

ANNVS MVNDI 3058.

SALOMONIS 39.

SADOCCI 38. TEMPLI 36.

LAOSTHENIS 30.

Imperij Assyriorum 1127.

ANTE CHRISTVM 995.

I nunc aliquis eorum librorum extaret, qui de operibus primis nouissimisque Salomonis, à Nathan propheta, ab Ahia Silonite, & Ado vidente scripti sunt, plura & certiora de poenitentia, vel perditione Salomonis tradi possent; apparet enim ab ipsis eum locum diligenter fuisse tractatum; aut certe à Scriptore libri, qui dicebatur Verborum dierum Salomonis. Sed eos Dominus neque conseruatos voluit, neque rem ex sacris litteris esse plane exploratam, ad iustum mortalium terrorem. Itaque in eo argumento enucleando per coniecturas eundem est, videndumque breuiter; An poenitentia Salomonis rectè asseri prudenterque possit; id si constiterit, de tempore ipsius, ac modo aliquid dicendum erit. Omittamus porro breuitatis causa Scriptores in poenitentia Salomonis ambiguos, quos studiosus Lector ex Annalibus petere poterit.

I. An Salomon poenitentiam egerit. 2. Par. 9. 29.

3. Reg. 11. 41.

3. 4. & 5.

Nigrum calculum in Salomonem ferunt Gregorius magnus, lib. 2. Moral. Theodoretus in cap. 11. ad Romanos, quorum apertam sententiam in Annalibus reperies. Prosper

II. Qui perisse putant v. 30. sine

Pœnitentia, &c. l. 2. de Prædicatione. ca. 27.

2. Reg. 7. q. 13. Disp. 27. in c. 8 ad Romanos.

III. Qui putent egisse pœnitentiam. in 14. Exe. msa. c. 24. 30.

Cateches. 2.

Vide Anna. n. 10. II. 2. Apol. David c. 3. in P. sal. 126.

IV. Quæ rationes pro salute Salomonis faciunt. 2. Reg. 7. 14.

Lev. 30. 14. vide Anna. an. m. 1979. n. 117. &c.

2. Par. 11. 17.

Aquitanicus, qui ait Salomonem fornicatum mente & corpore, Domino ipsum deserente, male obiisse; quæ verba transtulit Ado in chronicum suum. Eucherius, Beda, Angelomus, Rabanus, vno ore in Salomonis impœnitentiam propendent, quod idolorum fana excitata non euerit, quæ tanto post à Iosia rege destructa sunt. Abulensis ait certissime asseri posse Salomonem non pœnituisse. Idem sentit Perer, hoc argumentum ex professo tractans. Sentit & Bellarminus li. 1. de verbo Dei c. 5.

Patroni autem salutis Salomonis atque pœnitentiæ, sunt in primis Septuaginta interpretes, quos refert S. Hieron. aitque Salomonem licet offenderit Deum, postea egisse pœnitentiam, & scripsisse Prouerbia, in quibus ait, *nonissime ego egi pœnitentiam, & respexi ut eligerem disciplinam, &c.* Quæ verba Hieronymus ex Septuag. transtulit, quæ nunc quoque leguntur in editione Sixti. Quo loco Cyrillus quoque Hierosolymitanus vtitur ad probandam Salomonis pœnitentiam, quos sequuntur Isidorus & Beda. Ex quo intelligi potest Sanctos illos Ecclesiæ Patres, qui versionem Septuag. virorum pro Scriptura habebant, eam sententiam pro Scripturæ sententia accepisse. Eadem sentit S. Hieronymus. multis aliis in locis, eumque etiam Sanctis aggregat, sicut & sanctus Ambrosius, & S. Hilarius, & Isidorus l. de vita & morte Sanctorum c. 34. Adde Epiphanius & Irenæum, Bachiarum & Tichonium, Gregorium Thaumaturgum, qui subscribit cum Hieron. communissimæ illi Hebræorum traditioni de Ecclesiæ à Salomone pœnitente conscripto; subscribunt quoque SS. Thomas & Bonaventura, alique plurimi, quorum aut ipsa verba, aut certam sententiam in Annalibus perscripsimus. In quibus eminent in primis Pineda, atque Serarius, qui hoc argumentum ex professo tractarunt.

Hoc ergo primo fundamento nititur mitior hæc de Salomonis salute sententia. Alterum petitur ex diuinis promissionibus ipsi factis. Illa nominatim, quæ vltro à Deo parenti eius facta est, *Ego ero in patrem, & ipse erit mihi in filium.* Id est, iam nunc eum mihi destino in filium, quem amem vt filium, cui provideam vt filio, cuius peccata castigem, non vt hostis, sed vt filij, quem pater ex amore corripit. Vnde sequitur, *qui si iniquè aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum.* Id est temporalibus pœnis, quales solent homines inferre, non autem plaga inimici, & castigatione crudeli, qualem expertus est Saul, quem communissima sententia perisse putat. Quod autem sancti Patres hanc promissionem de Christo Domino fere interpretantur, non impedit quominus de Salomone quoque ad litteram accipiatur. Præsertim cum aliqua ipsi soli & maxime conueniant, vt, *si aliquid iniquè egerit, & ipse adificabit mihi domum, &c.* Huc quoque illud facit, quod Roboam dicitur cum populo Iuda ambulauisse in viis David & Salomonis annis tantum tribus. Viæ igitur Salomonis perinde ac Davidis probantur. Quod dici non posset, si postremos annos totos in idololatria posuisset, in eaque decessisset. Denique, vt ait S. Bonaventura, sine exemplo est vt Scripturæ sanctæ author aliquis particularis perierit. Itaque ad Salomonem

quoque pertinet illud Apostoli Petri, Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Postremo profert Pineda libros plumbeos Granatenses Arabicè scriptos in quibus Salomonis pœnitentia sic habetur. *Et fleuit scelus suum fleu vehementi, & condonatum est illi & obiit fidelis, & securus.*

Nam quod aiunt, qui contra sentiunt, Scripturam eius pœnitentiæ non meminisse, argumentum ab autoritate negante petatum est: neque fas est condemnare omnes quorum pœnitentia scripta non est, puta Samsonem, Lothum, Bethsabeeam, &c. quamquam autoritas Septuaginta interpretum instar Scripturæ est: At excitata idolorum fana non diruit, vt verum pœnitentem oportebat. Respondetur Salomonem fana illa eueruisse, sed post Ezechiam fuisse iterum excitata, super eadem Salomonis fundamenta. Dicitur etiam potest eum ab vxoribus, principibus viris, & à populo ipso, ad idola natura sua prono, impeditum fuisse ab euerendis delubris; præsertim cum iam delirare putaretur, & haberi contemptui, propter insanum mulierum amorem, cœpisset. Denique verba illa Davidis ad filium *si dereliqueris eum, proiciet te in aeternum*, comminationem continet non prædictionem: sunt enim parentis maturè præmonentis filium de futuro periculo, & perterrefacientis adolescentem magnitudine mali proposita, atque exaggerata. Promissa vero per Nathan misericordia, tam de regia successione, quam de æterna felicitate intelligi debet, ex opposita comparatione cum Saule, qui vtramque amisit.

Quod ad tempus pœnitentiæ huius attinet, eam hoc anno inchoatam, & sequenti cum morte terminatam, cum Pineda sentio. Sufficiunt etiam hi duo anni scribendis tribus libellis, quos Hebræi, constanter tradunt à pœnitente fuisse conscriptos. Sufficiunt etiam parando sepulchro. Denique vt publicè apud omnes domesticos, subditosque, aliosque longe lateque positos, ad quos peruenerat infamia Salomonis, constare posset, eum facta nequitia, atque idololatriæ pœnitere, male facta damnare, in patria religione, patris sui fide, veri & vnius Dei cultu, reliquam vitam velle ducere, & emigrare.

De modo eiusdem pœnitentiæ ac reuersionis hæc valde probabiliter dici possunt; mox à seculo. Ahizæ propheta vaticinio perturbatæ conscientia stimulos diuinitus excitatos, qui neque noctu, neque interdiu quietem vllam permitterent. Secundo coniectos mentis oculos in turbatum iam Reipub. statum, tribus simul aduersariis diuinitus excitatis, & non ita multo post luctuoso schismate lacerandum Tertio tristissimam in seipso commutationem. agnoscebat, sapientiam, gloriam, magnificentiam, pietatem, pudorem; in summam demenciam, infamiam, contemptum, impietatem ac nequitiam esse commutata: Quarto sentiebat varias intemperantissimi corporis ægrotudines, quæ simul imminentem mortem nunciabant, & de seuerissimo Dei iudicio perterrebant. Ad quæ cum accederent domesticæ Sacerdotum, Prophetarum & omnium bonorum voces, qui apud eum gratia valebant, & nominatim Sadoci pontificis, à quo fuerat inunctus in regem, &

2. Per. 1. 22. l. 8. c. 1. n. 73.

V. Refutantur contrariæ rationes.

1. Par. 28. 9

VI. Tempus pœnitentiæ eius. in Chron. Hebræor.

VII. Ordo & modus eiusdem.

quod

VIII. Concipio pœnitentis ad populum.

IX. Euentu diuerso, improbatum.

X. Et probatum delicti idololatriam.

Itaque factum videtur.

quod caput est, interior illa, potentiorque Dei vox, dedit manus, & cum Paulo exclamauit, *Domine quid me vis facere,* aut, vt ait Chrysostr. sublimem illam, & cœlis dignam emisit vocem, *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.*

Verum quoniam non oportebat, quod publica vtilitatis incererat, pœnitentiam hanc secretis cubiculi parietibus contineri, Salomon ad retractanda turpissimæ vitæ scelera coram vniuerso populo sese ardentius excitat, omnium ordinum conuocat concionem: Ibi vanitatem vanitatum deplorat, idololatriam præsertim, omnium vanitatum ac mendaciorum scelestissimam. Ibi lugens confitetur vanitatem deliciarum, voluptatum, diuitiarum, & inanissimam omnium rerum caducarum felicitatem, gloriæ quoque & existimationis, ipsius denique scientiæ, ac sapientiæ, quæ timore Domini destituta sit. Pronunciat sibi certum esse à tanta tamque multiplici vanitate respicere, idololatriam exterminare, nequissimis voluptatibus nuncium remittere; diuinam misericordiam implorare, totumque se pœnitentiæ dedere. Itaque orat, vt qui sibi peccandi vel comites fuissent, vel ministri, iidem se placandæ diuinæ iustitiæ, quæ regno vniuerso ingentem calamitatem intentabat, socios exhiberent.

Finitam concionem variæ excipiunt voces, varij animorum motus, piorum applaudentium & laudantium Dominum; impiorum murmurantium atque frementium. Indignantur regiæ & concubinæ alienigenæ, tam inopinato percussæ malo, & omnia per se suosque miscere parant, si Salomon suos ipsos Deos auferre moliantur. His plurimi iunguntur optimates, qui turbas ingentes, ac totius populi defectionem minantur, & ipsius templi iniuriam aliquam, si tot Deorum fana disturbare moliantur, nec ipsum satis à violenta morte tutum esse, qui tot sibi domi susciter inimicos. Denique suadent vt rem saltem ad maturiora consilia differat. Hæc igitur causæ videntur idoneæ non succisorum lucorum ac sanorum: vt scilicet dum rei executio in dies trahitur, superueniens Regis interitus, sanctum eius propositum dissecerit.

Probabilius tamen videtur rem executioni mandatam, ipsaque delubra disturbata, ac solo æquata. Non enim probabile est maiorem populi, aut principum eius partem, tam cito idololatriæ peste fuisse corruptam, sed minimam partem potius, aulicam scilicet otiosam, & mulierosam. Eam autem quæ multos annos cum Davide, multos cum Salomone castè sanctèque traduxerat, stetisse animis totam, & diuino intuitu operante numinè, & zelo diuini honoris, legis, ac templi sacrosancti animosius æstuantem; Pontifice, Sacerdotibus, ac Leuitis agentibus, operam omnem regi atque Pontifici, omnemque industriam prolixè obtulisse, & verò etiam contulisse. Atque ita eueruisse statuas, dissecisse aras, succidisse lucos, templa disturbasse; neque tamen funditus eruisse; sed reliquisse, Domino permittente, quæ forent in posterum Salomonis stultitiæ & respicientiæ testes. Eas reliquias Ezechias sine peccato condemnandas censuit, quas Iosias ingenti pietatis ardore, delendas, & locum illum polluentem, ad detestationem præteritæ impietatis, sanctissime curauit.

Interea nemo, qui in Salomonis pœnitentiam consentiat, merito dubitare poterit, quin is, non minus quam Achab, sciderit vestimenta sua, operuerit cilicio carnem suam, ieiunauerit, dormerit in sacco, & ambulauerit demisso capite. Quin cum parente Dauide laborarit in gemitu suo, lauerit per singulas noctes lectum suum, lacrymis suis stratum suum rigarit: quin ieiunio ieiunauerit, & ingressus seorsum luce & hominum consuetudine abstinens, iacuerit super terram. Hebræorum certe traditio est, quam apud Bedam leges in fine tomi septimi, Salomonem quinquies tractum fuisse per plateas Ierusalem pœnitentiæ causa, & cum quinque virgis, siue virgarum manipulis, venisse in templum, ibique à legis peritis postulasse vt verberaretur; sed illis reuocentibus manum mittere in Christum Domini, à seipso acriter flagellarum fuisse. Probabilis est etiam, filia Pharaonis pœnitentia, vt quæ Salomonem valde dilexerit, ab eoque in primis dilecta fuerit: & æquum erat vt quæ illi ad peccandum præiuerat, sequeretur pœnitentem.

ANNVS MVNDI 3059.

SALOMONIS 40. & vlt. SADOCCI vlt. TEMPLI 37. LAOSTHENIS 31. Imperij Assyriorum 1128. ANTE CHRISTVM 994.

PERVENIMVS ad vltimum vitæ & regni Salomonis annum, & vitæ quidem sexagesimum, (anno enim mundi ter millesimo natus est,) regni autem quadragesimum. Nam regnare cœpit anno 3020. ætatis vigesimo primo ineunte. De regni annis Scriptura dubitare non sinit, cætera satis stabilita sunt suis locis. Hoc potro tempore, quæ rectè proximo anno inchoata fuerant, circa Salomonis pœnitentiam, aliorumque multorum, quos se illi comites dedisse, Deo cooperante credibile est, magno studio perficiuntur. Salomoni in primis præteritæ vitæ detestationem, & veram in Deum conuersionem, publicè priuatimque verbis; scriptis, factisque protestatur: eoque studiosius, quo minus sibi vitæ ac vitæ superesse intelligebat; & sicut animam diuino iudicio præparauit, ita moribundi corporis curam non neglexit. Sibi enim sepulchrum iuxta parentem suum, in monte Sion construi curauit, qui deinde factus est regalium sepulchrorum locus, in quem regum Iuda, posterorum Davidis mortua corpora inferrentur.

Mortuum fuisse Salomonem variis afflictum morbis, quos partim intemperantia pepererat, partim Deus vltor peccatorum eius immiserat, vero simillimum est. Accedente præsertim multiplici mœrore, tam de culpis hæcenus contractis, quam de pœna, quam sciebat in maximum totius regni malum redundaturam. Neque vero dubium est, quin morti proximus

XI. Externi pœnitentiæ eius actus.

3. Reg. 21. 27. P. sal. 6. 6. 2. Reg. 12. 6.

ex Hebræorum traditione.

Pœnitentia filia Pharaonis.

Pineda.

I. Anni Salomonis, & apparatus ad mortem. 3. Reg. 11. 42. 1. Par. 9. 30.

II. Mortis causæ proximæ.

Roboamum filium suum grandam matrem ad se ad-
noceat, multaque sapienter peruenit de
cimore & cetera Dei, de reliquiis idololatricis
functionis curandis, de vitandis multorum
persecutione alienigenarum, illudque de subdi-
torum benivolentia summi gabumatione veni-
mendis, augendaque, aliisque id genus: que in
alium peccatis damnis non fuerunt, ut mox
causa ipsa docuerunt. Adhuc non iam perfor-
mabat cum dicitur, *Deus scilicet sum amorem indu-*
stium meum, quia sub sole studio sum laborum.
habemus heredesque post me, quem ignorat unum
capitulum, sed scilicet suum sum.

Roboamus est igitur Salomonis cuius pro-
prios quam annis, & delictis quam laboribus con-
fectus: cuius heredes tam boni, quam mala
huerunt expositi sunt, prior gloria cum profe-
ctione delectant, prior sapientia, cum profectione
dementis; mygdala adolecentia, cum nequiti-
ma senectute, religio summanis cum propu-
tiosa canitie. Hinc non tantum laudem subscru-
ta prenitentia honoravit apud Deum, & priora
merita intermentum restituit: nec expellam
eius cum Christo Domino similitudinem, quam
Patres omnes agnoscunt, delevit macula se-
natus, sed has ipsas maculas illa similitudo
inumbat fulgore suo, usque ad eos sibi antio
preannuntiatione ac vitulis, curis & educatione,
intellecui spiritus, moribus & nominis acerbitate,
inimicitie & amplitudine regni, sapientia
& copiam iustitiam, & amplique consuetudine
responderit. Vnde in vobis quilibet alieni-
genis, ea alique multitudine ad genus similitudo
desideretur; quam totam comparationem
Annalibus nostris diligentius perscrutissimus:
vbi & vice ipsius capitulum, in capitulum se-
pulchrale contemimus.

Hoc primo anno, vel aliquanto postea, ante,
Salomon Pontifex defunctus videtur. Nam
hinc sub nouo regem Salomon Pontifex ponitur
Achims Salomonis filius, in chronico Hebraeo-
rum videtur, ut sequenti anno Deo fauente
dicamus.

ANNVS MVNDI 3060.
ROBOAMI REGIS IVDÆ 1.
IEROBOAMI REGIS ISRAELIS 1.
ACHIMÆ Pontif. 1. TEMPLI 58.
LAOSTHENIS 32.
Imperij Assyriorum 1129.
ANTE CHRISTVM 993.

I. **INCREDIVM** primum Regni
Roboami anno, qui Hebraeorum impe-
rii huiusmodi illud, quo tenentur, atque
obstinatissime idololatricæ profectus est ad-
tus, que à Roboamo profectum, in regno
Israelitarum alia egit radices, tamque validam
exeruit in arborem, ut malis Iudæorum con-
cussionibus impelle, nunquam euelli potuerit,
donec vna cum regno Assyriorum secum ex-
scinderetur. Neque hoc vitium malum fuit;

simil enim multorum bellorum civitatem se-
monis iusta est, qua maximus componit & mi-
nimum stanges impotente solent. Hinc est argo
hoc anno Roboam, filius Salomonis, anno
vires quadragesimo primo; factus est de Iero-
boam filius Nabat, Pontifex autem Achims
Salomonis filius, quem nunc iam grandam matrem
fuisse, puta 75. annorum in Annalibus anti-
quus hic idem videtur Achims, qui Salomonis
filium Salomonis dicitur uxorem. Neque enim
absurdum erat illum summi Pontificis, & enu-
dam magister successorem, iudicium esse affi-
mitate cum vobis regia: neque in ista Neph-
thimiam parte gessisse profectum.

Regnavit ergo Roboam pro Salomone pa-
tre suo, sique hereditatio iure successit. Neque
obstat quod congregetur dicitur omni illud
in Sicheam, ad amittendum cum regem, quod
expectanda essent populi suffragia, ut rex fieret.
Dominus enim Davidem, cuiusque postea
in reges elegerat, itaque iure dicitur re-
ges erant, sed populi suffragiis approbabantur,
& in regni possessionem intrabant. Adhuc
de Saule, Davide, Salomone, imo & de Iero-
boamo dicendum est, quem dicitur à Deo ele-
ctum in regem decem tribuum, nullo nomi-
natum, ad idem denotandum, Abia propheta-
ta. Non factum autem Roboamum regem à
populo ex eo signat, quod deficiente ab eo po-
pulo, Rex tamen, abique abis suffragiis, au-
thoritate pronuntiat.

Quod autem ad Ieroboamum attinet, is au-
ditus in Aegypto videtur Salomonis, statim in
patriam reversus est, non immemor oraculi
Abie prophete. Invenit autem iudicium
amittit, in eorum diem, in vobis Sicheam, que
in regni sine vmbilico sua erat, quod Ieroboam-
us ipse venit. Communibus populi suffragiis
stabilitam Roboamum regem, & iudicium Iero-
boamo nondum advenisse tempus, quo dicitur
præmissum impleretur. Continuo regem, actum
est de regni negotiis, in quibus cum in primis
imminuit miliborum. Dicitur videtur à po-
pulo cum Ieroboamo, qui diu milibus collig-
gentis in tota domo Ioseph pariter, & cum
aliquotior honorant, atque indubitan, curam
regem, totius populi nomine, ut omni milibus
anno, quod Salomon imposuerat, minueretur.
Adhuc tamen autem cum omnes populi prin-
cipes, qui vnicuique multitudine illud
representabant.

Petio autem hinc sunt. *Pater meus dimissi-*
sum angustiam imposuit vobis, & in vobis non im-
minuit praelatum de imperio patris sui dimissum,
& in vobis dimissum, quod imposuit vobis, & ser-
uientiam vobis. Iugum vocatur miliborum, quod
primo indolentem videtur ad edificandam tem-
plum; inde autem perpetuo pendit solentem,
usque ad mortem Salomonis. Hic est enim
mos regibus, aut eorum consiliariis, & qua-
stionibus, nunquam ut rediens regios immi-
nuum pariter, quacumque tandem ex causa
eos angustiam congerit, eorum necessitate cessan-
te. Quam recte id autem, indicabit is, eodem
Salomone teste, qui *omnia que fuerat addu-*
ca in iudicium. Perseveravit ergo miliborum,
non solum ad edificandam domum Domini,
sed etiam ad domum regiam, & Mello, & mu-
num Hierusalem, & Heter & Magedo, &c

Subdit enim ædificationem, vel instaurationem
multarum civitatum. Deinde vero cum in
tot mulieribus inexplibili cupiditate flagran-
tibus, & excitandis ornandisque earum delu-
bris immanissimos sumptus faceret, non du-
bium est penitentionem tributorum nunquam
fuisse sublatam, quantumvis ingemiscente po-
pulo. Speravit ergo se occasione recens aditi
regni, levationem aliquam tributorum obtine-
re posse.

V. Rex confu-
lit seniores.
quorum
consilium
aspnatur.

Rex responsum prudenter distulit in diem
tertium: prudenter quoque inquit consilium
cum senioribus, qui Salomoni dum adhuc vi-
veret, erant à consiliis. Nam aliqui ita desi-
piunt, ita proprio iudicio & voluntati adhe-
rescunt, ut salutaria prudentum consilia asper-
nentur, & ne ad aures quidem admittant. Pru-
dentia quoque fuit, quod eos primo consuluit,
antequam stultis iuniorum opinionibus occu-
patus erat. Seniores ergo illi auctores fuerunt
ut acquiesceret petitioni populi, in hoc regni
exordio, eumque suaviter alloqueretur. Id si
faceret habiturum deinceps in omnibus obse-
quentem. Displicuit id consilium Roboamo,
neque dissimulavit se id aspernari; quod eam
verborum lenitatem erga subiectum sibi po-
pulum, regie maiestati indecoram arbitra-
tur. Verebatur etiam fortasse, ne nunc facti
voti compotes, vellent deinceps, quavis occa-
sione data, regem à propria sententia deicere,
& ad suam pertrahere, incusso defensionis me-
tu. Et hæc fortasse fuerunt rationes iuniorum,
quos Roboam seorsim consuluit.

VI. Consulit
iuniores &
stultum eorum
consilium
probat.

Itaque populo denunciari iubet, *minimum*
digitum suum grossiorem esse dorso patris sui: que
erat hominis iactabundi vox, & timorem sui
incutere volentis: qua diceret, multis partibus
maior sum, quam pater meus: ideoque mihi
maiora quoque tributa necessaria sunt, quam
patri. Vnde sequitur, *Pater meus posuit super*
vos iugum grave; ego autem addam super iugum
ferreum. Pater meus cecidit vos flagellis, ego au-
tem cadam vos scorpionibus. Ferox oratio, & pla-
ne tyrannica vox, hominis qui metui malit,
quam amari. Sed enentus docuit, quam impor-
tuna fuerit ista ferocia. Ceterum scorpiones
virgæ sunt spineæ, seu rubi aculeati, quales
passim videmus in sepibus, quibus olim marty-
res cadebantur à tyrannis. Id consilium, quod
alienissimo tempore populum exacerbabat,
Roboamo placuit, *quoniam auersatus fuerat*
eum Dominus, ut suscitaret verbum suum, quod
locutus fuerat in manu Abie Silonita ad Ieroboam
filium Nabat. Nimirum Dominus, qui peccata
Salomonis, permissione schismatis punire de-
creuerat; stulta Roboami superbia vsus est, &
inepta lingua intemperantia, ad diuisionis
pœnam executioni mandandam.

VII. Populus
indignans
ab eo defi-
cit.

Hæc enim cum audisset populus; superbe
ipse quoque, ac contemptim, *Quæ nobis,*
inquit, pars in David, aut quæ hereditas in
filio Isai? quæ verba sunt populi deficientis
à regia Davidis familia, & abiectis eius
imperium; quæ quandam quasi formam di-
uortij representant, cuius erant illa solem-
nia, Res tuas tibi habero. Isti autem, *vade*
in tabernacula tua Israël, nunc vide domum
tuam David: id est prouide ac prospice re-

bus tuis, & domus David. Tu autem Israël
posside tibi vrbes ac ciuitates tuas, & deserta
Davidis familia, alium tibi regem constitue.
Sic Seba iam dudum populum iratum huius-
modi verbis à Dauide distraxerat. Sensit hic
Roboam quantam securim iniecisset in do-
mum ac fortunas suas; & recenti in vulnere
medicinam facturus; ad populum suum & hu-
mili oratione mitigandum destinat Aduram,
sue Adoniram præpositum super tributa. At
populus propter tributa exosum habens ho-
minem, eum lapidibus obruit. Hic quo-
que deseruit Roboam Dominus, ut ad
resarciendum schisma homine vteretur, qui
illud amplificaret potius, quam tolleret.
Istius enim conspectus populum in furorem
egit, collecta in vnum superiorum tempo-
rum iracundia. Auxit etiam hæc cædes in-
choatum malum. Hoc enim facto veritus po-
pulus ne cruenta sibi immineret reconciliatio,
tanto factus est in incepto durior, atque ob-
stinatior.

VIII. Roboam
fugit Hiero-
solyam.
1.8. c. 3.

Quo facto, ait Iosephus, Roboamus rati-
us id quod erat, se in famulo saxis impetum,
veritque ne conceptum semel odium in
ipsius caput effunderetur, trepidè conscenso
curru, quantum potuit Hierosolyam prope-
rauit. Sic ergo Roboam comitiis finem magno
suo dedecore, & damno imposuit. Non enim
secutus est quisquam domum David, præter tri-
bum Iuda solam. Non excludit tamen tribus
Benjamin; nam mox ex ea tribu Roboam di-
citur collegisse milites, sed vox Iuda latius
deinceps accipitur pro regno Iuda, quod
vtramque tribum perpetuo comprehendit: id-
que requirebat vaticinium Abie prophete re-
seruantis domui David scissuras duas. Dicit
etiam posset tribum Benjamin non statim secu-
tam tribum Iuda, sed nutasse aliquandiu: veri-
tam tamen Iudæ vicinitatem, cui perpetuo
prædæ futura erat, & theatrum, in quo vtrius-
que regis exercitus decertarent, ad Roboa-
mum se contulisse.

IX. Decem tri-
bus Iero-
boamum
regem con-
stituunt.

Israelitæ autem intelligentes se in fensio Re-
gi, sine duce aliquo à quo regerentur, & defen-
derentur, omnino impares fore, de rege deli-
gendo deliberant. Et Ieroboamum tum absen-
tem communi consensu aduocant, & consti-
tuunt regem super decem tribus. Apparet eum
abiisse animaduersa seditione in qua occisus est
Aduram. Sed euocatus est iterum à maioribus
natu tribuum, regno idoneum existimantibus:
virum multa rerum experientia clarum, Aegy-
ptio regi affinitate iunctum; atque ipsi Salo-
moni, cum is maxime saperet, primum tan-
quam *adulescentem bonæ indolis & industrium,*
valde charum: deinde etiam formidatum, tan-
quam virum fortem ac potentem. Ergo com-
munibus suffragiis, *constituerunt eum regem su-
per omnem Israël:* ipso, ut credibile est, mini-
mè repugnante, qui memor esset vaticinij
Abie prophete; & pro sua prudentia probe
intelligeret, quo cum aduersario sibi futuras res
esset: quantumque sibi viri sum suppeteret ad
resistendum duabus tribubus, qui decem habe-
ret in potestate.

X Is se com-
munit in
Sicheam.

Ceterum Ieroboam cum vidisset Ro-
boamum cum suis Hierosolyam profugisse,
relicta vrbe Sicheam, ipse eam sibi tantisper in-

3. Reg. 12.
25.

Roboam
confirmat
suos.

Quid fa-
ctum vicini-
nis populis.

an. Salo. 38.
n. 5.

ledem regni delegit, vt quæ in tribu Ephraim sita esset, ex qua ipse oriundus erat, eamque postmodum, vt Roboamo facilius resisteret, minuit atque roborauit. Intelligebat enim cum omni ope allaboraturum, vt tantam repararet iacturam, & decem tribus suo rursus imperio subiceret, qui conatus in proximum annum cadit. Edificauit quoque Phaniel, deditque operam vt cæteræ vrbes decem tribuum, à Roboamo deficerent, sibi que obtemperarent. Roboam autem, vice versa, vel sero sapiens, per idoneos viros ciuitates Iuda & Benjamin, quoniam cæteræ mandata facere recusabant, omni studio circumlustrat, & omni significatione lenitatis & indulgentiæ, sibi deuincit ac retinet, & ad arma sumenda præparat, cum primò euocarentur. Sed & Idumæi quoquo modo in fide mansisse videntur, cum aliqua conditione tributi, fere vsque ad Ioram tempora. Moabitæ vero Israëlitis pari ratione patuerunt, vsque ad mortem Achabi, vtrique loci vicinitatem secuti. Syri autem etiam viuo Salomone, vt diximus, videntur ab Hebræis defecisse.

ANNVS MVNDI 3061.

ROBOAMI & IEROBOAMI 2.

ACHIMÆ 2. TEMPLI 39.

LAOSTHENIS 33. Imperij Assy. 1130.

ANTE CHRISTVM 992.

I.
Ratio temporis, & apparatus ad bellum.

DV M vterque rex, pro præsentis necessitate, se contra aduersarium suum in regno suo communit, & populum diuturna pace armorum insolentem conuocat conscribitque militem, arma, equos, pecunias, commentum parat, vt alter maximam regni partem recuperare, alter fecens acquisitionem regnum conseruare possit, reliquis annis abiit. Nam in Sept. legitur, factum est incunte anno, quando videlicet solent reges ad bella procedere, Congregauit Roboam omnem virum Iuda, &c. Roboam igitur regno suo quoquo modo composito, existimauit quamprimum vim adhibendam esse ad reliquas tribus sibi adiungendas, antequam malum per longiorem moram inualescens, fieret insanabile. Et congregauit vniuersam domum Iuda, & tribum Benjamin 180. millia electorum virorum bellatorum, vt pugnarent contra domum Israël, & reducerent regnum Roboamo filio Salomonis. Addunt Septuag. exercitum Iuda ascendisse in Sichem ad pugnandum contra Ieroboam: vbi scilicet ille constitit, & communiuit se, nec minoribus vallatus copiis operiebatur hostem.

II.
Quod à Deo mirabiliter dirimitur.

Cum ergo iam acies essent in procinctu profectionis, atque adeo in itinere, misit Dominus Seneciam prophetam ad Roboamum, qui nomine suo Iudæos à bello contra Israëlitas reuocaret, domumque reuerti iuberet; à me enim, inquit, factum est verbum hoc, Salomonis videlicet peccata, per imprudentiam Roboami castigant. Qui nihilominus audiuit sermonem Domini, & de suscepto itinere reuersus est

cum suis; Eximio plane atque admirabilis Regis & principum eius obedientiæ exemplo. Nam agebatur res, de qua principes inter se contentiosissimè decertare solent: accedebat vindictæ cupiditas, & ignominia amissi regni: aderat rei bene gerendæ opportunitas, maximo exercitu conflato, qui stabat in armis: iusta defendebatur, iniusta defectione puniendi. Denique vnus homo reuocabat à bello, qui se Dei iussu loqui profitebatur, qui nullam pro se rationem, nullam causam, nullum miraculum proferebat: quem plerique vt delirum senem, cum contumelia procul amandassent; imò vt proditorem, & ab hostibus subornatum, male tractatum in crucem egissent. Oportuit vtrique Deum totum exercitum à pugna cupiditate auertere, terrorem & victoriæ desperationem in corda eorum iniicere, eis que certo persuadere, se contra Deum ipsum, non contra homines pugnam capessere.

Solutus hoc belli timore ac cura Ieroboam, in omnem cogitationem stabiliendi regni sui intentus, veritus est ne, occasione pietatis ac diuini cultus, non solum redigeretur ipse in ordinem, sed etiam interficeretur; sicque populus Dominum suum Roboamum, in capite ipsius placaret. Nec iniustus fuit hic metus. Cum enim Pontifex & Sacerdotes, & præcipui quique Leuitarum Hierosolymis habitarent, facile erat populum ad sanctam ciuitatem quotaanis religionis causa proficiscentem, eorum opera religione tangi, & simul persuaderi facilem fore ad domum Dauidis reditum, cui Dominus sempiternum regnum iureiurando spondisset, ideoque in perpetuo etimine, odiòque diuino victuros, & perpetuis ab eo suppliciis viuos mortuosque mastrandos. Contractam porro à populo culpam ex perturbatione subita, facile legitimi regis lenitate, promissisque contrariis sanari posse. Accedebat autoritas virorum principum, qui domi militiæque plurimum poterant, quibus vel gratificari admitenda reconciliatione vellent, vel à quibus sibi priuatim merito formidarent.

His ergo animo non sine tempore perpensis, sub Paschale tempus, quo omnium frequentissimè celebrabantur Hierosolymitanæ peregrinationes, eam profectionem interdixit, vt valde periculosam, laboriosam, & minime necessariam; quod ea ciuitas hostilis non esset, & ipsi deserti principis rei: quod longo à plerisque tribubus interuallo distaret; quodque Deum apud se ipsi colore, non minore religione possent, pro vno templo geminum habituri, quæ dum idoneis locis quamprimum excitarentur, ipsi ad menses aliquot vota sua differre grauerentur. Apparet nullam hoc tempore à Ieroboamo factam esse vitulorum mentionem, ne populus offenderetur; etsi ille nuper ex Ægypto reuersus, Apim & Serapim cogitabat, & vitulinos Deos, vt postmodum res ipsa docuit; idque in gratiam Sefaci regis, cuius factus erat cognatus, accepta sorore vxoris eius in vxorem, Demens qui abiecta in Deum fiducia, à quo illi traditæ fuerant, decem tribus, non sperauit eius beneficium constans sibi ac perpetuum fore, nisi ab ipso perfidiosè deficeret, & illius in se iustissimam indignationem, horribili sacrificio accerferet.

III.
Causa inuecta à Ieroboamo idololatritæ.

IV.
Prohibet peregrinationes in Ierusalem.

Elegit

V.
Erigit duo delubra, & totidem constat vitulos. Iud. 18. 30.

Instituit festiuitatē.

VI.
Eamque celebrat, & tanquam pontifex instituit sacerdotes. 3. Reg. 12. 33. 1. 8. c. 3.

Vaticinium contra Ieroboam. Vide Ann. n. 17. 3. Reg. 13. 2.

VII.
Geminum prodigio confirmatur.

Elegit ergo duo loca in finibus regni sui; in quibus delubra excitaret alterum ad Septentrionem in vrbe Dan, vbi iam à temporibus Michæ, infelici exemplo sculptile fuerat collocatum, ibique diutissimè idololatria, vel publice vel occultè vigerat. Quo magis eum locum videretur adamassè dæmon: Ieroboam autem credidisse facilius receptum, & firmiter retentum iri idololatriam. Alterum ad meridiè in Bethel, non illa, quæ à Iacobo patriarcha quondam celebrata fuerat, quæ in tribu Benjamin sita, Ieroboamo non parebat, sed altera duabus leucis à Samaria distita, in via Sichem in monte collocata. Incredibili porro celeritate tam hæc delubra duo, quam totidem vitulos aureos fuisse confectos, omnibus dæmonibus, operam huic perniciosissimo scandalo nauantibus, ex simili celeritate, qua vitulus Aaronis ex fornace prodiit, facile conici potest. Itaque in mensem octauum, diemque decimam quintam mensis solennem vel templorum, vel vitulorum dedicationem indixit; vno scilicet mense post festum Tabernaculorum.

Id tempus cum aduenisset, alij in Dan, alij in Bethel sunt profecti, vtrouque enim eodem tempore festum dedicationis agebatur: Ipse autem Ieroboam loci opportunitatem secutus venit in Bethel, ibique altare ante vitulum erexit: assumptaque, vt ait Iosephus, pontificis persona, Sacerdotes pro suo arbitratu constituit, non ex tribu Leui, quæ noluit huic impietati seruire, sed de sæpe populi, vt toti populo de communicato sacerdotio, fructuoso in primis atque honorato, gratificaretur. Qui præsentis supplicio affecti non sunt, vt olim Chore, Dathan, & Abiron, licet multo grauius peccarent, quia Dominus hanc culpam distulit cum idololatria castigandam. Cum ergo Ieroboam ascendisset super altare Bethel, & thus adoleret idolo: Ecce vir Dei. Eum diuersi diuersimodè nominant; Venit de Iudâ in sermone Domini, diuino instructus oraculo, & exclamauit contra altare, & ait Altare, Altare hæc dicit Dominus. Ecce filius nascetur domui Dauid Iosias nomine, & immolabit super te sacerdotes excelsum, iis videlicet impietate pares, qui nunc in te thura succendunt & ossa hominum, tam præsentium quam futurorum super te incendet. Id factum post 360. annos.

In huius vaticinij confirmationem duo signa quamprimum diuinitus edita sunt: primum scissum est altare, in quo sacrificabatur, & cinis, qui in eo erat, effusus est, iuxta prædictionem viri Dei. Alterum in ipso regis corpore editum est. Cum enim extendisset Ieroboam de altari manum suam contra virum Dei, iubens eum apprehendi illico exaruit, scilicet & brachium quoque, quod cum manu extenditur, sic vt non valeret dexteram ad se retrahere. Intremuit tam præsentis animaduersione castigatus Ieroboam, simulque ad preces conuersus, rogauit prophetam, vt ipsius ad Deum precibus, manus & brachij vsus sibi restitueretur. Factum est, manus & brachium pristinam mollitiem receperunt, ipse nihilominus magis animo dirigit. Nimirum credidit regnum se retinere non posse, nisi retento cultu idololorum. Itaque non est reuersus Ieroboam de via sua pessima, vsque adeo violentam tyrannidem in suos

exerceret ambitio. Non caruit tamen humano sensu gratitudinis; voluit quippe eum conuiuio excipere, & donare muneribus, quæ ille, obtendens Dei prohibitionem, constanter repudiavit: in figuram censuræ, qua prohibemur cum excommunicatis conuersari, vt huiusmodi separatione profani illi confundantur, & resipiscant.

Abiit ergo propheta, per aliam viam: vti iustus fuerat, rediturus in patriam. Contigit autem vt propheta quidam senex habitaret in Bethel, cui cum filij eius retulissent quæ contigerant, agnoscens illum esse virum Dei desiderio motus eum hospitio accipiendi, cognita via per quam ille redierat, eum persecutus est: & sedentem inuenit subtus terebinthum, fictoque oraculo homini reditum persuasit, reditumque accepit hospitio. Cumque comederet, deceptor hic diuino afflatus spiritu, accusauit hospitem suum violati mandati Dei penamque denunciavit, fore vt paterno sepulchro priuaretur: nec tamen imminentem ipsi mortem Dominus significauit. Nam cum Ierosolymam versus reuerteretur, incidit in leonem, à quo occisus est; factusque est leo custos cadaueris & asini, dum ille pseudopropheta re intellecta ad eum rediit, reportatumque cadauer in Bethel eum sepeliuit, mandauitque filiis suis, vt se mortuum in idem sepulchrum inferrent, quod & factum est.

Fuit porro hic propheta deceptor, minimè impius, ueque vitulorum cultor; neque enim eius rei vllum est in Scriptura vestigium: licet id Iosephus dixerit, & plerique eum secuti: grauer tamen mentiendo peccauit, licet officioso tantum mendacio vti se crederet. Ille autem qui deceptus est, à leone occisus, quamuis esset vir iustus, vt ait Theodoretus, inobedienciæ suæ supplicium luit, & à Deo multipliciter honoratus est, corpore mirabiliter à leone conseruato, & anima à tartareo supplicio erepta, vt scribit S. August. Quod autem propheta ille non solum altaris meminit, quod erat in Bethel, sed omnium etiam fanorum, quæ erant in vrbibus Samariæ, sciendum est vocem Samariæ per anticipationem vsurpari, nondum enim erat Samaria hoc tempore, sed intelligenda sunt oppida vicina monti, in quo Rex Amri postea Samariam edificauit. Sed illud obseruandum in primis, etsi duo tantum vituli fabrefacti & consecrati fuerint in Dan & Bethel, multo pluribus tamen in locis, crescente celeriter, & gliscente in dies impiorum Israëlitarum superstitione, lucos & nemora altorum montium idolis fuisse consecrata, à plerisque gratiam Ieroboami captantibus, & ibidem fana vel domos erectas; & sacrificulos institutos, qui institutione Ieroboami, in tauro & septem arietibus sacrificandis, siebant sacerdotes.

Interèa Roboam Hierosolymis habitabat, & cepit edificare ciuitates in regno suo, vel vt se à nouis hostibus tutaretur, vel vt ipse dominatus munitus, impunè deinceps hostem inuaderet. Quindecim porro ciuitates Scriptura memorat, quas Roboam instaurauit, ac permuniuit, iam enim pridem condite fuerant. Hæc ergo, sicut & Ieroboami facinora, hoc anno inchoata, sequentibus perfecta sunt.

VIII.
Propheta Iecius patriam cogitat.

Deceptus à leone occiditur.

IX.
Quales ambo hi prophetae. 1. 3. Reg. 14. 2.

De cura p. mort. c. 7.

Multiplicatio idololatriæ.

Hier. trad. in 2. Par.

X.
Roboam edificat. 2. Par. 11. 5. 6.

ANNVS MVNDI 3062.

ROBOAMI & IEROBOAMI 3.

ACHIMÆ Pont. 3. TEMPLI 40.

LAOSTHENIS 34.

Imperij Assyriorum 1131.

ANTE CHRISTVM 991.

I. Ieroboam à fidelibus deseritur. 1. 8. c. 3.

2. Par. 11. 16.

v. 13. Et nominantur à Leuitis.

I I. Et quam id recte factum.

Dei cura pro salute Ieroboami.

Loc tertio vtriusque principis anno, cum Idololatria inualesceret in dies magis apud Israëlitas, adeo vt Ieroboam subditos suos etiam vi, ad vitularum suarum adorationem adigere vellet, vt Iosephus affirmat: plerique variis ex locis patrias suas reliquerunt, vt Hierosolymis Deum verum colere sibi liceret. Id Scriptura aperte testatur. De cunctis tribubus Israël, inquit, quicumque dederant cor suum, vt quærent Dominum Deum Israël, venerunt in Ierusalem, ad immolandum victimas suas coram Domino Deo patrum suorum. Nec venerunt tantum statis temporibus immolandi gratia, sed ad habitandum, vt liber illis esset cultus Dei. Ex quo factum est vt Roboami regnum robustius redderetur & multæ, vt diximus, ab eo ciuitates instaurandæ essent. Istiti autem præluxerunt sacerdotibus & Leuitæ, qui erant in vniuerso Israël, qui venerunt ad Roboam de cunctis sedibus suis, relinquentes suburbana, & possessiones suas, & transiunt ad Iuda & Ierusalem, eo quod abiiecisset eos Ieroboam, & posterius eius. Factis aliis sacerdotibus, quod ipsi ad idololatriam transire nollent, & Ieroboam edixisset omnibus suis, ne ultra ascenderent in Ierusalem, quod perpetuum erat Leuitis per vices suas.

Recte autem Sacerdotes & Leuitæ, præ cæteris veri Dei cultoribus, Ieroboamum deseruerunt. Ipsos enim, qui Deo singulariter dicati erant, oportebat non solum idola vitare, sed eorum quoque cultores; alioqui si taciti cum ipsis manerent, eorum impietatem non improbare viderentur: sin autem arguerent, vitæ, atque omnium rerum discrimen adirent. Cumque iidem possessionibus carerent, & reliquorum Israëlitarum benignitate sustentarentur, necesse fuisset in cibo, & potu communicare cum eis; quod non placebat Deo, vt nuper in morte Prophetæ intellectum fuerat: imo & de cibis participare, qui fuissent idolis consecrati. Oportebat etiam populum pudore affici, dum se ab iis desertum videret, qui erant omnium optimi ac præstantissimi, & inde conicere se misero in statu viuere, indèque talibus exemplis excitatum, ad saniora consilia aspirare. Ipsumque in primis Ieroboamum, qui prodigia irascens Dei suis ipse oculis vsurparat; propriæque dextera senserat, non tam vitorem quam monitorem Deum: qui addidit posterius morbum mortemque filij eius, vt tam initio, quam sine regni atque impietatis eius, salutis ipsius se confidum demonstraret.

ANNVS MVNDI 3063.

ROBOAMI & IEROBOAMI 4.

ACHIMÆ 4. TEMPLI 41.

LAOSTHENIS 35. Imperij Assy. 1132.

ANTE CHRISTVM 990.

Am luctuosus est hic annus quartus Roboami, ruina pietatis & diuini cultus, quam lætus alioqui futurus erat rerum temporalium incrementis. Vtrumque rerum statum paucis indicat Scriptura, quæ recensitis plerisque, qui præter sacerdotes & Leuitas patriam deseruerant, ne patriam & auitam religionem desererent, subdit, Et roborauerunt regnum Iuda & confirmauerunt Roboam filium Salomonis per tres annos. Hic prior status, de posteriore mox addit. Cumque roboratum fuisset regnum Roboam, & confortatum, dereliquit legem Domini, & omnis Israël cum eo, id est Iuda, qui Roboamo parebat, sicut Israël Ieroboamo: vel tum demum totus Israël deseruit Dominum: cum duæ adhuc tribus pietatem retinuisent. Itaque Roboam quandiu sibi timuit à Ieroboamo, & viribus ei se imparem credidit, quid enim erant duæ tribus ad decem? pietatem coluit, quam sibi perutilem esse videbat, vt quæ suum debilitabat hostem, & vice versa regnum suum roborabat. At increpatus, impinguitus, dilatatus, vrbibus auctus & viris, dereliquit Deum factorem suum, & prouocauit eum in diis alienis, & in abominationibus ad iracundiam concitauit; quæ scilicet hoc anno concitata, in sequentem annum erupit.

Alterum etiam suggerit Scriptura modum & rationem roborati regni Roboami, quod scilicet cognationibus & affinitatibus potentissimos quosque regni sui sibi deuinxerit: quorum propterea interesset, regem in regno suo quam florentissimum esse; qui vel filias vel sorores haberent reginas. Ex quo alia quoque commoditas continendi regni totius in officio nascebatur. Nam ex multis vxoribus multos suscipiens liberos, eos per omnes regni sui ciuitates dispergebat, fidiiores vtique patri suo futuros, quam alienos. Hoc Scriptura significat, præsertim in Hebræo textu, vbi enumeratis multis Roboami vxoribus ac liberis subdit, Et instruebas, & dispergebat de omnibus filiis suis in cunctis terris Iuda & Benjamin. In cunctis vrbibus munitis posuit escam copiosè, & petiuit multitudinem vxorum. Curabat videlicet variis in locis filios suos institutione regia erudiri à pueritia, eaque loca multiplici comæatu in omnem euentum muniebat; multas eis quoque petiuit vxores, quas illi postea suis temporibus ducerent: interim autem vtrimque parentes & liberi promissione tenerentur.

Quod ad vxores autem Roboami attinet, in 2. Paral. habetur cum vxores decem & octo duxisse, concubinas autem sexaginta: & genuisse viginti octo filios, & filias sexaginta; tres autem nominatim recensentur, siue quia cæteris præstarent; siue quia filios genuerant cæteris insigniores præsertim Abiam, qui patri

I. Roboam Dei cultum deseruit.

2. Par. 11. 17.

Deut. 32. 15.

II. Et affinitatibus roboratus est.

2. Par. 11. f.

III. Eius vxores & filij. c. 11. 12.

successit

2. Par. 11. 28. Primariæ tres vxores. Vide Ann. an. Dauid. 2. n. 12.

a. m. 9007. n. 9. 2. Par. 13. 2.

3. Reg. 14. 21.

VI. Etas Abiæ & coniugium.

I. Inualescit Idololatria in vtroque regno. 3. Reg. 14. 22. 23. 2. Par. 11. 21.

II. Quæ causæ aduentus Sefaci.

successit in regnum. Prima fuit Mahalath filia Ierimoth, filij Dauid, qui tamen Ierimoth nusquam alibi numeratur in filiis Dauidis. Fuit fortasse vnus aliquis de filiis concubinarum, vt notauit Hieronymus. Secunda fuit Abigail filia Eliab, filij Isai. Quæ dicitur filia Eliab, intelligenda est neptis aut proneptis Eliabi, qui fuit natu maximus fratrum Dauidis. Tertia fuit Maacha filia Absalonis, sed alterius à filio Dauidis, vt alibi probauimus, de tribu Benjamin qui & Vriel dictus est. Ex hac autem Roboam quatuor filios suscepit, quorum Abia à patre prælatus est cæteris, qua sapientior & potentior fratribus omnibus, fortè etiam in gratiam matris eius, quam præ omnibus vxoribus & concubinis amauit. Ea tamen impietate præstitit, vt quæ in turpissimis Priapi sacris princeps appelleretur. Vnde non leuis coniectura est ab ea Roboamum ad idololatriam fuisse pertractum, nisi id facinus matri eius Naamæ Ammanitidi tribuere placet.

Hanc Maacham ducere potuit Roboam anno ætatis 23. vel 24. Sicque Abias filius eius vixerit cum auo Salomone sexdecim annis; hoc autem quarto anno regni patris sui egerit vigesimum ætatis annum: in quo nihil absurdi est dicere, Abiam duxisse vxorem, ex qua mox filium suscepit, Asam nomine, qui decimo septimo vitæ suæ anno regni gubernacula suscepit.

ANNVS MVNDI 3064.

ROBOAMI & IEROBOAMI 5.

ACHIMÆ 5. TEMPLI 42.

LAOSTHENIS 36. Imperij Assy. 1133.

ANTE CHRISTVM 989.

Inualescebat Idololatria in regno Roboami, luci certatim super omnes colles plantabantur, dicabantur, aris & statuis ornabantur: nec vitulis solum, sed Priapo etiam sacrificabatur, annitente maxime Maacha regina, quæ apud Roboam gratia plurimè poterat: cui postmodum facta est probrosissima idololatriæ incentrix, spurcissimæque nequitæ. In regno autem Ieroboami altiores in dies radices agebat sacrilegium. Hoc enim minus repugnante conscientia Israëlita vitulos adorabant, minusque Deum patrum suorum requirebant, quo magis eum ab illis ipsis contemni videbant, apud quos erat nobilissimum illud templum, & sacerdotium diuinitus institutum. Verum Deus hanc contumeliam suam, per Sefacum Egyptiorum regem, quam primum vltus est, quem quinto Roboami anno aduersus Ierusalem immisit: eum Iosephus Sefostrim Herodoti, alij Sabacum eiusdem, esse volunt.

Videtur porro hic Sefac venisse Hierosolymam, diuina voluntate, quia dereliquerat Roboam Dominum: deinde inuitatu Ieroboami sibi affinitate, vt quidam putant, aut certe amicitia & familiaritate coniuncti, vt atritis Roboami viribus, securius ipse regnaret; aut etiam vt regnum eius armis sibi subiiceret. Et appa-

ret facturum, nisi Dominus, Roboami & Iudæorum humilitate permotus, iram in eos suam mitigasset. Venit enim cum mille ducentis curribus, & sexaginta millibus equitum, nec erat numerus vulgi, quod venerat cumeo ex Egypto, lybies scilicet, & Troglodita, & Ætropes, Numerum tamen Iosephus inuenit, aut excogitauit, & recensuit quadraginta millia. Plures erant equites pedibus; nec satis credibile est Scripturam vacaturam innumerabiles 40. millia, quæ aliquanto post numerat quadringenta millia Iudæorum, & Israëlitarum octingenta millia. Cum his ergo copiis Sefac cepit ciuitates munitissimas in Iuda, & venit vsque in Ierusalem, eas vrbes sponte deditionem fecisse scribit Iosephus: earum videlicet principibus ad Roboamum Ierosolymam confugientibus.

Non est ausus Roboam Egyptio regi infectis signis occurrere, erat quippe homo rudis, & corde pauido, vt Abias filius eius publicè professus, est. Nec satis fuit animi populo eius, ad vitandam timiditatis & ignauia maculam, quam illi Herodotus impingit. Male quippe consilium pectus deserti numinis, fortitudinem omnem excusserat; atque ita implebatur, quod Moyses tanto ante prædixerat, dabit tibi Dominus cor pauidum, & deficientes oculos, & animam consumptam merore, & erit vita tua quasi pendens ante te, &c. Cum ergo Hierosolymam innumerabilis exercitus obsideret, & Roboamus cum optimatibus suis, animi consilii que inopes, circumspicerent, se etiam in cælum, vt sit, suspexerant, veri Dei, quem indignissimè deseruerant, nondum plane oblit. Cum ecce trepidantibus superuenit Semeias Propheta, qui ante triennium Roboamum à pugna contra Ieroboamum Dei iussu deduxerat. Is ingressus ad Roboam, & principes Iuda, qui congregati fuerant in Ierusalem fugientes Sefac: reliquis iam vrbibus in eius potestatem redactis, dixitque ad eos, Hac dixit Dominus, vos reliquisti me, & ego reliqui vos in manu Sefac, vt ciuitates vestras, vosque ipsos subijceret seruituti.

At illi terrore percussis dixerunt, Iustus est Dominus. Et recte quidem. Quid enim iustus quam deserui eum, à quo deseraris prior? præsertim cum is qui prior deseruit, in had ipsa desertione iniustissimus sit atque ingrattissimus? Sed Dominus, qui maullt clemens audire, quam iustus, cum vidisset quod humiliati essent, non disperdam inquit eos, daboque eis paululum auxilij, mitigando scilicet impij regis crudelitatem & auaritiam, verum tamen seruient ei, vt sciant distantia seruitutis meæ, & seruitutis regis terrarum, qui seruos suos diripiunt, & tributis exinaniant, cum serui mei opibus circumfluant. Iræ porro Dei mitigatæ non sola causa proditur istorum puta principum animi clemensio, sed opera bona, qua inuenta sunt in Iuda. Nimirum plerique tunc in tanta ciuitate reperti sunt viri boni, qui iustissimum Dei pectus pulsarent precibus & lacrymis, qui ieiunijs & elemosynis, aliisque pieratis operibus veniam implorarent.

Quoniam ergo Sefac Dei iusta seruendum erat de deditione regiæ ciuitatis actum est, non solum ea conditione, vt cædibus incendiisque, sed Dei etiam templo parceretur. Verum is admissa conditione admissus, eam, vt ait Iosephus, non seruauit, sed sublati thesauris do-

2. Par. 12. 23. Eiusdem copiz.

III. Roboami ignauia. 2. Par. 13. 17. in Euterpe. l. 2.

Deut. 28. 65.

Semeia vaticinium

IV. Penitentia Roboami & Dei lenitas.

Meritum bonorum operum.

V. Deditio Ierusalem; & Sefaci præda.

mus.

nu. 13. & segg.

Ieroboamus peccat in peccatis suis.

I. Dormitat idololatria in regno Iuda hoc anno.

Roboam publicè templum adit.

I. Roboamus

mus Domini, & domus regis, omnia secum recedens abstulit, & nominatim clypeos aureos, quos fecerat Salomon; pro quibus fecit rex aeneos, quos ei scutarii templum adeunti, honoris causa præferbant. Quanta autem hæc prada fuerit, templi præsertim nunc primum expilari, & quantus civium plangor ad tantam iacturam, diligentius in Annalibus explicatum est. Felices lachryma gemitusque, si ex iactura temporalium, spiritalem fidei atque pietatis, serio æstimare didicissent. Hac Roboami clade nihilo sapientior factus est Ieroboamus, quippe qui eius fuerat procurator, ut diximus, sed in male ceptis male perseveravit: quem non propterea Deus præ Roboamo dilexit, quod in eum Sefacum non immiserit, sed eum potius, quasi à se abdicatum, deseruit. Roboamum vero propter Davidem dilectum suum, & propter multos amicos suos in regno eius commorantes, quasi tutorem filiorum suorum parum fidelem, non modica iactura castigavit.

ANNVS MVNDI 3065. ROBOAMI & IEROBOAMI 6. ACHIMAE 6. TEMPLI 43. LAOSTHENIS 37. Imperij Assy. 1134. ANTE CHRISTVM 988.

SEXTVS Roboami annus timorem Dei ex recentissima clade collectū, videtur aliquantū retinuisse, & impietatis ardore quasi frigida superfusa, magna ex parte restinxisse: Dormitasse igitur videntur hoc anno Idololatria in regno Iuda: & studium, in reparanda aliquo modo Ægyptia clade, positū fuisse. Nam Roboam, ut dixi, pro scutis aureis Salomonis, ænea conscripsit, eaque sibi templum adeunti ab excubitoribus suis præferri. Ex eo porro, quod cum prædicta pompa Rex templum adibat, intelligitur eum non publicè Dei cultum deseruisse, sed à populo retentum, de more frequentatum: ab optimatibus autem obiter & ad speciem vsurpatum. Dei autem voluntate restitutum est Roboamo regnum, & Sefac contentus thesauris regis, quos congeserat Salomon, & thesauris templi, & tributo insuper in signum subiectionis imposito, discessit. Signum autem regni in suo statu restitutum est, quod nusquam deinceps aut Roboam, aut Abias, aut Asa, cæterive reges Iuda recepisse dicuntur vrbes, quas ceperat Sefac, ut promissio diuina Davidi facta subsisteret.

ANNVS MVNDI 3066. ROBOAMI & IEROBOAMI 7. ACHIMAE 7. TEMPLI 44. LAOSTHENIS 38. Imperij Assy. 1135. ANTE CHRISTVM 987.

IN hoc anno resumpsisse vires impietas, Roboamo ex leuitate mentis atque

imprudencia ad ingenium redeunte. Pellacissima quippe est, & animum semel occupatum, ac superstitione corruptum, raro penitus deserit: est enim admodum consentanea carni & sanguini, & omnibus cupiditatibus eius, quibus se malus dæmon scientissimè attemperat in certissimam perniciem seruorum suorum. Et forte nunc induci cœpta, si non prius, illa effeminatorum immundities, quam Scriptura commemorat, vitiorum in fœminas præpostera libidine transeuntium, iuxta abominatones gentium, quorum impurissima contubernia constituerunt, quibus scelerata Maacha Roboami vxor, præposita erat antistes. Hoc enim tempore instituta sunt, quæ post aliquot annos à pio rege Asa sublata legimus, & inde qualia fuerint intelligi potest. Sic autem habet.

Et abstulit effeminatos de terra, purgavit vniuersas sordes idolorum, quæ fecerant patres eius. Insuper & Maacha matrem suam amouit, ne esset princeps in sacris Priapi, & in luco eius, quem consecrauerat, subuertitque specum eius, & confregit simulacrum turpissimum, & combussit in torrente Cedron. Facile autem intelligi potest, quanta cum impudentia omnis generis libido, per omnes ordines baccharetur, cum quæ erat omnium flagitiosissima, diis sacra putabatur, & præpositam habebat. reginam regis vxorem, matrem, auiam, quæ lucum illi nequitæ consecraret; lustrum quoque construxerat, in quod hæc bestia conuenirent; & Rex ipse natura mollis, ingenio fatuus, etiam ab vxore sacrilega dementabatur. Verum abeamus ab hoc Iudaico cœno, in quo fortasse Ieroboami quoque subditi volutabantur. Ægyptorum enim superstitiones Ieroboamus æmulabatur. Incidit porro in præsentem annum, sabbaticus ordine sexagesimus nonus, quem hoc corruptissimè tempore facile intelligi potest, fuisse neglectum.

ANNVS MVNDI 3067. ROBOAMI & IEROBOAMI 8. ACHIMAE 8. TEMPLI 45. LAOSTHENIS 39. Imperij Assy. 1139. ANTE CHRISTVM 986.

AD hunc & aliquot sequentes annos, quos exactius rebus gestis definire non possumus, prælia referamus licet duos inter reges gesta frequentata dum vnus perdita recuperare, alter acquisita conseruare cupit. Rem Scriptura perpaucis exequitur. *At tamen inquit, bellum fuit inter Roboam & Ieroboam & pugnauerunt aduersum se cunctis diebus.* Mutaram religionis faciem, perturbatissimus Reip. status est consecutus; & ex quo cum Deo pugnare ausi sunt, nunquam inter se pugnare destiterunt, quia non est pax impiis, dicit Dominus. Plena itaque fuerunt, totis hisce annis, imo & quamplurimis sequentibus, duo ista regna bellis, & malis omnibus, quæ bella ciuilia consequuntur.

ANNVS

redit ad ingenium.

3. Reg. 14. 24.

II. Et sordes idolorum reualsecunt. 3. Reg. 15. 12.

I. Continens bellum aliquot annorum inter vtrumque regem. 3. Reg. 14. 30. 1. Par. 12. 15. 1. Sai. 48. 12.

ANNVS MVNDI 3073. ROBOAMI & IEROBOAMI 14.

ACHIMAE 14. & 15. TEMPLI 51. & 52.

LAOSTHENIS 45. & vlt.

PYRITIADIS 1. Assyrior. 1142. & 43.

ANTE CHRISTVM 980. & 79.

I. Fugis Laosthenis, & initium Pyritiadis.

IN priorem annum incidit annus Sabbaticus septuagesimus, de cuius obseruatione idem quod de præcedenti dici potest, incidit & mors Laosthenis Assyriorum regis: est enim quadagesimus quintus ipse annus, quam regni periodum ei Africanus Eusebiusque assignant: Res ab eo tam diuturno in regno gestas, nemo prodidit, qui ad nostras peruenerit manus. Ad posteriorem pertinet successor eius Pyritiades, qui ex vtriusque sententia imperij gubernacula annis omnino triginta tenuit.

ANNVS MVNDI 3076. ROBOAMI 17. & vlt. IEROBOAMI 17.

ACHIMAE 17. TEMPLI 54.

PYRITIADIS 3. Imperij Assy. 1145.

ANTE CHRISTVM 977.

I. Mors Roboami. 3. Reg. 14. 21. 1. Par. 12. 13.

In impietate.

2. Par. 12. 14. q. 21. in eum locum.

II. Quæ illi ad ruinam incitamenta.

Mors Achimæ.

SOLA mors Roboami hunc annum notabilem facit: Quadraginta enim & vnus anni erat, cum regnare cœpisset, & septendecim annis regnavit in Ierusalem. Itaque periodus vitæ totius fuit 58. annorum, si annos integros sumas, sin quadragesimum primum vitæ, primum regni cum Iosepho esse velis, erit 57. *Vir arrogans, ait idem atque insipiens, qui propter spectum paternorum amicorum consilium, tantam ditionem amisit.* Sed insipientior longe atque infelicio, qui defectione à religione patria æternam etiam hæreditatem amisit. Vnde Lucifer Calarit. libro de Regibus Apostaticis ait filiū Salomonis diu regnasse in scelere suo, & in eodem fuisse defunctū. Idem paulò obscurius habet Scriptura, quæ vitam eius hac conclusione terminat. *Fecit autem malum, & non praparauit cor suum ut quæreret Dominum.* Post malum videlicet Idololatriæ perpetratum, quod ad extremam impenitentiam merito refert Abulensis. Est enim hoc quasi elogium Scripturæ, de tota eius vita in ipsius conclusione pronunciantis. Itaque illa humiliatio, quæ à Scriptura memoratur, expressa necessitatis articulo, constans & perpetua non fuit.

Habuit infelix ad hanc insaniam geminum incitamentum domi matrem Naaman Ammanitidem, & Maacham vxorem. Illa pueritiam deprauasse præsumitur, ista iuuentutem. Noluit enim Roboam scelestam mulierem quam in oculis ferebat, contristare, cuius etiam amore filium eius Abiam regno destinavit, licet alios haberet filios, qui eum ætate superabant: quos

tamen nihil mouisse apparet ambitione incitatos. De morte Pontificis nihil habeo dicere, nisi quod Chronicon Hebræorum non producit pontificatum eius vltra Roboami regnum.

ANNVS MVNDI 3077.

ABIÆ 1. IEROBOAMI 18.

AZARIÆ Pont. 1. TEMPLI 55.

PYRITIADIS 4. Imperij Assy. 1146.

ANTE CHRISTVM 976.

INITIVM regni Abiæ Scriptura conicit, in decimum octauum Ieroboami, anno ætatis circiter trigesimo tertio, iuxta ea, quæ quarto Roboami anno diximus: cum ei iam dudum natus esset Asa. Credibile autem est Abiam exigua celebritate regem fuisse creatū, quod tempora essent admodum turbulenta, & bellator hostis in armis. Azarias autem Pontifex quem producimur, fuit Achimæ filius, ut Iosephus & Scriptura ipsa testantur. Sub Abia porro gessisse pontificatum, Chronicon breue Hebræorum, cum Sigonio & Genebrardo, testantur. Cæterum cum statim initio regni Abiæ tantus vtriusque exercitus ad prælium præparatus à Scriptura memoretur, istum vtriusque apparatus, viuo Roboamo factum esse oportet. Prior autem ad bellum progressus est Abias, & in regnum Ieroboami transgressus est, prælium enim in tribu Ephraim, prope Samariam commissum est. Valuit animosior aggressio ad victoriam licet Abiæ copiæ dimidia parte minores essent copiis Ieroboami, in quibus octingenta millia censebantur.

Quam porro belli causam habuerat Abias, ex eius oratione intelligi potest, in qua aduersarios hortatur ad reparandum regni vnitatem, Ieroboami improbitate distractam, monetque ne pugnam aduersus Iudam suscipiant, sed sponte regnum Davidicæ familiæ redintegrent. Verum id contra Domini præceptum fuisse videtur, qui à principio regni Roboami, vetuit pugnare cognatas acies, & per prophetam declarauit hanc à se diuisionem esse profectam. Nec rem in oculis duorum exercituum gestam, Abias ignorare potuit: sed fortassis existimauit non fuisse diuini consilij, ut perpetua esset ista diuifio, sed voluisse tantum, ut ea Roboami insipientia castigaretur ad tempus. Quò pertinet illud. *Num ignoratis quod Dominus Deus Israël dederit regnum David regnum super Israël in sempiternum?* An forte mens Abiæ fuit, non tam regna coniungere, quam verum Dei cultum vtriusque restituere, quæ fuerat huius schismatis occasione distractus, quò maxime spectat eius oratio. Iustitiam certe causæ Dominus ipse largienda victoria comprobauit.

Tota eius oratio perspicua est, omninoque religiosi principis esse videtur. Itaque hoc regni initio pietatem ex animo coluisse videtur, & idololatriam exterminare voluisse. Sed obtentam mox victoriam à matre sacrilegæ Maacha, & principibus, bene de se in bello meritis, delimitus, sese impietati miscebat. Cum

I. Regnum Abiæ. 3. Reg. 15. 2. 2. Par. 13. 1.

II. Ant. e. 11. 1. Par. 6. 9. de Rep. Heb. Belli apparatus.

2. Par. 13. 3.

II. Quæ belli causa Abiæ.

3. Reg. 12. 22.

III. Eius ad hostem concio.

autem

ntem concluderet concionem suam monendo Israëlitas ne pugnarent contra Dominum. Ieroboam circumuenire cupiebat eius exercitum copiarum multitudine fretus, vt hoste vtrimque inuadente perturbati, confusique trucidarentur. Quo cognito Abias cum exercitu suo clamauit ad Dominum, opem votis nuncupatis postulando, vt à præsentissimo periculo eriperetur: aurum scilicet & argentum, & vasa in domum Domini; quæ tamen mox voti reus, siue negligentia, siue auaritia dominante, non reddidit; sed reddidit Asa filius eius, anno decimo quinto regni sui.

Et Deo votum. 3. Reg. 15. 15.

IV. Abiæ victoria. Ieroboami clades.

Dum rex vota facit, Sacerdotes tubis canere cœperunt, omnesque viri Iuda vociferati sunt, tum diuinum auxilium implorando, tum se mutuo ad prælium exhortando, & facti sunt diuinitus animosiores: hostis autem perterritus se dedit in fugam. In quos fugientes tanta cæde bacchati sunt Iudæi, vt quingenta millia virorum fortium caderent. *Humiliatique sunt ac vehementer debilitati filij Israël in tempore illo: & vehementissime confortati sunt filij Iudæ, eo quod sperassent in Domino Deo patrum suorum.* Ostendit hæc quoque narratio, pio ac religioso erga Deum animo, tam regem quam populum eius, affectum fuisse hoc tempore. Deum autem ipsum qui Ieroboamum iam in propria persona afflixerat, etiã in subditis vehementer castigasse, amissis quingentis virorum fortium millibus. Neque id satis. Persecutus est enim Abias fugientem Ieroboamum, & illi tres ciuitates cum ipsarum pagis abstulit. Mirum est autem Abiam victoria vsu non esse, totumque regnum tanta clade turbatum non occupasse, vt maxime cupiebat.

V. Cur non sit vsus Abias parva victoria. 3. Reg. 12. 14.

Itaque putat Abulensis, Deum illam iterasse prohibitionem, quæ pridem Roboamum exarmarat, contra Ieroboamum pugnaturum. Quod non ad exigiam Abiæ laudem pertinet, reputantis apud se, id non fore vt victoria diuinitus accepta, sed abuti, si contra eius voluntatem, à quo illa profecta fuerat, vti auderet: simulque periculum adiret, ne Dominus eam inobedientiam, versa in contrarium victoria clade aliqua castigaret. Porro Ieroboam, atque Israëlita illi subiecti, humiliari quidem sunt, viribusque debilitati, neque tamen propterea ad Deum castigantem sunt reuersi, sed in suscepta impietate rex populisque obdurerunt.

ANNVS MVNDI 3078.

ABIÆ 2. IEROBOAMI 19.

AZARIÆ 1. TEMPLI 56.

PYRITIADIS 5. Imperij Assy. 1147.

ANTE CHRISTVM 975.

I. Nouæ affinitates Abiæ. 2. Par. 13. 21.

VM tamen insignis victoria, Abiæ & Iudæorum cum ani nos tantum erexisset, quantum Ieroboami, & Israëlitarum deiecerat: exiit inuauit Abias ad regni sui firmitatem stabilien. in perinere populum suum variis sibi affinitatibus populare. Itaque confortato im-

perio suo accepit uxores quatuordecim, procreauitque viginti duos filios, & sexdecim filias. Non est Scripturæ mens dicere post hanc duntaxat victoriam ductas esse tot uxores, sed ad eas quas habebat, alias adieciisse, vt fierent omnes quatuordecim: & ex nouis vxoribus alios suscepisse liberos, vt fierent omnes duodequadraginta. Quomodo enim alioqui ex quatuordecim vxoribus, intra vnum aut alterum annum, tot liberos suscipere potuisset.

At Dominus noua etiam sub hoc tempore clade Ieroboamum, & tristissima futurorum malorum denunciatione percussit: sed ea non ad deferendam, sed ad confirmandam Idololatricam, & ad inchoanda futura vitæ mala valuerunt. Nimirum *impium cum in profundum peccatorum venerit, contemnit*, ac de salute propter eorum immensitatem desperat. Qualis fuit causa Ieroboami, qui tot hominum millia in grauissimum omnium scelorum, & proximè quingenta millia bellatorum, quasi præcursores suos, in exitium sempiternum præmiserat. Quod autem ad morbum, mortemque filij eius attinet, satis constat eam ad Ieroboami principia non pertinere. Nam cum Abias illi regnum prædixit, trigesimo octauo Salomonis anno in agro solus cum solo versabatur, eratque sexagenarius, vt ex Septuag. colligitur, nunc autem oculi eius præ senectute caligauerant, vt est in 3. Reg. erat ergo circiter octogenarius. Itaque Scriptura, & Iosephus hanc historiam ad finem regni, & vitæ Ieroboami differunt.

Cum ergo Abia filius Ieroboami ægrotaret, optauit pater scire à Propheta, qui ei regnum prædixerat, quid ægro futurum esset, iussitque vxorem suam, quam Septuag. Ano vocant, eum ementito habitu adire, ne forte is grata potius quam vera narraret; aut potius ne eam, ob mariti impietatem, atque ingratitude, à se inuisam inauditamque reiceret. Ac ne à populo quidem agnosci voluit, ne is intelligeret ab ipso Ieroboamo consuli Dominum, de diis suis, ac sacerdotibus eorum, vel prophetis diffidente; eaque res populo esset incitamento ad patriam religionem aspirandi. Addidit etiam agrestia munera, quæ plebeis mulieri conuenirent. At Deus omne desiderium, & conatum Ieroboami reddidit irritum, re tota Prophetæ reuelata: & ne qua suspicio in oraculo foret, etiam absentem compellauit, & vltro interrogationem anteuertit, & obiurgationem, quam illa vitare conabatur, Deo dictante, in faciem eius effudit.

Exprobrauit enim beneficij diuinitus accepti magnitudinem, quod ille in summam benefactoris iniuriam conuerterat, omnibus qui ante eum fuerant impietate superatis. Ergo Dominus in tanti facinoris pœnam, præterita silentio maxima illa æternæ damnationis pœna, quæ sceleribus eius ex æquo respondebat, prænunciat totam Ieroboami familiam funditus disperdendam, omnesque à primo ad vltimum eo vno excepto, qui nunc decumbebat æger, ignominiosa morte perituros, & sepultura carituros. Denunciat quoque per quem vltio quamprimum in genus inuisum inferenda sit. Is fuit Baasa, cui fauit Dominus, vt rex fieret, totamque mox Ieroboami familiam excinderet. Denique, quoniam populus se regis impie-

I. Noua Ieroboami clades. 2. Par. 13. 3.

c. l. 4. 1.

III. Consulit per vxorem prophetam

IV. Abiæ contra Ieroboamum vaticiniū.

tari præbuerat obsequentem, prædicit propheta fore, vt captiui in Assyrios transferantur, vbi diu multumque in patria sua, quasi arundo in aqua, intestinis seditionibus, & bellis agitati fuissent.

V. Moritur filius eius, nec tamen respiscit pater.

1. 8. c. 5.

Tam horrifico vaticinio territa mulier nihil habuit quod responderet, quanquam ne à principio quidem permessa est quidquam effari, vt tanto magis Dei in Ieroboamum ira panderetur; tacita itaque surrexit, & abiit, & venit in Thersa, quem locum Septuag. Saritam vocant. *Cumque illa ingrederetur limen domus, puer mortuus est; & sepelierunt eum, & planxit eum omnis Israël, iuxta sermonem Domini. Nec timuit, ait Lucifer Calaritanus, ex morte filij sui, quod & cætera, quæ illi vxor ex ore prophetæ renunciarat, secuta esset, sed in ea senuit versutia, & vt semel statnerat, diabolo seruire maluit.* Iosephus ait Ieroboamum nihil his fuisse commotum, scilicet ad respiscendum, alioqui lapidem esse oportuisset.

ANNVS MVNDI 3079.

ABIÆ 3. vlt. ASÆ initium. IEROBOAMI 20.

AZARIÆ 3. TEMPLI 57.

PYRITIADIS 5. Imperij Assyrior. 1148.

ANTE CHRISTVM 947.

I. Ratio temporis.

3. Reg. 15. 9.

TERTIVS annus Regni Abiæ integer non fuit, nec Asæ primus, qui tamen pro integris numerantur, dum priori tres anni, posteriori vnus & quadraginta tribuuntur. Et nihilominus necesse est tertium Abiæ & primum Asæ in vnum eundemque concurrere: alioqui vigesimus Ieroboami non incidet in primum Asæ, quod affirmat Scriptura, sed in secundum. Nimirum vigesimus Ieroboami erat in exitu, cum cœpit primus Asæ. Itaque totus fere vigesimus primus Ieroboami, concurrat cum primo Asæ; ergo ad vitandam confusione, & ad consentiendum cum Scriptura, hunc Ieroboami vigesimum, vocauimus initium Asæ, vt primus Asæ concurrat cum magna parte vigesimi primi Ieroboami.

II. Abiæ mors. 3. Reg. 15. 8. & 3.

Mortuus est ergo hoc tertio regni sui anno inchoato Abias, & quidem naturali morte, quod significat illa Scripturæ phras. *Et dormiuit Abias cum patribus suis*, morte tamen infelici, *Ambulauit enim* ait idem Scriptor sacer, *in omnibus peccatis patris sui, quæ fecerat ante eum, nec erat cor eius perfectum cum Domino Deo suo, sicut cor David patris sui.* Diuiserat quippe cor suum Abias, & partem quidem dabat Deo vero, cuius cultum prædicabat apud Israëlitas, partem autem Idolis, sicut pater eius & auus. Neque enim Salomon aut Roboam in stultitia sua vnquam Dei templum clausurunt, sed amodo Deum, modo idola coluerunt. Sic & Abias cum bene cœpisset, cuius rei causa mirabilem consecutus est de hoste victoriam, mox propter eam in superbiam elatus, patris exempli secutus, ad idola declinauit. Vt non mirum sit omnem idolorum infamiam, ab eo in posteros fuisse transfusam.

Abia defuncto ei in regno Iuda successus est Asa filius eius ex Maacha filia Abessalom, eius enim dicitur mater, cum tamen sit auia, mater patris eius, & vxor Roboami aui. Sed vt pater pro auo sæpe sumitur, sic & mater hoc loco pro auia, quod esset mulier improbitate notissima. Quod autem Asa rectum fecisse dicitur ante conspectum Domini, sicut David pater eius, id est abauus, in genere dicitur de tota eius vita, maximèque principio, vt proximo anno dicitur. De Ieroboamo autem nihil noui; fractus animo, viribusque regni, tenax impietatis ad mortem, ad diuinum tribunal properabat, immensorum peccatorum reus.

III. Asæ regni initium. 3. Reg. 15. 1.

ANNVS MVNDI 3080.

ASÆ 1. IEROBOAMI 21.

AZARIÆ Pont. 4. TEMPLI 58.

PYRITIADIS 7. Imperij Assy. 1149.

ANTE CHRISTVM 973.

PRIMVS est hic annus Asæ iuxta rationem temporis paulò ante explicatam. Ex Scripturæ portio silentio apparet eum fuisse Abiæ primogenitum. Soler enim declarare filiorum ordinem, quando alius à primo succedit in regnum, vt in Dauide, Salomone, Abia adhuc factum videmus. Ergo in successione Asæ commune ius ac consuetudo omnium ferme nationum obseruata est. Is vbi regni gubernacula suscepit, copiosam nactus est materiam, circa quam zelus diuini honoris efferuesceret, parentis, auique, aut negligentia, aut improbitate collectam. Asa vero vice versa. Domino regnum Iuda miserante, pius eius cultor extitit, & sedulus Davidis imitator. Itaque *subuertit altaria peregrini cultus, & excelsa* in quibus aræ illæ fuerant excitatæ. Nam quod alio in loco Scriptura tradit eum excelsa non abstulisse, de illis excelsis intelligenda est, in quibus verus quidem Deus, sed loco indebito colebatur. *Confregit quoque statuas, lucosque succidit*, ne loci amœnitas male sanum populum ad priorem nequitiam pelliceret.

I. Primus annus Asæ. 3. Reg. 15. 9. 2. Par. 14. 1. 2. c.

Extat & aliud zeli Asæ, probitatisque momentum. *Abstulit enim effeminatos de terra; extremo nimirum, meritissimòque supplicio affecit istiusmodi hominum portenta, Dei ac naturæ dedecora.* Eorum quoque fana imo lustra ac latibula ferarum in humana specie, dissipauit, & Priapi specum, execratæ nequitie gancam subuertit: *purgauitque vniuersas sordes idolorum, quæ fecerant patres eius; aut facta retinuerant. Insuper & Maacham matrem suam id est auiam, qua in primis nitebatur probrosissima superstitione, amouit ne esse princeps in sacris Priapi & in loco eius, quæ illa consecrarat: ne videlicet rex publici pudoris appetens, domesticam dissimularet infamiam. In 2. Par. propterea ex Augusto imperio deposita dicitur in ordinem scilicet redacta, & tanquam infamis omnium dignitate spoliata, subuertiturque specus eius, & confregit simulachrum turpissimum, & combussit in torrente Cedron, ad publicam idololatricam hominiam.*

II. Eiusque pro religione zelus.

v. 12. Maachæ impietas.

v. 13.

Denique idolorū superstitione conuulsa, præcepit Iudæ, vt quæreret Dominum Deū patrum suorum, eiusque vniuersa mandata seruaret.

III. Regiæ pietati fauet ex, & annus Sab. 71. 2. Par. 15. 29. Vora paternæ, propriæque persoluit.

Pietati regiæ duo seruerunt, pax decem annorum, quam ei Dominus indulgit, cum priorum regum tempore semper cum Ieroboamo belligeratum fuisset: qui fructus quoque fuit religiosæ pietatis; fuit & annus Sabbaticus ordine septuagesimus primus, quem religio sit dubitare, mandante rege religiosè obseruatum. Huc quoque videtur pertinere religiosa illa voti persolutio, de qua Scriptura. Intulit, inquit, ea que sanctificauerat Abias pater suus, & voverat in magno illo rerum suarum discrimine, cum pugnavit contra Ieroboam. Intulit autem, in domum Domini, argentum & aurum & vasa, ad prædam Sefaci aliquo modo reparandam. Re- ète porro existimauit rex paternum æs alienum, Deo præsertim debitum ac dicatum, ad se non pertinere. Isti autem operi iustitiæ, adiecit etiam propriam liberalitatem. Vouit enim Domino diuersa donaria, quæ & cumulatè persoluit, vt ibidem habetur. Nihil est autem causæ cur hæc pia opera vltra hunc annum differamus, in quo feruebant omnia zelo gloriæ Dei.

ANNVS MVNDI 3081.

ASÆ 2. IEROBOAMI 22. & vlt. NADABI 1. AZAR. Pont. 5. TEMPLI 59. PYRITIADIS 8. Imperij Assy. 1150. ANTE CHRISTVM 972.

I. Mors Ieroboami, & Nadabi regnum. 3. Reg. 15. 25. 2. Par. 13. 20.

SECUNDVS annus Asæ ipsam tenuit in ex- terminanda Idololatria vtiliter occupatum, cum Ieroboamo è viuis abeundum fuit: est enim vigesimus secundus eius annus & vltimus; quem tamen non regnavit integram. Nadab enim filius eius regnavit super Israël, anno secundo Asæ regni Iudæ. Hic ergo vltimus est Ieroboami, quem Dominus percussit, & mortuus est, morte vtique violenta, vt phrasis ipsa requirit, immisso demone aliquo, vel angelo percussore. Hunc enim locum de Ieroboamo non de Abia, intelligendum esse optimi quique interpretes sentiunt, & nos in Annalibus docuimus, & æquum fuit insigni ad exemplum, mortè tolli eum, qui insignis ad summam impietatem fuit. Et forte in ipsum quoque valuit Ahiaë vaticinium, vt à volucris ferisque disceptus sepultura careret, qui omnium esset in tota familia sua nocentissimus: omnique deinceps posteritati execrandus ac detestabilis. Ei successit Nadab, mali cornu malum ouum, duobus enim annis, quibus regnavit super Israël, fecit malum in conspectu Domini, & ambulavit in viis patris sui, & in peccatis eius, quibus peccare fecit Israël. Itaque Iosèphus eum perternæ malitiæ, & impietatis æmulum vocat.

an. Abia 3. n. 2. & 3.

Eiusque impietas.

II. Asæ excindit Idololatriam.

Porro Asa quieto tempore, diuinoque auxilio bene usus, in exterminationem idolorum hoc quoque anno incubuit; quo in negotio, sanctos prophetas, & sacerdotes adiutores habuisse, ipsaque in primis pontificem, cum pio ac fidei potestatis, sacrificiis, ceterisque

operibus piis incumbentibus minime dubitandum est. Illa porro decem annorum quies quæ à Scriptura memoratur, de regno tantum Iudæ accipienda est. Nam regnum Israëlitarum vix duobus annis quietum fuit; tantumque à paceres abfuerunt, vt inuadente intra biennium regnum tyranno, rex ipse mox trucidatus sit, totaque eius familia delera.

ANNVS MVNDI 3082.

ASÆ 3. NADABI vlt. BAASÆ 1. AZARIÆ 6. TEMPLI 60. PYRITIADIS 9. Imperij Assy. 1151. ANTE CHRISTVM 971.

DE VOBVS circiter annis in idololatria extirpatione collocatis, adiecit animum Asa ad ciuitates regni sui, quas aut temporis longinquitas debilitauerat, aut bellicus furor quassauerat, instaurandas, & communiendas. Edificemus, inquit, ciuitates istas. Erant enim oppida quæ ostendebantur, sed industriam boni principis requirebant, qui quietis temporibus, ad turbulenta prouidam cogitationem conuerteret: neque apparet tempus vllū, quamvis diuturni imperij, in quod comodius has vrbium instauraciones conferamus. Instaurauerunt ergo hoc primo Asæ decennio ciuitates Iudæ, & vallauerunt muris, & roborauerunt turribus & portis, & seris, quoniam à bellis quieta erant omnia, eò quod ait Rex quæserimus Dominū Deū patrum nostrum, & dederit nobis pacem per gyru.

Hoc ipso tertio anno regni Asæ, cum Nadab Rex Israël impia patris vestigia, impius filius sequeretur, Dei nutu quamprimum de medio sublatus est, secundo regni sui anno, & quidem vtroque diminuto. Nam initia prioris vltimus Ieroboami annus sibi vendicat; extrema vero posterioris, ad primum Baasæ, authoris cædis eius, pertinent. Cum enim bellum esset Israëlitas inter & Philisthæos oppidum Gebbethon, Baasa filius Ahiaë de tribu Issachar Nadabo regi struxit insidias, eoq; interfecto, aditū sibi ad tyrannidè teterrimo facinore patefecit. Quævis enim de eo prædixisset Ahias propheta. Constituit sibi Dominus regem super Israël, qui percutiet domum Ieroboam, scelere tamen grauissimo Baasa se obstrinxit, quod prædictione nulla ratione minuitur. Et quamvis Deus voluerit Nadabum interfici, cum tamen Baasa non interfecit, vt diuinæ voluntati, sed propriæ ambitioni, obsequeretur. Capitalis Baasa, qui in populo Dei vexillum primus erexit immanis audaciæ, regum à subditis occidendorum.

Regnavit ergo Baasa loco Nadabi, totique Israël, id est decem tribubus præfuit, habuitque regni sedem in Thersa, quod tenuit annis quatuor & viginti. Quod porro dicitur, Cum regnasset, percussit omnem Ieroboam, &c. significat Scriptura, id non statim ab arrepto imperio, sed aliquanto post eo sibi confirmato, factum esse. Itaque hanc Dei in eam familiam vltionem in annum sequentem differemus. Quod autem ad ipsius Nadabi cædem attinet. Cum

I. Asa instaurat vrbes regni sui.

II. Cæd Nadabi.

III. Regnum Baasæ. 3. Reg. 15. 29.

is in obsidione vrbis occisus fuerit, apparet Iud ibidem proiectum fuisse insepultum, prædam volucris cœli & bestiis terræ, iuxta vaticinium Ahiaë Silonitis; siue id agente Baasa & sepulturam, tyrannorum in morem, superbe ac crudeliter prohibente; siue populo casu aliquo in eum irato, & in cadaver improbè sauiente.

ANNVS MVNDI 3083.

ASÆ 4. BAASÆ 2. AZARIÆ 7. TEMPLI 61. PYRITIADIS 10. Imperij Assy. 1152. ANTE CHRISTVM 970.

I. Mofaicus Iubilæus.

QUINGENTESIMVS agitur annus, ex quo Israëlita duce Iosue transgressi Iordanem, Chananitidem inuaserunt, quorum 440. ante fundatum templum numerantur, reliqui sexaginta à templi initiis effluerunt. Est ergo hic decimus Iubilæus Mofaicus, quem Asæ regis pietas persuadet in regno Iudæ fuisse accuratè seruatum, cum apud Israëlitas confusa essent omnia, idololatria, omnes legis caremonias, susque deque miscente. Pergebat autem Asa hinc quidem, vt diximus, in oppidis regni sui instaurandis, atque munendis, inde autem Idololatriæ reliquiis exterminandis. Quæ cum agerentur in regno Iudæ, Baasa in Israël, contra vniuersam familiam regiam crudeli furore bacchabatur, Domino Deo impia eius voluntate ac facinore, iuste contra Ieroboamum, eiusque inuisam Deo stirpem vtente. Cumque regnasset, ait Scriptura, percussit omnem domum Ieroboam, non dimisit ne vnā quidem animam de semine eius, donec deleteret eum.

II. Baasa excindit familiam Ieroboami. 3. Reg. 14. 11.

3. Reg. 15. 34.

Nec dubitandum est illud quoque impletum quod idem Ahias propheta prædixerat, Qui mortui fuerint de Ieroboam in ciuitate, comedent eos canes; qui autem mortui fuerint in agro, vorabant eos aues cœli. Quod barbarus hic atrociter in oppidis agrisque, contra regiam omnem familiam sauiendo, executus est; non implendæ causa prædictionis, sed firmandæ tyrannidis, & exsaturandæ crudelitatis. Sic ergo, hausta gladio Baasæ proditoris, funditus interit familia impij atque insipientis Ieroboami, qui collatum sibi diuinitus, suisque regnum, non pio in benefactorem obsequio tueri voluit, sed perfidia ac superstitione se populumque suum Dei cultu distrahendo. Nec tamen Baasa, qui factus est vltor peccati Ieroboami, intellexit consilium Domini, nec viam iniquitatis ab eo constratam odio habuit, sed fecit malum coram Domino, ambulauitque in via Ieroboam, & in peccatis eius, quibus peccare fecit Israël. Præter facinus occupatæ tyrannidis, & excisæ familiæ regiæ.

ANNVS MVNDI 3086.

ASÆ 7. BAASÆ 5. AZARIÆ 10. TEMPLI 64. PYRITIADIS 13. Imperij Assy. 1155. ANTE CHRISTVM 967.

SEPTIMO anno Asæ regis Iudæ ætatis autem 23. nascitur Iosaphat filius eius primogenitus, qui ei in regno successit ætatis suæ anno 35. quibus si sex iā exactos addiderimus, fient vnus & quadraginta anni regni Asæ. Itaque vno regni eius septimo natū oportuit, ex Azuba filia Salai. Ad hoc circiter tempus referimus, prophetiam Iehu filij Anani contra Baasam: qui cum quintum iam regnaret annū, nec ruina familiæ Ieroboami, quæ ipsemet illi, propter impietatem intulisset, emendaretur, misit ad eum prophetam, qui hominem argueret, & imminētis pœnæ magnitudine deterreret: & quidem prius quam bella inter vtrumque regē exorirentur, verbis vt cum prius quam verberibus castigaret. Dominus ergo de Baasa per prophetam in hæc verba quæritur. Pro eo quod exaltasti de puluere, & posuisti te ducem super populum meum Israël. Tu autem vice versa ingratus atque impius, ambulasti in via Ieroboam, & peccare fecisti populum meum Israël exemplo, atque autoritate tua vt me irritares in peccatis eorum, quorum peccata recidunt in caput tuum. Hæc culpa profani huius principis fuit.

I. Ortus Iosaphati. 3. Reg. 22. 4. 3. Reg. 16. 1. Iehu arguit Baasā.

Sequitur pœna. Ecce, ego demetiam postero Baasa, id est posteritatem eius. Et faciam domum tuam sicut domum Ieroboam filij Nabad. Qui mortuus fuerit de Baasa in ciuitate, comedent eum canes, & qui mortuus fuerit ex eo in regione, comedent eum volucres cœli, quæ vltio hoc fuit admirabilior, quo diutius Baasa regnavit. Minas porro rex non æquanimitè tulit, sed innoxium prophetam, furiosus, vt medicum delirans æger, inuasit, atque interfecit: quam cædem non diu impunè tulit. Mox enim bella inter ipsum & regem Iudæ exarserunt, quibus regnum Israël magnis detrimentis affectum est.

II. Et supremam cladè minatus occiditur.

ANNVS MVNDI 3090.

ASÆ 11. BAASÆ 9. AZARIÆ 14. TEMPLI 68. PYRITIADIS 17. Imperij Assy. 1159. ANTE CHRISTVM 963.

PLETIS decem annis, quos Regi Asæ quietos fuisse Scriptura testatur, bellum inter vtrumque Hebræorum regem excitatum est, quod hoc anno inchoatum, in reliquos fere vtriusque principis annos propagatum est. Iuxta illud. Bellum autem erat inter Asa & Baasa regem Israël cunctis diebus eorum, ad mortem scilicet Baasæ, cui Asa superuixit quin-

I. Bellum diuturnum inter Asa, & Baasa. 2. Par. 14. 1. 3. Reg. 15. 16.

decim annis. Quam autem inchoandi belli causam fuisse dixerimus? Apparet Baalam eas vrbes recuperare voluisse, quas Abias pater Afa Ieroboamo eripuerat, de quibus supra dictum est. Sed res præter expectationem in contrarium cecidit: factumque ut ad antiquam iacturam recens accederet.

ANNVS MVNDI 3094.

ASÆ 15. BAASÆ 13.

AZARIÆ 18. TEMPLI 72.

PYRITIADIS 21.

Imperij Assyriorum 1163.

ANTE CHRISTVM 959.

LVSTRUM habet hic annus Iudæorum de Æthiopicis victoriam, simulque Azariæ prophetiam cum sacrificiorum solennitate, fœderæque renouato, quæ omnia in vnum eundemque annum decimum quintum regni Afa cadere, facile ex Annalibus intelligitur. Hi porro Æthiopes, qui duce Zara contra regem Afa venerunt cum exercitu, in quo decies centena millia militum, & trecenti curus numerabantur, non ex Æthiopia Arabica, sed Africana, cum quibus & Libij militabant, venerunt. Belli causam nemo prodit. Forte magnitudine copiarum fretus, Hebræorum reges, animis inter se armisque dissidentes, facile à se opprimi posse credidit, & stuculosam regionem suam in terram lacte & melle manantem commutari. Moveri etiam potuit magnitudine prædæ quam Sefac ante sex & viginti annos ex tēpli thesauris, regisque sustulerat: si tum forte adolescens in eius castris militabat, & similem sibi felicitatem affectat. Deus autem ingentem illi cladem, ab Afa, pio ac forti rege præparabat.

Habebat is in exercitu suo, portantiū scuta & hastas, de Iuda trecenta millia: de Benjamin vero scutariorū & sagittariorū ducēta octoginta millia: omnes isti viri fortissimi. In hac autem turba non deerant plerique alij de tribu Ephraim Simeonis, & Manasse, qui ad Afa religionis causa deserto Baasa confugiebant, ut sequenti anno diceretur, ut Leuitas omittamus. Venerunt Æthiopes vsque ad ciuitatem Maresa in tribu Iuda, quibus Afa progressus est obviam, & instructa ad pugnam acie, animaduēsis tantis copiis, Deum pro victoria orauit intentius. Nec frustra, Exterriti enim sunt diuinitus Æthiopes, & in fugam acti; quæ tamen illis saluti non fuit. Nam persecutus est eos Afa, & populus qui cum eo erat vsque Gerara, itinere dierum aliquot, & ruerunt Æthiopes vsque ad inuersionem, quia Domino cadente contriti sunt, & exercitu illius præliante, siue Angelicū ministerio, qui ei truci ac minaci vultu apparuerint; vocantur enim exercitus, & milites, & castra Domini: siue potius; Heb. ai qui er. Dei populus, illumque quasi Imperatorem suum agnoscebant.

Cumquam n. quam apparet hostis, ad spolia reuersus: victor exercitus, quæ pro

magnitudine exercitus, plurima maximaque fuerunt, adeo ut Æthiopia præda iacturam à Sefaco acceptam compensare quodammodo videretur. Quæ fortasse mens Rabbinorum fuit, dum dixerunt Zaram Sefaci prædam restituisse Iudæis. Qui non contenti percussisse, qui in acie armati steterant, percusserunt ciuitates omnes per circuitum Geraræ; grandis quippe cunctos terror inuaserat, & diripuerunt vrbes, & multam prædam asportauerunt. Has vrbes fuisse Philisthæorum ex D. Hieronymo satis constat. Vnde etiam intelligitur Philisthæos prædæ, ut videbatur, exploratæ cupiditate auxilio venisse Æthiopicis contra Iudæos; à quibus non apparet alioqui cur hostiliter tractarentur. Quin & caulas ouium destruētes, tulerunt pecorum & camelorum infinitam multitudinem, quorum pars mox Ierofolymis sacrificata est.

Redeuntibus Azarias filius Obed, factus in se spiritu Domini, egressus est in occursum Afa, eique totique populo eius congratulatus est victoriam, quam Dei cui seruiert benignitate consecuti sunt, simulque Deo inspirante prædicit fore ut transeant multi dies in Israël absque Deo vero, & absque sacerdote, doctore, & absque lege, aliaque addit, quæ ut in captiuitatem Babylonicam conuenire possint, rectius in præsentem totius gentis desolationem cadunt, ut accuratius in Annalibus exposuimus. Postremo Propheta à futuris ad præsentia conuersus. Vos ergo, inquit, confortamini, & non dissoluantur manus vestre, erit enim merces operi vestro, qualem hoc bello estis experti. Mature eos præmunire cōnatur. Nam non multo post, deficiente per summam socordiam, atque imprudentiam in Deum fiducia, ad Syrorum auxilia non impunè ut dicemus, confugerunt.

Rex audito Azariæ vaticinio confortatus est, nihilque reueritus potentium aduersus idololatricam studia, abstulit idola de omni terra Iuda & Benjamin, si qua primam regis diligentiam effugerant, aut ab eo tempore pullularant, ut sic minus seuera iudicaretur ista diligentia in vrbebus Ephraim, quas nuper regi Baasa eripuerat, in quibus hic zelus maximè exercendus fuit. Dum deletur superstitio, altare æneum holocaustorum, quod ante annos septuaginta à Salomone constructum fuerat, & perpetua ignis actione, ut apparet, labefactatum, instauratum est, ut celebriori quod parabatur sacrificio, in mense tertio, in quem cadit festum Pentecostes, sufficere posset. Venerunt ergo subditi Afa frequentes anno regni eius decimo quinto, & immolauerunt Domino in die illa de manibus & præda quam abduxerant, deuictis scilicet Æthiopicis boues septingentos, & arietes septem millia.

Et intravit, Rex Afa, ex more ad corroborandum fœdus. Illud ex more inuuit consuetudinem renouandi huius fœderis, ac iurifurandi, occasione ut arbitror, aliquorum, qui desertis idolis ad Dominum reuertebantur, qui in primis sponderunt se quæ situros & culturos Dominum Deum patrum suorum in toto corde, & in tota anima sua, id est ex animo, & sine vlla fictione; addiderunt & execrationem, qua sibi mortem imprecabantur omnes, si fidem Deo datam frangerent. Inraueruntque Domino

De locis Hebra. in Gerara.

IV. Propheta gratulatur Afa victoriam.

n. 10. & segg.

V. Afa regnū perpurgat ab idolis.

2. Par. 15. 11. 22.

VI. Et renouat cum Domino fœdus.

1. Par. 13. 19. An. Abie 1. n. 4.

I. Bellum Æthiopicū & quæ illius causa videatur. hoc an. n. 4.

2. Par. 16. 1.

II. Copiæ regis Afa. 2. Par. 14. 8. 2. Par. 15. 9.

Æthiopes exterriti, victique.

III. Præda ingens.

voce magna in iubilo, & in clangore tubæ, & in sonitu buccinarum, omnes qui erant in Iuda, id est qui regi Iuda obtemperabant, licet ad eam tribum non pertinerent, caeremonias videlicet spiritalis lætitiæ testes adhibuerunt vniuersi, Maacham autem turpissimam mulierē, regis familiaræ probum ac dedecus, ex angusto deposuit imperio, & redegit in ordinem ob fœdissimum idololatriæ ministerium, ut superius dictum est, quando res, quæ iterum ex occasione recitatur, facta est. Neque enim regia pietas ipsos 15. annos tam impiam nequitiam tolerauit: quando & sua, & paterna vota Deo reddidit.

Vide supra an. 1. Afa. 2. & 3.

ANNVS MVNDI 3095.

ASÆ 16. BAASÆ 14.

IOHANAN Pontif. 1. TEMPLI 73.

PYRITIADIS 22. Imperij Assyrior. 1164.

ANTE CHRISTVM 958.

PORTVNE præparati sunt superiore anno animi Iudæorum, & eorum qui se ipsis ex regno Israël aggregarunt, fœdere cum Domino renouato; ne imminente continentium deinceps bellorum inter vtrumque regem procella, infirmorum constantia frangeretur. Quod ad nouum autem, quæ suggerimus, pontificem attinet, cum Amarias nepos Iohanan, pontifex fuerit sub 18. annum Iosaphati, ut ex Scriptura constat, anni 43. quatuorve interiecti, inter Iohanan, & filium eius Azariam diuidendi sunt. Reliquos ergo annos regis Afa Iohanan pontifici tribuemus, Azariæ autem magnam partem regni Iosaphati, eiusdem vero extrema, Amariæ, ut exigit ille locus, assignabimus.

I. Nouus pontifex Iohanan.

2. Par. 19. 1.

Ratio temporis belli inter reges. 1. 2. c. 16. 1. Roboam 17. Abias 3. Afa 16.

n. 2. ad 6.

III. Baasa occupat, & munit Ramam.

3. Reg. 15. 17.

Afa confugit ad Syros.

protectionem suscepisset, nec eos vinci patere-tur, quandiu ab ipsis piè ac religiosè coleretur. Culpæ autem index est pœna. Nam si Deo confidens, nihil neque Syros neque Israelitas veritus, pugnam iniisset, utrosque superasset, ut propheta significat, nec iacturam thesaurorum suorum, templique fecisset, ut merito Propheta stultè ipsum fecisse dixerit.

Vtrique regi Hebræorum Benadab fœderatus erat; sed Afa rebus diffidens suis, non sine culpa thesauros domus Dei dedit homini infideli: neque enim ad id ea necessitate cogebatur, cū pouisset ac debuisset non timere hostes suos, propria doctus experiētia, accepti diuinitus contra Æthiopes auxilij, & insuper Syrum adduxit ut contra ius gentium fœdus inuitum cum Baasa violaret. Cum ergo Syrus venalem habuisset fidem, ratus ibi esse ias vbi plurima merces, missis copiis suis, proximas quasque vrbes propugnatoribus vacuas, ad Ramā enim cū suo Rege confederant, obsedit, occupauit, ac spoliauit. Sicque factum est ut Benadab geminam prædam ab Hebræis acciperet, à volētibus alteram, alteram ab inuitis. Quæ cum audisset, Baasa, veritus ne dum Iudā vexare cupit, à Syris suo ipse regno priuaretur, dimissa adificatione se recepit ad suos. At Afa confestim conuocatis omnibus subditis, diruit quæcunque extruxerat Baasa, & materiam omnem aliò translulit, & vrbes alias sibi opportuniore comuniuit.

Ad hoc ipsum tempus pertinet obiurgatio Hanani contra regem Afa, quod habuisset fiduciam in rege Syria, & non in Domino Deo suo, idcirco, inquit, euasit Syria regis exercitus de manu tua. Significat Dei fuisse voluntatē, primum ei de Israelitis victoriam dare, & Syros insuper, qui illis auxilio venturi erant, ipsius subiicere potestati. Reus igitur fuit Afa diffidentia in Deum. Nec tamen damnat hæc propheta vox humanam prudentiā, quæ timidè auxilia humana circumspicit, post diuinum auxiliū imploratū. Id enim valet, in ordinario cursu rerum humanarum: cum autem fiducia diuina reuelatione nititur non est locus humanæ prudētia. At Afa non ita pridem à propheta didicerat vnde singularem de diuino præsidio fiduciā conciperet, & de victoria, qualem de Æthiopicis retulerat: cum suæ in Deum fiduciæ cōscius, dixisset Deo, In te enim & tuo nomine haberes fiduciā, venimus contra hanc multitudinem. Ergo nūc quoque; fides fiduciam regis excitare debuit, quam ingens victoria securata erat. Ea deficiente audiuit à Propheta, Stultè igitur existi, & propter hoc, ex præsentem tempore, aduersum te bella consurgent.

Hæc bella sunt quæ deinceps reliquo tempore regni Baasæ magis magisque exarserunt, in vindictam cladum à Syris acceptarum. Cum enim infirmior esset Baasa, quam ut vindictam de Syris sumere posset, & timeret ne si in ipsos arma moueret, superueniret Afa, & sic à duobus simul exercitibus concideretur, iniuriam Syri dissimulauit, solūque regem Iuda bello fatigauit. Atque ita impletum est illud, fuitque bellum inter Afa & Baasa regem Israël, cūcūq; diebus reliquis eorum. Id tempus fuit annorum 10, quibus Baasa superuixit. Afa vero cum audito propheta, præter un culpam præsentem penitentia emendare debuisset, auertit eam vehementer, misso in carcere, & quod

III. A quibus Israelitæ vexantur.

IV. Afa reprehenditur à propheta. Vide Ann. ipsos n. 13. & segg. Quomodo peccarit diffidentia.

V. Ob quam bellis punitus est.

Coniicit insuper in carcerem prophetam

diuinitus reprehensus fuerat; neque eo facinore contentus, etiam tum plurimos de populo interfecit, qui scilicet prophetae fauentes, de rege marmurabant.

ANNVS MVNDI 3100.

ASÆ 21. BAASÆ 19.

IOHANAN Pont. 6. TEMPLI 78.

PYRITIADIS 27. Imperij Assy. 1169.

ANTE CHRISTVM 953.

I. Iubilus 62.

MUNDANVS Iubilus ordine sexagesimus secundus in hunc annum incurrit, quem propterea visum est eximere a reliqua turba. Plures enim annos simul congerere rerum idonearum inopia cogit. Nam ex dictis intelligitur decem annis inter Hebraeos reges belligeratum, & nihilominus Baasam cum Philisthaeis gessisse bellum, quorum urbem Gebethon Ela eius filius obsidebat.

3. Reg. 15. 16.

Sabbaticus 74.

Sequens annus, qui fuit Asæ vigesimus secundus, fuit Sabbaticus ordine 74. quem in regno Iudæ obseruatum par est credere. In Israël omnes legis caeremoniae, cum lege ipsa iacebant: quando ne Deus quibus ipse ibi erat in pretio, sed eius loco, vituli aurei sacri legis altaribus insidebant.

Pyritiadis vit. Ophratæi 1.

Asæ vigesimus quartus, Pyritiadis Assyrii regnum, quod fuit annorum triginta, terminauit: cui successit ad annos viginti Ophratæus, anno Asæ vigesimo quinto.

ANNVS MVNDI 3105.

ASÆ 26. BAASÆ 24. & vlt.

ELÆ 1. IOHANAN 11. TEMPLI 83.

OPHRATÆI 2. Imperij Assy. 1174.

ANTE CHRISTVM 948.

I. Mors Baasæ naturalis. 3. Reg. 16. 4. &c.

Hic annus Regem Asam hoste intestino liberauit. Mortuus est quippe Baasa, anno vigesimo sexto Asæ, & quidem morte non violenta, sed naturali. Dicitur enim dormisse cum patribus suis, & sepultus in Thersa. Non enim de ipso, sed de posteris eius dictum fuit à Iehu propheta, eos à cæli volucris, aut bestiis terræ discerprum iri, propter ingratiissimam impietatem Baasæ, qui non intellexit supplicium, quod aliis Deo ultore intulisset, sibi quoque eadem peccanti impendere: qui cum in reliqua impietate Ieroboamo suppar fuisset, illud insuper adiecit, vt prophetam obiurgatorem interficeret, quæ si eadem opera irritum reddere posset vaticinium eius.

I. I. Ela filius ei succedit. 2. Reg. 16. 8. & seqq.

Eodem ipso anno successit ei Ela filius eius, sic vt patri vltimus fuerit filij primus, vtroque incompleto. De eo nihil aliud traditur, quam regnasse, impietate a patris æmulatum esse, & temulentum à sui occisum fuisse, quod in sequentem annum adit.

ANNVS MVNDI 3106.

ASÆ 27. ELÆ 2. & vlt.

ZAMBRI, & AMRI 1.

IOHANAN 12. TEMPLI 84.

OPHRATÆI 3. Imperij Assy. 1175.

ANTE CHRISTVM 947.

VIGESIMVS septimus regni Asæ tres quatuorve reges vidit in Israël, Elam filium Baasæ, qui vix secundum annum regnando inchoauit. Zambri qui septem diebus duntaxat regnum tenuit, Amri & Thebni, qui in schismate aliquandiu regnarunt; sed præualuit Amri, & ab hoc ipso anno, regni suos annos numerare cœpit, vt duodecimus eius annus in trigessimum octauum Asæ, quod Scriptura exigit, possit incidere. Cum ergo Zambri, dux mediæ partis equitum, ambitione victus, coniuisset aduersus regem suum Elam, incautum occupauit, & in Thersa vrbe regia, epulantem apud vrbis præfectum, iamque temulentum occidit, anno 27. regis Asæ, quem præfert index anni huius. Quo facinore perfecto, ne esset qui occisum regem vlscisci posset, & secum de regno contenderet, adiecit animum ad perdendos quamprimum omnes regis consanguineos, sicq; vaticinio Iehu, contra totam Baasæ domum, famulatus est, & proprio scelere alienum vltus est crimen; quippe qui non aliena peccata castigare voluit, sed propriae ambitioni seruire.

I. Conferri reges in Israël. 3. Reg. 16. 29.

Zambri interfecit regem Elam & totam familiam Baasæ. 3. Reg. 16. 10.

II. Qui mox ad eadem sui compellitur.

Verum Zambri immane facinus, Regis sui, & bene de se meriti, per prodicionem interempti, non diu inultum tulit. Cum enim exercitus Israël, qui Gebbethon urbem Philisthinarum obsidebat, audisset rebellasse Zambri, & occidisse regem, principem militiæ Amri creauit regem pro Ela, qui omnia obsidione Philisthaeæ vrbis, vsus celeritate, copias ad regiam vrbis obsidionem transtulit, in qua se Zambri pro rege gerebat. Qui cum cerneret expugnatum iri ciuitatem. Non enim ei per tempus licuerat parate, quæ ad tolerandam obsidionem necessaria erant, ingressus est palatium, & succendit se cum domo regia. Quem in furorem duplex eam perturbatio coniecit, prior fuit metus ne si in hostium potestatem venisset, sceleratissimi parricidij regis, totiusque familiaris ipsius, iustissimas poenas daret, & atrocissimis suppliciis discerperetur: eodemque incendio suos, per quos hæc scelera patrarat, diris suppliciis, ignominiaque exemit. Posterior fuit inuidia, quæ suavit vt regias opes cum palatio incendio corrumpere, ne Amri qui ei regnum eripiebat, iis potiri posset.

Et qua de causa.

III. Pro regno cœtur.

Occiso tyranno, cum nullus de stirpe regia superesset, scissum est incertum studia in contraria vulgum. Et Amri quidem iam non leue ius habebat ad regnum, gaudebat enim prærogatiua suffragij militaris; eiusque auspiciis tyrannus Zambri è medio sublatus fuerat. Nihilominus, aliis optimatibus regnum ambientibus, diuisus est populus Israël in duas partes, quarum

rum media pars sequebatur Amri, Thebni regem constituere cupiebat. Hæc diuisio, studiumque partium, aliquot annos tenuit, donec præualuit Amri, vt mox diceretur, cuius nihilominus anni regni ab hoc tempore, à Scriptura numerantur.

3. Reg. 16. v. 16. & 23.

ANNVS MVNDI 3107.

ASÆ 28. AMRI 2.

IOHANAN. 13. TEMPLI 85.

OPHRATÆI 4. Imperij Assy. 1176.

ANTE CHRISTVM 946.

OTIS tribus annis cum extremo præcedentis, & initio sequentis, inter Amri & Thebni armis castrisque pro Israël imperio certatum est; potior tamen erat Amri conditio, qui iam studiis exercitus rex creatus fuerat. Interea Asa pacificam in regno suo, & ingloriam degebat ætatem, quod quidem fuerit posteritati traditum; qui vtique poterat bene vti ciuili bello aduersariorum suorum, eaque occasione regnum auitum recuperare. Regni tamen diuturnitate gloriosus fuit, quam illi felicitatem Dominus largitus est, in præmium deletæ idololatriæ in regno suo, & quantum potuit in alieno. Huc enim referri potest dictum illud Azariae prophetae, *Erit merces operi vestro*. Huius enim mercedem maxime sentiebant atque appetebant Hebraei, quorum se captui Dominus accomodat. Et certe dum vnus Asa regnat in Iuda, eius æmulus Ieroboam, Nadab, Baasa, Ela, Zambri Amri, Achab, septem reges impij, in Israël quoquo modo regnarunt. Porro sequens annus Asæ 29. anno Sabbatico septuagesimo quinto insignitus est.

2. Par. 15. 17.

I. Amri & Thebni regnum ambiunt.

ANNVS MVNDI 3110.

ASÆ 31. AMRI 5.

IOHANAN 16. TEMPLI 88.

OPHRATÆI 7. Imperij Assyrior. 1179.

ANTE CHRISTVM 943.

QUATVOR iam annis in ambiendo quæredoque regno fere consumptis, tandem regni æmulo de medio sublato, rerum potitus est Amri, pacificusq; regnare cœpit, anno Asæ 31. Sic enim intelligendum est illud, *Anno 31. Asa regis Iuda regnavit Amri super Israël duodecim annis*, quorum primus cadit in 27. Asæ, quintus autem est præsens, quo pacificè regnare cœpit: in Thersa vero regnavit sex annis, quorum vltimus erit sequens. Apparet autem Thebni non fuisse mortuum naturali morte, sed violenta: & quidem fortasse in prælio, quo debellatum est; Iosephus ait occisum: quod indicat Scriptura, illa voce *præualuit*, quæ inuit certamen antegressum; in quo & frater eius Ioramus occisus est, vt ex Sept. constat.

3. Reg. 16. 23.

I. Amri præualuit cæso æmulo.

Cum primum autem Amri pacificè regnare cœpit, de stabilenda regni sede, cogitauit. Nam in morte Zambri palatium regium cum tyranno, regiaque suppellectili conflagrarat: vrbs autem regia Thersa cædis & rapinis, non tunc solum, sed quatuor etiam deinceps annis vastata fuerat. Animaduertit autem montem in extrema tribu Ephraim septentrionem versus idoneum ad rem quam parabat, maximeque ad vsus bellicos. Eum ergo montem emit à Samer duobus tantum talentis argenteis id est bis mille septingentis & 50. aureis Gallici æris. Quæ utilitas, tanti præsertim loci, quantum ciuitas regia postulabat, suspicionem præbet magnam pretij partem ab emptore remissam, ea condicione, vt nomen suum extruendæ ciuitati daretur. Alioqui causa nihil erat, cur non potius nomen acciperet conditoris qui, vt ait Scriptura, *adificauit eum montem, & vocauit nomen ciuitatis, quam extruxerat, nomine Samer domini montis, Samariam*. Extruxit autem tanta diligentia cum populo suo, vt post annum sequentem, inhabitari cœperit, anno Asæ 35. Itaque si quando ante hoc tempus sit mentio Samariæ, id per anticipationem accipiendum est.

II. De regni sede noua cogitat.

3. Reg. 16. 24.

Anno porro 32. Asæ Iosaphat filius eius & regni successor, cum ageret animum ætatis 26. filio auctus est Ioram primogenito; qui etiam post annos duos & triginta, tot enim natus erat cum regnare cœpit, post Iosaphatum patrem regni habenas Hierosolymis tenuit.

III. Iorami ortus. 4. Reg. 8. 17.

ANNVS MVNDI 3115.

ASÆ 36. AMRI 10.

IOHANAN. 21. TEMPLI 93.

OPHRATÆI 12. Imperij Assy. 1184.

ANTE CHRISTVM 938.

REGNI sedem mutauit Amri, non mutauit impietatem neque eum anni Sabbatici, quorum hic est 76. neque Iubilai mouebant. Quin potius fecit malum in conspectu Domini, & operatus est nequiter super omnes, qui fuerant ante eum. Pacificè tamen cum Asa vixit, altero in auita religione, altero in inueterata superstitione perseverante.

I. Amri impietas. Annus Sabbat. 76. 3. Reg. 16. 25.

ANNVS MVNDI 3117.

ASÆ 38. AMRI 12. & vlt. ACHABI 1.

IOHANAN 23. TEMPLI 95.

OPHRATÆI 14. Imperij Assy. 1186.

ANTE CHRISTVM 936.

TRICESIMVS octauus annus regni Asæ, duobus annis (scilicet Ioram) responderet, vltimo Amri, & primo Achabi filij eius, sed incompletis, prior e parte Amri, posterior filio attributa. Idque necesse est affirmare, vt

I. Initium. Achabi, eiusque impietas.

3. Reg. 16. 28. 29.

pater 12. annis, filius autem viginti duobus, vt asserit Scriptura, regnasse inueniatur. Hic ergo annos duos habuit reges in Samaria alterum è regno, & vita abeuntem Amri, quem Scriptura tradit dormisse cum patribus suis, id est naturali morte defunctum, & sepultum in Samaria: alterum in regno & impietate succedentem Achabum. Cuius impietatem statim à principio Scriptura commemorat, cum illud iterat, quod de Amri quoque dixerat, fecisse malum in conspectu Domini, super omnes qui fuerant ante eum. Et si enim, vt docet Abulensis, grauiore in culpa fuit Ieroboam propter inuectam Idololatriam, Achab tamen propter eam magis magisque amplificatam eum superasse dicitur, superiores quoque reges aliis sceleribus vicit, maximèque cadibus prophetarum, vt suis dicitur locis. Quorum omnium scelerum inuentricem habuit, atque impultricem Iezabelem filiam regis Sidoniorum, mulierem impiam & crudelem: quam videtur quamprimum duxisse vxorem. Scriptura certe hoc coniugium refert statim à principio regni eius; nec apparet causa differendi; præsertim si ex ea Athaliam genuit, quod nonnulli prodidere.

Eius vxor Iezabel.

ANNVS MVNDI 3118.

ASÆ 39. ACHABI 2.

IOHANAN 24. TEMPLI 96.

OPHRATÆI 15. Imperij Assy. 1187.

ANTE CHRISTVM 935.

I. Agra podagra laborat triennio. ca. 16. 12.

ÆGROTAVIT etiam Afa, anno trigesimo nono regni sui dolore pedum vehementissimo, vt est in 2. Paral. qua podagra; sic enim eum dolorem Hieronymus explicat, triennio, id est ad mortem vsque vexatus est. Apparet autem Afa, virum alioqui religiosum, ac timentem Deum, nec impia superstitione deprauatum, existimasse hanc ægritudinem esse mere naturalem, cum dicatur de eo, nec in sua infirmitate quæsiuisse Dominum, sed in medicorum potius arte fuisse confisum. Qui si à Deo se hoc verbere pulsari sensisset, mentem vtique manusque exulisset in cælum, pacem & veniam, & sanitatem postulans. Et forte illam ei mentem non dedit Dominus, vt qui non esset eum exauditurus, vt pœnas lucret tum aliarum culparum, tum eius in primis, quo diuinitus ad se missum prophetam coniecit in vincula. Ergo Rex Afa à Deo castigari minime cogitavit: idèoque sola remedia naturalia adhibuit, cum temen & Dei manum vlticem agnoscere, & per veram pœnitentiam itatum Deum placare oportuisset, vt huius quoque vitæ dolores futuram alterius vitæ satisfactionem minuerent. Interea porro, vt ratio postulabat, Iosaphatus, qui nunc annum agebat ætatis 33. R. mp. parentis nomine administrabat.

II. Achab autem cultum Baalis Dei Sidoniorum à Iezabele vxore discibat, à qua persuasus est vt templum illi idolo in Samaria quam-

primum ædificaret, in quo & aram erexit Baali & lucum circumquaque plantauit, Et abiit, inquit Scriptura, & seruiuit Baal, & adorauit eum. Primus scilicet Regum Israël: ad cultum vitulorum aurcorum, quos Ieroboamus ex Ægyptiaca superstitione primus inuexerat, adiecit ex Sidone cultum Baalis. Nec voluit suum hoc tantum esse crimen; in populum quoque suum illud effudit, à quo Baali, Sidonio, in vrbe regia, urgente Iezabele, sacrificatum est; idemque facinus latè in posteris, vsque ad Iosia tempora, propagatum est: à quo ne filij quidem eius abstinerunt, iuxta omnia quæ fecerant patres eorum.

ANNVS MVNDI 3120.

ASÆ 41. & vlt. IOSAPHATHI initia.

ACHABI 4. IOHANAN 26.

TEMPLI 98. OPHRATÆI 17.

Imperij Assyriorum 1189.

ANTE CHRISTVM 933.

Hic annus & morbo & vitæ Afa finem imposuit. De eo enim Scriptura, Dormiuitque cum patribus suis, & mortuus est anno 41. regni sui, & sepelierunt eum in sepulchro suo, quod foderat sibi in ciuitate Dauid, posueruntque eum super lectum suum plenum aromatibus & unguentis meretriciis, id est variis, & exquisitis, quæ erant pigmentariorum arte confecta, & conbussissent super eum ambitione nimia. Ea profusio non tantum magnificentia Iosaphati regnum ineuntis, & propria in partem beneuolentia seruiebat, sed fortassis etiam necessitati, si vitiosorum humorum malignitate pedes Afa, computrescere, & dissilire terro cum odore cæperant, quem aromatum odore grato vinci oportuerit. Bona porro morte decessisse non solum Iosephus, sed Scriptura ipsa testatur, cuius est illa sententia, Veruntamen cor Afa perfectum erat cum Domino cunctis diebus suis: ergo etiam vltimis; quæ cordis perfectio patri eius Abia &, Salomoni negatur, & in Afa diuini cultus integritatem declarat, ab omni idololatria alienam.

Nec negandum est Afa in quibusdam deliquisse, de quibus à Scriptura accusatur, in regibus tamen impiis numerandum negamus; nec alia est Scripturæ, in eo tam laudando, quam vituperando, sententia. Æternæ autem salutis indicium minime contemnendum reor, quod peccata eius Dominus in hac vita non leuiter castigasse videatur. Nam fiducia in rege Syriæ, iactura thesaurorum suorum, & insignis victoriæ, quam alioqui consecutus fuerat, punita est. Carcerem prophetæ, & mortem subditorum, morbo grauissimo luit; & tarditatem confugiendi ad Deum, doloribus diuturnis: Quod sane salutis indicium, in sequentibus quoque regibus obseruare licebit.

Hoc ipso anno regnare cœpit Iosaphatus. Affirmat enim Scriptura eum anno quarto Achabi regnare cœpisse. Quia tamen toties

I. Obitus Afa & sepultura 2. Par. 15. 14.

Bona mors eius.

2. Reg. 15. 14.

II. Eiusque rei coniectura.

III. Initium Iosaphati. 3. Reg. 22. 41.

fere,

v. 42.

sere primus ipse annus, cum quinto Achabi concurret, vt postulant Iorami & Ochosiæ initia, ideo hoc anno Achabi quarto, initia posuimus Iosaphati, sequentem autem nominauimus primum Iosaphati, qui fuit ætatis eius trigessimus sextus inchoatus.

ANNVS MVNDI 3121.

IOSAPHATHI 1. ACHABI 5.

AZARIÆ Pont. 1. TEMPLI 99.

OPHRATÆI 18. Imperij Assy. 1190.

ANTE CHRISTVM 932.

I. Ratio temporis.

PRIMVS hic nominatur Iosaphati annus vt diximus, idemque cum quinto Achabi concurret, vt decimus octauus illius, in huius vigesimum secundum incidat. Fuit vtique vir clarissimus Iosaphat, & inter optimos Iudæorum principes merito numerandus: cuius etiam virtutem, opposita Achabi in æmulo regno impietas ex antithesi vehementer illustrat, totis oëodecim annis, quibus simul regnarunt. Dedit autem operam Iosaphat ab ipso regni principio, vt regnum communiret præsidio militari, idque tam in cunctis vrbibus Iuda, quæ erant vallatæ muris, quam in vrbibus tribus Ephraim, quas ceperat Afa pater eius, anno vndecimo regni sui.

Iosaphat communiret vrbes.

2. Par. 15. 8.

II. Azariæ pontificatus. 1. Par. 6. 10.

8. Par. 26. 17.

c. 19. 11.

III. Inauguratio Iericho.

Iosue 6. 26. 3. Reg. 16. 34.

An. 1. Iosaphati. 6. 7.

Hic porro initia Azariæ pontificis ponimus, iuxta ea, quæ 16. Afa notauimus. Huius porro Pontificis, sicut & aliorum pene omnium, res gestæ in obscuro manserunt. Illud tamen de eo legimus, Ipse est, qui Sacerdotio functus est in domo, quam ædificauit Salomon in Ierusalem. Quæ verba plerique dicta putant, quod ipse fortiter restiterit Oziæ regi volenti offerre incensum. Et nomen quidem consentit, sed tempus discrepat. Nam ab hoc anno ad illud tempus Oziæ, minimum 140. anni interiecti sunt. Adde quod si hic Azarias filius Iohanani sub Oziâ pontifex fuit, Amarias filius eius sub Iosaphato pontifex esse non potuit, quod tamen in 2. Paral. legimus. Itaque verba illa, ad alium quandam sensum referenda sunt.

Inualescebat porro apud Israëlitas noua Idololatria, auspiciis Achabi & Iezabelis, adeo vt cito quinquaginta supra quadringentos Baalis prophetæ numerarentur. In diebus eius contigit inauguratio vrbis Iericho auctore Hiele de Bethel. Qui iuxta imprecationem Iosue, in primogenito suo fundauit eam, & in Segub nouissimo suo posuit portas eius, cæteris dum ipsa vrbis ædificaretur morte sublatis, eodem ordine quo nati fuerant. At quid est quod reparatio Ierichuntis tribuitur diebus Achabi, & non Iosaphati, in cuius ditione fuit Iericho, & cuius subditus fuit Hiel? cum præsertim hoc ipso tempore regnaret Iosaphat. Nimirum quia nullam adhuc in eo loco Scriptura mentionem fecerat Iosaphati, sed tantum Achabi & Amri patris eius. Ac ne multo quidem post Iosaphati mentionem illatura erat. De hac porro in Hieleo animaduersione, vide plura in Annalibus.

Quemadmodum autem Achab ab ipso regni sui exordio à parente acceptam impietatem propagauit ac vehementer auxit. Ita vice versa Iosaphat, pij patris religiosissimus filius conceptam à teneris pietatem, non solum à principio regni sui præ se tulit, ad quam nonnullum etiam momentum hic secularis templi annus, idemque Sabbaticus septuagesimus septimus afferre potuit, sed Domino cor eius animùmque gubernante insigniter amplificauit. Vicissimque Dominus cum eo fuit, sic vt omnia illi ex voto succederent, subditis omnibus illi non solum obtemperantibus, sed muneribus eum certatim afficientibus; ex quo factæ sunt ei infinitæ diuitiæ, & multa gloria. Qua populi alacritate & studio erga se bene vsus rex, eam ad Dei gloriam, à quo glorificabatur, conuertit, Vnde sequitur; Cumque sumpisset cor eius audaciam propter vias Domini, etiam excelsa & lucos de Iuda abstulit. Quod alio quoque loco asseritur. In tertio tamen Regum idem Iosaphat dicitur excelsa non abstulisse; quod reperitur in 2. Paral. c. 20. An dicendum est pium regem id quidem aggressum esse, & ex parte fecisse: bene tamen cœpta, propter magnam contradictionem multorum, & seditionis periculum non perfecisse; mirum enim in modum populus capiebatur hisce lucis, & excelsis, vt ad omnem animi remissionem idoneis, præsertim cum in eis non idolis, sed Deo vero, quamvis alieno in loco, sacrificaretur.

IV. Achab impietatem promouet, Iosaphat pietatem.

2. Par. 17. 5. 6.

2. Par. 19. 3. c. 22. 44. 2. Par. 6. 20. 33.

ANNVS MVNDI 3123.

IOSAPHATHI 3. ACHABI 7.

AZARIÆ 3. ELIÆ 1. TEMPLI 101.

OPHRATÆI 20. & vlt. Imperij

Assyriorum 1192.

ANTE CHRISTVM 930.

QVO anno apud Assyrios extinctus est Ophratæus, emenso viginti annorum curriculo in imperio, eodem Iosaphatus egregio facinore bene de Domino Deo, populoque suo vniuerso meritus est. Hoc enim anno suo tertio per vniuersum regnū misit Sacerdotes & Leuitas, qui populum in Synagogis docerent. Et vt res maiore cum fructu & autoritate fieret: misit quosdā de principibus suis, qui essent missionis huius duces, qui propterea missi dicuntur; vt docerent in ciuitatibus Iuda. Quanquam satis constat non vni Leuiticæ tribui commissum fuisse populi docendi munus. Multi enim prophetæ populum docuerant, qui neque Sacerdotes fuerunt, neque Leuitæ: in quibus eminet in primis Esaias, atque adeo Dauid ipse; cuius est ill. vox, Ego autem constitutus sum Rex ab eo, super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius. Neque Sacerdotes & Scribæ & Pharisei Chri. tum à prædicatione repellabant, quod maximè optassent, obiecta laica tribu. Sed hæc pluribus in Annalibus, & apud Abulensem. Id studium religiosissimi regis, etiam in hac vita mercede non caruit

I. Obitus Ophratæi. Iosaphat curat doceri populū. 2. Par. 17. 7.

Psal. 2.

9. 1. 6. in c. 17. 2. Par.

caruit

caruit, Deus enim illum toti regno amabilem, & omnibus exteris formidabilem reddidit: quos magna ex parte habuit vectigales, Arabes præfertim, atque Philisthæos.


II. Non deerant quoque Israëlitis hoc tempore prophetæ, qui, irritis clamoribus & adhortationibus, Achabum, eiusque populum ad meliora prouocarent; sed furdus canebant cantilenas: necesse ergo fuit periculum facere, an vexatio daret intellectum auditui. Id factum est per Eliam Thesbitem, qui hisce temporibus cœpit agnosci. Vir propheta, potens opere & sermone, atque inter huius æui prophetas longe clarissimus: de quo ex Ioanne Hierosolymitano patriarcha in Annalibus plura diximus. Cuius ratio temporis rectè cum nostra congruit, cum ait Eliam sub Achabo floruisse, ab eius regni exordio ad Christi Domini ortum 94. circiter annorum Decades fluxisse. Rectè dixit, circiter, quatuor enim tantum anni defunt isti decadem numero, vt patet ex anno ante Christum 936. Congruit cum S. Epiphanio, & cum Rabbinis, qui eum non solum Leuitam, sed Sacerdotem quoque fuisse putant: Ioannes eius parentem vocat Sabacham, Epiphanius autem Achimam. Sed Ioanni de Eliæ virginitate Hieronymus, Chrysoft. Ephrem Syrus, atque Ambrosius plane consentiunt.

III. Hic ergo cum à puero in veri Dei cultu religiosè institutus esset inter habitatores Galaad, & secretam à vulgi consuetudine vitam diu egisset, ea opinione sanctitatis vt omnibus vbi que admirationi esset; in primisque diuino zelo ferueret, nec animarum tantam cladem diutius ferre posset, Oratione orauit ad Dominum, vt ait Iacobus, vtique oratione plena fidei, spei constantiæ, atque feruoris, vt non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex, vt intelligeret Impius rex, eiusque populus vnuerfus, à quali & quanto Deo defecisset, cuius benignitatis influxu cessante, homines atque animalia deficerent, terra exusta caloribus sterilescebat. Vbi sensit se voti compotem factum; in Spiritu Domini venit ad Regem Achab, dixitque, Viuit Dominus Deus Israël, in cuius conspectu sto, si erit annis hisce ros & pluuia, nisi iuxta oris mei verba; nec deficiuit quando siccitas duratura esset, fortasse id illi Deus non reuelauerat, quia volebat & prophetam ex ore Domini, & regem ex ore prophetæ penderè.

IV. Quid illi tum à rege contigerit, Scriptura tacuit: Credibile est eum, vt hominem adhuc ignotum & nouum, ex conspectu regis eiectum, tanquam insanum, qui aliena ab hominum potestate promitteret. Nec hominem in vincula, Deo disponente, coniecit, vt si euentus confirmaret minas, Elias verberibus ad imperandam pluuiam compelleretur. Interim autem & reliquis annis expers pluuiæ abiit; & singularis Dei in prophetam suum prouidentia apparere cœpit. Nam misso, vt postea, Angelo, recedere inde illum iubet, & abire orienter, versus, & abscondi in torrente Carith, vt ibi illius aqua potaretur: simul etiam de cibo famulo suo cornuorum ministerio se prouisurum pollicetur, quod & fecit. Cum enim sedisset in torrente Carith contra Iordam,

Genus eius & tempus. vide Annal. hoc anno. n. 811. 12. ca. 5. 17. Absconditur, & nutritur à Coruiis.

nem, Corui deferebant ei panem & carnes mane similiter panem & carnes vesperi, sed vnde in fame? putat Abulensis Angelos adisse Achabi domum, ibique inuisos accepisse quæ liberet, & in certum detulisse locum; vnde corui Deo instigante, ad Eliæ speluncam ea quotidie, bis deferrent.



ANNVS MVNDI 3124. IOSAPHATI 4. ACABI 8. AZARIÆ 4. TEMPLI 102. OPHRATANIS 2. Imperij Assyr. 1193. ANTE CHRISTVM 929.

NOVVS hoc anno exoritur princeps in regno Assyriorum, quem Eusebius Ophratanam vocat, Africanus si qua Scaligero fides, Ephracheres, sed Imperij quoque duratione differunt. Hic enim duos & 30. illi annos attribuit, Eusebius autem 30.

Hoc ipso anno, qui erat Iorami, filij Iosaphati decimus quarrus, videtur Iosaphat affinitatem cum impio Achabo contraxisse, eius filiam Athaliam vtroque parente dignissimam, filio suo vxorem accipiendo. Neque enim aut hoc tempus nuptiarum anteuerti par est, aut vltra rectè differri potest, vt ex initio regni Ochosiæ filij Iorami intelligetur. Malis autem aibus contractam hanc affinitatem, tam ipsa Domini reprehensio, quam luctuosa euenta docuerunt. Fames quoque hoc anno & duobus sequentibus regnum Achabi late populata est: circumpositæ autem regiones eam vix senserunt. Attingit nihilominus Tyrios atque Sidonios ista calamitas: inde enim profecta erat Iezabel, quæ præcipua causa mali huius fuit.

Interea Elias in solitudine, diuina contemplatione fruebatur, ibique eam viuendi formam diuinitus edoctus est, vt ait Ioannes Hierosolymitanus, quam ipse deinceps, cum pleisque, quos ei Deus aggregaturus erat, perfectioris vitæ studiosis, esset acturus; qui tum filij prophetarum audiebant, quales pridem sub Samuëlis disciplina vixerant, in quorum cuneos incidit aliquando Saul, & factò in eum spiritu Domini prophetauit cum ipsis. Quales hoc tempore Iezabel morti dabat, & Abdias in speluncis absconditos, pane & aqua sustentabat, id est rebus ad vitam necessariis. Rex autem Achab recordatus est Eliæ, iuraturæque ab eo siccitatis. Itaque dimisit vbique gentium nuncios, qui Eliam omni studio perquirerent, & ad ipsum adducerent, vt ab eo vel vi, vel precibus extorqueret, publici, grauissimique mali leuationem. Exigebat autem iusiurandum ab omnibus, ne Eliam celare auderent: qui interea in sua spelunca ad torrentem manebat, Deo & coruis notus, pauculisque discipulis, qui minime tenebantur eum reuelare, quem Dominus volebat absconditum.

Cum autem desisset eum quærere Achab, ratus mortuum, aut aliquem in locum minime vestigabilem à Deo esse translatum: intereaque torrens, qui Eliæ potum præbebat,

siccatus

AZARIÆ 3. 9. 16. in c. 17. 3. Reg. I. Regnum Ophratanis. Athalia Ioramio nubuit. 4. Reg. 8. 18. II. Eliæ vita in solitudine. 3. Reg. 18. 4. III. Mititur à Deo in Sarephta.

siccatus esset: iussit eum Dominus eum abire in Sarephta Sidoniorum, ibique manere. Præcepit enim, inquit, ibi mulieri viduæ, vt pascat te, dici potest factam fuisse reuelationem viduæ Sarephtanæ de nutriendo Elia: aut potius illud præcepit est idem quod prouidi, vt cum dixit se præcepisse coruis, vt eum nutrent. Nimirum statuerat altero quodam miraculo pauperulam viduam cum filio, alioqui fame perituros, nutrire cum propheta: socij autem eius abierant ad Abdiam regis procuratorem oculum Dei cultorem, & piorum commune perugium. Volebat quoque Dominus eiusdem viduæ filium mox defunctum, Eliæ opera renouare ad vitam, vt tota posteritas intelligeret, quam grata Deo, fructuosaque sit misericordia in pauperes. quamque eam Deus, etiam in hac vita copiosè remetiatur.


VI. Surrexit ergo Elias, & Abiit in Sarephta, & qui eum in solitario torrente absconderat, eundem per medias vias regias, & ciuitatem populosam ignotum, forte & inuisibilem reddidit, præterquam mulieri viduæ, quam illi hospitam Dominus designarat, quamque ad portam ciuitatis offendit; sed eam tenuit in re, vt frustra lignorum viciatim colligeret. Ea conspecta, statim diuinitus admonetur, eam ipsam esse hospitam suam: alioqui enim temerè videretur ab ea, non solum aquam & panem petere, quæ esset mulier infidelis, sed etiam futurum miraculum ei cito propalare. Itaque paulatim in colloquium se insinuauit petendo aquam, qua viatores maxime egent, & qua pauperes abundant: quam cum illa promptè datura esset, petiit & buccellam panis, ne scilicet frigida potus noceret æstuant. Ea occasione cum mulier patefecisset paupertatem suam, propheta vicissim diuina erga ipsam liberalitatis miraculum patefecit, de farina & oleo non minuendis, donec terræ frugibus vtiliceret. Neque enim existimandum est, eo præcisè die defecisse oleum & farinam, quo die Dominus pluit super terram. Alioqui enim pluribus mensibus tota illa familia penuria afflicta fuisset, sed ab eo tempore paulatim imminui cœpisse.

V. Sub hoc ipsum tempus publicæ famis, & priuatæ abundantia, Elia apud hanc viduam habitante, Dominus probaturus mulieris patientiam, & muneraturus charitatem, adiecit & maius mirabiliusque beneficium. Cum enim filius eius vnicus ex vehementi ægritudine occidisset, illa apud virum Dei gemens, Quid, inquit, à me peccatum est in te, vt Deus irasceretur mihi, & interficeret filium meum? At Elias & mulierem miseratus & filium, Damibi inquit, filium tuum, tulitque eum de sinu eius vtique puerulum, portauit in cœnaculum vbi ipse manebat, & posuit super lectulum suum, & clamauit ad Dominum, & dixit Domine Deus meus, etiam ne viduam, apud quæ ego vtrumque sustentor afflixisti, vt interficeres filium eius? Suauissima est hæc querela, index eximie in Deum fiducia, & familiaritatis & efficax ad vim afferendam dulcissimæ Dei misericordiæ, quæ instar amantissimæ matris, gemitus & lachrymas vnigeniti sui ferre non potest.

Expandit autem se propheta super puerum tribus vicibus, & in nomine sanctissimæ Trinitatis ter inspirauit in faciem eius dicens, Domine Deus meus reuertatur obsecro anima pueri huius in viscera eius. Alternatim orabat Elias, & procumbebat super puerum, & post tertiam orationem, tertiumque procubitum, Exaudiuit Dominus vocem Eliæ, & reuersa est anima pueri intra eum, & reuixit. Quem acceptum tradidit matri suæ: cui mulier in lætissimas gratiarum actiones effusa, Nunc in isto cognoui, inquit, quoniam vir Dei es tu; & verbum Domini in ore tuo verum est. Quod scilicet nuncias nobis de vero Deo Hebræorum, & inanitate Baalis, & Astartes, & cæterorum idolorum. Quam cognitionem si non prius, amplexa est mulier, tantis cedens, tamque in auditis prodigijs. Neque enim iis tenebatur vitijs impedita, quæ Scribas & Phariseos retinebant, ne, visis etiam maioribus oculis aperirent, & Christum agnoscerent. Interea porro Iosaphat magnificè ædificabat in Iuda, vt in 2. Paral. scriptum est.

VI. Expandit autem se propheta super puerum tribus vicibus, & in nomine sanctissimæ Tri-

nitatis ter inspirauit in faciem eius dicens, Domine Deus meus reuertatur obsecro anima pueri huius in viscera eius. Alternatim orabat Elias, & procumbebat super puerum, & post tertiam orationem, tertiumque procubitum, Exaudiuit Dominus vocem Eliæ, & reuersa est anima pueri intra eum, & reuixit. Quem acceptum tradidit matri suæ: cui mulier in lætissimas gratiarum actiones effusa, Nunc in isto cognoui, inquit, quoniam vir Dei es tu; & verbum Domini in ore tuo verum est. Quod scilicet nuncias nobis de vero Deo Hebræorum, & inanitate Baalis, & Astartes, & cæterorum idolorum. Quam cognitionem si non prius, amplexa est mulier, tantis cedens, tamque in auditis prodigijs. Neque enim iis tenebatur vitijs impedita, quæ Scribas & Phariseos retinebant, ne, visis etiam maioribus oculis aperirent, & Christum agnoscerent. Interea porro Iosaphat magnificè ædificabat in Iuda, vt in 2. Paral. scriptum est.



ANNVS MVNDI 3126. IOSAPHATI 6. ACHABI 10. AZARIÆ 6. TEMPLI 104. OPHRATANIS 3. Imperij Assyriorum 1195. ANTE CHRISTVM 927.

Post multos dies, ait Scriptura, factum est verbum Domini ad Eliam, in anno tertio non numeratis prioribus siccitatis mensibus. Nam hæc sub fine siccitatis contigisse constat, quam ex Euangelio, & epistola Iacobi certum est sex mensibus supra tres annos perseuerasse. Possunt autem illi sex menses tres solidos annos præcessisse, aut, quod commodius est ad res anni huius, secuti esse; & circa sextum anni menssem contigisse Eliæ cum Achabo colloquium; sed hos sex menses Regum liber omisit, cum ait, in anno tertio, qui à sex mensibus erat elapsus. Potest autem simplicius, ac fortasse melius intelligi annus tertius commorationis Eliæ in Sarephta, de qua proximè agebatur. Iubet ergo Dominus Eliam redire in terram Israël, & ostendere se Achabo, vt dem, inquit, pluuiam super faciem terræ, te scilicet eam ipsi promittente, & à me impetrante. Misericors Deus sponte suas pœnas vult laxare peccatorum, etiam improborum perseuerante malitia. Neque enim Achab, multoque minus Iezabel finem suis imposuere sceleribus, licet famines vehementer sæuiret in Samaria, vbi maxime vigeat impietas.

Cum autem Elias adiret Achabum, contigit Abdiam procuratorem eius occurrere propheta: diuiserant enim inter se regiones, vt herbarum aliquid, in cibum iumentorum fame percuntium: reperirent, Abdias cognito Eliæ, procidit in faciem suam, ab eoque iussus est nunciare Regi suo aditum Eliam. At procurator veritus, ne si hoc nuncium regi afferret, & interim Elias aliquò à Spiritu Dei asportaretur

AZARIÆ 4. Eiusdem ineam aduentus. & hospitium apud viduam. Vide Ios. qu. 29. in c. 17. 3. Reg. V. Cuius filius moritur. VI. Expandit autem se propheta super puerum tribus vicibus, & in nomine sanctissimæ Tri-

Et ab Elia excitatur. Mulier fit fidelis. ca. 17. 12. 13. I. 3. Reg. 18. 1. Luc. 4. 25. Iaco. 5. 17. Finis siccitatis, & famis. II. Elias adiens Achabum, occidit Abdias.